Dico ꝙ Doc. negat ꝙ aliqd aliud a deo via nāli poſſit cogſcere deitatē ſub rōne deitatis. ¶ Et qñ dicis ꝙ habens ſpeciem ꝛc. Dico ꝙ talis ſpēs eſt ſupernāliter cauſata. vt pȝ a Doc. in. 2. d. 3. q. 1. ¶ Sed hec reſpōſio nō videtur euacuare difficultatē. qꝛ licet talis ſpecies ſupernaturalr cauſata ſit: tamen ipſa nāliter agit. vt patet a Doc. in ſimili i pluribus locis: ꝛ ſic intellectus angeli cum ſpē qđ eſt aliud a deo: videtur virtualr continere veritatem theologicam neceſſariam: ꝛ ſic vt cauſa. ¶ Dico ꝙ voluntas diuina cauſando talem ſpeciem ſupplet vicem obiecti theologici: quia niſi talis ſpecies cauſaretur: eſſet impoſſibile intellectum angeli naturaliter cognoſcere deum diſtincte.

Reſponſio

Secunda difficultas eſt i hoc: ꝙ dicit ꝙ effectus nō demōſtrat. Nam ꝑ effectum deuenimus in cognitionē plurium veritatum neceſſariarum de deo: patet qꝛ per effectum demonſtramus primā cauſam eſſe: ꝛ ipſam eſſe neceſſe eſſe: ꝛ eſſe ſummum ens: ꝛ eſſe ſimpliciter independētem: ꝛ omnes iſte veritates ſunt neceſſarie.

Difficultas. 2. ꝛc.

Responsio

Per nullū effectū possumus distincte deū cognoscere·

Ad hoc dico· Q veritates necessarie q sunt de deo non possūt sciri per aliquem effectū· ex quo enim per effectū non possumus cognoscere deum distincte: sequitur qd nec etiam predicatum competens ei necessario potest cognosci· ¶ Et cum dicitur de prima causa rc·
¶ Dico q bene demonstratione quia r per effectum possumus cognoscere q aliquod ens est summum: vel q aliqd ens est prima causa: vel q aliqd ens est necesse esse: vel independens: sed qd sit illud ens i se naturaliter non potest cognosci· ¶ Scda ratio est·

Bene nota quid de deo in via cognoscimus·

Ibi· Secūdo sic· ¶ Hec ratio est satis euidens: sed est ponderanda · Et dicit plura in ista littera· Primo q theologia supple in se est de his rebus que soli deo sunt naturaliter note: patet ista quia ex quo cognitio theologica est suprema cognitio r super naturalis respectu omnis intellectus creati: sequitur q erit de aliquo obiecto intellectui creato non naturaliter noto· ergo erit de obiecto soli intellectui increato nāliter noto· Et probatio i lrā clara ē· Addit Doc·
¶ Sed solus deus est sibi naturaliter notus vt satis patet in·q·1·r in distinctio·39·r in quoli·q·14·
¶ Tertia ratio est ibi· Tertio sic· r deducitur ista ratio ad hoc inconueniens scilicet q si deus non esset subiectum theologie in se esset subiectum in alia scientia· patet quia solus deus est sibi naturaliter notus: r multe proprietates de solo deo verificantur Et sic ista scientia esset superior theologia in se qd est falsum· Q autem esset superior patet: quia subiectum qd est deus: est simpliciter nobilius· ¶ Si dicatur q quamuis deus non sit subiectum theologie in se: tamen notitia de deo traditur in theologia in se· ¶ Contra hoc arguit Doct· Quia cognitio subiecti in aliqua scientia est magis distincta q cognitio alterius considerati in illa scientia: qd non est primo subiectum illius· Hoc patet: quia ex quo subiectum vel notitia subiecti: virtualiter continet noticiam cuiuscunq considerati in illa scientia: sequitur q cognitio subiecti erit distinctior: r sic patet littera·
¶ Ibi Preter autem istas tres rationes· ¶ Deinde Docto· probat intentum principale per quasdam psuasiones· r prima satis clara est· Et qd dicit q theologia pro aliqua parte sui est sapientia· Uerum ē vt cognitio theologica est de eternis: r pro aliqua parte sui est scientia: r hoc verum est vt est cognitio temporalium: etiam vt habet attributionem ad eterna·

Portio superior·

¶ Ibi· Secunda persuasio Qd dicit de portione superiori rc· Nam perfectio portionis superioris in intellectu est cognitio eternorum: quia intellectus dicitur portio superior stricte loquendo inquantum respicit eterna· de hoc vide diffuse in Docto· in·2·distinctio·xxiiij·r in·3·distinctio·15·r littera patet·

Fides habz deū sub rōne deitatis pro obo·

¶ Ibi· Tertia psuasio est hec· Persuasio ex hoc tenet quia fides habet deum sub ratione deitatis pro obiecto vt probat Docto· in·iij· distinctio·xxij·cetera patent·

Ex hijs dictis respondeo ad secundam q· Littera clara est vsq·
¶ Ibi· Contra istas omnes positiones· ¶ Antequā declaremus improbationes Doc· declaro vnū q· s· aliud est loqui de subiecto alicui⁹ scientie r aliud de ratione formali illius subiecti· Dicitur enim subiectum scientie de quo proprietas aliqua demonstratur: vel de quo est demonstrabilis: ratio vero formalis subiecti dicitur illa que constituit aliquid in esse subiecti: sicut si queratur homo est subiectum in aliqua scientia· vt puta in illa qua scitur hominem esse risibilem: sed quid est illud quod constituit ipsum in esse tali? Dico q est quiditas hominis puta animal rationale· Et breuiter diffinitio est ratio formalis constituendi aliquid in esse subiecti scientie: si illud habet diffinitionem quid rei: licet aliqui exponentes Docto· dicant q diffinitio rei non est ratio formalis subiectiua: sed hoc non videtur ad mentem Docto· vt patebit infra in responsione ad argumenta· Si vero subiectum non habet diffinitionem sicut deus q est subiectum theologie r ens inquantum ens subiectum methaphisice: tunc ratio formalis explicatur sub nomine abstracti: puta deus sub ratione deitatis r ens sub ratione entitatis: vel sub aliqua alia ratione que non est diffinitio nec quiditas illius: sicut Aliqui dicunt q deus sub ratione bonitatis est subiectum theologie: sed quicquid sit pro nunc sufficiat q oportet ponere deum subiectum theologie sub aliqua ratione formali subiectiua· ¶ Unde aliqui dicunt q deus sub ratione entis in cōmuni: vel sub ratione entis infiniti: vel sub ratione entis necesse esse est subiectum theologie: ita q vel entitas in cōmuni est ratio formalis subiectiua: vel entitas infinita vel entitas necessaria· ¶ Contra quam positionem arguit Docto· r Prima ratio stat in hoc· ¶ Ratio formalis subiecti est ratio continendi virtualiter omnes veritates in illa scientia· patet ista r diffuse exposita est in secundo ar· sed entitas i cōmuni vel entitas necessaria mō non est ratio formalis continendi oēs veritates theologicas· ergo deus sub tali ratione non est subiectum theologie· probatur minor per oppositū: quia si est ratio continendi veritates theologicas· ergo naturaliter quis potest cognoscere veritates theologicas qd est falsum· Probatur consequentia quia cognoscens naturaliter rationem formalem alicuius subiecti que cōmuniter est medium in demonstratione potissima· vt patet in secundo posterio· potest cognoscere passionem demonstrabilem de subiecto cuius est talis ratio formalis· Exemplum quia si qs cognosceret animal rōnale cognosceret etiam risibilitatem: r sic haberet hanc propositionem immediatam (animal rationale est risibile) qua cognita posset statim cognoscere propositiones mediatas contentas virtualiter in illa· Sic in proposito cum entitas in cōmuni siue entitas necessaria possit via naturali demonstrari saltem arguendo ab effectu· vt patet per philosophos qui demonstrant esse aliquod summum ens vel aliquod ens necesse esse (non dico de ente infinito: quia multi dubitant an philosophi hoc demonstrauerint vt patebit infra distinctio· secunda)· ergo cognoscens illam naturaliter poterit cognoscere proprietates que insunt subiecto theologie per illam rationem formalem· Et sic coniungendo proprietatem cum ratione formali habebit illam propositionem imediatam r per se notam: r ex imediata sequuntur mediate que virtualiter continentur in illa· Et sic tota theologia potest sciri via naturali quod est falsum· Ratio sequens est clara· ¶ Ibi Contra aliam propositionem· ¶ Fuit alia opinio qd deus sub ratione bonitatis r sub ratione alterius attributi est subiectum theologie· Contra quam opinionem

Deus sub rōne entis in cōi vl' entis infiniti: vel necesse esse· opi·1·

Rō formalis subiecti ē rō pontinendi virtualr' i illa sciētia oēs veritates·

Deus sub rōne bōitatis vel alterius attributi· op·2·

nionem potest argui per rationes superius factas. Tum quia bonitas summa via naturali potest cognosci: et sic formetur argumentum ut prius: tum quia non est soli deo naturaliter nota. ¶ Ibi. Sed adhuc arguo. ¶ Nunc arguit per rationes speciales. Et prima stat in hoc. Quia ex quo cognitio de subiecto est distinctior et perfectior in aliqua scientia quam cognitio alicuius quod non est subiectum in illa scientia: ut patuit supra. ergo tale subiectum non potest poni nisi sub ratione formali perfectissima quam potest habere. patet quia cognitio perfectissima et distinctissima subiecti est ex ratione formali et quiditatiua illius: sed cognitio illius sub aliqua ratione attributali nõ est perfectissima: ut patet supra. ¶ Secunda ratio. Ibi. Secundo quia si ille proprietates. ¶ Primo declaro litteram: et post formabo rationẽ. Primo dicit quod si ille proprietates puta bonitas vel sapientia realiter differrent ab essentia: essent vere causate ab essentia. Ex hoc dicto Aliqui volunt quod propria passio sit realiter distincta a subiecto cuius oppositum tenet Doc. Et probant ex dicto Docto. infra in ista questione: ubi dicit quod subiectum non tantum se habet ut receptiuum passionis: sed etiam est causa effectiua eiusdem. Sed quid sit de intentione Docto. diffuse exposui in secundo articulo. Secundo dicit quod ex quo differunt ratione ab essentia: saltem secundum rationem dicuntur causari: et hoc tenet per illam propositionem Docto. in quolibe. qualis est ordo inter aliqua ubi realiter distinguuntur: talis est ubi tantum ratione distinguuntur. Et quod dicit quod iste proprietates sola rõne distinguuntur ab essentia: non dicit secundum intentionem propriam: quia etiam distinguuntur plus quam ratione ut patebit infra distinctio. 8. q. penul. ¶ His declaratis formo sic rationem. Nihil quod habet rationem causati vel quasi causati ab aliquo subiecto: potest esse ratio formalis illius: patet quia ratio formalis subiecti proprie vel est prior subiecto vel saltem est simul: et ultra est medium demonstrandi causatum vel quasi causatum a subiecto vel a ratiõe formali illius subiecti: sed iste proprietates saltem secundum rationem sunt causate ab essentia. ergo non possunt esse ratio formalis subiecti theologie (qui est deus). ¶ Tertia ratio est. Ibi. Tertio quia illud secundum propriam rationem. ¶ Hic presupponitur quod ex quo subiectum est magis ens et actualius quam proprietas ut patet: ratio formalis illius subiecti per quam est tale ens in actu erit magis ens: et magis in actu quam aliqua proprietas. Illud ergo erit magis ratio formalis subiecti quod est magis in actu: sed essentia diuina vel deitas est magis in actu quam proprietas attributalis: patet quia essentia diuina est omnino incõmunicabilis ad extra ymmo repugnat sibi: non sic repugnat proprietati attributali: et si sibi repugnat: ex hoc est quia est idem realiter essentie diuine. ¶ Ibi. Si vero dicatur etc.

Qualis est ordo inter aliquos realiter distincta: talis est ubi tantum sunt rõne disticta

Subiectũ est magis ens quam proprietas.

Difficultas

Sed hic oritur aliq̃lis difficultas.

Quia quero an rationi formali bonitatis existẽtis in deo repugnet cõmunicabilitas ad extra. Si sic. ẽ ita actualis sicut essentia diuina. Si nõ. tunc arguo sic et accipio bonitatem. Bonitas diuina formaliter distinguitur ab essentia diuina ut patet a Docto. ex intentione. j. distinctio. 8. q. penulti. ergo infinitas est gradus intrinsecus illius bonitatis: cuius sit formaliter infinita ut patet a Docto. ubi. s. et infinitas est gradus intrinsecus. ut patet ab ipso in quolibet. q. 5. ymmo infinitas bonitatis eodem modo distinguitur ab essentia sicut et bonitas. ut potest probari ex dictis Doct. infra distinctio. 8. ergo bonitati cum sit formaliter infinita: repugnat cõmunicari ad extra.

Infinitas est gradus intrinsecus.

Ad hoc dico.

Quod responsio Docto. stat in suo robore et hoc est propter idemptitatem realem. Ex quo enim bonitas secũdum suam entitatem pullulat ab essentia diuina: ita et infinitas ipsius ut patet a Docto. in pluribus locis: et si non esset idem realiter cum illa non posset pullulare ut infinita: alioquin essent plura infinita realiter distincta in actu: quod est impossibile ut patet a Docto. infra distinctio. 2. parte prima. q. ulti. et distinctio. 8. et alibi. ¶ Ibi. Contra viam etiam de respectibus. ¶ Opi. aliquorum fuit quod deus sub ratione glorificatoris vel gubernatoris que dicunt respectum ad extra sit subiectum theologie. ¶ Contra quam arguit Docto. tribus medijs que media satis clara sunt in littera nec indigent iudicio meo expositione. ¶ Ibi. Concedo igitur quartum membrum. ¶ Et sit pro conclusione Docto. quod subiectum theologie in se respectu necessariorum est deus sub ratione deitatis: siue sub ratione qua hec essentia: vel sub ratione qua hec deitas que idem important: quia sicut subiectum scientie loquendo semper de subiecto habente unitatem specificam est perfectissimum consideratum in illa scientia: ita et ratio formalis talis subiecti debet esse perfectissima etc.

Responsio

Bonitas diuina pullulat ab essentia diuina etc.

Deus sub ratione glorificatoris vel gubernatoris. opi. 3.

Opi. Doc. de subiecto theo. in se etc.

Grego. de Arimi. peritissimus

sustinendo opi. Egidij de Roma: que est quod deus sub ratione respectus ad extra: puta sub ratione glorificatoris est subiectum in theologia. Respõdet in plo. q. 4. ad obiectiones quas Docto. facit contra opinio. Egidij. Et omnes respõsiões stant i uno dicto videlicet quod cum dico sub ratione glorificatoris: nihil re vel ratione intelligitur addi ipsi deo quod sit contractiuum ipsius dei quod sit subiectum theologie: sed per rationem specialem intendit ipsam met rationem veritatis: quia secundum omnem veritatem de ipsa scibilem. Nam non sic obicitur alicui intellectui creato: sed intendit ipsam deitatem restrictam in ratione obiecti ad determinatum gradum veritatum: que de ipsa sciri possunt. Et sic deus non absolute sumptus: sed sub ista ratione contractus dicitur subiectum. Per illa enim aduerbia absolute: et contracte: non datur intelligi talis specialis ratio addita. hec ille. Et sic patet solutio ad argumenta Docto.

Grego. de Ari. nititur rõnes Doc. soluere.

Sed ista expositio non videtur sufficere.

Tum quia ultime veritates necessarie demonstrantur de deo et non sub ratione glorificatoris: ut quod pater generat: vel quod spiritus sanctus procedit a patre et filio. Non enim iste veritates demonstrant de deo ut contracto in ratione glorificatoris. ¶ Et cum dicit quod non consideratur ut subiectum theologie sub illa ratione qua omnes veritates sunt scibiles de eo: quia intellectus creatus sub illa ratione non potest ipsum cognoscere. ¶ Sed semper salua

Respõsio ad ratiões Grego.

reuerentia tanti viri hoc haberet probare: q intellectus beati non possit sic eu3 cognoscere· Credo enim q possit ipsu3 cognoscere sub omni ratione qua omnis veritas est scibilis de eo· vt habet aliunde probari: nec sequitur q ex hoc comprenderet deum: quia ad actum comprehensiuum requiritur aliud q3 cognoscere ipsum secundum omnem modum cognoscendi· vt diffuse declarabo· ī· d· 1· τ deo duce in· q· 14· quoli· ¶ Verū est tamen q rationes Doc· ꝯ Egidi· concludunt si ratio glorificatoris dicat respectum additum aliter non· Sed an necessario dicat respectum diffuse habet pertractari infra distinctio· 3· ¶ Item respondet ad rationes quas facit Doc· probando q deus sub ratione deitatis sit subiectu3· Et responsio sua stat in hoc q non est de ratione subieiecti continere virtualiter: τ per consequens ratio formalis subiecti non est ratio continendi virtualiter·

Respōsio Gre·

Sed hec materia de continentia virtuali diffuse est pertractata in exponendo articulum secundū· ¶ Et addit q etiam posito q de ratione subiecti sit continere virtualiter: dicit q hoc est verum loquendo de subiecto scientie proprie dicte: sed theologia non est scientia τc·

Cōfutatio rñsio· Gre·

¶ Sed iuditio meo hec responsio nō euacuat· quia si theologia sit sapientia pro vt est de eternis: tamen habet omnes conditiones scientie vt cōparatur ad intellectum creatum: cum sit notitia certa τ euidens: τ de obiecto necessario: τ causata p discursum sillogisticum vt patebit infra· q· penulti·

Cōditiōes vere scie·

Ad primam questionem de

theologia nostra· ¶ Pro intelligentia huius littere nota· ¶ Primo q obiectum habitus virtualiter continet illum habitum: vt diffuse exposui in secundo articulo· Secundo nota q quando dicit Doc· q obiectum habitus existentis in nobis τ habentis euidentiam ex tali obiecto: tale obiectum non tantum absolute continet illum habitum virtualiter: sed etiam vt notum intellectui virtualiter continet· Et hoc potest habere duplicem sensum in hoc quod dicit q continet vt primo notum· Nam duplex est notitia obiecti scilicet habitualis τ actualis: τ intelligo pro nunc notitiam habitualem principium productiuum talis notitie·

Noticia obiecti· habitualis τ actualis·

Exemplu3 homo est presens intellectui per speciem intelligibilem: tunc dicitur habitualiter notus: quia sicut habens aliquid acquisitum ex frequentatis actibus faciliter potest exire in actum: sic habens speciem intelligibilem obiecti statim potest causare cognitionem illius: quia illa species intelligibilis τ intellectus sunt due cause partiales integrantes vnā totalem respectu cognitionis abstractiue vt patet ex dictis Doc· in· 1· distin· 3· q· 6· τ distin· 17· τ in· 2· di· 3· q· vlti· τ expresse in quoli· q· 13· arti· secundo·

Species ītelligibilis τ intellect⁹ sunt due cāe partiales abstractiue cognitionis·

Et tale obiectum vel presens in se vel in specie inteligibili dicitur pertinere ad memoriam: que nihil aliud est nisi intellectus habens obiectum presens vt patet a Docto· in· 1· dist· 2· 3· 6· 7· τ alibi· Et talis memoria apud Docto· multotiens vocatur scientia vel notitia habitualis vt patet distin· 2· 3· 6· 27· primi τ alibi·

Memoria secunda qd sit·

Notitia vero actualis obiecti est cognitio actualis illius· ¶ Quando ergo Doc· dicit q habitus puta notitia actualis conclusionis qua scitur hominem esse risibilem: est in aliquo intellectu habens euidentiam ab obiecto: ita q nō habet illam notitiam ex aliqua reuelatione vel credulitate: tunc notitia talis obiecti virtualiter continet notitiam conclusionis: sic intelligendo q notitia habitualis obiecti puta species intelligibilis hominis existens in intellectu francisci: que dicitur noticia habitualis: virtualiter ꝯtinet notitiam huius conclusionis q homo est risibilis vt· ā· exposui in articulo secundo· Vel si loquatur de notitia actuali obiecti: tunc oportet dicere q notitia actualis illius obiecti virtualiter continet notitiam cuiuscunq3 conclusionis· Quando ergo obiectum non est presens intellectui habenti habitum nec in se nec in specie intelligibili licet virtualiter contineat habitum: quia quantum est ex se: si est presens intellectui produceret saltem vt causa partialis illum habitum· Cum vero est presens intellectui· tunc respectu habitus potest habere hanc duplicem primitatem scilicet vt primum virtualiter contentiuum: τ vt etiam primo notum· ¶ Secundo principaliter Docto· hoc applicat ad propositum de habitu theologie in nobis· ¶ Et dicit primo q quamuis deus sub ratione deitatis virtualiter cōtineat omnes veritates theologicas necessarias: quia quantum est ex se si esset perfecte presens alicui intellectui: vel vt causa totalis vel vt partialis posset causare in intellectu illo veritates necessarias de ipso· ¶ Secūdo dicit q deus sub ratione deitatis non est notus intellectui nostro pro statu isto: τ per consequens cognoscens hanc veritatem necessariam deus est trinus τ vnus: non est sibi euidens ex obiecto: cum non cognoscat illud distincte: sed tantum vel est sibi reuelata vel credita alicui docenti τc· ¶ Tertio dicit q theologia nostra respectu necessariorum: cum non sit euidens ex obiecto non habet aliquod obiectum virtualiter continens talem habitum illa duplici primitate: que requiritur ad habitum habentem euidentiam ex obiecto· ¶ Quarto dicit q si loquamur de primo obiecto habitus theologici in nobis non habente hāc duplicem primitatem: sed de primo obiecto idest de primo noto vel perfectissimo noto: dicit q est ens infinitum de quo tanq3 de perfectissimo noto nobis: demonstramus veritates theologicas necessarias: non q aliquo modo virtualiter contineat eas nec vt in se absolute nec vt primo noto: quia solus de⁹ sub ratione deitatis sic continet· Et sic patet littera Docto·

Sed circa dicta istius Doc·

Difficl'tas

Occurrunt aliquae difficultates· Et primo contra hoc quod dicit q deus sub ratione infiniti est subiectum theologie nostre: accipiendo ipsum subiectu3 vt non continens virtualiter τc· sed vt primo notum nobis·

Contra hoc arguit·

Jo· Angli· Bacchōis ꝯ Doc· primo arguit·

Johannes anglicus in prologo· qōne tertia· τ arguit sic· Aut naturaliter cognoscimus conceptum infinitum de deo: aut supernaturaliter· non primo modo: quia vt sic non est subiectum ī theologia nostra sed theologie philosophorum· Si secundo modo· ergo ita bene potest cognosci deus sub rōne deitatis· sicut conceptus entis infiniti· Et sic de⁹ sub rōne deitat' erit magis subiectū theologie nostre q3 sub ratione entis infiniti·

Secundo arguit·

¶ Secundo arguit ꝯ illud qd dicit Doc· q ens infinitum est primum notum nobis de deo: aut enim intelligitur de prio noto sm quid nois: aut sm qd rei· Si primum

mum cum in theologia mea presupponatur quid nominis dei: sequitur q deus sub ratione deitatis erit subiectum in theologia nostra. Si secundo modo hoc est falsum: quia diffinitio infiniti in perfectione non est capibilis ab intellectu nostro: et hoc est contra naturam subiecti quia cognitio quid nominis solum presupponitur.

Tertio arguit.

¶ Tertio arguit sic. Illud est prius notum nobis de quo formatur questio qz illud quod queritur: sed de deo querimus in theologia vtrum sit infinitus in perfectione et vigore: sed conceptus infiniti non est primus conceptus sicut conceptus dei. Maior patet quia in omni propositione prius concipimus subiectum qz predicatum quod de illo predicamus: sed illud de quo querimus est subiectum: quod queritur est predicatum. vt cu queritur vtrum deus sit infinitus. hec ille.

Declaratio opi. Doc.

Pro responsione ad ista argumenta: premitto duo. Primu q quando Doc. dicit q ens infinitum siue aliquod ens sub ratione infinitatis est subiectum theologie. Hoc dicit propter conceptum infinitatis: quia conceptus perfectior q possit haberi pro statu isto (loquendo semper de lege communi: quia certum est q deus posset causare cognitionem deitatis distinctam abstractiuam vt patet in. 2. distin. 3. q. 10.) est conceptus infinitatis vt patet ab ipso in. 1. distin. 3. q. 1.

Deus posset causare cognitionem distinctam deitatis.

Secundum q eo modo quo aliquid ponitur ratio subiecti illud est perfectius inter omnia que considerantur in tali scientia vt patet. Nam sicut subiectum vt vere continet virtualiter considerata in tali scientia in se est perfectius ipsis consideratis. vt patet a Docto. presenti. q. Sic illud quod ponitur subiectu vel ratio subiecti in aliqua scientia non habente euidentiam ex tali subiecto ponitur perfectius inter omnia considerata ab intellectu habente huiusmodi scientiam: et patet qa eo modo quo ponitur ratio subiecti: eo modo per illam demonstrantur proprietates de subiecto cuius e talis ratio. Sicut ergo ratio formalis cotinendi virtualiter veritates est medium demonstrandi proprietates de subiecto in scientia habente euidentiam ex tali subiecto vel ex ratione formali: sicut patet de ratione subiecti theologie in se: sic in scientia non habente euidentiam ex subiecto sicut est theologia i nobis: ratio formalis subiecti talis scientie et si non sit vera ratio continendi virtualiter veritates in tali scientia theologica consideratas: tamen erit nobis ratio demostrandi huiusmodi veritates: quia nobis nihil est notius et perfectius per quod possint demonstrari qz ratio talis subiecti. Ideo ipsa est ratio demonstrandi etc. ¶ Ex hoc infero cum ratio entis infiniti sit perfectior conceptus consideratus in theologia nostra non habente euidentiam ex subiecto vt patuit supra a Docto. sequitur q erit ratio demonstrandi veritates necessarias theologicas quamuis non contineat eas primo virtualiter. Et illud quod sic est ratio demostrandi est ratio formalis subiecti: sequitur q infinitas intesiua erit ratio formalis subiecti theologie in nobis. Nihil enim est nobis notius per quod possumus concludere de aliquo ente qd sit trinum et vnum sicut est infinitas intensiua talis entis: si tamen illud ens posset distincte in se cognosci: entitas illa notior esset in demonstratione.

His premissis respondeo.

Ad argumenta excellentissimi Magistri Johannis anglici.

Ad primu argu. excel. Jo. Anglici Bacho.

¶ Ad primum. potest dari vtrumqz membru videlicet q naturaliter concludimus infinitatem de aliquo ente. Et cum dicit illud est subiectum scientie philosophorum. Cuz supportatione hoc indiget probatione: quia subiectum in methaphisica est ens inquantum ens: nisi accipiat subiectum pro nobiliori considerato in tali scientia: et sic ens infinitum est nobilissimum consideratum in scientia philosophorum. Et cum infertur. ergo non est subiectum theologie nostre. negatur consequentia. ¶ Et cum dicit q theologia nostra est scientia supernaturalis: concedo. ergo et cognitio subiecti theologie nre e supnaturalis? negatur consequentia. Quia theologia nostra non est de terminis incompletis sed de propositionibus vt patuit supra. q. 1. ¶ Si arguatur sic per argumentum Doct. factum contra opinio. primam de ratione formali subiecti: qui sic arguit in sentetia. Cognoscens naturaliter rationem formalem alicuius subiecti per illam naturaliter potest scire omnes veritates in tali scientia. ergo sequitur q si via naturali possumus cognoscere rationem formalem subiecti theologie nostre: sequitur q possumus cognoscere naturaliter veritates cosideratas in theologia nostra quod est falsum. ¶ Dico q hoc verum esset si tale subiectum virtualiter contineret huiusmodi veritates: et vt sic esset notum nobis vt patet a Docto. vbi supra: et potest elici ex dictis ipsius in. q. 1. prologi et distin. 3. q. 1. primi. Sed in proposito ratio formalis subiecti theologie nostre vt nostre: non est ratio continendi virtualiter veritates theologicas vt dixi. ¶ Si dicatur. Si p rationem infinitatis demonstro deum esse trinum et vnum: vel aliquod ens esse trinum et vnum: quare philosophi qui perfectius hoc cognouerunt non potuerunt demonstrare huiusmodi infinitatez? ¶ Dico q nec etiam nos absolute possumus demonstrare talem veritatem per rationem infinitatis: sed habita reuelatione huius quod deus est trinus et vnus: si volumus alicui fideli hoc persuadere nihil notius est nobis ad hoc persuadendum quam infinitas intensiua talis entis: ita q demonstratio trinitatis per rationem infiniti tantum valeret credenti articulis fidei: sed puro philosopho nihil valeret: sed diceret q omnino repugnaret tali nature esse formaliter in tribus suppositis. ¶ Si etiam detur secundum membrum. videlicet q cognitio entis infiniti sit supernaturalis: adhuc non sequitur quod dicit q ita bene posset cognosci deus sub ratione deitatis: et sic esse subiectum theologie nostre.

¶ Dico q si aliquis intellectus haberet cognitionez distinctam supernaturalem ipsius deitatis: q theologia in tali intellectu haberet deum sub ratione deitatis pro subiecto vt patet a Doctore respondendo ad secundam questionem. ¶ Sed quia de communi lege non traditur cognitio supernaturalis distincta ipsius deitatis: et per consequens non erit ratio formalis subiecti theologie nostre: et quia perfectissimus conceptus quem possumus habere de aliquo ente via naturali: siue etiam via supernaturali loquendo semper de commun lege est conceptus entis infiniti: adeo magis per huiusmodi infinitate cognitam demonstramus veritates theologicas: qua per rationem deitatis i se cum illa sit nobis ignota. Cocludimus. n. multa de deo per rone infinitatis. Qr si qratur quare est trinus et vnus? qr infinitus. qre est necesse esse? qr infinitus. quare oipotens? siue loquendo de oipotentia mediate siue imediate. de q

Coceptus infiniti est perfectior quem possumus habere p statu vie de quouis ente.

Docto·7·q·quoli·quia infinitus ⁊ non quia deus·
¶ Si dicatur An ens infinitum siue entitas infinita distincte cognoscatur an confuse·non distincte vt patet·si confuse ergo non erit ratio demōstrandi· vel si sic sequitur qđ ita bene deus confuse cognitus erit ratio demonstrandi veritates theologicas in theologia nostra·¶ Dico q loquendo de entitate formaliter infinita in particulari q non potest distincte cognosci via naturali: nec etiam via supernaturali de cōmuni lege: quia sic cognosceretur deitas distincte quia sola deitas est entitas formaliter infinita · Si vero in cōmuni puta q sit aliqđ ens infinitum sic potest cognosci confuse tamen · Et cum dicitur ergo deus ita confuse cognitus potest esse subiectum·
Dico q non sequitur quia cognitio entis infiniti vr̄ terminari ad perfectiorem conceptum ⁊ hoc quo ad nos: q̄ȝ cognitio cōfusa ipsius dei· Et ideo ens infinitum erit magis subiectum in theologia nostra q̄ȝ deus sub ratione deitatis: ⁊ sic pȝ rn̄sio ad primū argumētū·¶ Ad 2m argumētū cum dicit de primo noto de deo·aut illud ens infinitum est primo notū secundum quid nominis·aut secundum quid rei·

Ad 2m argumentuȝ·

¶ Dico q secundum quid nominis· Et cuȝ infertur q ita deus est ita notus nobis vel saltem ita potest esse·Dico primo q cum deus non habeat diffinitionem nisi secundum quid nominis: non sequitur q de cōmuni lege ita possit eē notus nobis sicut ens īfinitum·Sed etiam posito q ita possit esse notus nobis: non tamen sequitur q sit ratio formalis subiecti theologie nostre: quia per ens infinitum perfectior conceptus innotescit nobis q̄ȝ per ipsum deuȝ sic notum secundum quid nominis: ⁊ quia conceptus perfectior in theologia nostra est nobis ratio euidentior demonstrandi veritates theologicas in theologia nostra·vt·s̄·diffuse exposui·ideo conceptus entis infiniti erit magis ratio formalis subiecti theologie nostre: q̄ȝ conceptus ipsius dei indistincte cogniti · Et sic patet responsio ad argumenta illius Doc· quam responsionem bene nota · ¶ Ad tertium· Cum dicit q illud est prius notum de quo queritur q̄ȝ illud qđ queritur·Cum ergo ens infinitum in theologia nostra queritur de deo quia querimus an deus sit ens infinitum: ergo deus de quo queritur erit prius notum in theologia nostra· ¶ Respondeo q aliud est loqui de subiecto scientie: ⁊ aliud de ratione formali illius· Et sic concedo q deus est primo notū in theologia nostra: ⁊ sic concedo q est subiectum·Sed querendo de ratione formali ipsius subiecti · Dico q est entitas infinita· Non queritur ergo in theologia nostra ens infinitum de deo vt aliquid demonstrabile de ipso: cum non sit demonstrabile in theologia nostra: sed si queritur: queritur vt ratio formalis illius vel vt ratio perfectissima ipsius dei·Sicut etiā querimus an homo sit animal rationale: non querimus vt aliquid vere demonstrabile ꝓpter quid de ipso homine · Secundo dico q etiam in theologia nostra non proprie querimus An deus sit ens infinitum· Sed magis querimus An illud ens qđ nominamus deum qđ tamen est nobis ignotum in particulari sit infinitum : ⁊ nō queritur infinitas vt demonstrabilis ꝓpter quid de ipso: sed magis queritur an alicui entitati quam nominamus deum conueniat infinitas intensiua: ⁊ sic patet responsio·

Ad tertiuȝ argumētū

Nunc autem videndum est·¶ Hic Doc· tractat de subiecto theologie respectu veritatum cōtingentiū·⁊ littera satis clara est · Et primo dicit q veritates contingentes non continentur virtualiter in aliquo subiecto: quia continentia virtualis subiecti de qua in proposito loquimur habet necessariam habitudinem ad virtualiter contentum· Nam subiectum virtualiter continens demonstrabile de ipso in duplici habitudine se habet ad illud: videlicet in habitudine receptiui: ⁊ in habitudine efficientis de necessitate vt patebit a Doc· infra·Sed predicatum quod potest contingenter inesse subiecto non de necessitate producitur ad aliud subiectum · Secundo dicit q inter propositiones contingentes est ordo: ita q vna erit prima loquendo semper de contingentibus ad eandem materiam pertinentibus· vt hec erit prima contingens(deus vult franciscum saluum fore)ex qua sequitur multe alie ꝯtigentes: videlicet(ergo vult ipsum esse in gratia:) ⁊ similiter(ergo vult ipsuȝ mereri·Similiter in alia materia· Hec erit prima contingens (verbum est incarnatum) ergo natum verberatum passum ⁊ huiusmodi · Tertio dicit· ¶ Ibi·Dicitur autem primum subiectum prime veritatis contingentis qđ visum vt tale natum est primo videri coniungi cū predicato illo·¶ Exemplū·Si quis intuitiue videret deum in ordine ad hec predicata puta velle predestinare franciscum: velle dare gratiam: velle mereri : velle ipsum actu glorificare·statim est sibi notum q velle ipsum predestinare esset immediatius ipsi deo q̄ȝ predicata sequentia: quia alia predicata presupponunt hoc predicatum·⁊ ideo in ista materia · hec esset prima contingens deus vult franciscum predestinare·
¶ Et nota qđ dicit Doct · intuitiue: quia propositio ꝯtingens semper est respectu predicati contingenter existentis· Nam quecunq̄ȝ abstrahunt ab existentia non sunt proprie contigentia· Et ideo si intellect⁹ meus nunc abstractiue cognosceret parietem ⁊ albedinem nesciret tamen an paries sit albus: nisi actu videret vnionem albedinis ad subiectum: qđ non potest esse sine intuitiua cognitione· Quarto dicit ·
¶ Ibi·Ex h' a ad propositum: scilicet q diuina essentia est primum subiectum theologie cōtingentis: q omnes conclusiones contingentes demonstrabiles resoluuntur in aliquas propositiones contingentes primas : ⁊ predicata earum primo insunt deitati·
Et cum dicit parum infra·q eo modo est subiectum theologie contingentium quo est subiectum necessariorum · Hoc non debet intelligi quantuȝ ad continentiam virtualeȝ: quia tantum respectu necessariorum est subiectum ⁊ nō contigentium: sed quātum ad hoc est simile q sicut de deo per rationeȝ deitatis demonstrantur veritates necessarie ita de deo per rationem deitatis demonstrantur veritates cōtingentes · ¶ Et addit parum infra · q hoc est verum de theologia contigentium in intellectu dei ⁊ beatorum qui vident ipsam deitatem intuitiue : ⁊ per consequens per rationem deitatis demonstrant omnes veritates tam contigentes quam necessarias· ¶ Ibi totus igitur theologie ⁊c · ¶ Hic nota in littera quod dicit Docto · scilicet quod visio essentie diuine est sicut cognitio methaphisica entis : idest sicut cognitio entis in methaphisica terminatur ad ens tanq̄ȝ ad terminum incomplexum·sic visio deitatis terminatur ad deitatem vt ad terminum incomplexum · Et addit q Beata visio non est theologia: quia scientia theologica tantum respicit complexa· licet talis visio sit supernaturalis ⁊ pertineat ad cognitionem theologicam incomplexorum in theologia:

Contingentes veritates non cōtinentur i aliquo subiecto·

Quecūq̄ȝ abstrahūt ab existentia n̄ sūt ꝓprie contingentia·

Visio essentie diuine est sicut cognitio methaphisica entis·

non tā

non tamen dicitur scientia theologica que vt sic est
respectu complexorum. ¶ Ibi. Subiecti vero theo-
logie nostre. ¶ Di. Doc. q sicut deus sub ratione en
tis infiniti est subiectum theologie nostre respectu
necessariorum quia vt tantum primo notum et non
vt virtualiter continens: sicut diffuse supra exposui
mus: sic sub ratiõe entis infiniti est subiectum theo
logie contigentium. Nam veritates contigentes in
theologia magis persuaderi possunt nobis per ratio
nem entis infiniti q̃z per rationem deitatis abstrac
tiue et confuse cognite: sicut supra exposuimus de ve
ritatibus necessarijs. ¶ Ibi. Cõtra. Hoc argumentũ
cum sua responsione clarum est. ¶ Ex predictis ap-
paret improbatio illius opini. Tota ista littera hic et
ex superius dictis est clara vt patet diligenter intu-
enti: presertim ex supradictis. ideo expositione nõ in
diget. ¶ Aliter tamen ponitur christum esse subiectũ
primum. Tota ista littera clara est: excepto hoc qd̃
dicit. ¶ Ibi. Respondeo humanitas nõ est ratio pri
mi subiecti ad qd̃ stet resolutio. ¶ Est quasi passio
prior medians inter primum subiectum istarum ve-
ritatum qd̃ est verbum: et alias passiões posteriores
vt natus etc. Patet enim q humanitas nõ potest es
se ratio subiecti respectu passionis prime: que est es
se incarnatum: quia illud dicitur de verbo non pre
intellecta humanitate in verbo vt in subiecto. Et
hoc sic potest intelligi vel quantum ad vnionem:
qr prius intelligitur vnionem terminari ad verbum
q̃z humanitas intelligatur ibi. Unio. n. illa causatur
imediate a deo et fundatur in humãitate et terminat̃
ad verbum. Si ergo verbum dicatur incarnatum qr
terminat talem vnionem: tunc erit prius incarnatuz
q̃z intelligat̃ humanitatẽ predicari de illo. Prius. n.
intelligitur vnio albedinis ad subiectum q̃z intelliga
tur albedinez pdicari de subiecto. Nec diceremus sub
iectum terminare vnionem albedinis ratione ipsius
albedinis: cum prius intelligatur vnionem illam ter
minari q̃z intelligamus albedinez esse in subiecto vt
in subiecto. i. q̃z prius denominet subiectum. Sic di
co in proposito q verbuz prius intelligitur termina
re vnionem nature humane q̃z vnione dicatur sim-
pliciter incarnatum et q̃z intelligatur humanitas in
illo vt in subiecto. i. vt denominans suo modo subie
ctum. Non. n. est ibi vt accidens in subiecto cum
non informet verbum nec aliquomodo perficiat: vt
pz a Doc. in. 3. d. 1. q. 1. sed dicitur predicari de verbo
denominatiue vt pdicatio denominatiua distinguit̃
cõ quidditatiuã: non vt distinguit̃ cõ substantialem: q̃
dicimus vnã substantiam predicari de alia licet vna
nõ sit de essentia alterius vide Sco. in. 3. d. 7. q. pria.

Alia opi. de subiecto Theo.

Nota bene hanc responsionẽ excellẽtem

Nunc respondendum est ad argumenta

pricipalia prime. q. De subiecto theologie. et primũ
argumentũ cum sua responsione clarũ est in littera.
¶ Nota tamẽ qd̃ dicit de subiecto sciẽtie. Hic Doc.
vult expresse q subiectũ scientie ex hoc dicatur subie
ctum in ratione cause efficientis. i. q subiectum sci-
entie est causa effectiua saltem partialis notitie con-
clusionis demonstrabilis: sustinendo q entitas sub-
iecti sit causa effectiua scientie. Uel si dicatur: vt. s.
exposui q notitia subiecti est cã effectiua notitie cõ-
clusionis demonstrabilis remota tñ: qr notitia prin-
cipiorũ est imediate cã. Et sic hac via de notitia sub-
iecti magis saluatur subiectum logice qa certũ est q
sillogismus q põit subiectũ logice a Doc. vt pz in vni-
uersalibus: nõ continet virtualiter noticiã conclusio

Subiectuz scientie est causa partialis effectiua notitie cõclusionis.

nis demonstrabilis. pz qr ens rationis non põt esse
cã effectiua nec totalis nec partialis alicuius scien-
tie: que est qualitas absoluta vt diffuse pz a Doc. q.
13. quol. et. d. 14. ¶ Si tñ diceret̃ q notitia sillogismi
cõtinet remote virtualiter notitiã cõclusionis demõ
strabilis i logica vt notitiã huius q sillogismus ha
bet tres terminos. Sed tunc esset questio de notitia
subiecti logice. Sed qr nõ est p̃ntis speculationis ali
as dicetur. Dicit tñ Doc. q per quandã similitudi-
nem põt dici materia. et littera satis clara est. ¶ Ad
3am rationem. Ibi. Ad illud de primo posse. Hec re
sponsio clara est. ¶ Ibi. Quod autem addit de pas-
sionibus. ¶ Dicit Doc. q cõsideratio attributoruz ẽ
consideratio methaphisica et nõ theologica. Nam q
dicimus illud qd̃ nominamus deum est summe sa-
piens summe bonus et huiusmodi põt a vero metha
phisico sciri: et sic talia attributa dicuntur proprieta-
tes demonstrabiles de deitate: vt precise est subiectũ
theologie. Et addit nisi sint aliqua attributa per se
tantum cõuenientia huic essentie vt hec: et non vt a
nobis nunc naturaliter intelligit̃ confuse. Forte sunt
multe proprietates que tñ sunt nate cognosci per ra
tionez deitatis distincte cognite. vt hec deitas. Et ta
les proprietates possunt dici quasi passiones demõ
strabiles: q̃ tñ proprietates nõ cognoscunt̃ de deita-
te vt confuse cognita vt puta vt cognoscitur inquan-
tum ens vel inquantum est aliqd̃ ens summũ: et hu-
iusmodi. ¶ Ibi Qd̃ autem accipitur q passio est ex-
tra essentiam subiecti. Dicit q hoc verum est vbi
passio ẽ realiter cãta a subiecto etc. ¶ Hic multi vo-
lunt intelligere q mẽs Doc. fuerit q in creaturis pas-
sio est realiter causata a subiecto et ex hoc q sit reali-
ter distincta a subiecto cuius oppositum expresse te-
net Doc. q sit realiter distincta a subiecto. ¶ Aliqui
tamen faciunt magnam differẽtiam inter distinctio-
nem essentialem et realem: concedentes q licet pas-
sio distinguatur realiter a subiecto non tamen essen
tialiter: et sic intelligendo subiectum non potest sepa
rari a passione. Sed quicquid sit: in secundo arti-
ticulo exposui quomodo subiectum est causa passio
nis vide ibi. ¶ Multi tamen parisini accipiunt no
titiam passionis pro passione supple q notitia pas-
sionis est realiter causata a subiecto et sic realiter di-
stincta: ipsa tamen passio non est realiter causata.
¶ Sed postea esset difficultas quia dicit Doc. q il-
lud qd̃ habet rationem passionis in diuinis non est
realiter causatum: qd̃ non potest intelligi de notitia
illius: quia in intellectu beato talis notitia est reali-
ter causata. Nisi dicatur q in intellectu diuino non
est realiter causata sic exponendo: q notitia illius vt
habet rationem passionis in diuinis respectu intel-
lectus diuini non est realiter causata: quia est simpli
idẽ qd̃ essentia diuina realiter et essentialiter vt pz a
Doc. infra. d. 2. ¶ Ibi. Qd̃ tertio dicitur. ¶ Nota
hanc responsionem: quia dicit Doc. q non est neces
se subiectum habere principia intrinseca per que de
monstrentur passiones de ipso sicut de homine de-
monstratur risibilitas per diffinitionem ipsius que
est principium intrinsecum ipsius hominis: sed suf-
ficit q tale subiectum sit principium suo modo effe-
ctiuũ passionis demonstrabilis: et sic ex ratione talis
subiecti licet nullo modo ex parte rei distincta a sub
iecto possunt demonstrare passiones de ipso: vt pa-
tet de ente respectu suarum passionum. ¶ Sequen-
tia argumenta cum suis responsionibus sunt sa-
tis clara in littera.

Ens rõnis non põt eẽ cã effectiua scientie.

Parisini accipiunt notitiã passionis etc.

Ens ẽ principium demostrandi suarũ passionum.

Difficultas pulcra.

Solum oritur vna difficultas

in hoc qđ dicit in responsiõe q anima hominis virtualiter continet rõnem felicitatis naturalis: qꝛ si sic: cum talis felicitas cõsistat in speculatione prime substãtie separate: vt vult Aris. x. ethi. Sequit̃ q virtualiter cõtinebit talem speculationem: ⁊ si sic. Sequitur vltra: q virtualiter continebit entitatẽ prime substãtie separate: ⁊ cõsequẽtia vltima pꝫ a Doc. in .i. d. 3. ⁊ in .2. d. 3. in materia de cognitione angelorum: ⁊ subtilr̃ hoc probat in quoli. q. 14. Sed hoc est impossibile q virtualiter contineat huiusmodi entitatẽ vt ipse probat in locis preallegatis.

Respõdeo q eo modo quo

virtualiter anima intellectiua continet cognitionem substãtie separate eo modo ꝯtinet entitatem illi⁹ substãtie. Sed tãtum virtualiter vel essentialiter cõtinet cognitionem substãtie separate quantum ad cõcept⁹ cõmunes sibi ⁊ nobis. Et sic virtualiter vel essentialiter cõtinet huiusmodi conceptus. De prima .n. substantia vt in .d. 3. declarabitur: ⁊ partim declaratum est .š. q. 1. nõ cognoscuntur alique proprietates de ipsa: sed tantum cognoscitur q est aliqđ ens infinitum aliqua causa prima ⁊ huiusmodi. ¶ Secundo dico q aiaꝫ virtualiter continere felicitatẽ naturalem potest dupliciter intelligi. Primo q per rõnem anime potest concludi q talis felicitas: puta speculatio substãtie separate nata ẽ inesse anime itellectiue vt vltima felicitas naturalis ipsi⁹. Scđo q virtute naturali possit peruenire ad huiusmodi felicitatem ⁊ vterqꝫ sensus est verus. ¶ Ad argumenta alterius questionis in qua querebatur. Utrum theologia sit de deo sub aliqua ratione speciali. Argumenta cum suis responsionibus sunt satis clara in littera vsqꝫ. ¶ Ibi Ad Comentatorem primo phisicorum dico. ¶ Dicebat .n. Auerroys q substãtie separate sunt subiectuꝫ methaphisice. Rõ qꝛ nulla scientia probat suuꝫ subiectum esse sed supponit esse ⁊ probatum in alia scientia. modo substãtie separate probantur esse ĩ scientia naturali: vt pꝫ .8. phisicorum: ergo methaphisic⁹ non demonstrat illas esse sed supponit illas. ¶ Et ꝯ hoc arguit Doc. qꝛ tunc sequeretur q scientia naturalis esset simplr̃ prior tota methaphisica. pꝫ qꝛ ipsa ostenderet de subiecto methaphisice si est. Hoc autem est valde incõueniens: qꝛ tũc phisica esset prior prioritate perfectionis. pꝫ qꝛ cognitio subiecti in aliqua scientia sub rõne propria est perfectissima vt patuit .š. ergo phisicus q probat subiectum methaphisice esse: esset nobilior methaphisico. Et vltra sequeretur q phisica esset etiam simpliciter prior tota methaphisica qđ est inconueniens etiã loquendo de prioritate duratiõis. Licet .n. quo ad nos phisica sit prior tñ simpliciter ⁊ absolute methaphisica est simpliciter prior: cuꝫ sit simpliciter de rebus eternis ⁊c. ¶ Ibi Scđo. Quia per omnem conditionem effect⁹ potest demonstrari de causa qꝛ est. ¶ Hic Doc. intendit probare q etiam methaphisicus demonstrat primã substantiam separatam esse arguendo ab effectu. Et ratio clara est in littera: qꝛ per oẽm conditionem effectus quam impossibile est inesse effectui nisi causa sit potest demonstrari de causa qꝛ est: hec ẽ manifesta. Sed in methaphisica considerantur multe proprietates effectuum que non possunt inesse effectibus nisi causa sit vt pꝫ: qꝛ effectus dependet: ⁊ ideo arguimus q est aliquod independens ⁊c. vt pꝫ in littera. Et sic cõsideratur prima causa a methaphisico vt circumscribit̃ a motu ⁊ mutatione: qꝛ consideratur inquãtum est producens ⁊ inquantum transmutans: ⁊ q aliquid possit intelligi tantuꝫ producere vt productio abstrahat a motu ⁊ mutatiõe: patebit .j. a Doc. d. 2. ⁊ .5. 1. Et sic p rationem effectibilis potest demõstratione qꝛ demonstrari primũ effectiuũ esse vt subtiliter demonstrat Docto. in isto .1. d. 2. q. 1. ⁊ tamẽ effectibile inquãtum effectibile abstrahit a motu ⁊ mutatione. pꝫ qꝛ scđa intelligentia ſm Auic. est vere producta a prima ⁊ tñ nec per motum nec per mutationẽ. Hoc idẽ ſm Ari. vt diffuse Doc. exponit in isto .1. d. 8. q. vltima ⁊ .7. q. quolꝫ. ¶ Si dicatur q nõ possumus cognoscere aliqđ effectibile vt abstrahit a motu ⁊ mutatiõe: qꝛ oĩs nr̃a cognitio ⁊c. Et breuiter oẽ mediũ sumptum a methaph. videtur habere euidentiam ab aliquo nãli sensibili: ⁊ sic primam substantiam esse nõ potest demonstrari nisi per medium phisicuꝫ. ¶ Dico q licꝫ cognitio abstractiua terminorum dependeat aliquo modo saltẽꝫ occasionaliter a cognitione sensitiua eorundem: tamen habita cognitione abstractiua terminorum pñt formari multe propositiones necessarie: vt abstrahunt ab omnibus conditionibus materialibus. Licet .n. intellectus pro statu isto nõ cognoscat rationem totius ⁊ partis nisi presupposita cognitione sensitiua totius ⁊ partis: tamẽ habita cognitione abstractiua totius ⁊ partis: potest formare hanc ꝓpositionem. Omne totum maius est sua parte: ẽt nullo sensibili existente. ¶ Et de hoc vide diffuse Doc. in .1. d. 3. q. 4. de sinceris veritatibus ⁊ aliqualiter in quoli. ¶ Primã etiam substantiam esse: põt multipliciter probari a methaphisico vt hꝫ diffuse videri a Doc. ĩ 1. d. 2. q. 1. vbi probat primuꝫ effectiuũ esse: ⁊ primũ in eminentia: ⁊ vltimũ finitiuũ: ẽt circumscribẽdo naturalia sensibilia. Uide ibi. ¶ Et ex hiis pꝫ quomodo methaphisicus per medium abstractum a materia sensibili probat primã substantiam esse: nõ dico tñ q tale mediũ sit abstractum ſm esse: qꝛ omne effectibile generabile ⁊ corruptibile apud philosophum dependet a materia: sed per medium abstractũ ſm considerationeꝫ eo modo quo Doc. arguit in primo d. 2. q. 1.

In cognitiõe abstractiua itell's nr̃ presuppõit cognitionem sensitiuam.

Ad tertiam questionem

ĩ qua querebatur. An theologia sit de omnib⁹ scibilib⁹. ¶ Iste titulus qõnis sic intelligitur. Ex quo subiectuꝫ theologie est deus sub rõne deitatis loquendo de theologia in se: ⁊ illa dicuntur pertinere ad scientiam theologicam que virtute subiecti theologici ostendi possunt vel cognosci. vt ĩfra pꝫ a Doc. Hoc declarato dicit̃ ab Hen. q nõ est de oĩbus scibilibus: qꝛ quiditates relucentes in essentia diuina mouent intellectuꝫ diuinũ virtute propria ad notitiam veritatum in ipsis virtualiter contentarũ: ita q essentia diuina non mouet intellectum diuinum ad notitiam illarum quiditatum: nec ad notitiam veritatum inclusarum. ¶ Ibi Contra illud. ¶ Hic Doc. improbat hãc opi. quantum ad hoc .s. q huiusmodi quiditates possint mouere intellectum diuinum: qꝛ si sic intellectus diuinus vilesceret: qꝛ tunc pateretur ab aliquo alio ab essentia sua: qꝛ ille quiditates effectiue cãrent notitiam veritatum inclusarum: ⁊ sic ab illis reciperet aliquam perfectionem qđ est impossibile: qꝛ talis notitia cãta esset vere realiter distincta ab intellectu diuino: ⁊ per cõsequens vere reciperetur ab illo: ⁊ multa alia

ta alia inconuenientia sequerentur · ¶ Ibi. Secundo sic · ¶ In ista rōne Doc · supponit vnū q obiectū adequatū intellectus diuini est essentia diuina singularissima · Et nō aliqđ cōmune loquēdo semp de obiecto motiuo: et hoc est cōiter ab oibus concessum · Sz si intellectus diuinus eēt actuabilis a diuersis obiectis siue pfectibilis ab illis: tūc aliqđ cōmune eēt obiectum illius · Hoc p3 de oibus alijs potentijs: qz · n · potentia visiua nata est moueri a pluribus colorib9: ideo ponit aliqđ cōmune p obiecto adequato · Sed de hoc diffuse ptractabit in · 1 · d · 3 · ¶ Ibi · Ideo dico aliter · ¶ In ista lrā sunt notāde multe ppositiones prima est · Obiectum primum theologie dei facit oia alia actu cognita in intellectu suo · i · q essentia diuia pducit oia obiecta secundaria in esse cognito respectu intellectus diuini · supple q itellectus diuin9 habet cognitionem oium a sola essentia diuina ·

Difficltas

Sed circa hanc ppositionē occurrūt aliq difficultates ex dic · Doc · primo qz ipse vult expsse in · 1 · d · 3 · q · 4 · respondendo ad qōnem q oia obiecta secundaria siue oēs veritates sincere sunt ab actu intellectus diuini · hoc idē in · xxxvj · d · et · xliij · et i · 2 · d · 1 · q · 1 · et i quoli · q · 14 · Si sic: tūc ista obiecta sunt nota intellectui diuino nō per essentiā sed p actum intellectus sui · et sic videtur seq q veritates iste nō sunt note p rōnem obiecti theologici ·

Rñsio ·

Respōdeo Primo q et si hmōi entia sunt producta i esse cognito ab actu intellectus diuini: tanq a cā quodāmō imediata: tñ ab essentia diuina vt a cā remota suo mō dicunt eē producta in tali esse cognito · vt expsse p3 a Doc · i isto 1 · d · iij · q · iiij · vbi vult q sincere veritates reluceant in essentia diuina vt in cā remota: et hoc ideo ē qz essentia diuina est rō formalis producendi cognitionē sui in intellectu suo: et tunc ipse intellectus et essentia mediāte tali actu: sunt rō formalis pducendi oia alia in esse cognito · Scđo dico q et si talia obiecta tñ habeant esse p actū intellectus diuini: qui pducit illa i eē cognoscibili: essentia tñ diuina facit illa actu cognita in intellectu diuino · ¶ Nota tñ q cum dico q essentia diuina facit obiecta secūdaria actu cognita in intellectu diuino: nō est intelligendū q causet aliā cognitionem a cognitione prima: qua intellectus diuinus cognoscit essentiā: cum in re tñ sit ibi vna cognitio: vt · j · patebit in isto · 1 · d · 2 · q · 1 · et · d · xxxix · Sed facit illā cognitionē primā terminari ad obiecta secūdaria: ita q fm aliam et aliā terminationē ad alia et alia obiecta vr diuersificari: in re tñ tñ est vna cognitio simplicissima: et hoc diffuse patebit · j · d · xxxix ·

Alia diffi cultas ·

Secūda Difficultas est de cognitione contingentium · Nā si virtute essentie diuie contingentia cognoscunt ab intellectu diuino: tunc vr expresse q Doc · sibi 3dicat in multis · Primo qz expresse vult q essentia diuina nō contineat virtualiter veritates cōtingentiū: vt patuit · s · et tñ si notitia taliū veritatum virtute essentie fieret in intellectu diuino: tales veritates virtualiter cōtinerent in essentia diuina: qz cōtinens virtualiter notitiā alicuius et virtualiter cōtinet entitatē illius vt p3 expresse a Doc · i isto · 1 · d · 3 · et · d · 8 · In · 2 · d · 3 · q · 7 · i quoli · q · 14 · ḡ · Secundo sibi cōtradiceret: qz expresse vult q essentia diuina de necessitate nature moueat intellectū diuinū respectu cognitionis ab ipsa causate: et sic si essentia diuina moueret intellectum diuinum respectu veritatis contingentis: sequeretur q intellectus diuinus necessario intelligeret hanc partē contradictionis so

Apparens 3dictio ·

Item alia

re veram: et ita posset errare vel oppositū non posset euenire: et tunc nō esset cōtingens sed necessarium illud qđ ponitur esse cōtingens · hec sunt verba formalia Doc · q · 14 · quoli ·

Respōsio ·

Respōdeo q eēntia diuina vt essentia non mouet intellectū diuinū respectu veritatis 3tingentis: qz tūc seqrent inconueniētia supradicta: sed qz essentia diuina mouet itellectū diuinū ad notitiā termiox huius veritatis cōtingentis: et postea volūtas diuina determinat de oibus cōtingētibus: tūc psupposita determinatiōe diuine volūtatis respectu 3tingētiū: eēntia diuina facit illa cōtingentia actu cognita i intellectu diuino: siue facit notitiā itellectus diuini actu terminari ad cōtingentia3 · Et hoc p3 expsse a Doc · i isto · 1 · d · 39 · et sic intelligēdo doctorē: p3 q sibi nō 3dicit · Esset tñ aliqua difficultas i ista visione: sed breuitatis cā ipsa3 differo vsq ad · 39 · d · primi · Scđa ppositio est · ¶ Ibi · Sed de intellectib9 creatis btōrum alr est · ¶ Et hec ppositio icludit duas partes · Prima q pōt cognoscere qditates creatas et veritates in illis cōtentas ex motiōe p pria taliū qditatū: et talis cognitio est cognitio i genere pprio · Quō autē intellectus bti possit moueri ab hmōi qditatib9 h3 diffuse videri i · 2 · d · 3 · q · 9 · et vlti · et in · 4 · d · 45 · Scđa pars est q intellectus bti potest habere cognitionē theologicā de veritatibus iclusis in ipsis qditatibus vt ostensis in essentia diuina ·

Diuina essentia non mouet itellectū diuinum respectu veritatē 3tingētis ·

Quō itellect9 bti pōt moueri a qditatibus creat · vid ·

Difficltas

Sed circa hanc partem occurit difficultas · Quia qro aut hmōi veritates fiunt note itellectui btō creato virtute eēntie diuie: aut virtute volūtatis diuie: nō primo qz eēntia diuia vt eēntia nō pōt mouere aliquē itellectū creatū: vt subtiliter p3 a Sco · i · q · 14 · et · 15 · quoli · Nō scđo: qz tūc n fierēt note virtute obiecti theologici qđ est sola eēntia diuina · ¶ Dico q fiūt note p volūtatē diuinam · ¶ Et cū dr q nō eēnt veritates theologice: qz nō note virtute obiecti theologici ¶ Dico q sufficit q fiāt note virtute alicuius qđ est simplr idē obiecto theologico: vel virtute alicui9 pfecte supplentis vicē obiecti theologici cuiusmodi ē volūtas diuina et hoc p3 a Doc · in quoli · q · 14 · et pfertim in · q · 15 · et sic p3 ad difficultatē et quō Doc · sibi non 3dicat · ¶ Ibi · Sed dubium est · ¶ Hic Doc · qrit posito q aliq alia scia puta methaphisica vel phisica sit de qbusdā cognoscibilibus: ita q talia cognoscibilia possint ondi in tali p rōnem subiecti illius: vel per rōnem ppriā talium cognoscibiliū · An stāte hoc theologia sit de oib9 · Distinguit Doc · de theologia in se et theologia in intellectu bti · primo mō est de oibus qz oia entia virtute obiecti theologici pnt cognosci: mō tñ per posito: nec est incōueniēs q idē sciat in alio et alio lumine vt patebit in · q · imediate sequēti · scđo mō dicit q pōt esse de oibus scibilibus qz scibilia nō sunt infinita ·

Eēntia diuina n pōt mouere itellectū creatum ·

Respōsio ·

Sed hic occurrit difficultas · Quia Doc · i isto · 1 · d · 2 · q · 1 · vult expsse q itelligibilia sūt actu infinita in intellectu diuino: et ab intellectu creato successiue cognosci pnt · ¶ Itē in · 3 · d · 14 · q · 2 · dicit q aia xpi pōt videre infinita in essentia diuina ergo · ¶ Paucis respondeo secundum aliquos exponentes hic doctorem: q nō loquitur hic de obiectis ifinitis in numero quia illa sunt infinita: s3 de obiectis infinitis i entitate: accipiendo infinitum extra genus prout virtualiter vel eminenter continet omnem entitatem: et plura talia infinita non possunt cognosci ab intellectu creato: licet ab intellectu diuino possint cognosci:

Intellectui diuio sunt actu infinita intelligibilia: que i tellect9 creatus success siue pōt in telligere ·

Aia xpi pōt i finita videre i eēntia diuina ·

Sed loquẽdo de infinito in genere qd non continet oẽz entitatẽ: puta si daretur linea infinita vel nũs infinitus: certũ est q nõ continerẽt eminenter entitatẽ hois vel angeli ⁊c· ⁊ plura talia infinita pñt intelligi ab intellectu creato: sed de hoc differat vsqz ad·39· d·1·¶ Ibi· De theologia ãt nr̃a ⁊·ĩ·¶ Ibi· De possibilitate theologie nr̃e·¶ Hic dicit Doc· q theologia nr̃a non põt eẽ simpliciter de oĩbus cognoscibilibus ⁊ hoc loquẽdo de cõi lege· Nã de⁹ si vellet posset causare cognitionẽ distinctã cuiuscunqz cognoscibilis: sed hoc nõ facit· Q: autẽ fm cõem legẽ non possit eẽ de oĩbus probat dupl̃r· ¶ Primo q: theologia nr̃a tñ est de cõplexis reuelatis: vt·s̃·exposui: ⁊ est tãtuz de illis cõplexis quoꝝ termini sunt nobis nãliter noti: vt puta q deus trinus ⁊ vnus: nõ habetur cognitio deitatis sub rõne deitatis via nãli: nec trinitatis sub rõne trinitatis vt theologi loquuntur: sed habet notitia de istis terminis in cõfuso ⁊ vt accipit a sensibilibus: vt puta sic dicẽdo: aliqd ens qd nominam⁹ deũ est trinũ ⁊ vnũ ⁊c· ¶ Secũdo ,pbat· ¶ Ibi· Tũc pp defectũ theologie nr̃e· ¶ Nam theologia nostra est tñ de reuelatis ⁊ dr̃ fides: multa ãt cognoscimus ,p statu isto nõ per reuelationes sed ex euidentia rei: mõ fides siue reuelatio ⁊ cognitio euidens nõ pñt simul esse respectu eiusdem obiecti: vt diffuse patebit in·3·d·24·

Fides ⁊ euidẽs cognitio respectu eiusdẽ obiecti: nõ stãt simul·

Difficltas

Sed hic occurit difficultas· ¶ Quia notitia theologica nr̃a inest nobis per rationem obiecti theologici: aliter nõ diceret notitia theologica: sed vt·s̃·patuit obiectum theologie nr̃e ẽ de⁹ sub rõne infinitatis: ⁊ tale nõ cõtinet virtualiter ⁊c· vt·s̃·exposui· Tum ẽt q: pro statu isto nõ possum⁹ habere notitiam distinctam obiecti theologici· ergo nec per virtutẽ illius habet notitia theologica nr̃a·

Respõsio·

Respondetur· sed p3 solutio ex supradictis i·q· de subiecto theologie: p nũc tñ dico q sufficit q theologia nr̃a isit nobis per aliqd imperfecte supplens vicẽ obiecti theologici vt exposui in·q·1·,plo· ¶ Ibi· Tamen ois theologie ⁊c· ¶ Hic dicit Doc· q theologia tam beatoꝝ qz nr̃a potest esse de oĩbus cognoscibilibus quãtuz ad aliquos respectus: vt q: includit respectum terminatũ ad deũ sub rõne deitatis: ⁊ talis respectus non põt cognosci nisi deo ꝑcognito: vt·s̃· exposui in·q·1· ⁊ diffuse peractat Doc· in quoli·q·14· ⁊ sic cognitio omnium scibiliũ quantuz ad illos respectus dicitur cognitio theologica·

Primum dubium·

Hic tamen· occurſt aliq̃ dubia· ¶ Primũ· q: si theologia nr̃a ẽ de oĩbus scibilibus quãtum ad respectus supradictos· Quero aut intelligit q est de oĩbus de facto: ⁊ tũc sequit q est de oĩbus respectibus creature ad deum de facto· Aut loqtur de possibili: ⁊ tunc quero aut talis cognitio theologica est de oĩbus illis respectibus vt distincte cõceptis: aut cõfuse cõceptis· Si primo mõ· tunc deus sub rõne deitatis poterit distĩcte cognosci a nobis: p3 q: respectus nõ põt distincte cognosci: nisi ⁊ termin⁹ distincte cõcipiat: vt p3 a Doc·q·14·quoli· ⁊ si deus põt a nobis distĩcte cognosci sub rõe deitatis: tũc distĩcte pñt cognosci a nobis veritates theologice virtualĩr incluse i deo· Sed hoc nõ est de cõi lege vt·s̃· patuit: ⁊ sic ꝯdiceret sibi parũ·s̃·q: dixit q de possibili ⁊ cõi lege: est tñ de his cõplexis quoꝝ termini nãliter a nobis cõcipiunt· Et hoc idẽ in·q·1·plo·⁊i·3·d·23·⁊ i quoli·q·14· Si scdo mõ· tũc sicut tal' respect⁹ ꝯfuse cõcipit: ita ⁊ terminus respectus·

Hic doc· videt sibi ꝯdicere·

Dico primo q d facto ẽ de oĩb⁹: loquẽdo de respectib⁹ cõfuse ꝯceptis: q: in theologia nr̃a cognoscim⁹ q oẽs creature depẽdẽt a deo: ita q talis respect⁹ est rõ creature ad creatorẽ· ¶ Dico scdo q põt eẽ de oĩbus ẽt distĩcte conceptis: sed nõ de cõi lege: sed magis ex spãli priuilegio· ¶ Dico tertio q põt eẽ de oĩbus: ita q notitia taliuz respectuũ dr̃ theologica: q: cognitio talis habet virtute primi obiecti theologici: vel virtute alicu⁹ supplentis vicẽ talis obiecti de quo·s̃·diximus·

Respõsio·

Secundum dubiũ ẽ· q: vr̃ q cognitio talis respect⁹ nõ sit pcise theologica· ,pbat· Q: nõ habet pcise virtute obiecti theologici vel virtute alicu⁹ supplẽtis· ,pbat q: cognitio respectus non tñ dependet a termino sed etiã a fundamento: vt patet a Doc· hic·

Aliud dubium·

Respõdeo q dr̃ cognitio theologica ꝗntũ ad hoc q depẽdet a deo sub rõe deitatis l3 ẽt depẽdeat a fundamẽto: vt tñ ab illo depẽdet nõ dr̃ theologica: ⁊ sic patet lr̃a huius qõnis·

Respõsio·

Iuxta hoc quero· Utrum theologia i se sit scia· Dicit doc· q quãtũ ad istaz ꝯditionẽ q fit p discursum syllogisticũ: theologia i se nõ est scia: pp duplicẽ imperfectionẽ· Tum q: scia cãta p discursum syllogisticũ est effect⁹ equiuocus: ⁊ p ꝯñs includit imperfectionẽ: p3 q: ex quo cã equiuoca est essentialr̃ pfectior effectu: vt p3 a Doc·d·12·4· sequit q effect⁹ erit essentialĩr imperfectior: s3 scia theologica ñ icludit imperfectionẽ: p3 de theologia i itellectu diuino· Q: aũt scia cãta p discursum sit effectus equiuocus: p3 q: cãtur a notitia pmissarũ ⁊ a forma syllogistica: sed notitia premissarum distinguitur specie a notitia cõclusionis: p3 Tum q: talis notitia premissarũ vocatur ab Ari·1·poste· intellectus: q: tñ presupponit cognitionẽ terminorum· Tum ẽt q: notitia premissarum dicitur notitia pp se: q: intellectus assentit premissis pp se: notitia vero ꝯclusionis scite per discursum syllogisticũ dicitur scia ⁊ est pp aliud: q: intellectus assentit cõclusioni pp premissas· Scdo dicit imperfectionẽ ex parte intellectus: q: scia vere causata cũ sit accidens recipit in intellectu cuius est: ⁊ sic itellectus est i potẽtia receptiua ad illã: ⁊ hoc est imperfectionis· Sed theologia in se siue in intellectu diuino nullo mõ est cãta: q: tũc distingueret essentialĩr ab essentia ⁊ intellectu diuino: nec ẽt intellect⁹ diuinus ẽ in potẽtia receptiua ad illã: cũ tal' scia sit simplĩr idem qd intellectus diuinus· vt subtiliter ,pbat Doc· i hoc 1·d·2·q·1· ¶ Ibi· Utꝝ ãt scia sit quãtũ ⁊c· ¶ Ur̃ hic Doc· ad hoc declinare q i itellectu beatoꝝ theologia possit dici scientia: etiam quantum ad illã quartam cõditionem: q: potest acquiri p causam applicatã scito per discursum: sic q intellectus beati vidẽs in essentia diuina: puta q̃ditatem hominis: ex quo talis quiditas vt visa in essentia diuina virtualiter cõtinet veritates ⁊c· ⁊ per cõsequẽs talis veritas ꝯclusionis: siue notitia cõclusionis põt vere causari a notitia premissarum· Nam sicut intellectus distĩcte cognoscẽs hominem: potest statim formare premissas ⁊ applicare illas conclusioni: ita videns ipsum hominez in essentia diuina potest idem facere: vt p3 in lr̃a Doc· ¶ Secundo dicit Doc· q discursus (qui formaliter est illatio cõsequentis ex antecedẽte: ⁊ fundamentaliter erit due premisse formate in debito modo ⁊ figura: ⁊ terminatiue ipsa cõclusio) non requirit successionem temporis sed nature tñ·i· q non est necesse vt prius tẽpore sciantur premisse: ⁊ posteri⁹ tẽpore

Questio incidentalis·

Scia p discursum syllogisticum hita: duplicem imptectõez dicit·

Theologia in se nullo modo est causata·

Nõ est necesse q discursus reqrat successionẽ tpris: s3 nãe tñ·

conclusio: vel ꝙ prius tp̄e sciatur vna p̄missa ⁊ poste
rius tp̄e alia p̄missa: q: talis successio tm̄ est i intelle
ctu imperfecto cuiusmodi est intellectus noster con/
iunctus. Sed sufficit ad verū discursum successionē:
ita ꝙ notitia p̄missarum siue euidentia prius natura
habeatur notitia vel euidentia conclusionis. Et vl/
tra in discursu syllogistico per quē acquirit̄ vera scia
requiritur ꝙ p̄misse sint magis note vel euidētiores:
⁊ cōclusio sit nota per notitiam p̄missarum siue per
euidētiam. ¶ Et ex his patet quomodo in intellectu
diuino nō sit proprie discursus: vz q̄ sit a magis no/
to ad minus notum: q: hoc dicit imperfectionē: pōt
tamen ibi esse discursus syllogisticus: sic ꝙ prius na
tura aliqd cognoscatur: ⁊ posteriꝰ nā aliud: patet q:
intellectus p̄ris prius nā cognoscit essentiam diui/
nam ⁊ oēm perfectionē intrinsecā: ⁊ posterius natu/
ra quiditates: vel ꝙ prius nā cognoscit quiditatē ho
minis ⁊ posterius natura veritates inclusas in qui/
ditate hominis: nō tamen ibi est discursus: ita ꝙ pro
cedatur a magis noto ad minus notum: ⁊ ꝙ notitia
vnius sit causa notitie alterius: cum hec omnia iclu/
dant imperfectionem.

In intelle/
ctu diuino
non p̄prie
habet dis/
cursus. Et
q̄uo sic. Ui
de.

Prīa diffi
cultas.

Sed hic occurrunt alique difficul/tates ex dic.

Doc. ¶ Prima q: Doc. vult in .q. de subiecto theo/
logie: ꝙ deus sub rōne deitatis sit subiectum theolo
gie dei: ⁊ ibi vult ꝙ theologia dei sit euidens ex sub/
iecto: ita ꝙ subiectum vt p̄mo notum continet veri
tates necessarias theologicas. ergo videtur ꝙ intelle
ctus diuinꝰ vere discurrat a magis noto ad minꝰ no
tum. ¶ Preterea in illa q̄ōne. An deus sit subiectum
theologie sub aliqua ratione speciali: dicit ꝙ cogni/
tio subiecti est perfectissima i scia cuius est subiectū:
⁊ in .q. imediate precedente vult ꝙ cognitio subiecti
in aliqua scientia: sit simpliciter distinctior cognitio
ne cuiuscunqz alterius considerati in tali scientia. ⁊
per consequens talis scientia erit notior: ⁊ sic poterit
discurrere a magis noto ad minus ⁊ notum. Nec va
let dicere ꝙ non est ibi successio s̄m prius ⁊ posteriꝰ
nā: q: oppositum probatū est .s. ex dictis Doc.

ij. Difficul
tas.

Dico ꝙ ad verum discursum in quo procedi/tur a magis noto ad minus notum

requiritur s̄m aliquos: ꝙ notitia cōclusionis sit vere
causata a notitia premissarum: tota autem cognitio
theologica in intellectu diuino est tm̄ vna intellectio
eadem sibi: vt patet in isto .1. d. 2. l3 posset diuersifi/
cari s̄m aliu3 ⁊ aliū respectum ad aliu3 ⁊ aliu3 respe/
ctum: vt patet a Doc. in .1. d. 39. ⁊ sic eadem notitia
non potest dici magis ⁊ minus nota. ¶ Dico secun
do ꝙ ⁊ si in theologia in se possint formari premis/
se: ⁊ ex his educi conclusio: ita ꝙ notitia premissa/
rum sit euidentior notitia conclusionis: hoc tm̄ erit
verum vt comparatur intellectui creato: qui pōt ha/
bere aliam ⁊ aliam notitiam respectu premissarū ⁊
conclusionis: tamen hoc non est verum in intellectu
diuio q̄ tm̄ potest habere vnā notitiā oium. ¶ Dico
tertio ꝙ ēt posito ꝙ intellectus beatꝰ creatꝰ vna sim
plici cognitione possit cognoscere p̄missas ⁊ ꝯclusio
nem: ⁊ similiter intellectus diuinus: tamen intellectꝰ
creatus poterit discurrere a magis noto ad minꝰ no
tum: ita ꝙ eadē notitia vt terminatur ad premissas.
erit euidentior se ipsa vt terminatur ad conclusionē:
q: euidentia conclusionis est ab euidentia premissa/
rum: ⁊ prius nā talis notitia potest terminari ad pre
missas ⁊ posterius nā ad conclusionem. Licet ergo
realiter non dicatur magis vel minus euidens: s̄m

Prima re
sponsio.

Scd̄a.

Tertia.

tamen diuersas terminationes potest dici magis vel
minus euidens. Ex hoc enim ꝙ terminatur ad pro/
positionem per se notā3 dicitur propter se euidens.
vt vero terminata ad conclusionem natam fieri eui/
dente3 ab alio: dicitur propter aliud euidēs. Et ꝙ in
tellectus beatus creatus possit vnico actu simplici co
gnoscere omnia in essentia diuia. patet a Doc. in .3.
d. 14. q. 2. ⁊ in quoli. q. 15. Intellectus vero diuinꝰ ⁊
si vnico ⁊ simplicissimo actu cognoscat omnia ⁊ pre
missas ⁊ conclusiones ⁊ quodāmodo prius nā pre/
missas: ⁊ posterius conclusiones: non tamen poterit
dici magis vel minus euidens: nec in se realiter: nec
propter aliam ⁊ aliam terminationem: q: omne qd̄
sonat imperfectionem excludendu3 est ab intellectu
diuino: nam essentia diuina imediate mouet intelle/
ctum diuinum ad cognitionem omniu3: ita perfecte
ad cognitionem vnius sicut alterius: ita ꝙ cognitio
vnius non dicitur euidens propter cognitionem alte
rius. ¶ Dico vltra ꝙ intellectus diuinus cognoscit
omnia vt in essentia diuina clare visa: ⁊ non vnu3 p̄
aliud vt dicit Doc. q. 15. quoli. Essent etiam aliq̄ alie
difficultates quas breuitatis causa pertranseo: ⁊ for
te alias declarabuntur. ¶ Ibi. Sed aliud dubiū est.
¶ Hec littera satis clara est vsque. ¶ Ibi. Ad secun/
dam questionem dico. ¶ Et qd̄ dicit circa vltimum
de notitia contingentium diffuse declaraui .s. Et qn̄
dicit in vltimo ꝙ notitia contingentium in eis ma/
gis assimulat̄ itellectui p̄cipio4: hoc dicit q: euidē/
tia de contingentibus non est causata a prioribus si
ue premissis in syllogismo: ⁊ ideo notitia talis magis
assimulatur intellectui qui est notitia premissaru3: q3
scientia que est notitia conclusionum demonstrata/
rum per notitiam premissarum.

Intellectꝰ
creatꝰ h̄t a
vnico actu
simplici p̄t
cognoscere
oīa i essen/
tia diuina.

Intellectꝰ
diuinꝰ oīa
intelligit
vnico actu:
sed differē
ter ab itelle
ctu creato
beato.

Alia r̄nsio.

Ad secundam questionem dico. ¶ Hic Doc. itēdit probare duo.

Primū ꝙ theologia in se non sit scientia subalterna
ta nec subalternās. ⁊ hoc patet per cōditiones scien
tie subalternate. Nam sciētia subalternata capit sub
iectum sub subiecto scie subalternantis: ita ꝙ sit mi/
nus cōmune: ⁊ ꝙ addat tali subiecto differentia3 ac/
cidentalē: ⁊ ꝙ accipiat principia sua a scia subalter/
nante: vel saltē aliquā premissam. Sicut dicimus ꝙ
p̄spectiua scia subalternatur geometrie: q: subiectu3
geometrie est linea: subiectū vero perspectiue nō erit
linea in cōi: sed linea determinata per differentiam
accidentalem .s. linea visualis. ⁊ perspectiuus ad p̄/
bandum cōclusiones in perspectiua scia accipit prin
cipalia a geometria .i. premissas: vel saltem vnā acci
pit: ita ꝙ cōclusio demonstrata in geometria erit vna
premissa ad demonstrandum cōclusione3 in perspe
ctiua: vel plures cōclusiones demonstrate in geome/
tria erunt premisse ad demonstrandum conclusionē
in perspectiua: ita ꝙ notitia taliū premissarum in p̄
spectiua erit causa notitie cōclusionis in p̄spectiua:
⁊ notitia hmōi premissarum erit causata a notitia p̄/
missarum in geometria. ¶ Et ex his sequitur ꝙ pre/
misse in scia subalternata non sunt per se note: q: nō
sola cognitione terminorum: sed sunt note a p̄missis
in scia subalternante: ideo habens scientiam subal/
ternatam non dicitur proprie demōstrare pp̄ qd: vt
patet .1. poste. q: non procedit ex p̄missis p̄ se notis.
¶ His presuppositis patet ꝙ theologia in se nō est
alicui scientie subalternata. Et hoc probat Doc.
q: si alicui est subalternata: maxime subalternaretur
methaphisice cuius subiectum est cōmunissimum:
⁊ predicatur de subiecto theologie in se in quid. Li/

Ad sciētia3
subalterna
tam tria re
quiritur.

Subiectu3
geometrie.

Subiectū
p̄spectiue.

Theologia
in se nō est
alicui scie
subalterna
ta.

tet ergo habeat primam conditionem scilicet habere subiectum sub subiecto: tamen due alie conditiones deficiunt. patet de differentia accidentali: q2 nō ponimus deum sub aliqua ratione accidentali subiectū theologie in se: sed sub propria ratione et quiditatiua. scilicet deum sub ratione deitatis vt patuit supra. Tertia etiam conditio sibi deficit: q2 non potest demonstrari aliqua proprietas theologie in se de subiecto theologico per principia methaphisicalia: q2 si sic alia proprietas posset sciri naturaliter: et sic de illa non esset cognitio theologica sed naturalis. ¶ Dicit etiam Doc. q theologia in se nullam aliam scientiā sibi subalternat: q2 nulla alia scientia accipit principia ab ipsa: patet q2 omnis scientia naturaliter habita resoluit' ad aliqua principia imediata naturaliter nota. ¶ Ibi. Contra. Resolutio etc. ¶ Doc. ista rōne intendit probare q theologia in se potest sibi subalternare alias scientias supponendo vnum: q cognitio quiditatis in verbo est cognitio theologica: vt supra patuit: q2 talis cognitio nō potest haberi nisi virtute primi obiecti theologici: vel virtute alicuius supplentis vicem talis obiecti: hoc stante: probat intentum. Et ratio stat in hoc. Quia ex quo notitia conclusionis resoluitur in notitiam premissarum: et notitia premissarum in notitiam terminorum: ita q sicut notitia terminorum est causa notitie premissarum: et notitia premissarum causa notitie conclusionis: et sic vna notitia dependet ab alia: sicut notitia conclusionis que est imperfecta et minus euidens depēdet a notitia premissarum perfectiori et euidentiori. Cū ergo notitia puta hominis in verbo sit notior notitia hominis vt in lumine naturali: sic notitia huius propositionis (animal rationale ē risibile) vt i verbo: ē euidētior se ipsa ut in lumine naturali cognita. Hoc idem dico de ista conclusione (homo est risibilis.) et sic poterit demonstrari hominem esse risibilem p animal rationale vt principium theologicū: et sic scientia de ista conclusione (homo est risibilis) videtur subalternari notitie theologice qua cognoscitur animal rōnale esse risibile: vel poterit subalternari notitie eiusdem conclusionis vt vise in vbo. ¶ Doc. respondet ibi. Ad hoc respondeo q et si methaphisicus. ¶ Et nota hic singularem responsionē. Eadē enim propositio potest esse per se nota terminis distincte conceptis et etiam confuse conceptis vt patebit. 3. in isto. 1. d. 2. q. 2. et d. 3. q. 4. Nam geometer habet hanc propositionem per se notam (linea est longitudo sine latitudine) terminis confuse conceptis: q2 non cognoscit distincte ad qd predicamentū vel ad quam speciem predicamēti pertineat. et an sit ens absolutū vel respectiuū. Hec enim magis spectant ad methaphisicum: adeo methaphisicus habebit istam per se notam ex conceptu distincto terminorum: q2 distincte sciet ad quod genus et ad quam speciem pertineat: et an absolutum an respectiuum. Geometer ergo habebit hanc propositionem per se notam. linea etc. ex solo conceptu confuso terminoꝝ: nec probatur per notitiam methaphisici. hoc est per notitiam habitam ex conceptu distincto terminoꝝ. ¶ Licet ergo vna sit perfectior alia: non tamen impfectior probatur per perfectiorem: et dat Doc. clarū exemplum. q si eadem conclusio puta homo est risibilis: possit probari per diuersa media a diuersis: ita q vnus procedat per premissas per se notas terminis confuse cōceptis: et alius procedat per premissas per se notas terminis distincte conceptis: et q talis

Theologia i se nullam aliā sciam s̄ balternat

Eadē ppositio pōt eē per se nota terminis distincte et ē cōfuse conceptis.

conclusio ita distincte sciatur ab vno sicut ab alio licet tamen non clarius: esset exemplum valde ad propositum. Sic in proposito: q̄uis homo via naturali probet hominem esse risibilem distincte cognoscendo illam conclusionem: et similiter eandem conclusionem cognoscat in verbo distincte: clarius tamen in verbo q̄3 in lumine naturali: non tamen notitia que habetur in verbo erit causa notitie que habetur de ista conclusione in genere proprio: nec vna notitia scitur per aliam. ¶ Secundū principale est ibi. Sed qd de theologia nostra. ¶ Hic. Doc. recitat opi. Sancti Thome qui dicit q theologia nostra est scientia proprie dicta: et subalternatur theologie dei et beatorū. patet in prima parte. q. 1. ar. 2. Et modus ponendi S. Tho. potest reduci ad tria pūcta sicut adducit Alfonsus Toleta. in prolo. qōe. 2. ar. 3. videlicet q scientie etiam proprie dicte sunt in duplici ordine. Quedam procedunt ex principijs in eisdem euidenter notis: sine recursu ad aliquam scientiam superiorem. sicut geometria et vniuersaliter omnis scientia subalternans. Quedam vero procedunt ex principijs notis euidenter non tamen in eis sed in scientia supiori. sicut sciētie subalternate: et ex hoc elicit' Primus punctus. q de ratione scientie proprie dicte non est habere principia in eadem euidenter nota. Secūdus punctus est. q habitus theologicus reuelatus possibilis viatori de lege cōmuni non procedit ex principijs primo modo notis: q2 articuli fidei qui ponūtur principia dicti habitus: non sunt nobis in via euidēter noti. sed tantum crediti. Tertius punctus est. q habitus theologie reuelate procedit ex principijs notis secundo modo euidenter: q2 articuli fidei qui nobis in via sunt crediti tantum: in scientia vero dei et beatorum sunt euidenter noti: ex istis elicitur q habitus theologie reuelate: in nobis sit scientia proprie dicta subalternata scientie dei et beatorū. ¶ Contra quā opi. arguit Doc. multis medijs primo. ¶ Ibi. Contra hoc arguit' sic. ¶ Et reducit ipsam ad ꝯtradictionem: q2 alibi dicit q scia et fides nō stant simul de eodē obiecto. i. q aliquis vere sciat: puta hanc cōclusionem deus est trinus et vnus: et q simul habeat fidem de eadē conclusione. Cū ergo theologia nr̄a sit reuelata et tota stat cū fide vel est fides: et ex alia parte dicit q theologia nr̄a est scia proprie dicta: ergo stat cum fide et non cū fide: q2 theologia nr̄a stat cū fide cū sit de articulis reuelatis: et nō stat cū fide cū sit scia proprie dicta: que s̄m eos non stat cum fide. ¶ Secūda ratio est. Ibi. Preterea scientia dei. ¶ Certum ē apud omnes q scia subalternans et scia subalternata sunt due scie: q2 alterius et alterius subiecti saltem obiectiue distincti. Tum q2 ex alijs et alijs principijs ꝓcedunt. Tū q2 subalternans demōstrat simplr' pp qd: subalternata vero nō. Sed theologia in quocūq3 intellectu est tm̄ vna scia. Tum q2 vnius subiecti sub eadē rōne formali etc. ergo non pōt esse subalternata theologie beatoꝝ: q2 tūc essent due scie distícte: et sic eēnt distictoꝝ subiectoꝝ. ¶ Tertio arguit. Ibi. Preterea scia s̄m rōnem cāe. ¶ Hic Doc. supponit vnum q scia subalternata depēdet a scia subalternāte: saltē quantū ad hoc q cognitio pricipioꝝ scie subalternate sit cāta a notitia pricipioꝝ subalternātis: vel saltem ab obiecto illius scie vel a principijs. Sed certum est q notitia theologica nobis reuelata: puta notitia huius deus est trinus et vnus: non est aliquo modo causata a notitia beatorum que est clara visio huius deus est trinus et vnus: vt p3. ergo non subalternat' ei.

Opi. Sancti Tho.

Alphō. Tole.

Doc. arguit ꝯ Tho.

Et cum dicit Doc. Nulla scientia depēdet ab aliquo vt a proximo: nisi ab obiecto suo de quo est: ꝛ intellectu scilicet a quo ꝛ in quo est: ꝛ lumine idest a forma syllogistica: ꝛ premissis: vt quidaꝫ Scotiste exponūt de illo lumine. Et debet addi de proximo: quia talis scientia dependet a volūtate diuina vt a causa remota. Sed certum est ꝙ notitia theologica nostra non dependet a visione beatorū vt a causa effectiua: nec vt ab obiecto: nec vt a lumine: qꝛ talis visio nō est forma syllogistica vel premisse. ¶ Quarta ratio est. Ibi. Preterea scientia subalternans ꝛ subalternata. ¶ Hec ratio patet ex supradictis. ¶ Quinta ratio est. Ibi. Habens scientiam subalternantem ꝛc. ¶ Et ratio stat in hoc ꝙ habens scientiam subalternatam potest habere subalternātem: resoluendo premissas subalternate in premissas subalternantis ꝛ econuerso: habens subalternātem potest habere subalternatam: accipiendo conclusionem subalternātis ꝛ probando per eaꝫ conclusiones subalternate. Sed deus ꝛ beatus non potest habere nostram theologiam: qꝛ nos solum obscure ꝛ fide credimus: ꝛ deus ꝛ beati clare vident: modo fides repugnat visioni: neqꝫ e conuerso viator potest habere visionem de cōmuni lege: ergo theologia dei ꝛ beatorum non subalternat sibi theologiam nostram.

Theologia nr̄a nō depēdet a theologia beatorū vt a cā effectiua.

De⁹ ꝛ beatus nō pōt haberē theologiā nostram.

Responsio Tho. Gaie. de Vio.

Nouus expositor Sancti Thome Respondet ad rationes Scoti contra Thome de subalternatiōe theologie. Ad illud de vnitate theologie dicit. Primo ꝙ scientia de deo adequata nō potest esse nisi vna: inadequata vero potest multiplicari ꝛ talis est theologia. Secundo dicitur ꝛ melius vt ipse dicit q̄uis in idem redeat ꝙ antecedēs est falsum: quoniam ad vnitatem sciētie requiritur vnitas rationis formalis obiecti: vt res ꝛ vnitas ratiōis formalis obiecti vt obiectum. q̄uis ergo deitas sit ratio formalis obiecti vt res respectu vtriusqꝫ theologie: alia tamen ꝛ alia est ratio formalis eiusdem obiecti vt obiectum est in vtraqꝫ theologia: quoniam deus vt clare visus obijcitur beatis. Deus autem vt reuelatus abstrahēdo a claritate ꝛ obumbratione: obijcitur theologie nostre absolute sumpte. ¶ Ad secundum dicit ꝙ theologia nostra ꝛ beatorum non sunt de eisdem veritatibus: prout manifeste patet de veritatibus articulorum fidei: de quib⁹ est theologia beatorū non nostra. ¶ Et per hoc patet responsio ad formam argumenti: ꝙ subiectuꝫ theologie nostre addit ad subiectum theologie beatorum: qꝛ addit esse reuelatum: qꝛ deus vt reuelatus est subiectum theologie nostre. ¶ Potest etiam dici ꝙ non est necesse subiectuꝫ scientie subalternate addere aliquid subiecto scientie subalternantis: sꝫ ꝙ sciētia subalternata capiat subiectuꝫ sub subiecto scientie subalternantis: hec ille.

Cōtra tho. Gaie.

Actu obijci est relatio tm̄ rōnis.

Sed hec respōsio nō satisfacit. Tuꝫ dicit ꝙ subiectuꝫ theologie beatorum est deus vt clare visus: qꝛ hec ē ratio formalis obiecti vt obiecti. idest vt obijcit. hoc enim nihil est. Tum qꝛ obiectum actu obijci: dicit tā tum relationem rationis: ꝛ tunc aliquid sub ratione entis rationis esset subiectum scientie realis vt re alis: cui⁹ oppositū probatum est supra. Tuꝫ quia nihil ponitur subiectum alicuius scientie nisi sub illa ratione quā precedit illā scientiam: sed deus vt clare visus nō p̄cedit visionem intellect⁹ beati. patet qꝛ visione illa dicitur visus. Tum qꝛ quero quomodo ponitur subiectum theologie dei. Si sub ratione deitatis absolute cui tamen accidit actu videri: eodem modo debet pōi respectu theologie beatorum. Si vero vt clare visus. ergo sub ratione alicuius posterioris deitate: ꝛ sic sub ratiōe alicuius q̄si accidētaliter erit subiectum theologie dei ꝙ est falsum. Tum etiaꝫ qꝛ non esset assignare aliquod subiectum theologie beatorum sub aliqua per se ratione: sed tantum accidentali: ꝛ sic scientia beatorum diceretur per accidens. Tum etiam qꝛ ex quo cōiter ponitur subiectum scientie subalternate addere differentiam accidentalem subiecto scientie subalternantis: quero an subiectum scientie subalternantis ponitur subiectum sub aliq̄ rōe accidētali. Si sic ergo nō differret a subiecto scie subalternate. Tum etiam qꝛ presupponitur subiecto subalternate. Si vero addat differētiam per se idest ꝙ subiectum scientie subalternantis est subiectū sub aliqua per se ratione formali. sequitur ꝙ cum deus vt clare visus dicat tantum rationem formalem per accidens: non erit subiectum theologie beatorum: ꝛ per consequens theologia beatorum non erit subalternans respectu theologie nostre. ¶ Multe alie rationes possent assignari: tamē breuitatis cā illas ommitto. Tum etiam qꝛ ista positio non tantum est improbata a Sco. sꝫ etiam a multis alijs. vt Alfonso. Toletano: ꝛ ab alijs q̄ plurimis. ¶ Ad aliam responsionem vbi dicit ꝙ theologia nostra non est de eisdē veritatibus de quibus theologia beatorum. Quero theologia nostra est de ista veritate deus est trinus ꝛ vnus ꝛ similiter theologia beatorum: idem enim est obiectum respectu vtriusqꝫ: aut enim theologia nr̄a est de illa vt reuelata: ꝛ theologia beatorum vt clare visa. Sed hoc nihil est: qꝛ si theologia beatorum est de ista veritate vt clare visa: tunc sic. Aut sciētia theologica beatorum terminatur ad istam deus est trin⁹ ꝛ vnus in se absolute: ꝛ sic habetur propositum ꝙ nō sub ratione qua clare visa. Aut terminatur ad ipsam vt clare visam. ergo beatus prius videt illam: ꝛ post alia visione videt illam: ꝛ sic illa secunda visio erit tātuꝫ actus reflexus. Probat. qꝛ nulla cognitio terminatur ad obiectum vt cognitum nisi prius sit cognitum. sic in proposito. ergo illa prima visio huius de⁹ est trinus ꝛ vnus: non erit theologica qđ nullus diceret. Tum etiam qꝛ omnis veritas theologica que dicit conformitatem predicati ad subiectum precedit ꝑceptionem illius: ergo ista vt visa siue vt clare perce pta nō dicetur simpliciter veritas theologica respectu intellectus beati. Sed de hoc magis patebit in 3. d. 23. Et qđ dicit ꝙ subiectum scientie subalternate non addit ꝛc. Hoc est manifeste falsum: ꝛ contra cōmunem viam tam philosophorum q̄ theologorꝫ: nec oportet in hoc insistere: qꝛ est pertractandum in primo posteriorum. ¶ Alias autem rationes doctoris magis euidentes non soluit. Et multe solutiones huius noui expositoris accipiūtur a Capreolo. vt patet intuenti opera Capreoli.

¶ Et sic finit hec questio.

¶Super qõne·4·⁊·vlti·prolo·

¶In ista questione querit duo· Primo An theologia sit scientia practica· Secundo a quo scientia dicatur practica·



AD istas questiones solvendas ⁊c· ¶Hic premittit̃ ꝙ praxis idem est qd operatio: ⁊ proprie loquendo illa operatio que ex se bene vel male fieri potest dicitur praxis: qꝛ talis operatio requirit scientiaꝫ directiuam· Et nota ꝙ quedam est scientia practica factiua ⁊ est illa que dirigit ad opus quod recipitur in materia extra: vt ars domificatiua ⁊ huiusmodi: ⁊ qꝛ tale opus potest bene vl' male fieri: ideo indiget in intellectu scientia directiua· Alia dicitur practica actiua q̃ dirigit in opus non receptũ in materia extrinseca sed recepta in ipso opante: vt scientia que dirigit ad actꝰ qui bene vel male moraliter pñt fieri· ⁊ iõ tales actꝰ dicunt̃ praxes: qꝛ ad hoc ꝙ bene fiant requirunt scientiam directiuã in intellectu· Et sic scia practica taꝫ factiua q̃ꝫ actiua est semp directiua alterius potentie ad agendũ· speculatiua vero stat in sola ↄsideratione nõ dirigendo aliquã aliã potentiã ad recte vel nõ recte agendũ: sicut est sciẽtia phisicalis ⁊ methaphisicalis ⁊ huiusmodi que solum stat in ↄsideratione cõsideratorũ in tali scia· Et sic pꝫ qd dicit Doc· hic ꝙ habitus practicus aliquo modo extendit̃ ad praxim: que extensio nihil aliud est nisi dirigere operationẽ ad quam extendit̃: vel est dirigere potentiam operatiuam ad recte vel non recte agendũ· Hoc premisso· sequitur declarare primo quid sit praxis·

Opatio bona vel mala praxis dicitur·

Scia' practica factiua·

Practica actiua·

Speculatiua·

DIco igitur primo· ¶Hic doc· ponit diffinitionem praxis ad quã extenditur cognitio practica: ⁊ dicit ꝙ praxis est actus alterius potẽtie q̃ꝫ intellectus naturalr̃ posterior intellectione: natus elici cõformiter rõni recte vt sit actus rectus· Et singule particule huius diffinitionis exponunt̃ a Doc· Prima cõditio est ꝙ praxis est actus alterius potentie q̃ꝫ intellectus· ¶Ad qd intelligendũ: accipio dictum Ari·3· de anima tex·com·49· videlicet ꝙ intellectus extensiõe fit practicus: intellectus·n· acceptus ſm suam entitatem non dicitur extendi· vt patet· sed si extendit̃ hoc tantum est denominatiue: eo ꝙ in se recipit aliquam intellectionẽ que est vere directiua in actũ alterꝰ potentie· Nã per cognitionem practicã siue directiuam in praxim receptã in intellectu dicitur denominatiue practicus: ⁊ qñ recipit cognitioneꝫ que nullomõ est directiua in actus alterius potentie: dr̃ speculatiuus denominatiue a tali cognitione speculatiua· Sequit̃· ergo ꝙ qñ intellectus stat precise in actibus suis: siue sillogizando siue diuidẽdo siue discurrendo ⁊ huiusmodi: nunq̃ꝫ dr̃ practicus denominatiue: cũ dicatur practicus extensione· Extendere·n·est extra se tendere· oꝫ ergo ꝙ dicatur practicus ex hoc ꝙ recipit aliquẽ actum dirigentẽ potentiã extra intellectum in operationẽ: ⁊ ex hoc dr̃ extensiõe practicus: ⁊ hoc pꝫ qꝛ vt tñ stat in actibus cognoscẽdi qui vere nõ sunt directiuĩ alterius potentie in opatione semp dr̃ speculatiuꝰ· Et ex hoc apparet ꝙ q̃ꝫuis intellectus per vnũ actum intelligẽdi dicat̃ extendi ad aliũm actũ·

Diffinitio praxis·

Intellectꝰ practicus·

Intellectꝰ speculatiuꝰ·

vt puta p notitiã premissarũ dr̃ extendi ad noticiã ↄclusionis: tñ non dr̃ practicus· aliter logica diceret̃ scia practica qd cõiter non tenetur: ⁊ si aliqui oppositum teneãt· Et ꝙ logica nõ sit scia practica: vide illaꝫ qõnem quã facit Anto· andre· in primo methaphisice ⁊ ẽt Doc· ¶Ibi· Secunda conditio ⁊c· ¶Secunda ↄditio praxis est: ꝙ talis actus siue opatio qui dr̃ praxis: est nãliter posterior intellectione· ¶Pro intellectione huius lr̃e· Nota ꝙ ex quo praxis dr̃ operatio bona vel mala· ⁊ ideo semp indiget cognitione directiua: ⁊ directiuũ naturaliter est posterius directo: sequit̃ ꝙ oẽs illi actus q naturaliter sunt priores cognitione directiua: siue q nullomõ ex nã sua possunt dirigi cum nec bene vel male fieri pñt: tales actus nõ dicunt̃ praxes: ⁊ huiusmodi sunt oẽs actus q nõ possunt subesse imperio volũtatis· cuiusmodi sunt actꝰ vegetatiue ⁊ virtutꝰ digestiue ⁊ nutritiue ⁊ huiusmodi· ¶Nota scdõ ꝙ sunt multi actus potentie sensitiue q quantum est ex parte sua sunt naturaliter priores intellectione: cum oĩs cognitio pro statu isto intellectiua presuppõat cognitionẽ sensitiuaꝫ: vt sunt actꝰ potentie visiue: gustatiue: tactiue: auditiue: ⁊ olfatiue: qꝛ tñ isti actus vel saltem multi pñt bene vel male fieri ẽt moraliter: qꝛ pñt subesse imperio voluntatis· vt ergo eliciunt̃ a potentia sensitiua ex imperio volũtatis cõformiter se habentis cognitiõi practice: ⁊ vt sic eliciti pñt dici praxes· vt vero sunt priores cognitiõe practica nullomodo dicuntur praxes· Exemplũ· pono ꝙ aliquis primo videat pauperem ante omnem actũ elicitum voluntatis vel intellectus: ista visio nullomodo est praxis: qꝛ vt precedit actũ voluntatis ⁊ intellectus: nõ potest nec bene nec male moraliter fieri vt patet a Doc· in·2·d·42·⁊ in·3·d·xxxiij· postea intellectus cognoscit illum pauperem vt valde indigentem cui subueniẽdum est ex pietate: talis cognitio dirigit voluntatem vt velit subuenire pauperi: illud velle cõformiter elicitum tali cognitioni dr̃ primo praxis: vt· j· patebit· Et si talis voluntas sic directa imperat potentie visiue vt velit ipsum videre oculo pio: talis visio sic impata dicetur praxis· Et sic patet ꝙ vt dicitur praxis est posterior intellectiõe directiua· ¶Ibi· Ex his duabus conditionibus ⁊c· ¶Hic Doc· infert vnum corolarium scilicet ꝙ omnis praxis de qua supra: est actus voluntatis elicitus vel imperatus· Ratio quia praxis est essentialiter posterior ipsa intellectione practica· Sed solus actus elicitꝰ voluntatis vel imperatus est essentialiter posterior· De actu elicito patet: quia volũtas non potest elicere actum nisi circa obiectum precognitum· nec similiter potest imperare potentie visiue vt videat pauperem nisi pauper precognoscatur ab intellectu: ⁊ sic patet propositum· ¶Et nota ꝙ proprie actuꝫ elicitus voluntatis est actus imediate procedens a volũtate: ⁊ receptus in ea· Actus vero proprie imperatus voluntatis est actus alterius potentie: elicitus a tali potentia ex imperio voluntatis· vt visio imperata dicitur actus imperatus· ¶Ibi· Quicunque alius detur: aliquis eiusdem rõnis cum illo posset esse prior· ¶Hic remouet vnam instantiam contra hoc qd dixi· scilicet ꝙ solus actus voluntatis elicitus vel imperatus est essentialiter posterior intellectione: qꝛ aliquis actus potentie visiue potest esse posterior intellectione: ⁊ tamen nõ erit neqꝫ elicitus neqꝫ imperatus a volũtate· Exemplũ si aliquis prius cognouerit albedinem: ⁊ post per horam potentia visiua videat

Logica nõ est scia practica·

Directiuũ est directo posterius·

Actus qui nõ subsunt volũtatis imperio non dicuntur praxes·

Actus potẽtiarũ sensitiuaꝫ possunt dici praxes lꝫ sint priores praxi·

Actus elicitus vel imperatꝰ voluntatis ẽ praxis·

Actus elicitus·

Actus imperatus·

Non om/
nis act? po
tentie sensi
tiue prior ĕ
intellectōe.

illam nullo imperio voluntatis precedēte:talis visio
albedinis erit posterior intellectione eiusdem. Dico
q ex rōne visionis non est q sit posterior essentiali/
ter:q2 si visio vt visio eēt essentialiter posterior intelle
ctione:puta visio albedinis:quelibet visio eiusdem rō
nis esset essentialiter posterior.qd est falsum. Nam
aliqua visio albedinis est necessario prior intellectio
ne albedinis:q2 pro statu isto intellectus non potest
habere scientiā de albedine nisi prius videatur a po
tentia visiua:7 sic patet ad instantiam. Solus ergo
actus volūtatis elicitus vel imperat? est essentialr
posterior intellectione:q2 nullus talis potest dari ni
si sit essentialiter posterior intellectione. ¶ Ibi. Hoc
patet scdo sic. ¶ Hec est secūda rō qua probat Doc.
q praxis est actus voluntatis elicitus vl' iperatus.
Probat ex.6.ethico.quia artifex eget virtute.i. arte
ad recte agendū:non autem indiget virtute respectu
illius qd non est in potestate sua: idest nisi.n.artifex
habeat in potestate sua opus:nullo modo indiget ar
te vt recte agat illud opus. Si enim opus de necessi/
tate fit:ad quid indiget arte siue scientia practica di/
rectiua in tale opus?et hoc enī q potest bene vel ma
le fieri:qd nō contingeret nisi opus esset in ptāte agē
tis. ideo indiget aliqua arte siue scientia practica di
rectiua in opus. Et si artifex habet in potestate sua
factionē siue opus:quāto magis prudēs habet in po
testate sua operationē virtuosam qua est formaliter
virtuosus:prudentia.n.est virtus vniuersalis in intel
lectu que dirigit voluntatem ad actum virtuosum: q
actus nunq̄ȝ posset dici bonus vel malus moraliter:
nisi esset in potestate voluntatis:nec similiter aliqua
operatio sensitiua posset dici bona vel mala morali/
ter nisi esset in potestate voluntatis. Et ideo vt volū/
tas recte agat eliciēdo actum in se vel imperādo actū
alterius potentie indiget prudentia siue scientia pra/
ctica actiua. Et sic patet q praxis est actus elicitus
vel imperatus a voluntate. ¶ Ibi. Contra istā cōclu
sionem. ¶ Hic arguit Doc. reducendo vnum dictū
contra aliud:q2 ex quo praxis est actus elicitus vel i/
peratus voluntatis.cum ergo actus intellectus pōt
esse imperatus a voluntate ergo erit praxis.7 hoc di
ctum cōtradicit dicto superiori. videlicet q praxis ē
alterius potentie q̄ȝ intellectus ergo. ¶ Ibi. Respon
deo. ¶ Nota in ista responsione duo.primum. ¶ Ibi
Licet speculatio 7c. ¶ Dicit Doc.q licet aliqua spe/
culatio sit iperata a voluntate (vt qñ voluntas impe
rat intellectui vt speculet̃ de ente vel de passionibus
entis) non tñ est praxis prout Doc.loquitur de pra
xi que est terminus alicuius cognitiōis practice siue
directiue:cum talis speculatio vt sic: non potest dici
nec bona nec mala moraliter:q2 nec circa obiectum
proprie operabile. Dicit secundo. ¶ Ibi. Cum dicit̃
intellectio est imperata a voluntate ergo est praxis.
¶ Dicit Doc.q intellectio imperata a voluntate di/
citur praxis vel practica:q2 nata est denominari qua
si accidentaliter a praxi ad quam est extensibilis:non
tamen est terminus talis extensionis. Hoc non de/
bet intelligi de omni cognitione imperata:q2 nō om
nis est extensibilis ad praxim. Sed de cognitione im

Nulla opa
tio volunta
tis impio n̄
subiacens:
dr̃ bona vl'
mala mora
liter.

Prudētia
ē vt? vlis ī
itellectu 7c.

Que cogni
tio dicatur
practica.

perata que nata est extendi ad praxim:vt quando vo
luntas imperat intellectui vt querat media ad aliquē
finem:tunc cognitio medij ordinati ad finem intenti
a voluntate que ab ipsa est imperata:ex quo nata est
dirigere voluntatem in praxim:puta in electionē ta/
lis medij:talis cognitio sic imperata potest dici de/
nominatiue practica 7 non praxis:cum non sit termi
nus extensionis practice. ¶ Ibi. Tamen e conuerso
bene conceditur q omnis praxis est actus elicit? vo/
luntatis vel imperatus. ¶ Sed ex ista propositione
inferre.ergo omnis act? elicitus vel imperatus a vo
luntate est praxis:cōmittitur fallatia cōsequentis: a
positione antecedentis siue magis cōmunis: ad posi
tionē consequentis siue minus cōmunis. Nā actus
elicitus vel imperatus a voluntate in plus se habet
q̄ȝ praxis.

Difficltas

Hic tamen oritur vna difficltas. Qr
omnis opatio bo/
na vel mala moraliter videtur praxis:sed multe intel
lectiones imperate a voluntate possunt esse bone vel
male moraliter.vt clare patet a Doc.in.2.d.42.7 in
multis alijs locis potest elici.vt in.6.7.17.7.27.pri/
mi.vt in.d.6.7.scdi.7 in.3.7 in.4.

Responsio

Dico q 7 si Multe cognitiones imperate
sint bone moraliter:q2 tamen
ille cognitiones imperate si sunt de fine vel de his q̄
sunt ad finem:sunt vere directiue in praxim: que pro
prie sunt actus alterius potentie q̄ȝ intellectus: ma/
gis dicuntur practice q̄ȝ praxes. ¶ Ibi. Tertia condi
tio 7c. ¶ Tertia conditio praxis.est q actus qui dici
tur praxis eliciatur vel imperetur a voluntate cōfor
miter rationi recte.i.cognitioni practice:que tunc dr̃
recta qñ non tm̃ dirigit in actum: sed ēt dirigit de oī
circumstantia faciente pro rectitudine actus:7 probat
per dictum Ari.6.ethi.7 littera patet. Et ex hoc pȝ
q a Doc.tantū diffinitur praxis recta:q2 ois opera/
tio q̄ elicitur a voluntate vel imperat̃ vt cōformiter
rōni recte dr̃ recta:vt pȝ a Doc.in isto.1.d.17.in.ij.d.
7.40.42.in.3.d.33.7.34.7.36.in.4.d.14.in quol.q.
18.7 alibi sepe. ¶ Ibi. Ex duabus cōditionibus vlti/
mis. ¶ Dicit Doc.q ex quo praxis est essentialiter
posterior intellectione.7 scdo q ad hoc vt dicatur re
cta:oȝ q sit elicita cōformiter rōi recte: sequitur q act?
elicitus a volūtate erit prio praxis: q2 ille solus 7 sim
plr posterior essentialiter itellectiōe. Act? vero alia/
rū potētiarum si dicunt̃ posteriores intellectiōe:hoc
est inquantū imperant̃ a volūtate sequēte cognitio/
nē:7 similr solus actus volūtatis elicitus est simplr
primo ꝯformis rōni recte:actus vero aliaȝ potētiaȝ
non pñt dici cōformes rōni recte:nisi inquātū sunt ī
perati a volūtate primo sequente rōnem rectā.vt pȝ
hic a Doc.7 i multis alijs locis. ¶ Ibi. Tunc vltra.
¶ Hic Doc.ex p̄cedētibus intēdit inferre q si actus
elicitus volūtatis ꝯformiter rōni recte: si separet̃ ab
actu īperato volūtatis adhuc erit ver̃ praxis:7 ꝓbat
Doc.hoc duplici rōe. Et hoc ꝓbat ꝯ eos q dicūt q
actus volūtatis elicitus nō est praxis nisi in ordie ad
actū imperatū in alijs potētijs.vt diffuse patebit.j.
¶ Et prima ꝓbatio est.ibi. Qñcunqȝ aliqd est prio
tale coniunctū cuȝ aliquo posteriori si pōt separari ab
illo adhuc eēt tale. ¶ Ista ꝓpositio est manifesta.7
dicit q talis actus elicit? volūtatis vt ꝯformis rōni
recte pōt esse sine actu īperato ī alia potētia puta sen
sitiua:vt pȝ de obiectis imaterialibus:circa q̄ volun/
tas pōt habere actū rectū sine q̄cunqȝ opatōe exteri/
ori:pȝ q2 hmōi obiecta nō sunt obiecta circa q̄ potē/
tie sensitiue opari possint. Nō negat tñ Doc.qn etiā
act? volūtatis possit rōi recte ꝯformiter elici a volūta
te ēt circa sensibilia sine actu alteri? potentie sensiti
ue:siue īterioris siue exterioris. ¶ Scda rō est. Ibi.
Scdo hoc idē probat̃. ¶ Et rō stat in hoc pricipalr.
q sicut potētia sensitiua vere pōt ꝯcupiscere aliqd vt
gustatiua cibū:7 tñ actu non comedit:7 tñ ille actus

Praxis re
cta tm̃ dif/
finit̃ a do.

Prio pra/
xis est act?
a volūtate
elicitus.

concupiscendi vt sequitur cognitionem directiuam
potest dici praxis · ergo a fortiori potentia volitiua
potest velle puta comedere absq3 hoc q̄ sequatur co
mestio in potentia gustatiua: Et sic tale velle erit ve
re praxis · ¶ Probat modo Doc· q̄ talis voluntas
habet rationem principij motiui cum intellectu ⁊ ra
tione: ⁊ per ɔn̄s talis actus productus a volūtate cu3
rōne: erit vere praxis· Expōit ergo lrā sic i pricipio·
¶ Ibi· Tertio de anima vbi Ari· inquirens principi
um motiuū ⁊c· ¶ Dicit ibi q̄ duo sunt motiua videli
cet appetitus ⁊ rō ⁊ hoc sic intelligendum est: q̄ rō si
ue cognitio practica potest dici cā partialis volitōis:
⁊ appetitus rationalis alia causa: sustinēdo illā opi·
quam ponit Doc· in· xxv· d· ij· q̄ cognitio obiecti sit
partialis causa actus uolūtatis· Si vero volūtas est
totalis causa sui actus: tūc potest dici q̄ ratio siue co
gnitio practica est causa talis actus nō effectiua : sed
causa sine qua nō: q2 est impossibile voluntatem ha
bere actu3 circa aliquod obiectū non precognitum·
Et q̄ sic possit poni vt causa sine q̄ non· Vide Doc·
in· ij· vbi· [illegible] ¶ Potest etiam dici q̄ ratio est principi
um motiuū respectu actus voluntatis· nō q̄ effecti-
ue siue partialiter siue totaliter causet illam: sed q2 ta
lis ratio siue cognitio est directiua voluntatis in talē
actum: q2 talis actus nō esset rectus nisi esset elicit⁹
a voluntate cōformiter tali cognitioni recte dirigenti
nis: vt. s̄. patuit. Sequit̄. ¶ Sed primā relationem
. s. conformitatem h3 per se ab obiecto: quod vel est
rectitudo praxis supple formaliter: vel aliquid virtua
liter includens ipam rectitudinem. Nam ppie lo
quendo de cognitione practica: que est notitia cōclu
sionis practice h3 duplex obm̄. s. complexum & incō
Obm̄ cōplexum: obm̄ incōplexū. plexum. Complexum est ipa conclusio. Incōplexum
est subiectum conclusionis. Et sic cōclusio: puta ista
Ergo primus est diligendus: pōt dici rectitudo for
maliter: quia notitia que imediate terminat̄ ad illam
conclusionem dr̄ directiua praxis: & obm̄ dr̄ rectitu
do virtualiter: quia virtualiter cōtinet hmōi notitiā:
& dr̄ formaliter rectitudo quia terminatur ad conclu
sionem: ita q non dependet a cōclusione nec in esse
nec in fieri: sed tm̄ formaliter terminatur ad ipam: q2
vero talis notitia virtualiter continet̄ in obiecto: se
quitur q erit virtualiter rectitudo. Est enim talis no
tia formaliter recta: cum talis rectitudo sit formaliter
in tali notitia & formaliter denoīet ipam: sed dr̄ vir
tualiter rectitudo: quia talis rectitudo est ab obie
cto partialiter causante talem notitiā & rectitudinē
eius. Sequitur. ¶ Et ideo cognitioni illi: que supple
est recta vel virtualiter vel formaliter: praxis est con
formabilis vt sit recta: quia cognitio est talis cogniti:
supple: cognitio dr̄ formaliter rectitudo: quia ē talis
cogniti: puta conclusionis cognite vel virtualiter rec
titudo: quia talis obiecti cogniti: quod virtualiter cō
tinet hmōi notitiam & rectitudinem eius. Sequitur.
¶ Sed de alia relatione. s. de prioritate est dubiū vtr̄
conueniat cognitioni. ¶ Dicit doc. q q̄uis rectitudo
notitie practice sit ab obiecto: aptitudo tm̄ priorita
tis non videtur esse ab obiecto: sed magis ex ordine
potentiarū: quia voluntas non potest elicere praxim
nisi p̄supponat cognitionem directiuam. Sequitur.
¶ Sed non semp ista intellectio prior ē practica: sed

tm̄ qn̄ est determinatiua rectitudinis respectu ipsius
praxis: & hoc formaliter vel virtualiter. ¶ Dicit doc.
q non omnis intellectio que est prior praxi eliciende
dr̄ vere practica: sed tm̄ illa intellectio que est directi
ua in praxim: siue illa intellectio que est rectitudo pra
xis: siue virtualiter siue formaliter vt. s̄. dixi. ¶ Ibi.
Qn̄ etiam in apphensione puta est determinatio de re
ctitudine praxis: sed potentia cuius est praxis nō est
aliquo mō determinabilis aliunde. &c. ¶ Dicit doc.
q loquendo de notitia ppie practica requirit has Tres cōditiones cognitiōis practice.
conditiones. s. q sit prior praxi: scdo q ex se sit con
formatiua & directiua in praxim: & tertio q respiciat
voluntatem que est apta nata determinari & dirigi a
tali notitia respectu praxis. Et hoc ideo dicit doc. for
te respectu voluntatis diuine. Qr & si aliqua cogni
tio in intellectu diuino sit prior praxi: & q̄tum est ex
parte sua sit directiua praxis: forte tm̄ voluntas diui
na non est determinabilis nec dirigibilis: & sic talis
notitia non diceret̄ plene practica. ¶ Ibi. Pōt igit̄
dici q licet absolute ex natura intellectus & volunta
tis sit cognitio prior: tm̄ q cognitio cōformis sit prior:
hoc est simul ex obiecto & ordine potentiarū. ¶ Nam
ex ordine potentiarū h3 q dicatur prior cōformatiua:
& q sit vere conformatiua: hoc h3 ab obiecto: & tertio
q dicatur vere conformatiua ex rōne potentie sic pra
cticantis. s. voluntatis: que sit aliquo modo regulabi
lis aliunde. Sequitur. ¶ Hoc aūt accidit quādocūq3
determinata rectitudo p̄ris ē cognoscibile necessariū
siue vt principium per intellectum: siue vt conclusio
per sciam. Cognoscibilia practica & necessaria sunt cō
pleta necessaria: & istorū quedā sunt principia per se
nota: quedam sunt conclusiones. Exemplum primi.
Sūmū bonū est sup omnia diligendum. Exemplum
scdi. Ergo deus est summe diligendus: & hec cogni
tio dr̄ practica alicuius principij practici per se noti
necessarij: vel conclusionis practice necessarie. Sed
cognitio principiorū dr̄ intellectus: vt p3 primo post.
Cognitio vero conclusionis dr̄ scia: vt patet ibidem.
¶ Ibi. Quando autem rectitudo determinata cōtin
genter conuenit praxi. ¶ Hec lr̄a stat in duobus dictis Nota bene de rectitudine praxis
vel in tribus. Primū q aliqua rectitudo conuenit pra
xi necessario: sic intelligēdo q talis notitia videlicet
sit cāta de necessitate est recta: vt notitia huius Bo
num est diligendum: siue deus est diligendus dr̄ ne
cessario recta: quia stante tali notitia pro quocunq3
tpe: sic necessario est recta q praxis conformiter elici
ta erit necessario recta: & hoc contingit q sit necessa
rio recta qn̄ talis rectitudo cātur ab obiecto: siue a fi
ne inq̄tum h3 rōnem obiecti. Tale. n. obiectū cāns
talem notitiam necessario cāt talem rectitudinē. Se
cundū dictum. q rectitudo scie practice aliqn̄ dr̄ con
tingēs: quia talis rectitudo potest inesse & nō inesse:
& hoc contingit qn̄ rectitudo illa non est ab obiecto:
sed ab aliqua voluntate sic contingēter determināte.
Exemplum. Cognosco q adultera recte debet lapida
ri: quia hoc est statutum a legislatore. talis notitia
dr̄ esse recta ex hoc q dictat conformiter legislatori
non tamen necessario recta: p3 quia si legislator sta
tueret adulteram non esse lapidandam: cognitio di
ctans ipam esse lapidandam non esset recta. Breui
ter ergo dico q omnis rectitudo que est a voluntate
determināte contingenter dr̄ cōtingens. ¶ Ex his di
tio duo corelaria. Primū q notitia practica que di
ctat obseruantiam pceptorū prime tabule: est necessa .j. Cor.
rio recta: quia illa rectitudo sumitur ab vltimo fine in
q̄tum habet rōnem obiecti. Et ideo doc. in. 3. d. 37.

dicit q deus non potest dispensare ꝯ principia practica per se nota: nec ꝯ conclusiões deductas ex talib⁹ principijs: et sic pcepta prime tabule sunt de lege nãe ppͥssime sumpta. vide ibi. Secdm est q notitia practica circa oia pcepta scde tabule nõ ẽ de necessitate recta: quia talis notitia sic recta non sumitur ab obiecto necessario sic cãnte: sed a voluntate diuina ꝯtingenter dante talem rectitudinem. Ideo .n. obseruantia pceptoꝝ scde tabule dr recta: quia sic determinatum a voluntate diuina: et si ꝯrm determinasset talis notitia non diceretur recta. Tertium est q notitia pu ta pceptoꝝ scde tabule dr recta ꝯtingẽter: et determinatiua praxis: et hoc loquẽdo de itellectu i cõi: et voluntate in cõi: quia hoc est verum de quocũqꝫ intellectu et de quacũqꝫ voluntate. Nam talis notitia vt est in intellectu huano dr recta et cõformatiua praxis eliciende a voluntate in eodem supposito: vt vero talis notitia est in intellectu diuino: nõ dr directiua voluntatis diuine in praxim eliciendam ab ipa: pꝫ quia tota rectitudo pceptoꝝ scde tabule: est a determinatiõe diuine voluntatis pcedente cognitione talium preceptorum. et sic patet lr̃a doc.

Precepta prie tabule sunt de lege nãe.

Circa pcepta scde tab. diuina volũtas pt determiare recte aliter qꝫ prius determinauit.

His visis rñdendũ est ad primã qõnẽ: vbi sunt quinqꝫ vie tenentes partem negatiuã: vꝫ q theologia siue scia theologica nõ sit scientia practica. Prima est Hen. in summa. ❡ Ista opinio stat in duob⁹ dictis. Primũ q respectu vltimi finis nõ oportet ponere in intellectu notitiam practicam directiuam praxis circa vltimũ finem: pꝫ quia ponitur notitia practica circa aliquod circa quod contingit voluntatem posse errare: et ideo talis volũtas ne erret: in eliciẽdo actum indiget directiuo: siue scia directiua. sed nõ cõtingit voluntatem aliquaꝫ errare circa finem vltimũ: ergo. Cognitio ergo vltimi finis est speculatiua: et tm̃ requiritur vt ostensiua finis: non aũt directiua volũtatis circa finem: et ideo scientia theologica quia principaliter respicit vltimũ finem dr speculatiua. Scdm dictum est q notitia que dirigit voluntatem circa ea q̃ sunt ad finẽ dr vere practica: quia contingit voluntatem errare in eliciendo actum circa ordinata ad finem: adeo ne erret indiget scientia directiua. Et qũuis scientia theologica que est directiua in praxim circa ordinata in vltimũ finem: licet qꝫtum ad hoc possit dici practica: absolute tamen loquendo scientia theologica dr vere speculatiua ppter cãm supius dictã. Et q dicatur speculatiua: pbat auctoritate et rõib⁹. que patent in lr̃a. Doctor autem ꝯ hanc põnem multis medijs arguit: et intẽdit pbare q scia que est ostẽsiua vltimi finis dicatur vere practica. ❡ Prima ratio est ibi. Contra hoc sic arguitur. ❡ Primo rõnem positionis eoꝝ duco ad oppositum quadrupliciter. Et prima rõ est satis clara in lr̃a. Et qđ dicit doc. q ẽm eos contingit errare circa finem in particulari. Nam et multi phi circa illam errauerunt: vt pꝫ primo ethi. vbi recitãtur diuerse opi. de felicitate vltia. quã aliq posuerunt in honoribus: aliqui in voluptatibus &c. Patet etiam quia ẽm Auic. 9. methaphisice. vltima intelligẽtia vltimate quietatur in alia qꝫ in pria. Ne ergo erret voluntas circa finem in particulari: opꝫ ponere in intellectu notitiam veri finis dirigentem voluntatem ad illum: et talis notitia est vere practica. Et similiter in mõ diligendi forte posset cõtingere error: quia si voluntas diligeret vltimũ finem vt tm̃ boni comodi: erraret. Si etiam diligeret illum: tm̃ amore mercenario: similiter erraret. Si etiam minus dili

Hen. I sũ. ar. 9. q. ij. i sol. ad. 3. argumẽtu.

Plurimi phi errauere circa vlt. finẽ i pticulari.

Cognitio circa vlt. finẽ ẽ vere practica.

In mõ diligendi vlt. finẽ: ꝯtingit error.

geret qꝫ tenetur: erraret. ❡ Secunda rõ est ibi. Preterea habitus directiuus. ❡ Hec rõ est satis clara. Et quod dicit de substãtia actus &c. pꝫ quia dilectio ẽm substantiam consideratur vt est tm̃ dilectio: et dilectio ẽm intensionem consideratur vt sic vel sic intensam: que dilectio ẽm substantiam vel ẽm intensionem: est circumstantionabilis: et circũstantia obiecti: et omnibus alijs circũstãtijs vt. s. exẽplificaui. Dicit g doc. q et si voluntas esset determinata ad substantiã act⁹ tendentis in finẽ in particulari: puta q ipa dilectio vt est circa finem in particulari: non posset dici mala qꝫtum ad substantiam dilectionis: cum transeat sup obm̃ debitum: ppter tamen alias circũstantias ponitur scia directiua vt. s. exẽplificaui: et pꝫ lr̃a. ❡ Tertia rõ est ibi. Preterea tertio sic. Cuius dilectio principaliter intenditur extra genus cognitionis: eius cognitio pricipaliter intendit intra gen⁹ cognitõis &c. ❡ Ista rõ formetur sic. Illud est subiectũ in aliqua scientia cuius cognitio principaliter intenditur intra genus cognitionis. Sed in theologia cognitio finis principaliter intenditur intra genus cognitionis. ergo finis est subiectum in theologia. Tunc vltra. Sed a fine sumũtur principia practica: et principia practica concludunt practicas conclusiones: ergo theologia erit scientia practica. Probatur minor primi sillogismi sic. In quacũqꝫ sciẽtia dilectio finis principaliter intenditur ex̃ genus cognitionis: in illa principaliter intenditur cognitio eiusdem finis. pꝫ sed in theologia ẽm eos: principaliter intẽditur dilectio finis ex̃ genus cognitionis: ita q talis dilectio non pertinet ad potentiam cognitiuam sed tm̃ volitiuã. Nam dilectio nãlis intellectus cum sit sola inclinatio nãlis nõ sufficeret ad praxim: cum illa non sit in ptãte nostra. Et nota q qñ dicit doc. q finis est primũ obm̃ theologie. Debet intelligi de fine inqꝫtum est obm̃. et sic deus sub rõne deitatis est finis totius theologie a quo sumuntur principia practica theologie: nõ inqꝫtum finis sed inqꝫtũ obm̃. ❡ Quarta rõ est ibi. Preterea ad idem genus ẽm praxim vel speculationẽ ptinent principia et conclusiões. Ista lr̃a est satis clara. ❡ Ibi. Ad auctoritatẽ eoꝝ dico. ❡ Rñsiones iste ad rõnes Hen. non indigẽt aliqua expositione: quia ex se sunt clare.

Dilectio intellectus sola ẽ eius nãlis iclinatio

Secunda via ponit q lꝫ dilectio finis recte possit dici et non recte: negat tamen dilectionem finis esse praxim: quia non est circa obm̃ contingens: et hec est opinio Gul. varquam. pbat multis rõnibus: que postea soluentur.

Gul. Varr. li. j. q. iiij.

Tertia via ponit q vel volitio nõ est ppie praxis sed tm̃ actus ea posterior. vel si ipa est praxis: hoc non est nisi in ordine ad actũ aliquem imperatũ potentie inferioris: puta appetitus sensitiui: vel potentie motiue: vel hmõi. Et hec ẽ opi. Heruei natalis quol. prio. q. iij. ar. iiij. quam pbat multiplici medio. ❡ Ibi. Contra illud &c. ❡ Hic doc. arguit ꝯ opi. Heruei: et intendit pbare q etiã actus voluntatis elicitus: etiam non hñs ordinẽ ad aliquẽ actum imperatum potentie inferioris sit vere praxis. Et rõ stat in hoc: q dicit Arist. 6. ethi. q electio non est recta sine rõne recta et habitu virtutis. Si .n. habitus virtutis requiritur ad electionem rectam: certum est q ille habitus erit cãtus ex multis electionibus: vt pꝫ de habitu fortitudinis vel tempantie. Si enim esset cãtus tm̃ ex actibus posterioribus electione: puta ex actibus imperatis in potẽtijs sensitiuis: tunc talis habitus non requireretur ad electionem rectam: pꝫ

Heruetus nata. quol. .j. q. iij. ar. .iiij.

Habitus fortitu. et tempantie non cãnẽ nisi ex multis electionibus.

quia ad illam inclinaret·Habitus·n·inclinat tm̄ ad similes actus:ex q̄bus generatur· Si ergo electio recta sit a rōne ꝛ habitu virtutis:seqtur ꝙ talis electio ſm hītum virtutis erit vere praxis·Et nota ꝙ hic accipit̄ hīt⁹ pro hītu virtutis moralis:q̄ virt⁹ moralis p̄ſo ꝛ p̄ncipaliter ē in volūtate:vt pꝫ a doc·i·3·d·33·

Contradictio apparens·

Sed hic occurrit dubiū in hoc ꝙ dicit Doc·ꝙ electio recta siue actus virtutis quod idē est:est ab hītu virtutis:qꝛ expſſe dicit·j·d·xvij·ꝙ pōt eſſe hītus virtutis ꝛ electio recta:lꝫ nō sit generata ab hītu virtutis: hoc idem in·2·ꝛ in·3·ꝛ p̄cipue in·4·d·xiiij·q·ij· dicit ꝙ nō ē de rōe act⁹ moralis ꝙ sit gn̄at⁹ ab hītu virtutꝭ: nec ꝙ sit gn̄atiu⁹ virtutis:ꝛ tn̄ oppositū hic dicit·

Solō ʒdi·

¶ Dico ꝙ doc·non negat eſſe electionē rectam nullo habitu virtutis p̄ſupposito:sed aliqs nō dr̄ ꝓprie virtuose agere ꝛ perfecte:nisi agat ſm hītum virtutis:cū habitus faciat ꝓmpte faciliter ꝛ expedite opari·act⁹ etiā q simpliciter elicitur a volūtate ꝛ ab hītu est valde perfectioꝛ:vt patꝫ a doct·j·d·xvij·ꝛ in·3·d·xxvij· ¶ Ibi·Preterea sub alia forma arguit̄ idē·Hec rō clara est. Ibi·Preterea non solum·Hec rō pꝫ hic·ꝛ diffuse expolita est·s̄·in p̄io arti· ¶ Ibi·Tunc ad auctoritatē·6·ethi· ¶ Hic doc·soluit rōnes Heruei·

Rōnū Herua solōnes

Primo·n·arguebat sic Herueus ibi q̄si in p̄ncipio tertie vie·Quia oīs p̄:axis seq̄tur electionē·si sic:cū solus actus impatus in potentia inferioꝛe ꝓprie seq̄tur electionem voluntatis: solus actus sic impatus erit praxis·Et ꝙ praxis seq̄tur electionē: pꝫ·vj·ethi·Actus principiū est electio·i·electio est principium actus·Sequitur ¶ Non cuius grā:sed vnde modus·i·ꝙ electio non dr̄ finis talis actus: sed vere est principiū effectiuū:ꝛ sic electio nāliter p̄cedit ipm̄ actum· ¶ Respondet doc·ibi·Tunc ad auctoritatē·vj·ethi· dico ꝙ ibidē ph̄us statim subdit·Electionis aūt appetitus ꝛ rō que grā alicuius·i·practica:sunt supple principiū: vꝫ ꝙ appetitus·ſ·voluntas vt informata virtute morali:puta tempantia est principiū eligēdi actum tempantie vna tn̄ cū rōne:que est grā cuius:q̄·ſ·rō est grā electionis qꝛ ordinat̄ ad rectitudinem eius:ꝛ talis rō siue cognitio est practica· ¶ Nunc exponit̄ lr̄a·Cū dicit ibi·Neqꝫ sine hītu morali est electio·ſ·recta· ¶ Hoc debet intelligi vt·s̄·exposui de electione perfecte recta:ꝛ cū aliis ꝯditionibus quas dixi·s̄·Seqtur·Igitur virtus supple moralis habet actum elicitum imediatiorem sibi q̄ꝫ sit ille cuius electio est p̄ncipiū vt impans:ꝛ talis actus imediatus nō pōt eſſe nisi actus elicit⁹ a volūtate· ¶ Ibi·Neqꝫ sine habitu est electio·Subdit ph̄s·Bona actio·n·sine more non est·i·virtute·Sed si ista sit maioꝛ ad ꝓbandum quod ꝯdixit de electione·ſ·ꝙ electio non sit recta sine virtute in volūtate ꝛ rōne in intellectu: Sumet̄ ista minoꝛ·Bona electio est bona actio. Et vt clarius intelligatur fiat sic argumentū ad ꝓbādū ꝙ electio dr̄ recta a virtute ꝛ rōne:ꝛ arguit̄ sic·Oīs bona actio est a moꝛe·i·virtute quod nō est sine rōne p̄uia·sed bona electio est bona actio: g̃ bona electio erit a virtute ꝛ rōne: ꝛ pꝫ lr̄a·Ibi·Ad ſm: pꝫ ista lr̄a· ¶ Ibi·Ad tertiū·Ad cōmentatorem· ¶ Hic doc·respondet ad argumentū Gul·Var·qui sic arguebat ibi·Dicit aūt Comētatoꝛ p̄io ethi·ꝙ praxis est opatio ſm electionē·electio etiā est tm̄ circa ꝯtingens ex·iij·ethi·quia est appetitus consiliatiuus·j·ꝙ electio est appetitus consiliatiuus:ex hoc supple: ꝙ ad hoc vt sit recta circa media ad finem: p̄exigit in intellectu consilium de electione medij·Modo cōsilium nō est

Actio nō dr̄ bōa nisi a virtute et rōne

nisi de contingente· ¶ Respondet Doc·ibi·Ad tertium ad cōmentatoꝛem· ¶ Oppoꝛtet ꝙ ly ſm:non sit ibi nota cause efficientis si descriptio debet eſſe conuertibilis cum descripto·ſ·descriptio electiōis q̄ talis est·Electio recta conformiter se habet rationi recte: quod ergo pꝛimo elicitur a voluntate confoꝛmiter rationi recte est electio recta:ꝛ econtra·ſ·Electio recta conformiter elicitur rationi recte·Sequitur· ¶ Sed debet intelligi ly ſm: effectiue vel formaliter: Effectiue quando electione imperatus actus in pte sensitiua ille actus dicitur praxis scd̄m electionem: quia hoc habet ab electione recta inquantum ab ipsa imperatur: formaliter vero praxis dicitur scd̄m electionem·i·ꝙ est ipsa electio primo scd̄m ꝙ conformatur consilio intellectus·Sequitur· ¶ Vel accipitur electio pro electione actus volendi: qui non est electio vel volitio aliqua: sed actio de genere actionis·Nam electio idem est ꝙ productio actus: sicut dicimus voluntas elicit actum volitionis·i·producit·Sequitur· ¶ Secundum istam electionem quasi secundū principium actiuum est omnis praxis·i·ꝙ praxis est primo a voluntate tanq̄ꝫ a principio formali fundamentali productiuo: ꝛ est ab ipsa electione siue productione tanq̄ꝫ a principio formali quo ꝓducēs dr̄ productione producens:siue quo eliciens dicitur elicione eliciens·Sequit̄· ¶ Qꝛ actio de genere actionis reducitur ad principium productiuū: non ꝙ vere sit principium productiuum: sed quia terminatur ad productum vel est via ad productum dicit̄ reduci ad principium productiuū·

Electio ē productio·

Iste tres vie ponunt theologiam esse puram speculatiuam·ſ·Henri·Herueus ꝛ Gul.sed diuersi mode: vt supra patuit in illis vijs·Que quidem vie videntur in hoc concoꝛdare:ꝙ sit aliqua operatio in potestate hominis que non dicatur praxis: patet qꝛ pꝛima via ponit ꝙ dilectio vltimi finis in particulari non est praxis: cum autem illa dilectio sit in potestate voluntatis quod etiam ipe Henri·concedit·Secunda via dicit ꝙ dilectio finis vltimi nō dicitur praxis:quia licet sit in potestate hominis:tamen non est circa obiectum contingens quod requiritur in praxi·Tertia via dicit ꝙ aliquis actus voluntatis qui est vere in potestate hominis nō dicitur praxis: vt act⁹ elicitus imediate a voluntate:que non includit ordinem ad actum impatum in potentia inferiori·Et probatur ꝙ aliquis actus in potestate hominis non sit vere praxis:ꝛ per consequens cognitio que extendit̄ ad huiusmodi actum non dicitur practica:vt patet de cognitione vltimi finis ſm duas pꝛimas opiniones· Et similiter de cognitione precedente actum voluntatis non habentem oꝛdinem ad actum impatum·Et si omnis talis cognitio que extenditur ad huiusmodi actum esset practica:tunc quelibet cognitio esset practica: patet quia quamlibet sequitur aliqua dilectio vel delectatio·Similiter·x·ethi·Felix est dei amantissimus·Et tamen istam felicitatem ponit ph̄s speculatiuam non practicam·

Contra hanc cōclusionem cōmunem istis tribus vijs·Lr̄a pꝫ vsqꝫ ibi·Qꝛ autē addit̄ de felicitate ꝙ est speculatiua quia felix est dei amātissimus:debet sic intelligi·ꝙ felix est valde amatus a deo: non autem debet sic intelligi·ꝙ felix maxime amat·Et ꝙ passiue intelligatur: patet ibi·cū subdit ph̄s·Si quidem cura humanoꝝ·

Impugnatio pōnis Hen·Heruei ꝛ Gul·

¶ Sic exponitur talis auctoritas. Si a dijs·i·deo vel angelis q dicunt dij a philosophis: sit aliq cura humanorum·i·q diligant vel odiant actus hominum ⁊ bona hominum (quia multorum hominum opinio fuit: q nec dij scirent nec curarent opa hominum) rationabile est ipsos deos gaudere optimo ⁊ cognatissimo·i·de eo qd exercemus nos i actibus

Actus potentiarum dicuntur optimi·

intellectus ⁊ voluntatis: q sunt optime potentie: ⁊ optimi actus: ⁊ cognatissimi dijs·i·cognati deorum sumus per illas potentias: eo q vniuoce tam potentie q actus illarum sunt i angelis deo ⁊ hominibus· Rationabile est deos rebenificare homines: sic se exercentes in illis actibus vt amicos· Ex quo vltimo patet q nos passiue amamur a deo secundum philosophum: eo q nos ipse rebenificiat· Et q dicit doc· parum·s·de delectatione: siue de obiecto speculatiuo: siue de speculatione: certum est q iste delectationes sunt ab inuicem separabiles· vt patet in dampnatis· Si tamen permittuntur aliqualiter delectari: quia de cognitione detentionis ignis possunt delectari: sed de detentione illa non delectentur cum odiant illam: vt patebit a doc·in·4·d·44· Aliquando contingit delectari simul ⁊ de speculatione ⁊ obiecto speculabili vt patet: ⁊ sunt due delectationes realiter distincte: vna que terminatur ad speculationem: ⁊ alia que terminatur ad obiectum speculabile· ¶ Ibi. Sed pretermissa auctoritate illa nunquid felix speculatiuus ⁊c· ¶ Hec littera est satis clara: ⁊ videtur doc· declinare ad hoc q fuerit mens Arist· q felix speculatiuus vere habet actu elicito obiectum felicitatis: ⁊ q speculatio talis obiecti dicatur practica: presertim loquendo non de substantijs separatis: sed de felicitate quam habemus in hac vita· loquendo vero de felicitate i substantijs separatis: diceret q cognitio vltimi finis non esset vere practica: quia intelligentie necessitate naturali diligit vltimum finem: ⁊ per consequens circa talem dilectionem non contingeret errare nec recte agere: ⁊ littera patet· ¶ Ibi· Igitur melius est theologo q habet ab eo discordare in minori· ¶ Ut cognoscantur maior ⁊ minor formetur sic sillogismus· Nulla scientia que ordinatur ad dilectionem finis: in qua dilectione non contingit errare nec recte agere est vere practica: sed in dilectione intelligentie inferioris circa vltimum finem non contingit errare nec recte agere: cum diligat de necessitate nature: ergo scientia illius finis non erit practica·

Amor dei est amor effectus non affectus: et secundum philosophum·

Bonauentura ⁊ Egidius·

Quarta via· Hec est opinio Bonauenture ⁊ Egidij qui dicunt theologiam esse affectiuam· Et littera huius vie clara est·

Gul·Uar. li·j·q·iiij·

Quinta via que est Gul·Uar· dicit theologiam esse contemplatiuam· Ista littera satis clara est· Et q dicit de portione superiori ⁊ inferiori: ⁊ quomodo distinguuntur per diuersa officia: plenius vide in·2·disti·24·⁊ in·3·d·xv·⁊ precipue vide singularem glo· quam feci super·d·24·2·

Gotfre·quol·xiij·q·j·

Alia est opi· videlicet Gotfre· discordans a precedentibus in conclusione: que dicit q theologia nec est tota speculatiua nec tota practica: sed partim practica ⁊ partim speculatiua: quia in theologia aliqua considerantur vt sunt opabilia: alia vero vt sunt speculabilia: ⁊ probat·ibi· Secundo sic probatur· ¶ Expono istam litteram· Nulla speculatiua cognitio distinctius tractat de opabilibus quam eorum cognitio sit necessaria ad speculationem·i·q si aliqua scientia speculatiua tractet de aliquibus opabilibus: tamen de eis tradit quantum cognitio eorum est necessaria speculationi: quia non considerat illa opabilia nisi tamen speculatiue· Sequitur· ¶ Nec practica distinctius tractat de speculabilibus quam eorum requiratur cognitio propter praxim ad quam extenditur·i·q ⁊ si scientia practica tractet de aliquibus speculabilibus: ex eo tractat de illis inquantum eorum cognitio est necessaria propter praxim: ⁊ non aliter tractat· Sequitur· ¶ Ista autem supple theologia tractat de opabilibus distinctius quam cognitio eorum requiratur ad speculationem·i·q theologia ita distincte tractat de opabilibus ac si cognitio eorum nullo modo requiratur ad speculationem: ⁊ per consequens vt sic tractat de opabilibus in se dicitur practica· Et similiter ita distincte tractat de speculabilibus ac si eorum cognitio nullo modo requireretur ad cognitionem practicam: ⁊ per consequens vt sic tractat de illis dicitur speculatiua· ⁊ prescripta littera· ¶ Ibi· Contra istam opi· Arguitur sic· ¶ Hic doc· arguit contra istam opi· ⁊ precipue contra hoc: quia videtur ponere theologiam esse duplicem habitum·s·practicum ⁊ speculatiuum· Certum est·n·q theologia nostra tamen dicitur vnus habitus non numero sed forte genericus· Et quia ista opinio videtur ponere distinctos habitus theologie propter distincta obiecta considerata in illa: ita q propter opabilia dicitur practica: ⁊ propter speculabilia speculatiua· Contra hoc arguit doc· Quia illi habitus distinguuntur ex obiectis a quibus habent euidentiam ex illis: patet quia sicut entitas scientie est ab obiecto: ita ⁊ vnitas ⁊ distinctio· Nam scientie proprie que habent euidentiam ab obiecto specificantur ab illo· Sed theologia nostra non habet euidentiam ex obiecto cum sit tamen reuelata: vt diffuse exposui in questione de subiecto theologie: ergo non habet distinctionem ex obiecto opabili ⁊ ex obiecto speculabili· Et q dicit doc· tunc·n·oporteret ponere duas fides infusas·i·q si theologia haberet distinctionem ex illis obiectis ex quibus non habet euidentiam: oporteret ponere duas fides infusas·s·vnam de speculabilibus ⁊ aliam de opabilibus· ¶ Ibi· Preterea illa opi· de duobus habitibus· ¶ Dicit doc· q ⁊ si possit habere aliquam probabilitatem de theologia nostra: nullam tamen habere potest de theologia in se· ⁊ patet littera· ⁊ presertim ex·s·dictis in questione de subiecto theologie· ¶ Ibi· Preterea duco rationem eius ad oppositum· ¶ Et ratio doc· stat in hoc: videlicet q theologia non tractat distinctius de speculabilibus quam cognitio eorum requiratur ad cognitionem practicam vel praxim diligendam·i·q per se tractat de speculabilibus: pro quanto eorum cognitio est necessaria ad praxim diligendam· ⁊ hoc probat ibi· Quelibet cognitio de conditionibus appetibilitatis finis: ⁊ de conditionibus eorum que sunt ad finem quatenus sunt ad finem. Et tertio de conditionibus quibuscunque huius·s· appetibilitatis finis: vel illorum·s·mediorum ad finem: circa quas supple conditiones contingit potentiam opatiuam errare nisi dirigatur: est necessaria ad practicam cognitionem: sed nulla est cognitio hic tradita de fine: nec de his que sunt ad finem quin sit talis ⁊c· Et quomodo circa finem contingit errare ⁊ circa ea que sunt ad finem·s·patet. Conditio finis nostri (qui est deus i se) reddens ipsum appetibiliorem sunt iste: q finis noster vltimus est creator: gubernator: redemptor ⁊ huiusmodi· Conditiones vero finis (que est beatitudo nostra formaliter) puta clara visio essentie vel fruitio eiusdem sunt perpetuitas: securitas: ⁊ huiusmodi: ⁊ patet ista littera vsque ad finem·

Ab obiecto scientie: est entitas scientie: vnitas ⁊ distinctio·

Conditiones reddentes finem appetibiliorem·

Alia opinio tenet eandem conclusionem: sed ponit cum hoc theologiam esse simpliciter vnum habitum: ⁊ hec est opinio ·S·Tho· prima parte sum· questione prima arti·iiij·

S·Tho· prima parte sum· q·j·art·4·

Ad questionem ergo respondeo· Hic doctor intendit probare q theologia sit simpliciter practica: ⁊ probatio sua principalis stat in hoc loquendo de theologia necessariorum· Omnis notitia que naturaliter est prior praxi: ⁊ conformis siue conformatiua ipsius dicitur practica: sed notitia theologica necessariorum est huiusmodi: ergo talis notitia erit practica: maior patet·s·per descriptionem notitie practice: minor probatur a doc·ibi· Probatio minoris· quia primum subiectum theologie· ¶ Hic duo faciam· Primo probabo minorem in forma:

Opi· Doc· propria·

deinde exponam lr̃am·Probat̃ ergo mi·Omnis notitia virtualiter ɔtenta in aliquo p̃io obiecto virtualiter ɔformatiuo·i·hñte virtutē dandi rectitudinē3 notitie est vere practica·Sed notitia theologia necessarioꝝ est hmõi·Nam vt ꝓbatū est in q̃one de subiecto theologie:notitia theologica omnium necessarioꝝ virtualiter ɔtinetur in deo sub rõne deitatis:⁊ p ɔñs ꝓprietas talis notitie:etiã ibi virtualiter cõtinetur·Et talis ꝓprietas notitie theologice est rectitudo formalis siue directiuitas in praxi3 siue ɔformatiuitas·Q̃ aũt hec sit a deo sub rõne deitatis ꝓbatur·Quia deus sub rõne deitatis est finis simpliciter vltimus qui est amabilis sup oia ꝓpter se:⁊ oia alia ꝓpter ipm:⁊ sic sequitur q̃ est virtualiter directiuus siue cõformatiuus:quia cãndo notitiã theologicam necessarioꝝ:dat illi directiuitatem formaliter·Secundo expono lr̃am·Cum dicit quia primu3 subiectum theologie est virtualiter conforme volitioni recte·i·q̃ volitio recta et hoc dr̃ recta:quia conformis tali obiecto supple sic cognito·Sequitur·¶ Quia a rõne eius sumuntur principia prima rectitudis in volitione·i·q̃ a rõne formali primi obiecti theologie vel a notitia eiusdem:sumũtur principia prima·i·notitie primoꝝ principioꝝ in theologia:que notitia dat rectitudinē volitioni·quia volitio ideo dr̃ recta quia conformiter elicitur cognitioni principioꝝ formaliter recte:siue cognitioni ɔclusionis formaliter recte·Et vt clari⁹ hoc intelligatur pono exemplũ·Nam deitas est rõ formalis qua deus dr̃ finis totius theologie p̃sertim necessarioꝝ:cognita tali deitate in se:⁊ p ɔñs cognito ipo deo:⁊ similiter cognito primo p̃dicato de ipa deitate: puta diligibilitate que virtualiter ɔtinet̃ in deitate: statim possum formare hoc principium·Quicquid includit deitatem sub rõne deitatis: est super omnia diligibile·Deus includit deitatem sub rõne deitatis: ergo deus est super omnia diligibilis·Notitia istaꝝ p̃missaꝝ virtualiter ɔtinetur in deitate vel in notitia deitatis:⁊ talis notitia est vere directiua in praxim: dictat·n·imediate illud esse sup omnia diligibile q̃d formaliter includit deitatem·Et similiter notitia conclusionis·Et sic ex ista maiore possunt subsumi multe mi·puta:sed pr̃ includit formaliter deitatem: ideo est super omnia diligibilis·Et sic de alijs personis·Et breuiter rõ diligibilitatis super oia de quocunq3 concluditur in deo:rõne deitatis concludit̃. Et quo ergo notitia principioꝝ dr̃ formaliter recta ab obiecto:puta a deo sub rõne deitatis: sequit̃ q̃ deus sub rõne deitatis est virtualiter rectitudo praxis:vel notitia ipius deitatis:quia h3 in virtute sua notitiã principioꝝ ⁊ conclusionũ: ⁊ per ɔñs habet in virtute sua notitiam talium notitiaꝝ·Sequitur in lr̃a·¶ Ipm etiam supple obiectum theologicum determinat intellectum creatum ad notitiam rectitudinis determinate ipius praxis quo ad omnia theologicalia necessaria prius naturaliter q̃3 aliqua voluntas creata velit:alias non esset necessaria·¶ Ut hoc clare intelligatur:pono q̃ intellectus creatus habeat deum sub rõne deitatis perfecte p̃ñtem·Certum est q̃ in intellectu tali prius cãtur notitia: puta huius conclusionis pater est super omnia diligibilis: q̃3 voluntas eliciat actum circa talem conclusionem: talis notitia dr̃ formaliter determinatiua siue directiua siue rectificatiua praxis eliciende ⁊ quia talis notitia virtualiter cõtinetur in deo sub rõne deitatis:dicimus q̃ ipse de⁹ sub rõne deitatis determinat talem intellectum ad notitiã rectitudinis determinate ipius praxis:quia

Deitas est formal̃ rõ q̃ de⁹ dicat̃ finis totius theologie·

causat in tali intellectu hmõi notitiã que est formaliter rectitudo rectificatiua praxis eliciende·Si ergo deus sub ratione deitatis prius causat talem notitia3 q̃3 voluntas eliciat actũ:sequitur q̃ talis notitia erit prior praxi elicienda·Confirmatio sequens clara est·

Hic tñ occurrunt aliqua dubia que faciunt difficultatem ꝓpter dicta doc·Primũ circa hoc quod dicit:q̃ obiectum theologicum virtualiter continet notitiam rectitudinis respectu intellectus creati:quia dicit q̃ determinat ipm ad notitiam rectitudinis ⁊c·Si simpliciter loquitur de omni intellectu: hoc est difficile sustinere:quia theologia nr̃a respectu necessarioꝝ: ex quo non habet euidentiam ab obiecto theologico: puta a deo sub rõne deitatis:vt p3 ab ipo in q̃one de subiecto theologie·Sequitur q̃ talis notitia non habeat rectitudinem respectu praxis a tali obiecto:pat3 quia ab eadem causa simpliciter est notitia ⁊ rectitudo eius vt supra patuit q̃one p̃nti·¶ Patet etiã quia tota theologia nostra respectu necessarioꝝ·i·omnis notitia theologica de necessarijs in intellectu viatoris est simpliciter reuelata:loquendo semper de communi lege:vt ab ipo patet in q̃one de subiecto theologie·Sequitur ergo q̃ cognitio theologica nostra non dicatur rectitudo formaliter ab obiecto theologico: cum ab illo non habeat euidentiam·

Apperẽs ɔ̃ dictio doc·

Dico primo q̃ hic doc·loquitur absolute de intellectu creato: non determinando se ad intellectum viatoris vel cõprehensoris: intelligendo sic q̃ si in aliquo intellectu creato esset notitia ipi⁹ deitatis sibi p̃fecte p̃ñtis:⁊ p ɔñs si haberet notitiã hui⁹ p̃cipij·Q̃ includẽs deũ sub rõne deitatis est sup oia diligibile: statim talis notitia diceret̃ formalr̃ rectitudo ab obiecto a quo h3 euidẽtiã·Et certũ est q̃ notitia theologica necessarioꝝ in intellectu cõp̃hẽsoris:est formalr̃ rectitudo respectu praxis eliciẽde:ita q̃ talis rectitudo est a tali obiecto·¶ Si dicat̃ q̃ñ hoc est possibile:cũ ad talẽ notitiã nõ ɔcurrat aliquo mõ deitas sub rõe deitatis: vt subtiliter ꝓbat doc·in·q·iiij·quol·⁊ si sic: g̃ nec notitia nec rectitudo illi⁹ virtualr̃ ɔtinet̃ i tali obiecto·¶ Dico vt alias dixi:q̃ sufficit q̃ sit ab aliquo p̃fecte supplente vicẽ talis obiecti: cuiusmõi est volũtas diuina·¶ Si dicat̃ q̃ etiã hoc põt seq i intellectu nr̃o:q: volũtas diuina saltẽ imp̃fecte supplet vicẽ obiecti theologici·⁊ sic habita tali notitia:possum formare principia ⁊ ɔclusiões ⁊ multa alia. ¶ Dico q̃ nõ est sil̃e· q: oẽs articuli fidei de necessarijs sunt simplr̃ reuelati:nec credo vnũ articulũ ꝓpter aliũ: vt subtilr̃ p3 a doc·in·3·d·24·Sed q̃cq̃d sit dico paucis q̃ oĩs notitia theologica ẽ simplr̃ practica a quocũq3 cãet̃: siue ab obiecto siue a supplente vicẽ obiecti·quia notitia theologica ẽ simplr̃ talis obiecti primi: q̃ si eẽt immediate ab illo:hẽret euidentẽ rectitudinẽ respectu praxis eliciende·

Solutio·

Obiectio

Responsio

Oppositio

Solutio·

Quecunq3 notitia theologica:practica ẽ simpliciter·

Hic quidam doc·arguit ɔ̃ hoc dictũ doc·Ui3 q̃ habit⁹ practic⁹ dicat̃ practic⁹ ab obiecto virtualiter ɔtinẽte illũ:⁊ q̃ theologia necessarioꝝ dicat̃ sic p̃ctica·Cõtra hoc arguit·Q: tũc seq̃ret̃ q̃ methaphisica de deo eẽt practica ⁊ nõ speculatiua:q̃d ẽt vr̃ falsu3 ſm Sco·q in soluendo q̃dã argumẽtũ in p̃cipio q̃onis factũ:ad ꝓbãdum theologiã nõ esse practicã ex auc̃te Boe·assignantis tres ptes scie speculatiue:q̃rũ vna ẽ theologia: ait sic· Dico q̃ Boe·intelligit p theologiã methaphisicam: hic vt apparet non vult negare Boe·sed exponere·

Grego·de Ari·q·5·articulo·2· Prima rõ·

·ij·ratio· ¶ Preterea q̄ hoc ꝯñs sit falsum·s·q̄ methaphisica
sit scientia practica arguit sic·Nam cuiuscumq̃ scien
tie practice actus ꝓprius elicitus est notitia practica:
pꝫ quia ex actibꝰ practicis generat̃ habitus practicus:
⁊ actus sequentes habitum similes sunt precedentibus:
ex quibus est genitus·Sed nullus actus ꝓprius
methaphisice (⁊ loquor de methaphisica que acqrit̃
ex studio libri mathaphisice) est notitia practica: qḋ
pꝫ:quia nulla talis conclusio est formaliter directiua
·iij·ratio· praxis·¶ Item arguit sic·Quia si habitus practicus
diceretur practicus quia virtualiter continetur in ob
iecto ⁊c: sequeretur q̄ de nulla re mundi posset ha
beri scientia speculatiua. Consequens reputo sic ab
sonum: vt nec curem probare:nec expedit·Cum ipse
aliquas scientias ponat speculatiuas·ꝯña patet·qm̄
nulla res est in mundo que non sit bona:⁊ per ꝯñs q̄
non contineat virtualiter aliquam notitiam directi
uam opationis voluntatis circa ipam·¶ Confirmat̃
Cōfirmatō istud·Quia etiam notitia que est simplex aprehen
sio rei:est notitia sm̄ istū doc·taliter directiua:quāto
magis aūt notitia completa qua cognosceretur rem
esse bonam.talem autē quelibet res de se potest cau
sare:cōcurrentibus alijs partialibus causis·hec ille·

Deinde arguit ꝯ aliud dictum quod im
Idē Greg· ponit doctori: vꝫ q̄ sim
vbi·ē·prio plex apprehensio obiecti potest dici practica:⁊ arguit
argut· sic·Omnis notitia practica affirmat aut negat aliqd
circa qualitatem opationis·Sed notitia incompleta
non est huiōi·ergo·Probat maiorem:per Auicen·⁊
·ij·argu· per phm·¶ Item sic arguit·Si aliqua talis notitia
incōpleta esset ꝓprie practica: multo magis notitia
cōpleta medicine theorice esset practica·ꝯñs patet
falsum per Auicen·prio li·medicine·⁊ per rōnem pꝫ
illud ꝯñs esse falsum: quia tunc non esset distinctio
Cōfirmatō inter practicam ⁊ speculatiuam ·¶ Confirmatur·Si
enim simplex apprehensio alicuius herbe vel aroma
tis est practica:multo magis illa completa: qua scit̃
illam herbam est calidam vel frigidam·Nam ex ista
potest imediatius ⁊ melius quid dirigi ad opandū·
⁊ tamen ista non est ꝓprie practica: cum nihil dicat
·iij·argu· de qualitate opationis·¶ Ulterius sm̄ hoc : omnis
notitia cuiuscumq̃ rei esset practica:⁊ nulla specula
tiua : pꝫ quia sm̄ ipm̄ Sco·notitiam esse practicam
nihil aliud est q̃ ipam esse directiuā·Sed notitia
incompleta non est directiua nisi quatenus est mani
festatio obiecti:⁊ cum omnis notitia cōpleta sit etiaꝫ
manifestatio obiecti : quelibet erit directiua praxis
·iiij·argu· alicuiꝰ·¶ Preterea·Quia rōne notitia simplex viuꝰ
rei est directiua praxis circa illam rem vt dilectionis
vel alterius:eadem rōne cuiuslibet rei notitia simplex
erit directiua dilectionis aut odij vel alterius praxis
circa eā·Et maxime hoc pꝫ:si sicut ipe dicit : simplex
notitia de deo qualis est visio beatifica: sit directiua
praxis·s·dilectionis circa ipm̄:ac per hoc practica·
Sic enī ⁊ cuiuslibet creature notitia est directiua di
lectiōis circa eā:⁊ per ꝯñs sm̄ eū practicā:hec Greg·

Ad istas rōnes respondeo· Et primo
qm̄ dicit q̄ tunc seque
Ad rōnes retur q̄ methaphisica esset scientia practica que con
Greg· siderat de deo vt est pria cā: primū idepēdens: esse
infiniti vigoris:summe sapientē ⁊ huiōi·¶ Dico pri
mo q̄ hoc nō sequit̃·Ubi pro intelligentia huius: q̄
de eodē sub alia ⁊ alia rōne ꝯsiderato:pōt esse notitia
practica ⁊ speculatiua·Exemplū·Nam de hoie sm̄
corpus vt sic vel sic mixtū pōt esse scia practica vt me
dicina·Similiter vt ꝯsiderat̃ sub rōe aie intellectiue
uate beatificari pōt esse scia moralis: ⁊ etiā vt ꝯside
ratur ipa aia vt tm̄ est actus corporis phisici:vel vt id
quo sumus intelligimus:⁊ mouemur motu progres
siuo ⁊ huiōi:potest esse scientia speculatiua·Nam in
li·de aia ꝯsiderat̃ aia ⁊ potentia illius ⁊ opationes
⁊ ꝓprietates:vt sunt tales vel tales entitates:⁊ huiōi
consideratio dr̄ speculatiua: vt vero consideratur vt
est quoddā bonum creatum ordinatum ad talem vel
talem finem:vt ꝓpter aliud diligibile ⁊ huiōi:potest
dici notitia practica·Sic dico in ꝓposito:q̄ deꝰ mul
tipliciter potest considerari: vt est simpliciter primū
independens: prima causa ⁊c·ita q̄ talis considera
tio non respiciat deum vt obiectū opabile:siue vt ama
bile:⁊ talis consideratio potest esse methaphisicalis
⁊ mere speculatiua·Si vero theologice consideratur
patet q̄ talis consideratio erit practica: quia non tm̄
sistitur in huiōi consideratione:sed etiam talis consi
deratio dirigit in praxim·

Sed occurrit nō parua difficultas·Qr
pono q̄ quis cognoscat p Incidētalis
fecte quiditatem anime: an notitia talis sit practica: diffi·sꝫ val
an speculatiua.Si dicatur q̄ sit speculatiua·Contra· de notāda.
Quia quiditas anime cum sit substantia perfecta: ⁊
causa partialis talis notitie: ⁊ per ꝯñs videtur q̄ det
rectitudinem tali notitie:⁊ sic practica·Si dicatur q̄
talis notitia sit practica:nō ē itelligibile q̄ ab vno ⁊ de
eodē obiecto sub eadem rōne considerato:possit esse
notitia practica ⁊ speculatiua : que notitie habeant
euidentiam ab obiecto ⁊ virtualiter includantur in il
lo·Si dicatur q̄ ipa anima intellectiua potest cōside
rari sub duplici bonitate·s·essentiali ⁊ quiditatiua:⁊
sub bonitate que non tm̄ sit passio entis: sed sit q̄daꝫ
bonitas ꝯñs naturam indiuidui·Ut primo modo cō
sideratur talis ꝯsideratio erit speculatiua·Secundo
vero modo erit practica·Sꝫ hoc nihil est·quia etiam
deus sub rōne deitatis vt etiam suo modo pscindit a
bonitate attributali:adhuc est obiectum perfectissi
mū super omnia diligibile:⁊ est rō perfectissima ob
iecti fruibilis vt pꝫ a doc·in·d·j·primi·q·ij·¶ Prete
rea arguo sic·Nam obiectum agit sm̄ vltimū poten
tie sue ad cognitionem sui:⁊ similiter intellectus qui
est altera cā partialis:ergo ꝓducit notitiā suā perfe
ctissimā quantū pōt·Aut ergo illa notitia est practi
ca aut speculatiua·Si prio:ergo nō pōt agere ad co
gnitionē sui speculatiua·Si scḋo:ergo nō pōt ꝓduce
re notitiā sui practicā:psertim cū notitia specificetur
ab obiecto·

Oportet ergo dicere q̄ si de eodē obie
cto possit esse notitia pra
ctica ⁊ notitia speculatiua:q̄ i illo sit alia ⁊ alia rō:sm̄ Solutio·
quas alia ⁊ alia fruitio accipi possit· Et sic ab aia in
tellectiua vt est tm̄ q̄dā entitas q̄ditatiua cātur im
mediate notitia speculatiua:⁊ vt est q̄dā bōitas perfe
ctionalis cāt̃ notitia practica·Exemplū·Nā fantas
ma albedis cāt spēm itelligibilē i itellectu:nō tm̄ ipiꝰ
albedis : sed oīuꝫ ꝯtentoꝝ eētialr̄ vel virtualr̄ in ea
·s·albedie·Et sic spēs itelligibilis albedis tm̄ cāt cog
nitionē ipius speclatiuā:⁊ silr̄ spēs intelligibilis colo
ris cāt notitiā speclatiuā ipius· Spēs vero boni ꝯtē
ti i albedie cāt notitiā practicā ipius boni:ita q̄ diri
git volūtatē in dilectionē bōitatis albedinis. Et non Idē sub ea
habeo ꝓ icōueniēti q̄ idē sub eadē rōe formali virtua dē rōne for
liter ꝯtieat plēs spēs itelligibiles:q̄rū vna sit ptalis mali:pt vir
cā cognitiōis speculatiue: ⁊ alia cognitōis practice· tualr̄ ꝯtine
¶ Si vero teneat̃ q̄ vna ⁊ eadem spēs intelligibilis re plēs spēs
possit partialiter causare cognitionem obiecti cuius itelligibiles

est: ⁊ omniū ɔtentoꝝ tam virtualiter ꝙ̄ eēntialiter. ¶ Dico ꝙ pt eē partialis cā respectu vni⁹ cognitiōis practice ⁊ respectu alterius speculatiue. Exemplum. hō virtualiter ɔtinet ꝓprias passiōes: similiter talem vel talem bonitatem. cognitio causata a specie intelligibili hominis: vt tantum terminatur ad quiditatē ipsius absolute potest dici speculatiua. Cognitio vero bonitatis hominis ſm quam est diligibilis causata ab eadem specie intelligibili dr̄ practica. Similiter si obiū esset in se pñs in cognitione intuitiua: non solum posset causare cognitionem sui intuitiuam: sed etiam omniū contentoꝝ virtualiter in eo: vt patȝ a doct. infra. d. viij. qōne penul. ⁊ in quol. ⁊ alibi. Et sic cognitio intuitiua hoīs absolute sumpti posset dici speculatiua. cognitio vero bōitatis hoīs ſm quā est diligibilis posset dici practica: qꝛ directiua in praxim. Et qñ doc. dicit ꝙ cognitio practica hȝ rectitudinem ab obiecto ⁊ similiter speculatiua hȝ ab obiecto vt dicat̄ speculatiua. Debet sic intelligi ꝙ idē obiectū ſm aliud ⁊ aliud virtualiter vel eēntialiter ɔtentū: cāt aliā ⁊ aliā notitiā: ita ꝙ si illud ɔtentū esset per se ⁊ haberet virtutē cāndi notitiā: tñ cāret notitiā vel practicā vel speculatiuā. Si. n. bonitas obiecti esset per se ⁊ esset cātiua notitie sui: talis notitia eēt practica. Si mō a ɔtinēte illā cāret̄ eadē notitia esset similiter practica. Hoc pȝ a doc. vbi. s. in simili.

Soluit̄ instātie Gre. ⁊ Gul. ɔ doctorē de notitia pctica

Et ex his pȝ ad oēs instantias q̄s facit Gre. vbi. s. ⁊ Gul. Ocham i plo. q. 4. principali q̄ est. x. in ordine. Qñ inferunt ꝙ si notitia practica diceret̄ practica ex hoc ꝙ virtualiter ɔtinet̄ in obiecto ⁊c. ꝙ tūc notitia de omni re esset practica: ⁊ sic de triangulo: lapide: herba: ⁊ hmōi. Responsuȝ est ꝙ nō est incōueniens de eadē re ſm aliā ⁊ aliam ꝓprietatē accipe sciam practicā ⁊ speculatiuā. Et similiter qñ dicit ꝙ tūc methaphisica siue cognitio methaphisicalis q̄ est de deo sub rōne infiniti: prie cāe: independentis: ⁊ hmōi: ꝙ esset practica: negat̄. ¶ Et dico prio ꝙ si cognitio istoꝝ tm̄ sumat̄ a sensibilib⁹: ꝙ ꝓprie nō dicet̄ practica. Si vero eēt ab ipō deo virtualiter ɔtinente: nō haberē pro incōueniēti ipaȝ esse practicā: qꝛ talis notitia haberet ɔformitatē directiuam ab ipō deo in veram praxim. Cognitio aūt methaphisicalis nō est nisi de ɔceptibus sumptis a sensibilibus vt. s. patuit. ¶ Dico etiā ꝙ nō haberē ꝓ incōuenienti ꝙ aliqua notitia īmediate cāta a deo vel a voluntate dei supplente vicē obiecti ꝙ dicat̄ speculatiua: ⁊ aliqua ꝙ dicat̄ practica. Exemplū. Si deus cāret in me notitiā puta prime independentie vel notitiam similitudinis ⁊ equalitatis psonaꝝ: vel notitiā pñitatis vel filiationis diuine: vel notitiā ɔceptus entis q̄ pdicat̄ de deo: ꝙ hmōi notitie dicant̄ speculatiue. Nam si oīa ista per se essent ⁊ cārent notitiā sui: certū est ꝙ talis notitia esset tm̄ speculatiua. Si vero cāret notitiā bonitatis dei: vel notitiam pr̄is includentis bonitatē infinitā formaliter ⁊ hmōi: tales notitie essent practice: qꝛ si hmōi obiecta p se essent ⁊ possent cāre cognitionē sui: nō cārent nisi notitiā practicam. Et sic pȝ ꝙ nō sequunt̄ tot incōuenientia vt isti dicunt. ¶ Dico vltra ꝙ non est incōueniens aliquam cognitioneȝ methaphisicalē esse practicam. Sed hoc pro nunc transeat. ¶ Ad alia que dicit Greg. ɔ doc. ꝙ non sit alia notitia simplex ⁊ incōplexa practica. ¶ Dico prio ꝙ nō inuenio ꝙ doc. dicat absolute ꝙ sit aliqua notitia simplex ⁊ incomplexa practica: sic intelligendo ꝙ illa dicat̄ notitia incomplexa que terminat̄ ad obiū incōplexum. Nam

Cognitio aliq̄ de deo dicit pt practica ⁊ speculatiua.

notitia dei absolute sumpti nō est directiua alicuius actus voluntatis: q terminetur ad obiū simpliciter incomplexū. Sed est directiua in hoc obiū ꝙ deus est bonū diligibile: vel ꝙ deus sit in se diligibilis. Et sic talis notitia dictat deum esse diligendū. Si vero intelligat ipe ꝙ notitia practica dicatur completa circa qualitatem opis: puta ꝙ dictet sic vel sic opari: hoc haberet ꝓbare. Sed qcquid sit. si a doctore ponit̄ notitia simplex ⁊ incōplexa practica: debet intelligi de practica large sumpta: quia ꝓprie notitia practica dictat de aliquo vere agibili. ⁊ sic notitia ɔclusionis circa agibile dr̄ ꝓprie practica: ⁊ precipue quando dictat in particulari vt. j. patebit. ¶ Dico vltra ꝙ si notitia simplex obiecti dicat̄ practica pōt dici practica virtualiter: qꝛ a notitia obiecti sumitur notitia principioꝝ practicabiliū: et a notitia principioꝝ sumit̄ notitia conclusionū: et sic talis notitia simplex obiecti magis recedit a vera cognitione practica ⁊ accedit ad cognitionem speculatiuam: vt pȝ per rōnem doc. j. ⁊ sic pȝ ꝙ instantie facte a Greg. ɔ doc. nihil concludunt. ¶ Ibi. Sed obijcitur quia ex. q. precedente deus non est hic primū subiectum inquātum finis. ¶ Hic doc. arguit ɔ superius dicta. ⁊ primo contra hoc ꝙ dixit ꝙ scientia theologica respectu necessariorum sumitur a subiecto theologico: siue a deo sub ratione deitatis. Cōtra hoc arguit: quia supra in pñti qōne dixit doc. ꝙ omnia principia practica sumuntur a fine: sed deus sub rōne finis non est subiectum theologie necessarioꝝ: vt supra patuit in qōne de subiecto theologie. ¶ Respondet ad hoc argumentum ibi. Ad primū dico. ¶ Responsio clara est: ⁊ stat in hoc ꝙ principia practica in theologia non sumuntur a fine inquantum finis: supple inquantum includit illum respectū ꝙ est amari ⁊ desiderari: siue ſm aliū respectum: sed sumuntur a fine inquantum habet rationem obiecti. Et tunc finis a quo sumuntur principia practica in theologia: est tm̄ sub rōne deitatis. ¶ Secundo arguit doc. ꝙ cognitio finis vltimi non sit vere practica: ⁊ arguit ibi. Item cognitio finis vltimi non est imediate conformis siue cōformatiua nec nata est esse conformis siue conformatiua imediate praxis eliciende: patet quia cognitio ꝓpinqȝ practica est de conclusione practica. ¶ Respondetur ibi. Ad ſm dico. ¶ Et responsio stat in hoc. Nam obiectum dr̄ conforme. i. conformatiuū praxis eliciende virtualiter ⁊ remote: ⁊ notitia practica ab eo ꝓducta dr̄ conformis. i. conformatiua formaliter ipsius praxis: quia ab obiecto recipit ipam rectitudinem a qua formaliter dr̄ cōformatiua praxis vt. s. dixi. Et talis notitia que dr̄ formaliter cōformatiua praxis ⁊ hoc ꝓpinqȝ: est ꝓprie cognitio conclusionis practice: quia voluntas conformiter elicit velle: puta deum diligere super omnia: cognitio vero subiecti dr̄ conformatiua remote ⁊ virtualiter: ⁊ sic concedit ꝙ cognitio talis finis in se est remote practica. ¶ Tertio arguit probando ꝙ sit aliqua cognitio theologica respectu necessarioꝝ que non dicitur vere practica sed speculatiua: vt cognitio huius deus est trinus: vel pater generat filium. Et lr̄a clara est ex supradictis. ¶ Respōdetur ibi. Ad tertium dico. ¶ Hic doc. concedit absolute ꝙ omnis cognitio theologica que habetur virtute obiecti theologici est practica: qꝛ notitia ipsius dei ⁊ cuiuscumqȝ intrinseci per ipsum cogniti: conformis est praxi aptitudinali siue conformatiua praxis: ⁊ etiam est prior si cognitum sit necessariū. Et hoc nō contradicit his que superius dixi: scilicet ꝙ aliqua

Aduerte ne ɔdictionem putes.

¶ Dicit Henricus ꝙ licet vnum possit esse sine altero vbi non est dependentia essentialis vnius ad aliud: tamen quando ambo causantur de necessitate a tertio est impossibile vnum esse sine altero: sic in proposito visio et fruitio necessario causantur ab essentia diuina.

Cõtra He.

¶ Ibi. Contra si non dependet a tertio. ¶ Dicit Doctor ꝙ si deus non causat necessario ambo. s. visionem et fruitionem: nec vtrunque licet causet alterum: et certum est ꝙ deus non causat ambo de necessitate: quia tunc sequeretur ꝙ necessario causaret visionem quod ipsi negant. nec etiam causat vtrunque si alterum causat. i. ꝙ non est necesse deum causare fruitionem licet causet visionem: et hoc probat quia si deus potest causare fruitionem immediate et contingenter: etiam potest causare illam contingenter mediante visione contingenter causata vt causa secunda. Hic doctor supponit ꝙ visio essentie diuine sit causa fruitionis saltem partialis. Nam si causata visione deus necessario causaret fruitionem: sequeretur vnum absurdum ꝙ causa prima possit determinari ad agendum a causa secunda. ¶ Ibi. Contra quartum articulum. ¶ Dicunt isti ꝙ impossibile est voluntatem non habentem charitatem frui fine vltimo clare viso. Et ratio Doctoris stat in hoc: ꝙ si volũtas non possit frui obiecto clare viso saltemtantum mediante charitate sequeretur ꝙ ipsa charitas esset simpliciter potentia volitiua vel pars illius potentie: quod est incõueniens. Nam illud est potẽtia quo simpliciter possumus agere: sicut dicimus ꝙ calor est potẽtia calefactiua: quia habens illum potest illa simpliciter calefacere. Sic in proposito illud erit simpliciter potentia fruitiua quo aliquis simpliciter potest frui: ergo si voluntas simpliciter fruitur mediante charitate: charitas erit potentia fruitiua quod est inconueniens: quia sola voluntas est potentia fruitiua.

Difficultas.

Sed hic oritur vna difficultas: quia ex lra Doc. habet ꝙ ipsa charitas non sit potentia fruitiua nec pars potentie fruitiue. Contra hoc. quia ipse vult expresse infra dist. xvij. et in. 3. dist. xxvij. et in. 4. dist. xlix. ꝙ ipsa charitas est causa partialis actus voluntatis meritorij: et sic etiam actus fruitionis: ergo videtur pertinere ad potentiam fruitiuam.

Responsio.

¶ Dico breuiter ꝙ ipsa voluntas dicitur simpliciter potentia fruitiua qua habens illam põt frui: quia ipsa est causa substantie actus absolute: et habitus si necessario ponitur: non ponitur propter substantiam actus: sed propter perfectionem actus: vt p3 a Doctore infra distin. xvij. sequentia clara sunt.

Contra primum articulum arguo primo sic. Hic Doctor intendit probare ꝙ voluntas potest frui et non frui vltimo fine in vniuersali obscure viso: et ratio stat in hoc: ꝙ si est in potestate voluntatis frui vltimo fine et non frui illo: mediante aliquo quod est in potestate illius: sequitur ꝙ erit in potestate illius immediate frui tali fine vel non frui: et hoc p3: quia si immediate non est in potestate eius: sequeretur ꝙ posset necessitari ad fruendum mediã

te illo qđ est in potestate illius· Sed volūtas mediā te actu intellectus potest frui vltimo fine: puta imperando intellectionem vltimi finis: vel firmando intellectum in tali cognitione vt p3: ⁊ similiter est in potestate illius non frui mediante illo qđ est in potestate eius: quia potest auertere intellectū a cognitione vltimi finis: ⁊ p ɔ̄s nō frui eo: ergo sequitur q̄ ostenso vltimo fine in vniuersali ⁊ obscure est in potestate voluntatis frui eo ⁊ nō frui· ¶ Scđo probat idē ibi· Cōfirmat̄ ista ratio· Et confirmatio clara est in lr̄a que stat in hoc: q̄ volens de necessitate finem necessario remouet omne ꝓhibens si pōt: sed ꝓhibens volitionem finis est nō consideratio finis: q2 volūtas nō fertur nisi in precogitatum: cum ergo voluntas possit remouere huiusmodi non considerationem· sequit̄ q̄ de necessitate remouebit· Et sic đ necessitate faciet intellectum semper stare in consideratione finis: cuius oppositū sepe experimur· ¶ Tertio arguit ad idē ibi· Omne necessario agens· Hec ratio cum sequenti clara est in littera·

Gul· Och· Alphō. Lapreolus· ⁊ Tho· Gai·

Contra conclusionem ⁊ rōnes Docto· arguit Ocham di· i· q· vj· ⁊ Alfonsus Tole· in· i· di· i· ⁊ Capreolus ⁊ quidam noui expositores San. Tho· ⁊ multi alij· ⁊ q2 rationes eorū ⁊ responsiones quodāmodo in idē3 incidunt: ꝓ nunc adduco rōnes Ocha3 qui sic dicit· Quamuis ɔclusiones Doc· vt credo sint tenende: tn̄ rationes eius non videntur probare sufficienter ideo arguo contra eas· Et primo contra rōnem factam in principio q̄ōnis ibi· Ad oppositu3· necessitas nālis non stat cum libertate· Que ratio satis clara est· Cum ergo voluntas velit finem cōtingēter sequit̄ q̄ nullo modo necessario: q̄ autem velit contingenter ꝓbat sic· Ea que sunt ad finem vult contingenter· ergo ⁊ finem: q2 eadem potentia non pōt velle libere aliquid ⁊ aliud necessario: quia necessitas naturalis non stat cum libertate in eadem potentia: ergo volens finem de necessitate esset alia potentia a volēte contingenter ordinata ad finem· Et sic nulla est potentia que posset velle aliquid propter finem: p3 quia velle propter finē presupponit volitionē ipsius finis·

Gul· Och· vbi supra·

Contra hanc arguit Ocham ⁊ principaliter contra hoc· q̄ necessitas naturalis agendi non stat cum libertate· Et dicit ipse q̄ eadem res omnino indistincta ex parte rei pōt agere de necessitate ⁊ libere ⁊ contingenter· Et patet primo de voluntate diuina q̄ de necessitate vult essentiam diuinam: ⁊ creaturas vult mere contingenter·

Responsio· ¶ Sed breuitatis causa singillatim respōdebo ad rōnes ipsius· Et dico primo q̄ nō est simile de voluntate diuina ⁊ creata: ⁊ prius declaro aliqua. Primo q̄ voluntas diuina est de necessitate absoluta rectissima vt patet· Secundo q̄ essentia diuina ex quo est formaliter infinita est diligibilis etiam amore infinito· Tertio q̄ si volūtas diuina posset deficere ab vno gradu rectitudinis posset nō esse deus: qđ est impossibile· ¶ Ex his sequitur q̄ ex quo voluntas diuina est infinita ergo tenetur diligere essentiam diuinam amore infinito: q2 sic est diligibilis a tali voluntate· Si ergo voluntas diuina posset non diligere: posset deficere a rectitudine qua3 tenetur habere· q̄ ergo diligat essentiam de necessitate: hoc non est ex ratione voluntatis vt voluntas: sed ex hoc q̄ ipsa est formaliter infinita ⁊ respicit obiectum formaliter infinitu3: ⁊ hoc est ratio quam facit Doctor infra di· x· Sed q̄ eadem voluntas velit creaturas contingenter ex hoc

Vn̄ est q̄ volūtas diuina diligit eēntiā suā: ⁊ vnde vult creaturas cōtingēter·

est: quia creature sunt formaliter finite ⁊ nullo modo tenetur illas diligere· vt dicit Doctor infra distin· x· ⁊ · xlj· ⁊ alibi sepe· Non est ergo simile de voluntate creata: q2 cum non sit infinita non habet necessario omnem perfectionem quam pōt habere: nec similiter omnem rectitudinem: ⁊ q̄ntūis teneat̄ diligere deum: si tn̄ non diligit l3 deficiat a rectitudine qua3 tenetur habere: nō tn̄ deficit a suo esse quiditatiuo sicut volūtas diuina deficeret vt exposui supra. ¶ Scđo principaliter dico q̄ non est simile q2 essentia diuina vt cognita ab intellectu diuino de necessitate absoluta suo modo causat amorem sui in voluntate diuina l3 partialiter: sed tn̄ forte pr̄icipaliter vt possit elici a doctore infra dist· z· vj· vij· ⁊ in. z· dist· i· q· i· ⁊ in quoli. ⁊ ex alia parte ipsa volūtas tenetur de necessitate hr̄e omnem rectitudinem quam potest habere ⁊ de facto habet illam: q̄ ergo diligat de necessitate nō est simpliciter ex rōne voluntatis vt voluntas: sed quia tenetur hr̄e omnem rectitudinē quam pōt habere vt dixi supra: ⁊ vltra q̄ essentia diuina de necessitate absoluta mouet eam ad sui amorem· Sed vt comparat̄ ad creaturas mere contingenter diligit illas: q2 nulla creatura q̄ntumcūq3 perfecta pōt de se mouere ad sui amorem· vt ꝓbat Doc· infra· di· xlj· Sed in ꝓposito vltimus finis q̄ntūis sit obiectum diligibile super oīa: nō tn̄ immediate mouet aliquam voluntatem ad sui amorem: q2 tunc de necessitate moueret: sed voluntas vltimi finis est illa que mouet ⁊ si mouet cōtingēter mouet· Multe alie ratiōes possent addi quas nūc transeo· ¶ Scđo arguit ad idem probando q̄ idē omnino indistinctu3 potest de necessitate agere ⁊ libere: quia voluntas s̄m Sco· vult libere ⁊ intellectus necessario causat intellectionem: ⁊ tn̄ intellectus ⁊ volūtas s̄m ipsum Ocham sunt penitus indistincta ex parte rei: vt asserit se velle probare infra· ergo idem omnino ex parte rei potest agere per modum nature ⁊ per modum libertatis· ¶ Dico q̄ intellectus ⁊ voluntas non tantum distinguuntur ex natura rei adinuicem sed etiam formaliter l3 non realiter· vt pat3 a Docto· in· z· dist· xvj· ⁊ pōt elici ex multis dictis eius vt in · j· di· ij· z· vj· vij· xxvij· xxxix· xlij· ⁊ alibi· ¶ Tertio arguit probando q̄ non tantum idem potest esse causa diuersorum specie; vnius per modum nature ⁊ alterius per modum voluntatis: sed etiam potest esse cā plurium solum numero differentiū: vnius· s· ꝑ modū nature ⁊ alterius per modum contingenter: ⁊ ꝓbat ex dictis doctoris nostri· Nam Doctor noster vult q̄ voluntas creata causat contingenter volitionē quam ipsa recipit: ⁊ in voluntate alterius causat volitionem similem de necessitate ⁊ per modu3 nature: patet quia Doctor noster vult· in· z· distin· xxv· q̄ obiectum est causa partialis non tantum actus intelligendi sed etiam actus ipsius volendi· Pono ergo casum q̄ voluntas sit presens alicui intellectui in ratione obiecti: certum est q̄ ipsa erit causa partialis intellectionis sue vt potest elici a Doctore in· j· distin· 3· q· vij· ⁊ in· z· dist in. 3· ⁊ · xxv· Et sic cognita potest esse presens voluntati alterius: ⁊ sic partialiter causabit dilectionem sui in illa voluntate· Et non est dicendum q̄ libere: quia obiectum vt obiectum non videtur concurrere libere ad aliquem actum: ergo per modu3 nature· Nā si causaret illam volitionem contingenter tunc illa volitio esset in potestate sua: ⁊ per consequens esset in potestate sua non diligi ab illa voluntate s̄m suum libitum qđ est falsum· ¶ Respondeo ⁊ dico primo q̄ non habetur expresse a Doctore q̄ obiectu3 sit causa

Idē3 Gul· Ocha3 vbi supra·

Responsio·

Idē3 Gul· Ocha3 vbi supra·

Responsio·

partialis volitionis: nec etiam ꝙ intellectio actualis sit causa partialis eiusdem. Nam in ·2· dist· xxv· vbi diffuse pertractat istam materiam: tandem dicit ꝙ si obiectum concurrit ad volitionem ꝙ tantum partialiter concurrit. ¶ Secundo dico ꝙ quando Doctor loquitur de obiecto respectu volitionis: forte loquitur de intellectione illius obiecti: ꝙ talis intellectio actualis est partialis causa. ¶ Sed quicquid sit saltem vt dicit Ocham: ipsa voluntas vt in se presens intellectui erit causa partialis intellectionis sue ⁊ non nisi necessario: ⁊ erit causa libera volitionis: ergo idem indistinctum ex parte rei potest agere per modum nature ⁊ per modum libertatis. ¶ Dico ꝙ si loquamur de cognitione abstractiua: ipsa voluntas non est causa talis cognitionis sed aliqua species intelligibilis ·vt patet a doctore infra distin· 3· q· vi· ⁊ vii. ⁊ dist· xvii· ⁊ in· ij· dist· 3· ¶ Si dicatur ꝙ saltem ipsa voluntas erit causa partialis speciei intelligibilis ⁊ non nisi naturalis ⁊ hoc vt comparatur intellectui separato: quia vult Doctor in· ij· dist. 3· q· xi· que est vltima· ꝙ obiectum respectu intellectus separati potest esse causa partialis immediata speciei intelligibilis. ¶ Dico ꝙ non semper species intelligibilis alicuius obiecti causatur a tali obiecto: sed aliquando causatur ab alio continente illud vel virtualiter vel essentialiter: vel saltem per identitatem realem· vt patet a doctore ex intentione distin· 3· primi· Et sic in proposito talis species intelligibilis esset immediate causata ab anima intellectiua continente potentias suo modo virtualiter ⁊ per realem identitatem· vt patet a doctore in· ij· di· xvi· Utrum modo sit tantum vna species anime ⁊ intellectus ⁊ voluntatis an plures non est presentis speculationis: quia hoc non facit ad principale intentum. Si vero loquamur de cognitione intuitiua: dico breuiter ꝙ talis cognitio non potest immediate causari a voluntate vt voluntas: sed immediate causatur ab anima intellectiua: quia ex quo cognitio intuitiua immediate causatur saltem partialiter ab obiecto vt existente ⁊ presente: sequitur ꝙ cum anima dicat totam existentiam ipsius voluntatis: ꝙ ipsa immediate causabit talem cognitionem. ¶ Si adhuc queratur si voluntas esset realiter distincta ab anima ergo possit immediate causare cognitionem intuitiuam quia tunc haberet propriam existentiam: ergo saltem secundum rationem licet sit idem realiter cum anima poterit causare: patet consequentia per vnam propositionem doctoris· q· 1· ⁊ iiij· quoli· videlicet Qualis est ordo inter aliqua si essent distincta realiter: talis est vbi solum ratione distinguuntur. ¶ Respondeo ꝙ posito tali casu licet hoc sit impossibile: ipsa voluntas pot dupliciter considerari· Uno modo vt est potentia libera ⁊ indiuiduum potentie libere. Alio modo vt est indiuiduum entis vel indiuiduum substantie: isto secundo modo causaret cognitionem sed non primo modo. ¶ Dico vltimo pro omnibus istis ꝙ adhuc non est probatum euidenter ꝙ ipsa voluntas vt est obiectum intellectus vel alterius voluntatis agat de necessitate. Possumus· n· dicere ⁊ faciliter persuadere ꝙ ipsa voluntas respectu cuiuscunque actionis proprie siue recepte in se siue in alio ꝙ tantum habet vnum modum agendi· s· libere. ¶ Et quando dicit Ocham ꝙ si est in potestate voluntatis mee causare amorem in alia voluntate: tunc esset in potestate mea posse diligi ad libitum ⁊ non diligi. ¶ Dico ꝙ hoc concluderet si voluntas mea esset causa totalis: cuius oppositum tenet doctor ⁊ etiam ipse Ocham. Posito· n· ꝙ voluntas mea vt cognita sit perfecte presens alii voluntati ⁊ ꝙ velit causare dilectionem in alia voluntate: tamen si alia voluntas non concausat partialiter: nunquam sequitur talis dilectio. Et non est mirum ꝙ eadem voluntas ⁊ vt voluntas ⁊ vt obiectum libere agat: quia ⁊ voluntas diuina ⁊ vt voluntas ⁊ vt obiectum siue quomodocunque comparetur intellectui creato vel voluntati create semper libere ⁊ contingenter agit. ¶ Nunc Ocham respondet ad argumenta doctoris: ⁊ primo negat illam propositionem ꝙ si voluntas potest velle aliquid contingenter mediante actu suo: hoc idem potest immediate. Et dicit ꝙ si voluntas vult aliquod antecedens de necessitate vult consequens scitum esse consequens: ita ꝙ stante volitione antecedentis licet contingenter elicitur necessario stabit volitio consequentis. licet ergo habeat in potestate sua velle consequens mediante volitione antecedentis: non tamen sequitur ꝙ possit velle illud contingenter immediate: ⁊ hoc stante volitione antecedentis. Sic ad propositum quamuis sit in potestate voluntatis velle finem vltimum mediante actu suo puta mediante cognitione finis: tamen stante tali cognitione de necessitate vult finem· sicut est in potestate voluntatis velle potionem amaram ⁊ non velle mediante volitione efficaci sanitatis vel nolitione: tamen stante volitione sanitatis de necessitate vult ipsam potionem amaram. ¶ Dico breuiter ꝙ hec non sunt ad propositum: quia in volitione alicuius finis efficaci virtualiter includitur volitio eorum que sunt ad finem: ⁊ similiter in volitione alicuius antecedentis virtualiter includitur volitio consequentis si scitur esse consequens. Sed in cognitione alicuius obiecti non includitur virtualiter volitio eiusdem: aliter voluntas de necessitate vellet omne obiectum sibi presens in ratione obiecti cogniti. Quando ergo doctor dicit si aliqua voluntas potest velle aliquid mediante actu suo potest etiam illud velle immediate. hoc debet intelligi nisi talis volitio virtualiter ⁊ de necessitate includatur in tali actu. ¶ Dico secundo ꝙ doctor loquitur absolute de necessitate: quia isti dicunt ꝙ fine sic apprehenso de necessitate voluntas fruitur illo: ita ꝙ sit sibi simpliciter impossibile non frui illo: si sic· tunc sequeretur ꝙ voluntas de necessitate firmaret intellectum in cognitione talis finis: ita ꝙ non esset in facultate eius quouismodo auertere intellectum a tali consideratione: vt ipse declarat in confirmatione sequenti: ⁊ sic talis actus intellectus non esset plene in potestate voluntatis. Stat ergo ratio doctoris ꝙ si voluntas potest mediante actu suo ⁊c. ¶ Et ex his patent sequentia Ocham parum valere contra rationem doctoris. Ommitto nunc quasdam rationes factas ab Alfonso tholetano in· 1· distin· 1· contra hoc quod dicit doctor de fruitione beatorum: que licet faciliter solui possint: quia tamen magis pertinent ad materiam de beatitudine: ideo deo duce soluentur ibi ne prolixus videar in ista materia.

Spes intelligibilis non semper ab obiecto causatur: sed a quo alio vide.

Solemnis solutio de libertate voluntatis contra Ocham.

Gul. Ocham nunc ad docto· argumenta respondet.

Destructio rationum Gul. Ocham.

Ad argumenta principalia. Ad primum dicit doctor ꝙ finis siue obiectum quietatiuum aptitudinaliter conuenit appetitui siue naturali siue libero referendo singula singulis: puta voluntati summum bonum· ⁊ lapidi puta centrum: ⁊ sic debet intelligi dictum Auicen· ꝙ talis finis necessario conuenit. Tale etiam quietatiuum semper conuenit actualiter appetitui naturali nisi ponatur impedimentum ab extrinseco: puta si lapis teneatur sursum: quia non est in potestate talis appetitus naturalis descendi vel non descendi in centrum: non tamen semper conuenit actualiter voluntati: quia po-

sito ipso perfecte presente voluntati adhuc est in facultate voluntatis velle ipsum: vel non velle vt patuit supra· ¶ Ibi· Ad scdm dico lra clara est· ¶ Nota tn̄

Mouetur metaphorice et mouere proprie·

differentiam inter mouere methaphorice et mouere proprie siue realiter· Dicimus·n· q finis mouet efficiens methaphorice nō causando aliquid in efficiente realiter: sed dicitur tantum mouere intentionaliter in quantum amatus et desideratus ab efficiente: et sic finem amari ab efficiente est finem mouere ipsum efficiens: vt pz infra a doctore di·2·q·i· Sed mouere realiter aliquid est aliquid realiter causare in illo qd mouetur· ¶ Nota secundo in lra q efficiens naturale vt distinguitur contra agens a proposito de necessitate mouetur a fine propter quem agit: quia talis finis de necessitate amatur a tali efficiente loquendo semper de amore naturali qui est tantum inclinatio naturalis: sed agens a proposito siue voluntarium habet in potestate sua diligere finem propter quem agit vel non diligere· Et ideo finis mouet necessario et methaphorice efficiens naturale: sed tantum contingenter efficiens a proposito· Tertia ratio cum sua responsiōe est satis clara· ¶ Et quando dicit in responsione ibi· Ita hic volitiones nō presupponunt aliquam volitionem vnam immobilem· ¶ Quia Thomas dicit q volitiones respectu eorum que sunt ad finem que dicunt mobiles et variabiles presupponunt vnam immobilē et inuariabilem: que est volitio ipsius finis· Dicit doctor q si hoc esset verum tunc sequeretur alterum istorum inconuenientium·vel· vz·voluntas volens aliqd ordinatum ad finem: puta diligens Franciscum necessario simul diligeret vltimum finem: et sic nunq posset velle aliqd creatum quin simul velit vltimum finem quod est manifeste falsum: et pz q hoc sequatur: q si volitio entis ad finem est variabilis: et non potest inesse voluntati nisi eidem insit volitio ipsius finis: que est omnino inuariabilis: ergo sequitur q nō pōt velle aliqd ens ad finem nisi simul velit et ipsum finem: vel saltem sequitur hoc inconueniens q si negaret ipsam esse simul sub duobus actibus: quia voluntas eodem actu quo vult aliquid propter finem vult et ipsum finē: q adhuc non est decisum a doctore: an eodem actu an pluribus actibus et sunt varie opiniōes· dicit doc· q hoc posito q Franciscus velit·a·propter finem·b· vno actu referendo ipsum·a·ad·b·actualiter: non tn̄

Hic expresse pz q falsa fit propositio Tho·s· de imobilitate volitiōis finis·

sequitur q volens aliqd ens ad finem in se et absolute aliqua volitione: q ipsum eadem volitione simul referat ad finem· Et tamen tenendo qd dicit Thomas q volitio entis ad finem presupponit de necessitate volitionem inuariabilem ipsius finis: posito q sit eadem volitio: sequitur q nunq posset velle aliqd ens ad finem in se et absolute: nisi semper eodem actu referat actu ipsum ens ad finem ad ipsum finem: cuius oppositum experimur·

¶ Explicit questio quarta di·prime primi·

¶ Super questionem quintam distin· prime primi·

Querit quinq Primo vtrum deo conueniat frui· Scdo an viator fruatur· Tertio an peccator fruatur· Quarto an bruta fruantur· Quinto an omnia fruantur·



AD solutionem istarum qōnum· Hec lra nō indiget expositiōe q de se clara est· ¶ Ibi· Ex his ad propositas questiones· ¶ Hec lra est satis difficilis et nota q doc· hic tn̄ loquitur de fruitione in se: vt se extendit ad ordinatā et inordinatam· Et qn dicit q actus·s·fruitionis vltimate terminat potētiā·s·fruentē inquātū potētia seipsam terminat actu suo·i·q fruitio est actus qui vltimate terminat·i·quietat potentiā: q ipsa potentia dicit illum propter se: et inquātū potentia seipsam terminat actu suo·i·inquātum potentia libertate sua vult se vltimare·i· propter se quietari actu suo: mediante vz actu suo· ¶ Ita q de rōne fruitionis nō videtur esse q ipsa quietet potētiam quantum est ex parte obiecti sed quātū est ex parte potētie obiecto propter se inherentis· ¶ Et sensus huius lre est: vz q nō est de rōne formali fruitionis q quietet potentiā illa·s·quietatione vera que nata est eē ab obiecto vere quietatiuo· Sed quietatio illa est ex sola potentia seipsam sic determinātē·s·suo actu inherendo alicui obiecto et fruito propter se: vt pz de voluntate fruente fine peruerso vel prestituto: de quo supra dixi· q·i·huius di· ¶ Ibi· Sed tunc est dubitatio· ¶ In ista lra doc·vult q peccator non fruatur actu suo vz peccando: sed fruatur seipso propter quem elicit actum peccandi·

Sed in hoc videtur sibi cōdicere q·3·q·ij· primus dist· dixit q peccator non pōt referre actū peccati in deū: q fruitur illo· Hoc idē videtur velle in prīti qōne· vbi querit an peccator fruatur· ¶ Dico primo q in illa qōne·ij·nō videtur assertiue loqui vt ibi pz· Secūdo dico q qn doc·dicit q peccator fruitur actu peccandi improprie loquitur de fruitione que est amore inherere alicui rei propter seipsā·n: sed q peccator elicit actum peccādi nullo mō referibilē a tali potētia ad obiectum vere fruibile: iō peccator dicitur frui illo: sed loquēdo de fruitione propria lz inordinata peccator fruitur seipso· et sic pz quomodo doctor sibi non contradicit·

Apparēs cōdictio·

Solutio·

Ad questionem penultimā· Nota qd sit inherere negatiue et qd cōtrarie· Inherere·n·negatiue alicui obiecto nihil aliud est nisi nō cōsiderare illud obiectū nec vt referibile alteri nec vt irreferibile: sed tn̄ absolute adherere illi·i·nec amādo illud propter se supple appreciādo illud esse amabile propter se et actu nō referre ad aliud nec et amādo propter aliud·s·referendo ad aliud: sz tn̄ est amare illd absolute istis cōditionibus circūscriptis· Sz cōtrarie inherere est amare propter se aliqd obiectū appreciando ipsum esse amabile propter se· Ista·n·cōtrariantur·s·appreciare obiectū propter se et appreciare propter aliud: amare ergo obiectū propter se cōtrarie est appreciare illud propter se et nullo modo esse referibile ad aliud· Isto scdo modo bruta non possunt frui lz forte primo modo· et sic pz littera doctoris·

Inherere negatiue·

Inherere cōtrarie·

Ad argumenta principalia· Dicit doc· q accipiendo finem p obiecto vere fruibili ⁊ nõ p respectu fundato in illo vt supra expositum·q· prima essentia diuina potest dici finis fruibilis respectu volũtatis diuine· ❡ Ibi· Nõ tñ põt sibi cõpetere rõ finis respectu sui sicut nec respectu sui est finis· ❡ Sensus huius lr̃e est q: si essentia diuina includeret respectũ finis respectu volũtatis diuine tunc videret q volũtas diuina esset eis ordinabile ad finē· Nã finis vt sic semper videtur esse nobilior his que sunt ad finem: modo essentia diuina nõ est nobilior voluntate cum sint penitus idem realiter ⁊ formaliter: vt pꝫ a doctore ex intentiõe infra· di· viij·q·penul·⁊·q·i·quoli· Tum etiam quia volũtas diuina est ita formaliter infinita sicut ⁊ essentia diuina: vt pꝫ a doctore infra dist·viij·q·penul· ❡ Ibi· Si obijciatur· etsi hec lr̃a clara sit tamen diffusius exponetur infra distin·z·q·j·

Ad primum argumentum tertie q̃onis· Dicit doctor: q peccator actu peccandi non quietatur simpliciter: quia quietatio simpliciter ⁊ vltimata non tantum sumit per comparationem ad actum fruitionis sed etiam per comparationem ad obiectuꝫ vere fruibile immo principaliter· lꝫ ergo peccator actu peccãdi querat se quietari: quia tamen illo actu non inheret immobili siue obiecto vere quietatiuo ideo simpliciter nõ quietat· ❡ Ibi· Nec hic debet intelligi quietatio sũma· ❡ Dicit Doc· q quietatio sũma ꝓprie erit in patria de qua erit sermo in·4·dist· xlix· Sed debet intelligi hic sũma suo mõ ꝓpter actũ irreferibilem ita acceptantẽ obiectum· ❡ Ibi· Ad fm põt maior negari ⁊ infra· Ibi· Aliter põt responderi negando minorem· ❡ Dicit Doc· q non sequit aliqs vult fruibile esse ergo vult illud esse a deo: ⁊ ratio defectus est: quia non oportet volentẽ antecedens velle consequens quando consequens non includitur per se in antecedente: sicut si volo hominem esse de necessitate volo ipsum esse animal: q: hoc consequens est de per se intellectu antecedentis· Sed quando nõ est de intellectu antecedentis vel saltem realiter non includitur in illo: non sequitur q si volo antecedens q velim cõsequens: sic in ꝓposito nõ sequitur volo hoc fruibile esse ergo volo illud esse a deo· Sed tantum sequitur per locum extrinsecum quia est ab effectu cause efficientis ad causam efficientem·

Ad argumentum questionis vltime. Dicit Doctor: q appetitus naturalis non inheret alicui contrario ⁊ hoc v: in pluribus: quia forte esset dubium de appetitu naturali voluntatis vel intellectus an alicui possit inherere contrario: lꝫ hoc non possit sustentari apud Doctorem: quia appetitus naturalis semper est respectu boni cõmodi: vt patet ab ipso in·z·distin·vj··q·z·⁊·xlix·4· Posito tamen q possit sic inherere non tamen actu elicito amoris: quia appetitus naturalis nullum actum elicitum dicit sed tantum naturalem inclinationem· vt patuit supra questione quarta· ⁊ diffuse in·iiij·distin·xlix·modo frui est amore inherere: amore dico elicito a voluntate· Etc·

Appetitus nãlis semp est respectu cõmodi: ⁊ q: nõ est actus volitatis elicitus: nõ põt dici ꝓprie frui·

❡ Explicit questio quinta distin·prime primi·

❡ Super questione secunda distin· secunde.

Hic doctor querit· An deũ esse sit per se notum: siue an ista propositio deus est sit per se nota·



Uoniaꝫ scd̃m philosophum· Quia ista littera est satis difficilis· Primo notandum est de propositiõe per se nota q ly per se non accipitur pro ꝓprie loquendo vt distinguitur contra per accidens: q: non dicimus q p se notuꝫ predicetur de aliqua propositione in primo vel in secũdo modo dicendi per se vt pꝫ: sed ly per se accipitur vt distinguitur contra ly per aliud: ita q per se excludit quãcũqꝫ aliam notitiam preter notitiam terminorum: quia primo posterioruꝫ· propositio per se nota immediate cognoscitur cognitis terminis· Et ideo dicit doctor: q in propositione per se nota excluditur quecunqꝫ causa: ⁊ ratio que est extra per se conceptum terminorum propositio non est per se nota· ❡ Et si dicatur non ne notitia propositionis per se note causatur aliunde q̃ꝫ a terminis saltem partialiter q: ab intellectu· vt posset probari ex dictis doctoris infra distin·3·q·4·⁊·vij·⁊ in quolibe·q·xv· Immo talis notitia causatur saltem partialiter a voluntate diuina: vt patebit infra dist·3·q·4· ❡ Dico q ly per se non excludit causam efficientem notitie propositionis per se note: quia certum est q intellectus concurrit effectiue: sed excludit quãcunqꝫ aliam notitiam preter notitiam terminorum: ita q cognitis terminis statim intellectus causat euidentem notitiam illius propositionis: ita q non habet necesse adhoc vt talis notitia sit euidens q depẽdeat ab alia notitia preter notitiam terminorum: sic habet necesse in propositione non per se nota· ❡ Deinde doctor diffinit propositionem per se notam ibi· ❡ Dicitur igitur propositio per se nota que ex terminis proprijs qui sunt aliquid eius: hoc dicit quia nõ qualescunqꝫ termini possunt facere propositionem per se notam: sed proprij ⁊ speciales termini faciunt illam vt ipse declarat parum infra· sequitur vt sint eius·i·eo modo quo ponuntur illi termini proprij in ea vt in concreto vel in abstracto distincte vel confuse· Nam aliquando propositio est per se nota quando ponitur terminus distincte in ea: vt animal rationale est risibile· Nam animal rationale distincte importat quod homo confuse· Aliquando ponitur terminus confuse ⁊ non erit per se nota: vt homo est risibilis· Nam ly homo ponitur confuse· Aliquando etiam erit per se nota terminis confuse conceptis: ⁊ patebit infra· ideo dicit Doctor vt sint eius· ❡ Deinde declarat qui sunt termini proprij proposi

Per se põt capi dupli·

Enucleatio propositionis p se note vtilis·

tionis per se note. ibi. Ulterius. Et dicit q alius terminus est diffinitio ⁊ alius diffinitum: non sic intelligendo q termini propositionis per se note puta predicatum ⁊ subiectum sic se habeant q subiectum sit diffinitum ⁊ predicatum diffinitio subiecti: vel q subiectum sit diffinitio ⁊ predicatum diffinitum: q tūc ista non esset per se nota animal rationale est risibile: nec ista omne totum est maius sua parte ⁊ multe alie. Nam aliquando subiectum distincte importatum quod est diffinitio facit propositionem per se notam cum alio termino: vt in ista animal rationale est risibile: quia cognitis istis terminis est euidens animal rationale esse imediatam ⁊ precisam causam ipsius risibilitatis: non sic est de homine respectu risibilitatis. Aliquando etiam accipiuntur termini confuse ab aliquo artifice: qui ex illis imediate habebit propositionem per se notam. ¶ Deinde declarat Doctor q terminus diffinitionis ⁊ terminus diffiniti siue accipiantur pro ipsis vocibus siue pro conceptibus q semper differunt: ⁊ hoc intendit probare propter hoc quia si essent penitus idem nunq̄ posset esse propositio per se nota terminis distincte acceptis que non esset per se nota terminis confuse acceptis: ⁊ sic ista homo est risibilis esset ita per se nota: sicut ista animal rationale est risibile: ⁊ probatio q isti termini differant satis patet in littera: quia si diffinitio ⁊ diffinitum essent penitus idem in demonstratione potissima esset petitio principij: patet quia vnus modus petitionis principij est quando probamus aliquid per eq̄ notum. Si ergo homo ⁊ animal rationale sunt penitus idem. ergo ista propositio homo est risibilis est eq̄ nota sicut ista animal rationale est risibile. ¶ Item in demonstratione potissima essent tantum duo termini si diffinitio ⁊ diffinitum essent penitus idem. ¶ Ultimo hoc idem probat per Ari. quia nomina sustinent ad diffinitionem hoc quod totum ad partes. i. q diffinitum se habet ad diffinitionem: sicut totum ad partes. Sed totum prius cognoscitur confuse ⁊ post per partes distincte: sic ⁊ diffinitum prius cognoscitur confuse ⁊ post per diffinitionem distincte: diffinitio ergo distincte importat hoc quod diffinitum importat confuse. Si ergo diffinitio ⁊ diffinitum essent penitus idem: tūc vel vtrunq̄ idem importaret distincte vel confuse quod est manifeste falsum. ¶ Ibi. His duobus declaratis. ¶ Dicit Doctor hic q declarata propositione per se nota. Et secundo quomodo alius est terminus diffinitionis ⁊ alius est terminus diffiniti infert vnam conclusionem: q nunq̄ est aliqua propositio per se nota de quiditate confusa accepta: nisi eadem sit per se nota de quiditate distincte accepta. Nam secundum Doctorem omnis propositio que est per se nota terminis confuse acceptis erit etiam per se nota si termini distincte concipiantur non tamen econtra: scilicet q non omnis propositio per se nota terminis distincte conceptis erit per se nota terminis confuse conceptis ⁊ hoc probat. ¶ Primo ibi. Hec etiam eadem conclusio probatur. ¶ Et sententia littere est. q si omnis propositio que est per se nota terminis distincte acceptis esset per se nota terminis confuse conceptis: tunc propositio in qua superius predicatur de inferiori: vt hec homo est animal vel substantia: in qua termini confuse concipiuntur esset per se nota: quod est falsum. Si tamen termini distincte accipiantur erit per se nota: quia tunc manifestum erit q vnum extremum includit alium. ¶ Ibi. Similiter alias quelibet propositio esset per se nota in scientijs specialibus quam methaphisicus posset habere per se notam ex diffinitionibus extremorum: quod non est verum: quia geometer non vtitur aliquibus principijs tanq̄ per se notis: nisi que habent euidentem veritatem ex terminis confuse cognitis: puta concipiendo lineam confuse euidēs est q linea est longitudo sine latitudine: non concipiendo adhuc distincte ad quod genus pertineat linea sicut considerat methaphisicus: alias autem propositiones quas methaphisicus posset cognoscere: puta q linea est species quantitatis continue distincta contra superficiem ⁊ corpus ⁊ huiusmodi tales propositiones non habet geometer propter se notas: sequitur ergo q diffinitio distinguitur a diffinito: ⁊ si nullo modo distinguerentur: tunc geometer habens propositionem per se notam terminis confuse conceptis statim haberet per se notam terminis distincte conceptis: cuius oppositum patet in littera: ⁊ aliqua ꝓpositio potest esse per se nota terminis distincte conceptis que non erit per se nota terminis confuse conceptis. ¶ Ibi. patet hoc tertio. Scilicet q non omnis propositio per se nota de quiditate distincte accepta: puta de diffinitione est per se nota de quiditate confuse accepta: puta de diffinito. patet. Nam risibile est per se notum de animali rationali vt est quiditas hominis distincta: ⁊ tamen non est per se notum de homine qui est diffinitum. patet quia est demonstrabile de ipso. Similiter habere tres angulos equales duobus rectis est per se notum de diffinitione trianguli que est ista. Omnis figura plana tribus lineis contenta habet tres angulos equales duobus rectis ⁊ tamen illa passio que est habere tres ⁊c. non est per se nota de triangulo: immo demonstratur per diffinitionem trianguli. Concludit ergo Doctor q illa dicitur propositio per se nota: que habet euidentem veritatem ex proprijs terminis eius vt sunt eius: ita q quicunq̄ intellectus perfecte concipit tales terminos statim habet euidentem veritatem de vnione terminorum: quia sunt tales termini qui quantum est ex parte eorum semper nati sunt facere euidentem veritatem de vnione eorum cuicunq̄ intellectui concipienti illos. Et ex hoc clara est littera sequens: in qua multe opiniones improbantur de propositione per se nota.

Diffinitio ⁊ diffinitū distinguuntur.

Inter quas reuerendus magister Gulielmus Ocham arguit contra aliqua dicta Doctoris de propositione per se nota: presertim contra hoc quod dicit Doctor q aliquid est per se notum de diffinitione quod non est per se notum de diffinito. Nam hec est per se nota animal rationale est risibile: ⁊ hec non est per se nota homo est risibilis. ⁊ probat q hec non sit per se nota animal rationale est risibile: ⁊ accipit vnum dictum Doctoris distin. 2. q̄one. prima primi. q predicatum non est p se notum de aliquo subiecto cōposito nisi sit per se notum partes illius subiecti vniri. Sed Ocham addit minorem. Sed non est per se notū partes diffinitionis per se vniri: ꝓbat q in diffinitione

Gul. ochā de ꝓpositione per se nota contra Doc.

Ratio prima Gul.

propriе dicta exprimuntur partes realiter distincte ipsius diffiniti: ⁊ tales partes possunt cognosci quã uis non sit per se notum illas vniri·

2·Ratio·

¶ Item quelibet talis vnio partium est contingens vt patet de materia ⁊ forma: ergo vna pars non est ꝑ se nota de alia· ¶ Si dicatur (vt aliq dixerũt) q vnio actualis est contingens sed non potentialis· ¶ Contra hoc arguit. Quia per diffinitionem non exprimitur vnio potentialis sed actualis: sicut dicimus q homo est animal rationale: ⁊ non dicimus q potest esse animal rationale·

Ultia rõ·

¶ Ultimo arguit dicens· q si aliqđ predicatum est per se notum de diffinitione ⁊ nõ de diffinito maxime ipsum diffinitum esset per se notum de diffinitione quod est falsum·

Solõ rõnũ Gul·

¶ Respondet primo q eo mõ quo aliqd diffinitur eo modo partes diffinitionis vniuntur· Nam si homo diffiniat phisicaliter partes diffinitionis considerantur vt phisicaliter vniuntur· sicut dicimus q homo phisicaliter est quid constans ex anima ⁊ corpore· Si vero diffiniatur methaphisicaliter: non diffinitur proprie per rem ⁊ rem sed magis per realitatem ⁊ realitatẽ: que realitates abstrahuntur ab alia ⁊ alia re si diffinitũ sit vere compositum: vel ab alia ⁊ alia realitate si diffinitum sit simplex vt albedo: ⁊ hoc patet a Doctore in primo distin·8· ¶ Dico ergo q diffinitio proprie dicta datur tantum de diffinito in cõmuni primo ⁊ per se vt prescindit ab omni existentia: ⁊ tunc dico q notum est intellectui cõcipienti partes diffinitionis illas vniri: non q vna predicetur per se de alia nec ꝑ se primo modo nec secundo modo. vt patet a Doc·7· sue methaphisice ⁊ distin·3·⁊·28·primi: nec hoc ẽ necesse q vna pars que nota est vniri alteri per se predicetur de alia· vt patet in multis: sed sufficit hoc q cognoscens illas abstractiue sit sibi euidens vnio illaꝝ partium·

Nota pulcrã solonez ꝯ Aug·Su es·de ptib⁹ diffinitionis·

Et quando dixit q ille partes realiter distinguntur· ¶ Dico q etsi phisicaliter considerate ⁊ ſm q existunt realiter distinguantur: tamen vt considerantur ſm realitates ſm quas proprie diffiniunẽ· vt cum dicimus homo est animal rationale· Dico q etsi formaliter distinguantur non tamen realiter etiam quando sumuntur a diuersis rebus· Et posito etiam q realiter distinguantur adhuc non sequitur quin sit notum vnam vniri alteri· Nam ſm multos propria passio realiter distinguitur a subiecto ⁊ a diffinitione subiecti: ⁊ tamen est per se nota de subiecto·

¶ Item pars realiter distinguitur a toto q: potest manere toto destructo: ⁊ tamen hec est per se nota totum est maius sua parte· ¶ Item quando dicit q hec vnio est contingens negatur: immo dico q sicut homo quiditatiue sumptus est necesse esse saltez necessitate ſm quiditatẽ ⁊ vnio partium est necessaria: diffinitur enim homo vt dixi vt prescindit ab omni existentia actuali: ⁊ sic concedo q talis vnio est actualis ⁊ q actu homo est animal rationale: ⁊ hec fuit vera ab eterno: ⁊ quomodo homo dicatur compõi sic in cõmuni ⁊ dicatur diffiniri ⁊c. vide diffuse Doctorem in·3·distin·22·

Mõ ⁊ q̄ qꝫ alia diffiniunẽ: vt·s·tãtũ pscindũt ab actuali existentia·

Et quando vltimo dicit q hec esset magis per se nota vbi diffinitum predicatur de diffinitione vt hec animal rationale est homo· ¶ Dico breuiter q propositio per se nota presupponit predicationem per se rectam· recta autem predicatio nõ est diffiniti de diffinitione sed e contra· Nam in propositione per se nota est euidentia predicatum euidẽter vniri subiecto· modo non dicimus diffinitum proprie vniri diffinitioni sed econtra·

Ex hijs ad questionem·

Ne doc·

declarat intentum principale videlicet quomodo ista propositio deus est: sit per se nota supple intellectui distincte apprehendenti terminos· Et ratio Doctoris principaliter in hoc consistit scilicet q existentia predicetur per se primo modo de deo· Nam siquis distincte videret deitatem et ipsam existentiam: statim esset sibi euidens vnio ⁊ conformitas huius predicati quod est esse: ad subiectum quod est deus·

Hoc idem vult·q·1·quol·q existentia sit de essentia dei· ¶ Ex hijs dictis aliqui volunt q intentio Doctoris sit q omnis propositio primi modi sit per se nota ex hoc q Doctor dicit: q hec propositio est per se nota deus est: q: existentia predicatur de deo in primo modo·

Aliq ñ scite brũt mentẽ Doc· de ꝓpositione ꝑ se nota·

¶ Sed certum est q non est intentio Doctoris q omnis propositio ꝑ se primi modi sit per se nota vt multi exponunt Doctorem· Nam·ꝯ·in articu· primo dixit q hec non est per se nota homo est animal: aliqua tamen potest esse per se nota·

Impugnatio eorum·

Dico secundo q non haberem pro inconuenienti q omnis talis propositio dicatur per se nota terminis distincte conceptis· Nam siquis distincte conciperet hominem ⁊ distincte conciperet animal: statim esset sibi euidens ⁊ manifesta inclusio essentialis ipsius animalis in homine· Et sic dico de quocunqꝫ superiori: puta q homo sit substantia·

Obiectio·

¶ Si dicatur q hec potest demonstrari sic arguendo: omne animal est substantia: omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia· Et si sic· nõ erit per se nota·

Respõsio·

¶ Dico q multe sunt propositiones sillogizabiles que tamẽ nõ sunt demonstrabiles sicut est de ista· Nam propositio demonstrabilis non tantum infertur a premissis sed etiam oportet q euidentia talis propositionis sit causata a premissis: vel saltem a notitia premissarũ·

Tho· ⁊ Egidi· de ꝓpositione ꝑ se nota·

Et q omnis propositio per se primi modi sit per se nota hoc etiam tenet expresse sanctus Thomas prima parte·q·2·articu·primo·⁊ Egidius in primo distin·3·q·2·

Contra quam

opinionem arguit· Grego·de Ari·quia hec non est per se nota intellectus est substantia vel intellect⁹ est qualitas: cum sit multa altercatio inter sapientes an sit substãtia vel qualitas·

Grego· de Ari· arguit contra·

Respõsio·

¶ Dico primo q loquẽdo de intellectu vt est potentia nature intellectualis: substantia non predicatur per se primo modo de illo qđ non est in recta linea predicamẽtali· vt patet: ⁊ tãtum illa que sunt in recta linea predicamentali recipiunt predicationem predicamẽti per se: alia vero nõ· Non enim genus predicatur per se de differentia· vt patet secundo methaphisice· Secundo dico q posito q sit predicatio per se primo modo: adhuc esset ꝑ se nota intellectui distincte concipienti terminos: ⁊ si sapientes possent distincte concipere terminos illos nulla esset inter eos altercatio·

Addit etiaꝫ Gre·

¶ Addit ipse magister Greg· multa alia inconuenientia videlicet q hec esset per se nota rosa est flos: albedo ẽ color: ⁊ si sic· tũc cecus haberet illam per se notam· ¶ Sed ex dictis· ꝯ· patet q ista non concludunt: quia semper dicaꝫ q si distincte conciperentur tales termini: tales propositiones essent per se note intellectui distincte concipienti terminos·

Iteꝝ qdam Scotiste tenẽt existentiã ñ eẽ đ essentia dĩ: sꝫ tñ modũ intrinsecum·

Secundo

principaliter· Aliqui sequentes vestigia Doctoris subtilis dicunt q existentia non est de essentia dei: sed tantum

tum

tum est gradus intrinsecus ⁊ mouentur tali medio. Quia ex quo existentia est cõmunis existentie increate ⁊ existentie create: sequitur q existentia creata ⁊ increata sunt eiusdem rationis: si sic. cum existẽtia creata non sit de essentia creature sed gradus intrinsecus sequitur q existentia increata erit tantum gradus intrinsecus. ¶ Et confirmatur quia ex quo sapientia creata ⁊ increata sunt eiusdem rationis cum conueniant in quid in sapientia cõmuniter sumpta: sequitur q si sapientia creata non est de qditate alicu⁹ substãtie: nec etiam gradus intrinsecus sed sibi adueniens. ergo ⁊ increata similiter.

Impugnatio Scotistarum de existentia dei.

¶ Dico primo q vbi habetur mens Doctoris per verba ipsius expressa. ⁊ in pluribus locis: non debet retorqueri in aliud qđ expresse non dicit. ¶ Secundo dico q nec ratio nec cõfirmatio istorum concludunt contra Doctorem. Nam aliqua esse eiusdem rationis põt dupliciter intelligi. aut eiusdem rationis specifice: aut eiusdem rationis trascendenter. primo modo conceditur q si vnum extremum non est de quiditate alicuius sic similiter erit de altero: sed secundo modo negatur: ⁊ patet instantia in multis. Nam anima intellectiua ⁊ angelus sunt eiusdem rationis trascendenter: quia conueniunt in ente quiditatiue. vt patet a Doctore in primo distin. 3. ⁊. 8. ⁊ tamen nõ sequitur q si anima potest informare materiam q similiter angelus. vt patet a Doctore in quoli. qõne. 9. Similiter substantia diuina ⁊ substantia per se corporea conueniunt quiditatiue in substantia non generica sed trascendẽti. vt patere potest a Doctore in primo distin. 8. ⁊ tamen non sequitur q si substantia per se corporea sit per se ⁊ primo composita: q similiter ⁊ substantia diuina. Et multa alia exempla possent adduci. Sic dico in proposito q posito q existentia dei ⁊ existentia creature conueniant quiditatiue in existentia in communi ⁊ trascendenti: non tamen conueniunt in aliqua existentia habente tantum vnitatem specificaꝫ.

Aliq eẽ eiusdẽ rõis põt duplr intelligi.

¶ Dico tertio q aliqua esse eiusdem rationis potest adhuc dupliciter intelligi: aut quia tantum conueniunt in aliquo conceptu cõmuni: aut conueniant i aliqua realitate. Primo modo de⁹ ⁊ creatura possunt dici eiusdem rationis sed non secundo modo: immo secundo modo sunt primo diuersa. vt patet a Doctore in primo distin. 8.

Nota bene de existẽtia creata ⁊ increata.

¶ Et si forte concedatur q illa que sunt eiusdem rationis secundo modo sic se habeant q qcqd p se conuenit vni extremo conuenit ⁊ alteri: non tamen si sunt eiusdem rationis primo modo. In proposito autem etsi existentia creata ⁊ increata forte conueniant in existentia trascendenti quiditatiue tanq̃ꝫ in conceptu cõmuni: negatur tamen q conueniant in aliqua realitate. vt faciliter probari potest per dicta Doctoris in primo distin. 3. 8. ⁊. 26. Et sic patet quomodo nihil concluditur contra Doctorem. ¶ Ibi. Sed si queritur an esse ⁊c. ¶ Dicit Doctor an illa propositio sit per se nota in qua esse predicatur de aliquo conceptu dicto de deo: quem nos pro statu isto concipimus ⁊ forte via naturali. Nam concipimus nos aliquod ens necesse esse: aliqđ ens infinitum: ⁊ isti conceptus predicantur de deo: vt dicendo deus est ens infinitum deus est ens necesse esse. Queritur ergo an hec sit per se nota ens necesse esse est: vel ista ens infinitum est ⁊ huiusmodi.

Respondet Doctor q nulla istarum est per se nota; ⁊ probat tripliciter. ¶ Primo ibi. primo quia quelibet talis. ¶ Hec littera stat in duobus dictis principaliter. Primum ibi. Quicquid primo ⁊ imediate conuenit alicui de quolibet quod est in ea siue sibi superiori siue inferiori: vel de passione potest demonstrari propter quid per illud cui primo conuenit tanq̃ꝫ per medium. Hec littera non debet equaliter intelligi de superiori ⁊ inferiori ⁊ de passione: ita q qñ. a. primo ⁊ imediate conuenit. b. potest demonstrari de quolibet superiori tantum particulariter ⁊ de quolibet inferiori vniuersaliter ⁊ de passione illius subiecti etiam vniuersaliter ⁊ hoc per diffinitionem subiecti si habet: vel per ipsum subiectum si non habet diffinitionẽ. Exemplum. risibile imediate demõstrať de homine per animal rationale ergo de quolibet homine: ergo ⁊ de aliquo animali aut aliq̃ substãtia particulariter. ergo ⁊ de disciplinabilitate vniuersaliter. Exemplum primi. Omne animal est sensibile: omnis homo est animal. ergo omnis homo est sensibilis. Exemplum secundi. Omne animal est sensibile: aliqua substantia est animal. ergo aliqua substantia est sensibilis. Non enim per rationem animalis potest concludi sensibile de substantia vniuersaliter. vt patet. Exemplum tertij. posito q disciplinabile sit secunda passio animalis: tũc bene sequiť. Omne animal est sensibile: omne disciplinabile ẽ animal. ergo omne disciplinabile est sensibile. Secundum dictum est ibi. Esse autem primo conuenit huic essentie vt hec. ergo de quolibet quod est in hac essentia quod potest a nobis concipi siue sit quasi superius: vt dicendo ens infinitũ vel ens necesse esse: siue quasi passio. vt sũmum bonum: sũme sapiens. nam attributa dicuntur quasi passiones dei. vt patet a Doctore in. q. de subiecto theologie de tali superiori vel passione potest demonstrari esse per hanc essentiaꝫ propter quid. Exemplum primi. Quicquid est essentia diuina vt hec est existens quia ly esse accipitur ꝓ existentia actuali: sed ens infinitum vel ens necesse esse est hec essentia diuina. ergo omne tale est existens. Exemplum de quasi passione. Quicquid est hec essentia diuina est simpliciter existens: sed summum bonum siue sũme sapiens est hec essentia diuina ergo. ¶ Secunda rõ est ibi. Secundo sic. Hec ratio clara est in littera: quia certum est q infinitũ ens esse vel sola fide tenemus vel demõstramus: hoc idẽ dico de sũmo bono: ⁊ per consequens non sunt per se note. ¶ Tertia ratio est ibi. Tertio quia nihil per se notum. ¶ Ista littera continet plura. Primo non accipitur hic conceptus simpliciter simplex q nõ resoluiť in priores cõceptus: ⁊ qui vel totaliter sciť vel totaliter ignoratur. vt patet a Doc. in primo distin. 3. q: hoc modo deus non est conceptus simpliciter simplex: patet q: potest resolui in ens quiditatiue: sꝫ magis debet accipi conceptus simpliciter simplex ꝓ conceptu per se ⁊ incompleto: ⁊ non simpliciter simplex pro cõceptu completo: quãuis alij velint exponere de conceptu primo modo: qđ non videtur sꝫ intentionem Doc. vt patet in littera ipsius. Secundo dicit q nullus conceptus quem habemus de deo ꝓprius sibi est simpliciter simplex: patet discurrendo ꝑ omnes conceptus dictos de deo a nobis ⁊ proprios sibi. Nam ens bonum ⁊ huiusmodi non sunt conceptus proprij deo: sed isti conceptus ens infinitum: ens necesse esse: ens sũmum ⁊ huiusmodi sunt conceptus non simpliciter simplices: ⁊ proprij deo. Et breuiter omnis conceptus proprius deo quẽ pro statu isto concipimus est conceptus completus: vt diffusius declarabo. j. distin. 3. q. 1. Tertio dicit q de tali conceptu cõpleto nullũ predicatũ est ꝑ se notũ nisi

Cõceptus simplr simplex hic accipiť ꝓ cõceptu icõpleto ⁊ nõ alr. vt dicit aliq Scoti.

sit per se notum partes illius conceptus per se vniri· Et hoc probat in simili: quia sicut ratio in se falsa de nullo potest esse vera: sicut ista homo irrationalis cum sit in se penitus falsa de nullo potest vere predicari: ⁊ similiter nihil potest vere predicari de aliqua ratione in se falsa· Nam dicendo homo irrationalis est animal·ly animal non potest vere predicare: cum homo irrationalis nihil penitus sit: similiter de conceptu per accidens nihil per se potest predicari· Nam hec homo albus est animal nullo modo est per se: vt patet in littera· Sic in proposito nullum predicatum potest esse per se notum de aliquo subiecto non simpliciter simplici nisi sit per se notum partes illius conceptus per se vniri: sed non est per se notum partes huius conceptus ens infinitum posse ad inuicem vniri: quia dubium est an entitas ⁊ infinitas sint in aliquo: ⁊ similiter an entitas ⁊ necessitas ⁊ sic patet ratio· ¶ Si tamen volumus dicere ꝙ conceptus non dicitur simpliciter simplex ex eo ꝙ est incomplexus: sed quia in ipso non includuntur plura obiecta essentialiter per se conceptibilia: ⁊ sic ens ⁊ passiones eius sunt conceptus simpliciter simplices ⁊ similiter vltime differentie: ⁊ hō ⁊ asinus non sunt simpliciter simplices: sed hoc non ita sonat lr̄a Doc· ¶ Ibi·Ex ista ratione vltima· Hec littera clara est vsqꝫ ibi·Dicit ꝙ hec propositio operans actu est·

Opi· Hen.

Hec littera huius opinionis sic debet intelligi scilicet cum dicimus actu operans est: si predicat secundum adiacens sensus est: ꝙ operans actu nunc existit: vt vero predicat tertium ⁊ hoc habitualiter sensus est: actu operans· i · actum natum operari· primo modo non est per se nota· Sed doctor improbat hanc responsionem ibi· Sed hoc non est logice dictum. Et sensus littere est: ꝙ illa propositio proprie predicat sm adiacens in qua nullum aliud predicatum est ꝙꝫ ens subintellectum in ly est·Exemplū· homo est· Illa vero predicat tertium adiacens que habet aliud predicatum ꝙꝫ ly ens subintellectū: vt homo est substantia· ¶ Ibi· Ideo aliter respondeo ad instantias· ¶ Dicit Doctor ꝙ non sufficit ad propositionem per se notam ꝙ oppositum predicati repugnet subiecto: sed duo requiruntur· Primo ꝙ sit per se notum oppositum predicati repugnare subiecto: ⁊ hoc patet per Aristo· primo posteri· vbi vult ꝙ sicut primum principium est notissimum in veritate: ita oppositum primi principij erit notissimum in falsitate· Secundo etiam requiritur ꝙ sit per se notum partes subiecti per se vniri si non dicit conceptum per se simpliciter simplicem · ¶ Ibi·Contra istud·

Impugnatio Hen·

¶ Pro intelligentia huius littere declaro illam per Exemplū· homo est animal· tunc sic· homo est· ergo animal est· Oppositum consequentis est non animal: Nam ista repugnant ꝙ homo sit ⁊ animal nō sit· Si ergo non animal repugnat homini: ergo si homo est animal est · Et quando dicit ꝙ consequentia erit bona scilicet ponendo subiectum in antecedente: puta subiectum huius propositionis homo est animal: sic dicendo homo est: ⁊ ponendo·i·affirmando predicatum illius propositionis in consequente: scilicet ergo animal est· Ista enim consequentia homo est ergo animal est: tenet virtute illius cathegorice videlicet homo est animal· Sic in proposito cum dicit Doctor ·a·est necesse esse: ergo ·a·est: intelligendo per·a·ipsum deum puta deus est necesse esse: ergo deus est·hec consequentia tenet virtute huius cathegorice deus est necesse esse: quia talis cathegorica vnit

Idem instat Hen·

ista extrema in antecedente ⁊ consequente: videlicet ista cathegorica deus est necesse esse: ergo deus est: vel dicendo necesse esse est deus: necesse esse est: ergo deus est· Idem dico quando dicimus operans actu est· ¶ Doctor respondet ad hanc obiectionem ibi· Respondeo quando in antecedente Et littera satis clara est vsqꝫ ibi· Ita in proposito · ¶ Et sensus est ꝙ istud consequens ergo deus est: non infertur ratione totius subiecti scilicet necesse esse est: sed tantum ratione vnius partis scilicet ratione esse· Sunt enim ibi due partes scilicet necesse ⁊ esse: ⁊ quia non sunt note vniri per se vt dictū ē· ideo ly est: tantum infertur ratione ipsius esse sic arguendo· Deus est esse siue essentia: ergo deus est· Et sic patet littera Doctoris· ¶ Nunc restat respondere ad argumenta principalia Et prima ratio clara est·

Soluit obiectiō Hen.

Ad argumenta principalia· Antequā respondeam ad argumētum declaro aliqua· Primo Doctor in corpore questionis declarauit ꝙ hec est per se nota deus est: ⁊ respondendo ad primum argumentum videtur negare ꝙ sit per se nota· Ideo est dicendum ꝙ deum esse est per se notum intellectui distincte concipienti terminos· Sed nullus intellectus via naturali potest distincte concipere ipsum deum· vt subtiliter patet a Doctore·q·xiiij·quoli· Et ideo respondendo ad primum argumentum dicit: ꝙ hec non est per se nota deus est: supple via naturali· Secundo pro responsione argumenti declaro ꝙ aliquid esse per se notum contingit dupliciter · Primo ex sola cognitione terminorum: ita ꝙ euidentia talis propositionis non sit demonstrabilis nec a priori nec a posteriori: ⁊ illa dicitur proprie propositio per se nota: vt patet a Doctore · Secundo aliqua dicitur per se nota ex hoc ꝙ arguendo a posteriori statim fit nota· Sicut aliquod est effectum ergo aliqua prima causa est: vel aliquod est dependens ergo est aliquod primum independēs ⁊ hoc modo, iste aliqua prima causa est: aliquod primum independens est possunt dici propositiones per se note in conceptibus tamen confusis: ⁊ sic debet intelligi responsio Doctoris ad primum argumentum· ¶ Secunda ratio cum sua responsione clara est in littera· ¶ Ad tertiam rationem dantur due responsiones ibi· Ad tertium dico · Prima responsio talis est quia non sequitur veritatem esse in cōmuni est per se notum· ergo deum esse est per notum· cōmittitur fallacia consequentis a positione consequentis ad positionem antecedentis: ac si argueretur animal est ergo homo est· sic in proposito non sequitur veritatem in cōmuni esse est per se notum: ergo hanc veritatem esse est per se notum· ¶ Secunda responsio est ibi· Aliter potest negari maior· Et nota ꝙ est vna regula infallibilium quando est aliqua propositio includēs contradictoria ipsa est neganda in omni casu: quia solum casus possibiles debent admitti: ⁊ sic ista propositio nulla veritas est: falsificat seipsam: quia si nulla veritas est tunc nec ipsa est vera: ⁊ si verum est ꝙ nulla veritas sit: tunc ipsa est vera: quia significat ita esse sicut est ergo ipsa est vera ⁊ non vera simul · Et sic quando arguitur a propositione de inesse que includit incompossibilia ad modalem de vero non sequitur: vt in proposito quando dicitur nulla veritas est ergo nullam veritatem esse est verum: non sequitur: vt patuit supra ⁊ infra patebit · Et ex hoc ⁊ ex sequentibus apparet quod ille nouus expositor · Sancti Thome non arguit ad propositum contra Doc·


Esse per se notū contingit dupliciter·

Tho· Ga· si bn̄ bꝫ mē tem Doc·

Doc. cum dicit ꝙ hic non committitur fallatia conse- quentis si est vera consequentia: quia quando argui- tur a propositione vera de inesse ad suam modalem de vero est optima consequentia: quia bene sequitur sortes currit ergo sortem currere est verum. Sic in proposito nulla veritas est: ergo nullam veritatem es- se est verum. Patet ꝙ non intelligit Doctorem: quia hic non arguitur a propositione vera de inesse: vt pꝫ in littera Doc. Et sequentia que dicit iste expositor procedunt ex malo intellectu eorum que hic dicuntur. Et propter litteram Doctoris est notandum ꝙ ista negatiua nulla veritas est: habet duas causas verita- tis scilicet ꝙ nulla veritas est in re: secundo ꝙ nulla veritas est in intellectu componente vel diuidente. Nam illa negatiua probatur per istas duas verita- tes: quia bene sequitur si nulla veritas est in re nec in intellectu: igitur nulla veritas est absolute. Quan- do ergo arguit ergo verum est ꝙ nulla veritas est. hec propositio est vera accipiendo veritatem in re ⁊ non pro actu intellectus componente hanc: quod ve- rum est ꝙ nulla veritas est: ⁊ sic arguitur a negatiua habente duas causas veritatis ad affirmatiuam que est vna illarum. Est enim sensus. nulla veritas est sci- licet nec in re nec in intellectu: ergo in intellectu vere componitur propositio ista nulla veritas est: ibi veri- tas non potest stare nisi pro veritate in re: cum dici- tur verum est ꝙ nulla veritas est: quia hoc conse- quens scilicet: ergo verum est ꝙ nulla veritas est: sup- ponit ꝙ veritas sit in intellectu: ⁊ sic patet responsio Doctoris. Ultima ratio cum sua responsione clara est in littera.

¶ Super. q. prima secunde distinctionis.

¶ Hic queritur vtrum in entibus sit ali- quid actu existens infinitum. Titu- lus questionis debet intelligi de infinito intensiue si- ue secundum per- fectionē enti- tatiuā: non autem de infinito extensiue.



D primam que- stionem sic proceditur. In ista littera. Primo dicit ꝙ esse siue actualis exi- stentia non est demon- strabilis de ente infinito a nobis pro statu isto: ⁊ hoc demonstratione pro- pter quid: ⁊ ratio est quia medium in tali demon- stratione non cognoscatur a nobis pro statu isto: quod est deus sub ratione deitatis: vt patuit. ꝗ. q. de sub- iecto theologie: ⁊ medium potissimum ad demonstrā- dum existentiam de ente infinito est ipsa deitas: vt patuit. ꝗ. in illa questione. An ista sit p se nota deus est. Secundo dicit ꝙ esse siue existentia est demon- strabilis in se de ente infinito ⁊ propter quid: quia dei- tas est medium potissimum in tali demonstratione: ⁊ si quis distincte cognosceret deitatē statim posset demonstrare esse de ente infinito sic arguendo. Quic- quid est deus est existens. sed ens infinitum est de- us: ergo infinitum est existens. Tertio dicit ꝙ esse de ente infinito potest a nobis demonstrari demon- stratione quia est: siue a posteriori. Et hoc debet sa- ne intelligi: quia Doctor non diceret ꝙ absolute sic posset demonstrari: sed supposito ꝙ ens infinitum sit possibile in entibus: potest illud demōstrari a nobis demonstratione quia. Nam infra non dicit Doctor ꝙ ens infinitum esse sit demonstrabile a nobis: sed bene potest persuaderi aliquibus persuasionibus ꝙ infinitas non repugnat in entibus: vt infra patebit in presenti q̄stione. Quarto dicit ꝙ proprietates en- tis infiniti relatiue ad creaturas immediatius se ha- bent ad illa que sunt media in demonstratione quia q̄ꝫ proprietates absolute. ⁊ littera satis clara est.

¶ Sed nota exemplum primo de proprietatibus re- latiuis infiniti entis que sunt iste: ens infinitum est primum effectiuum. primum finitiuum: primū in- dependens: primum eminens ⁊ huiusmodi. Exem- plum de absolutis ꝙ ens infinitum sit infinite intel- lectionis ⁊ volitionis: ⁊ ꝙ habeat intellectum forma- liter infinitum ⁊ similiter voluntatem: ⁊ ꝙ vna intel- lectione intelligat se ⁊ omnia alia: ⁊ ꝙ sua intellectio ⁊ volitio tam respectu sui q̄ꝫ aliorum sit realiter ⁊ es- sentialiter eadem sibi ⁊ huiusmodi: que omnes pro- prietates entis infiniti tam relatiue q̄ꝫ absolute infra in ista questione diffuse ostenduntur.

Proprieta- tes relati- ue entis in- finiti.

Proprieta- tes absolu- te īfiniti en- tis.

Quantum ad primum articu- lum.

Ista littera clara est vsqꝫ ibi. Prima conclusio ista- rum est ista ꝙ aliquod effectiuum sit primum sim- pliciter: ita scilicet ꝙ non sit effectibile nec effectiuum virtute alterius a se: ⁊ hec ratio satis clara est. ¶ Et cum dicit parum infra. si enim negetur negatio poni- tur affirmatio: idest quando querit si est effectibile ab. a. aut. a. est primū ⁊ habetur propositum. aut. a. non est primum. Si negetur negatio scilicet hec aut . a. non est primum ponitur affirmatio scilicet ꝙ est effectibile ab aliquo: ⁊ detur illud alterum ⁊ sit. b. Cetera sunt clara in ista ratione. ¶ Ibi. Contra istam rationem instatur dupliciter. Iste instantie clare sunt ibi. Et ad propositum. ⁊ infra Ibi. Secunda est ꝙ in per se ordinatis est causalitas alterius rationis ⁊ alterius ordinis: quia superior est perfectior. Et no- ta primo in ista littera Doctoris differentiam cause per se ⁊ cause per accidens. Nam causa per se est illa que per propriam formam agit ⁊ non sm̄ aliquod sibi accidens. sicut causa per accidens. Exemplum pri- mi. homo generat hominem. Exemplum secundi. al- bum generat albū: accidit. n. generanti vt dicatur albū. ¶ Et nota pro clariori intellectu illius quod Doctor dicit ꝙ causa per se est que causat secundum natu- ram propriam. Causare secundum naturam propri- am potest dupliciter intelligi: vno modo ꝙ causans habeat in se rationem formalem causandi: siue talis ratio formalis sit realiter distincta a causante siue nō: ⁊ sic dicimus ꝙ calidum per se calefacit. Et sensus est ꝙ suppositum habens caliditatem vt rationem formalem calefaciendi per se calefacit. Alio modo ꝙ ratio formalis causandi sit simpliciter idem quod na- tura suppositi. Exemplum. homo per se generat hominem: nam natura hominis que non est aliud

Nota hūc passum nō satis planū in littera.

Cā per se.

Causare sꝫ nām ꝓpri- am: pōt du- pliciter itel- ligi.

a supposito hominis est per se ratio formalis generandi hominem. Et sic credo ꝙ mens Doctoris sit vt posset patere in pluribus locis ꝙ quando dicit ꝙ causa per se est illa que causat secundum naturam propriam debet intelligi de habente rationem formalem vtroqꝫ modo: ⁊ causante sm̄ illam.

Cā per accidens·

Causa vero per accidens intelligitur illa que non causat aliquo modo predicto. Nam hec est per accidēs. album calefacit: quia hec non potest esse vera. Suppositum albedinis secundum albedinem calefacit: quia ipsa nullo modo est ratio formalis calefaciendi. sed dicitur per accidens ex hoc ꝙ accidit alicui agēti per se hoc est habenti in se rationem agendi secundum quam agit: sicut album accidit calefacienti per se.

Hic improbant dicta Gul· ochā ꝯ Doc· de cā ꝑse et ꝑ accidens·

Et ex hoc apparet·

Improbatō illi⁹ qđ dicit Ocham contra Doctorem de causa per se: ⁊ per accidens in primo distin·z·q·x· Ubi vult ꝙ ita hec sit per se album calefacit vel calidum calefacit: quia tam album q̄ꝫ calidum supponunt pro aliquo supposito: vel vtraqꝫ sit per accidens: Cum tam albedo q̄ꝫ caliditas accidat supposito. Et ita non est maior ratio ꝙ calidū per se calefaciat q̄ꝫ ꝙ albus per se calefaciat: cū vtrūqꝫ accidit supposito calefacienti. ¶ Sed hec non est mens Doctoris vt patuit·ſ· Diceret enim doc· ideo calidum per se calefacit: quia suppositum habens caliditatem que est per se ratio formalis calefaciendi secundum illam calefacit. Et album per se non calefacit: quia suppositum habens albedinem secundum illam nullo modo potest calefacere cum non sit ratio formalis calefaciendi. ¶ Ex hijs etiam patet: ꝙ ad

Gul· ochā nec r̄cte dissinit cām ꝑ accidens·

mentem Doctoris non est verum quod dicit Ocham videlicet ꝙ causa per accidens est illud quod agit ꝑ aliquid aliud ab eo: sed tale non est nisi subiectū vel totum habens partem qua agit. Exemplum primi. Ignis per accidens calefacit: ⁊ similiter calidum. Exemplum secundi. Homo per accidens ratiocinat̄ q: per partem que est ratio ratiocinādi. Si hec dicit exponendo mentem Doctoris: talis expositio non potest esse ad intentionem ipsius: vt exposui·ſ· ¶ Secundo Doctor in ista littera ponit differentiam inter causas essentialiter ordinatas ⁊ accidentaliter ordinatas vbi fit comparatio cause ad causam: ⁊ ponit triplicem differentiam: vt patet in littera. ¶ Nota tamen ꝙ cause accidentaliter ordinate non dicuntur cāe per accidens respectu suorum effectuū cum sint vere cause per se: vt patet de patre auo ab auo ⁊ proauo: que vt comparantur ad effectus proprios: vt puta proauus ad abauū est causa per se: ⁊ sic de alijs. sed vt comparantur ad inuicem iste cause respectu filij producendi a patre dicuntur accidentaliter ordinate ex hoc ꝙ non requiruntur necessario ad producendum filium: patet quia solo patre existente: filius potest produci. ¶ Ibi· Prima differentia est· ¶ Dicit Doctor ꝙ in causis essentialiter ordinatis causa secunda inquantum causat dependet a prima·i· ꝙ impossibile est secundam causam causare: prima causa non causante. Sed in accidentaliter ordinatis secunda non dependet a prima in causando lꝫ possit dependere in essendo: patet quia Franciscus generatus a Johāne: Johāne non existente: potest generare. ¶ Ibi· Secunda est· ¶ Secunda differentia est ꝙ in per se ordinatis est causalitas alterius rationis ⁊c· quia superior est perfectior. Hec perfectio nō debet intelligi secundum perfectionem gradualem in

diuiduorum: sicut dicimus ꝙ albedo vt·viij· est perfectior albedine vt·vj· quia vt sic vna causa non dependet essentialiter ab alia: nec est ordo essentialis inter illa. Sed debet intelligi de perfectione graduali specifica: que perfectio maior ⁊ minor constituit diuersas species: ⁊ sic patet littera.

Contra primā differentiaꝫ·

Gul· ochā i·1·d·z·q·x· arguit ꝯ doc· ꝺ dependentia a prima cā·

Arguit Ocham vbi·ſ· sic dicens. Quero quid est causam secundam dependere a prima in causando: aut hoc est quia sine ea causare non potest: aut quia in suo esse dependet a prima: aut quia recipit virtutem a prima: vel aliquam influentiam a prima. Primum non: quia in multis sicut causa secunda nō potest causare sine prima: ita nec e conuerso: patet quia sicut multa agentia particularia non possunt causare effectum suum sine sole: ita sol sine ipsis. Nec scd̄m: quia aliquando causa dependet in esse ⁊ conseruari ab aliqua alia: sine qua si causa conseruaretur a deo nihilhominus posset effectus esse. Nec potest dari tertium: quia talis influentia vel motio non posset esse: nisi sit vel motus localis vel ad aliquam formam substantialem vel accidentalem. Sed patet ꝙ frequenter causa secunda in agendo nec motum localem: nec formam absolutam recipit a prima. ¶ Preterea secundum Scotum alibi scilicet in primo distin·3·q·7· et in·z· distin·3·q· vlti· ⁊ diffuse in quoli·q·xv· Obiectum ⁊ intellectus sunt due cause partiales respectu intellectionis: ⁊ tamen secundum eum neutra dependet ab alia in causando sed vtraqꝫ agit virtute propria. vt patet ab ipso Scoto in primo distin·3·q· penulti· ⁊ alibi sepe. Et tunc querit Ocham: aut sunt essentialiter ordinate: aut accidentaliter. Si primo: ergo non semper secunda dependet a prima in causando. Si secundo: ergo secunda potest agere sine prima: vt patet. ¶ Et confirmat hoc: quia secundum Sco· intellectus respectu intellectionis est causa principalis ⁊ vniuersalis ⁊ illimitata: ⁊ tamen obiectum in causando non dependet ab ea. ¶ Pro responsiōe

Declaratō positionis Doc·

ad rationem Ocham premitto vnum dictum Sco· in·4· distin·1·q·1· in responsione ad vltimum argumentum principale. Ubi sic dicit: ꝙ nihil potest agere in quocunqꝫ ordine agendi nisi propria virtute. Nisi enim habeat formam actiuam ⁊ intrinsecā non potest omnino agere: ita etiam nisi habeat propriam virtutem intrinsecam: quia illa forma est virtus. Et si prius non habuit formam ⁊ virtutem: ⁊ nunc agit in aliquo ordine: oportet ꝙ nunc de nouo habeat formam ⁊ virtutem in illo ordine. Eadem enim natura

Qualr̄ debeat itelligi ꝑ aꝫ cām agere i virtute prime.

manens absqꝫ omni mutatione: nullo modo est nūc actiua nunc non actiua: sed tamen agens dependens ab alio dicitur agere in virtute alterius: quia virtus agentis dependentis non sufficit sine illa virtute a q̄ dependet. Et parum infra: Causam etiam secundam ·i· que habet formam actiuam in esse quieto agere in virtute alterius non est recipere tunc aliquid ab illo altero: sed tantum habere ordinem inferiorē ad illud alterum agens in suo ordine simul. Et parum infra. Et ex hoc patet ꝙ cause prime in causam secundam proprie dictam quando simul agunt: non est influentia noua: que sit creatio alicuius inherentis cause secunde. Sed influētia ibi est terminatus ordo istarum cārum in agendo effectū cōe. hec ille.

Solō rationum Gul· ꝯ Doc·

¶ Et ex hoc patet responsio ad rationem Ocham. Non enim dicitur causa secunda dependere a prima in agendo ex hoc ꝙ non potest agere sine prima: tamen:

men quia aliquando secundum ipsum nec prima potest agere sine secunda: nec ex hoc q̄ secunda habet suum esse ⁊ conseruari a prima: nec ex hoc q̄ secunda in causando aliquid recipit a prima: Sed dicitur dependere a prima in agendo propter determinatum ordinem inferioris cause ad ordinem cause superioris· Posito ergo q̄ causa superior non possit agere sine inferiori: non tamen sequitur q̄ in agendo depēdeat ab inferiori: sed superior simul causando cum inferiori semper in agendo habet ordinem superiorem: ⁊ inferior inferiorem· ¶ Dico secundo q̄ proprie loquendo nulla dicitur causa secunda respectu alicuius prime: nisi illa secunda etiam dependeat a prima in esse ⁊ conseruari: vt posset deduci ex dictis Doctoris in presenti distinctione ⁊ distin·8·q·vlti·⁊ in·2·distin·37·⁊ in quolī·q·7· In causis vero accidentaliter ordinatis ⁊ si vna dependeat ab alia in esse: non tamen dependet totaliter ab illa in suo conseruari: sed a solo deo· Et posito q̄ sic dependeret: vltra hoc requiritur determinatus ordo in agendo videlicet superioris ⁊ inferioris: qualis non est in causis accidētaliter ordinatis cum ille sint eiusdem speciei specialissime· Et sic patet instantia de sole: que non concludit· tum quia posito q̄ sol non possit agere sine causa inferiori: non tamen in agendo dicitur dependere: quia in esse suo non dependet ab inferiori·

¶ Dico tertio q̄ cause essentialiter ordinate sic se habent q̄ impossibile est secundam agere sine prima: etiam per impossibile prima circumscripta: propter determinatum ordinem quem habet secūda in agendo ad primam· Et ideo per impossibile circumscripto primo ente: ⁊ existente sole impossibile est solem aliquid producere· ¶ Si dicatur cum agere sequatur esse: ⁊ sol habet formam propriam ⁊ virtutē propriam qua agere potest cum hoc sit verum de omni causa secunda vt patuit supra per Doctorē: videt̄ q̄ possit agere circūscripta prima· ¶ Dico q̄ vltra virtutem propriam quam habet: requirit ordinem determinatum qui est agere in virtute superioris: ⁊ in agendo dependere a superiori· Effectus enim non tantum dependet a causa secunda: sed etiam a prima· Et ideo non credo absolute q̄ inter causas inferiores ⁊ celum sit simpliciter ordo essentialis in causando: quia per impossibile celo circūscripto adhuc ignis posset calefacere: ⁊ posset corrumpere aliud: ⁊ generare aliam substantiam: vt subtiliter deduci potest ex dictis doctoris in distin·48·4·qōe·2·vbi vult expresse: q̄ cessante motu primi mobilis adhuc aliquid īferius moueri potest: vide ibi· ¶ Si dicatur: q̄ etiam per possibile vel impossibile circūscripta omni causa secunda prima non posset agere omnem effectum cause secūde: patet quia philosophi volunt q̄ imperfectio effectus tantum attribuatur cause secunde: q̄uis ille effectus dependet etiam a prima· Et dicunt q̄ impossibile est primam causam agere immediate effectum imperfectum· ¶ Respondeo q̄ hoc bene concluderet si probatum esset q̄ causa prima agat tantum de necessitate nature: vt patet subtiliter a Doctore in primo distin·2·q·pri·⁊·distin.8·qōne·vlti q·7·quolī· Sed ex quo primum agens tantum agit contingenter ad extra dico q̄ immediate posset producere omnem effectum nulla secunda causa concurrente: vt patet per cōmuniter doctores· Et presertim a Doctore subtili vbi· s̄ · ¶ Dico secundo q̄ posito q̄ prima causa non possit agere: circumscripta omni secunda adhuc esset ordo essentialis inter illas: ⁊ omnis causa secunda in agendo dependeret a prima: ⁊ de necessitate ageret in virtute prime: cum prima eminenter ⁊ virtualiter contineat causalitatem cuiuscunq̄ secunde: vt subtiliter patet a Doctore in locis vbi· s̄ ·allegatis: ⁊ in·2·di·37· Et sic patet quomodo rō Ochā non concludit contra· Doctorem· ¶ Ad aliud de intellectu ⁊ obiecto ·Dico q̄ non sunt due cause essentialiter ordinate: sed due cause partiales respectu effectus communis ʒ vna sit perfectior: tamen neutra in agendo agit in virtute alterius: nec vna illarū eminenter continet totam causalitatem alterius· Sed vt dicit Doctor in primo distin·3·q·4· causa imperfectior aliquid addit: intantum q̄ effectus non solum non potest esse perfectior a causa perfectiori plusq̄ ab imperfectiori: immo non potest esse plus a perfectiori tantum: q̄ ab imperfectiori tantum· Sunt ergo cause essentialiter ordinate tantum vno modo: videlicet q̄ vna est simpliciter perfectior altera: ita tamen q̄ vtraq̄ in sua partiali causalitate est perfecta non dependens ab alia· hec Scotus· sed non sunt cause essentialiter ordinate: vt· s̄ ·exposuimus· ¶ Ad aliud cum dicit q̄ intellectus est causa vniuersalior ⁊c· Hoc verum est vt dicit Doctor in primo· distī·3·q·8· Qr intellectus partialiter cōcurrit ad intellectionem cuiuscunq̄ obiecti: ⁊ obiectum est tantum causa determinata intellectionis loquendo de obiectis creatis· Sed inter illa non est essentialis ordo sic q̄ partialis causa imperfectior in agendo dependeat a perfectiori: nec q̄ agat in virtute perfectioris: sed tantum dicitur ordo essentialis inter illa ex hoc q̄ vna causa essentialis semper est perfectior: ⁊ aliquando respectu intellectionis intellectus est causa imperfectior q̄ obiectum: ⁊ aliquando econtra obiectum est causa perfectior: vt patet a Doctore in primo distin. 3·qōne·7·

Respōsio·

Effect⁹ nō tm̄ dependet a sa cā: ʒ et a prima· Nec vr̄ magnū iconueniens agere ʒ posse corrūpere: ac aliā substātiā generare: etiam motu primi mobilis cessāte·

Solutio·

Ad aliā rōnem·Gul· Ocham·

Ad aliā rationem·

Secundo principaliter·

Arguit Ocham: vbi· s̄ ·contra secundam differentiā quam Doctor ponit inter causas essentialiter ordinatas ⁊ accidentaliter ordinatas: que est q̄ cause essentialiter ordinate sunt alterius rationis ⁊ alterius ordinis qr superior est perfectior: ⁊ arguit sic· Aut accipitur superioritas pro prioritate secundum perfectionem: aut pro prioritate secundum illimitationem· Non primo modo: quia esset petere principium q̄ cause essent alterius rationis quia superior est perfectior: qr idem est ac si diceretur: quia perfectior est perfectior· Non secundo modo: quia causa illimitatior non est semper perfectior limitata: patet de corpore celesti: quod est imperfectius animali: vt dicit Doctor in·2·distin·1:· Et tamen corpus celeste est causa illimitatior· ¶ Similiter quando intellectus humanus intelligit essentiam angeli intellectus est causa illimitatior essentia angeli: ⁊ tamen essentia angeli est causa perfectior respectu intellectionis: qd̄ etiam tenet Doc· in primo distin·3·q·7· ⁊ alibi · ¶ Dico q̄ superioritas ista amplectitur vtrunq̄ simul: videlicet q̄ causa superior sit perfectior ⁊ illimitatior: nec hoc est petitio principij: vt patet intuenti litteram Doctoris: sed est ad maiorem declarationem illius qd̄ dicit·

Scd̄o arguit Gul· Ocham ꝯ Doc·i·i·d· 2·q·3·

Respōsio·

Ex hijs ergo declaratis·

Doc· probat intentum principale: ⁊ primo probat q̄ infinitas essentialiter ordinatorum est simpliciter impossibilis· Et prima ratio est ibi· Tum quia vniuersitas causatorum est causata: ⁊ littera clara est·

¶ Secunda ratio·ibi·Tū scdo. ¶ Et ratio stat i hoc·
Q2 cū cause essentialiter ordinate simul cōcurrant
si est ꝓcessus in infinitū in talibus causis in ascendē
do: ergo erūt infinite cause in actu: cū nihil agat nisi
sit in actu·Sed apud Doc·forte nō est inconueniens
ꝙ dentur infinite in actu Dicit·in·i·3·d·14·ꝙ posset
poni aīam christi simul posse recipere infinitas visio
nes: ⁊ non tm̄ hoc sed ēt simul elicere illas: hoc tñ es-
set incōueniēs apud phōs: ⁊ ēt Doc·hoc assertiue nō
dicat: vt pꝫ ibi· ¶ Tertia ratio est ibi·Tū·3· Et clara
est simul cū·4·Quinta euidentior alijs est ibi·Tum
5· Q2 effectiuū nullā iperfectionē ponit necessario·
Et rō q2 effectiuū vt huiusmodi necessario nō inclu-
dit limitationē: pꝫ q2 datur aliquod simpliciter perfe
ctum ⁊ sūmum qđ si ex natura sua diceret imperfe-
ctionē in nullo esset pfectissimū · Sicut si ens vt ens
necessario includeret iperfectionē: vbi esset in illo sem
p diceret iperfectionē: ⁊ sic nō posset esse pfectissimū
ens·Sic in ꝓposito si effectiuū vt effectiuū necessa-
rio includeret iperfectionē: nullū esset pfectissimū ef-
fectiuū: quod est falsum: ⁊ si datur pfectissimum effe
ctiuū illud in agendo non pōt dependere ab alio· Si
sic: ergo illud erit primum: ⁊ sic habetur propositum·
¶ Ibi.b·probaꝛ sic· ¶ Hic Doc·intēdit ꝓbare ꝙ ni-
si ponatur status in causis essentialr ordinatis. ꝙ ē
īpossibilis infinitas ī accidētaliter ordinatis · Et vis
istius rōnis stat in hoc qđ dicit: ꝙ nulla difformitas
perpetuaꝛ nisi in virtute alicuius pmanentis: qđ nō
est aliqđ illius successionis: sed est aliqđ prius essen-
tialiter: q2 quodlibet successionis dependet ab ipso·
Exemplū de difformitate ⁊c· Nam ipossibile est mo
tum ppetuari nisi ab aliquo pmanente qđ sit alteri9
speciei: ⁊ hoc pp difformitatē in motu: q2 est essentia
liter successiuus in quo est semp nouū prius ⁊ nouū
posterius·Similiter est de hoibus. Nam ꝙ perpe-
tuenꝛ infiniti hoies successiue: hoc nō pōt eē ab vno
illorū: ergo ab aliquo alterius speciei a quo tota suc
cessio indiuiduorū spēi humane essentialiter depēde-
at· Si eñi successio hoium ppetueꝛ: ergo est status ī
causis essentialr ordinatis: pꝫ nā cause eētialiter or-
nate necessario simul cōcurrunt· Pono ergo ꝙ hic·
hō: sol: deus ⁊ sic in infinitū sint cause essentialr or-
dinate respectu sor: ⁊ simul cōcurrāt: Nunquid oēs cō
currerit i generatione alterius producti a sorte! si sic:
ergo iste cause variātur maxime ꝓprie·Opꝫ ergo ꝙ
ꝯtinuenꝛ ab aliqua natura pmanente: q2 cause saltem
ꝓprie cum deficiant non possunt ppetuare · ¶ Ibi
probaꝛ etiam ⁊c· ¶ Dicit Doc·ꝙ si negetur ordo eēn
tialis in causis adhuc infinitas est impossibilis in ac
cidentaliter ordinatis·Et sensus lr̄e stat i hoc·s·ꝙ si
vis dicere ꝙ successio hoium potest ppetuari: tūc sic·
aut ab aliquo eiusdem speciei: aut alterius speciei: si
secundū·ergo ponis ordinē essentialem: q2 causa al-
terius spēi a q̄ essentialiter dependebit tota successio
Si primū·ergo cum natura humana i aliquo indiui
duo sit causata ⁊ in alio nō causata habetur ꝓpositū
ꝙ erit ibi status·s.in illo in quo non est causata· Si
vero ponaꝛ in quolibet iduiduo causata: ergo ab ali-
quo alterius speciei: vt pꝫ: ⁊ sic ponis ordinem essen-
tialem causarum: ⁊ sic pꝫ hec littera· ¶ Ibi·Ad secū-
dam instantiā·hec lr̄a satis clara est · ¶ Et qđ dicit
accipiendo possibile vt diuiditur ꝯ necessario : quod
idem est qđ cōtingens ad vtrūlibet · Nam possibile
vt diuiditur ꝯ impossibile pōt stare cū necessitate: vꝫ
de filio dei qui dr̄ possibilis vt diuiditur ꝯ impossi-
bile·i·ꝙ nō est ens ipossibile: ⁊ tñ est necesse esse vt

Aduerte hic passuꝫ de possibilitate ifinitorū i actu·

Per pulchra deductio: ad probandū statum i cōis·

difficile patebit·ij· pte·2· ¶ Ibi·Scđa ꝯclusio de pri
mo effectiuo est ista · ¶ Q2 primū effectiuū est oīno
incausabile oī genere causarum: vꝫ efficientis finalis
mālis ⁊ formalis· Et ꝓbat primo ꝙ nō sit causabile
causa finali: ⁊ ꝓbatio ē ibi· Et vlteri9 ꝯcludiꝛ · ¶ Et
rō stat in hoc· Primū effectiuū est oīno indefectibi-
le: aliter nō esset primū: ergo est oīno intimabile· ꝓba
tur consequētia sic·Cuius est causa finalis eius ē cau
sa efficiens pꝫ· Nō·n·dicitur causa finalis ipsius ef-
ficientis sed ipsius effectus: q2 causa finalis presup-
ponit efficiens ⁊ mouet ipsum tm̄ methaforice ad ꝓ
ducendum effectū: q2 inquantuꝫ amata ⁊ desiderata
ab efficiente: efficiens ꝓducit effectum pp finem sic
amatū ⁊ desideratū: ⁊ qđ sit mouere methaforice ex-
posuit·ꝯ·d·1·q·4·Tūc sic·Oē habens causam finaleꝫ
est effectibile: sed primum effectiuū non est effectibi-
le ergo primū effectiuū non habet causam finalem·
Itē ꝙ nō sit causabile intrinsece nec a causa māli: nec
formali ⁊ ꝓbat·Ibi·Due āt alie consequentie· ¶ Et
prima ꝓbatio stat in hoc·Q2 causa extrinseca·s·effi
ciens ⁊ finalis nullam iperfectionē includit de neces-
sitate: aliter nō posset esse in primo ente : causa vero
intrinseca·s·materia ⁊ forma cuꝫ sit pars alicuius cō
positi: necessario includit iperfectionē·ergo ratio cau
se extrinsece erit prior nāliter ratione cause intrinsece
⁊ prior est causalitas cause extrinsece q̄ꝫ intrinsece: vt
pꝫ·q2 finis primū mouet efficiens: ⁊ efficiens produ-
cit formam i materia. ⁊ sic ꝓducit cōpositū: Cuꝫ ergo
a primo efficiente negetur causalitas passiua·s·effi-
ciētis ⁊ finalis vt patuit·ꝯ·ergo ab ipsa negatur cau-
salitas cause mālis ⁊ formalis cum sit necessario po-
sterior· ¶ Scđo probat idem ibi· Aliter probanꝛ ee-
dem cōsequentie·Et littera clara est · ¶ Ibi·Tertia
conclusio· ¶ Hic ꝓbat Doc·ꝙ primum effectiuū est
in actu existens·Hec lr̄a clara est vsqꝫ ibi· Et ipsum
pōt esse · Sicut pꝫ ex quinta ratione posita ad·a·ꝙ
primū effectiuū possit esse·probaꝛ ex quinqꝫ rōnib9
quibus probat esse statū in causis essentialiter ordi-
natis: ⁊ ad ꝓbandum ꝙ primum effectiuū sit i actu:
ille quinqꝫ probationes sumunꝛ ex contingentibus·
Prima sic· Uniuersitas causatorū est causata ⁊ actu
existens: ergo prima causa a qua dependet est existēs
pꝫ: q2 nō existens nihil realiter pōt causare. ⁊ sic per-
tractenꝛ alie rationes sequētes· ¶ Ibi·Uel si accipi
antur de natura ⁊ qditate ⁊ possibilitate sunt ex ne-
cessarijs·i·si ille quinqꝫ rōnes sic pertractenꝛ nō ar-
guendo de actuali existentia sed de possibilitate: ille
rōnes procedent ex necessarijs: vt si sic arguaꝛ·Uni-
uersitas causandorū est effectibilis: ergo ab aliquo vl
a nullo vel a se ⁊ sic de alijs· ¶ Ibi·Effectiuū simpli-
citer primū potest esse a se: ergo ē a se · ¶ Hec littera
vsqꝫ ibi·Istō vltimū sic deducitur·Cui repugnat eē
ab alio si pōt esse (hoc dicit pp ens ipossibile cuius-
modi est figmentū) potest esse a se : pꝫ q2 nō ab alio
cum sibi repugnet esse ab alio· Et si pōt esse a se·er-
go est a se: ꝓbatur cōsequentia sic: si·a·pōt esse a se:
aut ergo ab aliquo qđ nō est ipsum·a·aut ab aliquo
qđ est ipsum·a·aut a nullo· Nō primo modo: q2·ꝯ·
probatū est ꝙ sibi repugnat esse ab aliquo alio a se·
Nō secūdo modo: q2 idem causaret se ipsum : ⁊ nihil
est qđ gignat se ipsum: vt inqt Augusti·primo de tri-
ni · Non tertio modo : q2 illud qđ in se nihil est non
pōt aliqđ realiter causare: sequitur ergo ꝙ si primum
effectiuum potest esse a se : ergo est a se·i·ꝙ est es-
sentialiter quedam entitas necessaria que est sua exi-
stentia: que nec ab alio nec a se ipsa nec a nullo depen
det: sed

2·Conclu·

Ordo cārū cuiuslibet cōpositi·

3·Conclu·

det sed est in se talis: littera sequens est satis clara· vt patet intuenti·

Iuxta tres conclusiones·

Prima cō clusio·

Hic Doc· ponit tres alias cōclusiones· Prima aliqd finitiuū est simpliciter primū·hoc est non est ad aliud ordinabile nec in virtute alterius natum finire alia· ꝛ hoc pōt pbari quinqꝫ rōnibus positis ad·a· que sic deducūt·❡ Prima sic deducit· Uniuersitas causatoꝝ est finita: ergo dependet ab aliquo tanqꝫ a fine: nō ab aliquo illius vniuersitatis qꝛ idem esset finis sui ipsius: ergo ab alio extra illam vniuersitatem: ꝛ sic arguatur vt prius mutando nomen causati in nomen finiti: sicut ibi dicebatur · aut illud est causatum a se: aut ab alio ꝛc· Hic dicatur illud aliud aut est finitum a se: aut ab alio ꝛc· ❡ Scda sic deducitur· Si nō est status in finitis: ergo actu erūt infiniti fines qd est impossibile· ❡ Tertia sic deducitur· Aliquid est ppinquius fini: ergo est primum finitiuum· ❡ Quarta deducit sic· Supioꝛ finis est pfectioꝛ infiniendo: ergo in infinitū superioꝛ erit in infinitū perfectioꝛ: ꝛ ita infinite perfectionis in finiendo: ꝛ per consequens non finiens in virtute alterius: ꝛ sic primuꝫ finitiuum· ❡ Quinta sic· Esse finem alicuius non includit de necessitate imperfectionem: sed si esset finis in virtute alterius necessario includeret imperfectionem quia dependentiam finis: ergo in aliquo debet poni sine imperfectione: ergo erit in aliquo finis non in virtute alterius: sed in virtute propria: ꝛ sic primum finitiuum· ❡ Ibi· Secunda conclusio est hec· Primum finitiuum est incausabile· hec conclusio satis clare probatur in littera· ❡ Ibi· Tertia conclusio est· Primum finitiuum est actu existens: ꝛ pbatur sic· Cui repugnat esse ab alio si potest esse potest esse a se: ergo est a se: sed primo finitiuo repugnat esse ab alio: probatur quia cuius nō est causa finalis eius non est causa efficiens: vt patet supra: sed primi finitiui nulla est causa finalis: ergo primum finitiuum est simpliciter ineffectibile: ergo si potest esse potest esse a se: ergo actu est a se: ista consequentia deducatur vt prius·

Secūda cō clusio·
Tertia con clusio·

Conclusionibus tribus·

Prima cō clusio·

Hic Doctoꝛ ponit tres alias ꝯclusiones· ❡ Prima· Aliqua natura eminens est simpliciter prima scꝫ perfectionem· Et probat per dictum Aristo· ꝙ forme se habent sicut numeri in ordine essentiali· Dicit doctoꝛ in ordine essentiali: quia supra probauit ꝙ superioꝛ essentialiter est alterius rationis siue alterius speciei: modo forme specifice se habent sicut numeri: quia quanto aliqua est superioꝛ tanta est perfectioꝛ: ꝛ hec cōclusio probatur illis quinqꝫ rationibus positis ad·a· ❡ Et formet sic prima· Uniuersitas causatorum de necessitate includit imperfectionem: ergo reducitur ad aliquid simpliciter perfectum: non ad aliquod eiusdem vniuersitatis quia idem reduceretur ad seipsum: ꝛ sic idem respectu eiusdem esset perfectū ꝛ imperfectum: ergo ad aliud non eiusdem vniuersitatis: ꝛ illud dicatur·a· tunc sic· Aut·a· est simpliciter perfectum aut non· Si primū habetur propositum· Si secundū arguatur vt prius· ❡ Secunda sic· Si in perfectionibus essentialiter ordinatis non est status ad aliquam primam ergo in actu sunt infinite perfectiones essentialiter ordinate: ꝛ sic infinite species essentialiter ordinate: quod est impossibile. ergo standum est ad aliquam primaꝫ· ❡ Tertia sic· Perfectionibus essentialiter ordinatis vna est prioꝛ alia: ergo datur prima: quia prius est quod est primo propinquius· ❡ Quarta sic· Quanto perfectio est superioꝛ tanto perfectioꝛ: ergo in infinitū superioꝛ erit in infinitum perfectioꝛ: ergo erit infinite perfectionis ꝛ illud non reducitur ad perfectius: quia non esset infinite perfectionis: ergo ibi erit status· ❡ Quinta sic· Ens simpliciter perfectū necessario non includit impfectionem alias in nullo reperiretur perfectissime: ergo in aliquo debet perfectissime reperiri: sed si reduceretur ad perfectius non esset in illo perfectissime: ergo in quo est perfectissime ibi erit status in perfectionibus· ❡ Ibi· Secunda conclusio est ista ꝛ hec clara est in littera· ❡ Ibi· Tertia cōclusio· Suprema natura est aliquid actu existens· ꝛ probatur sic· Cui repugnat esse ab alio si potest esse potest esse a se: ergo erit a se: sed primo eminentissimo repugnat esse ab alio alias non esset primum eminentissimum: ergo si potest esse potest esse a se: ergo est a se: ꝛ deducatur hec consequentia vt prius·

·8·metha· t·c·3·

Secūda cō clusio·
Tertia con clusio.

Quantum ad secundum

articulum· Hec littera huius articuli clara est: ꝛ circa finem articuli presupponit vnum probandum diffuse in·4·distin·xij· Qꝛ causa equiuoca est essentialiter nobilioꝛ suo effectu: cum ergo primum effectiuuꝫ sit causa effectiua equiuoca omnium causatorum ꝛ hoc mediate vel immediate: sequitur ꝙ essentialiter erit eminentius eis: ꝛ per consequens inter omnia entia simpliciter erit eminentissimum: ꝛ hoc est quod Doctoꝛ intendit in hoc articulo·

Quantum ad tertium articulum·

In isto articulo Doctoꝛ intendit duo probare· Primo ponit vnum preambulum·s· ꝙ Primum effectiuum est omnino necesse esse ꝛ probat· ❡ Ibi· Ex hoc arguo sic· Et ratio stat in hoc: ꝙ nihil potest destrui nisi per aliquod sibi incompossibile positiue vel priuatiue· Exemplum· Albedo non potest destrui nisi per nigredinem que est sibi incompossibilis positiue· Exempluꝫ secundi· Uisio non destruitur nisi per cecitatem que est sibi incompossibilis priuatiue· Si ergo primum effectiuum potest non esse hoc erit per aliquod sibi incompossibile priuatiue vel positiue: ꝛ certum est ꝙ priuatiue nihil est sibi incompossibile vt patet: quia priuatio est in subiecto apto nato: sꝫ in primo effectiuo non est aliquod subiectum quod sit receptiuum habitus ꝛ priuationis: quia primum effectiuum nullo modo est compositum vt patuit supra· Esset·n· necesse ꝙ entitas primi effectiui si posset destrui priuatiue ꝙ talis priuatio in aliquo reciperetur quod est impossibile. Nec est destruibile per aliqd sibi incompossibile positiue quod posset sibi inesse: ꝛ probo per omnia incompossibilia positiua: puta contrarie relatiue: disperate ꝛ huiusmodi: ꝛ illud incompossibile dicatur·a· illud·a· non potest destruere·b· positiue nisi positiue insit· Nam albedo non potest destruere nigredinem nisi insit enti habenti nigredinem· Sic·a· non potest destruere·b· nisi insit enti in quo est ipsum·b· ꝛ tunc quero aut·a· est a se: ꝛ cum ·b· insit a se: ꝛ·a· non potest destruere·b· nisi·a· insit: ꝛ si sic· alterum inconuenientium sequitur· Uel ꝙ duo omnino incompossibilia sint simul: quod est impossibile· Uel ꝙ neutrum eorum sit: quia vtrunqꝫ

Quomodo dstruat aliqd positiue ꝛ aliqd priuatiue·

Nota hic pulcherimā declarationē duorū incompossibiliū·

destruit esse alterius cum sint equalis virtutis: quia vtrunq3 a se: ⁊ hec incompossibilitas posita debet intelligi incompossibilitas formalis: sicut due forme formaliter repugnant inter se: ita q non possunt esse simul in eodem: eo q vna formaliter expellat aliam: vt patet de contrarijs· Si vero dicatur q·a·est incompossibile·b. non formaliter sed virtualiter: de qua incompossibilitate virtuali patebit infra in responsione ad primum argumentum principale huius questionis·⁊ in·4·distin·xlix·q·xij· Et sic dicimus q·a·est incompossibile·b·virtualiter: quia habet in virtute sua aliquem effectu3 qui formaliter est incompossibilis ipsi·b·sicut dicimus q aqua virtualiter est incompossibilis caliditati: quia virtualiter cõtinet frigiditatem que est incompossibilis formaliter caliditati: ⁊ hoc est quod dicit Doctor hic· Aut·a· per effectum ipsius potest destruere ipsum·b·quia effectus sit formaliter incompossibilis ipsi·b·⁊ hoc non·quia effectus·a·est simpliciter imperfectior ipso·b·⁊ imperfectius non potest destruere perfectius: ⁊ sic patet littera Doctoris· Secundo principaliter Doctor probat q tantum sit vnum primum effectiuum·¶ Ibi· Ex hoc vltra ad propositu3·¶ Et in ista ratione supponit vnum: q quecunq3 differunt per aliud differunt adinuicem ⁊ per aliud conueniunt: patet quia Franciscus ⁊ Joannes differunt per differentias indiuiduales ⁊ conueniunt in humanitate· Si ergo essent duo prima necesse esse que dicantur·a·⁊·b·differrent ⁊ conuenirent: ⁊ tunc quero aut·a·⁊·b·sunt simpliciter primo diuersa: aut sunt vera differentia. non primo modo·quia due nature perfecte non possunt esse primo diuersa: vt patebit infra dist·3·Si secundo modo. tunc·a·differt a·b. per aliquam rationem formalem que dicatur·c·⁊ conuenit cum·b·per aliquid aliud a·c·⁊ illud dicatur·d·⁊ certum est q illud in quo conuenit non includit formaliter illud per quod differt nec econtra: vt patet de animali ⁊ rationali· Querit modo vltra Doctor aut·c·⁊·d· sunt necesse esse que formaliter differũt adinuicem aut non· Si primo·ergo·a·erit necesse esse per duas rationes formales necessario essendi: ⁊ sic circumscripto·d·erit necesse esse per. c·⁊ ex alia parte non erit necesse esse circumscripto·d·cum sit ratio formalis necessario essendi: ⁊ sic·a·erit necesse esse ⁊ non necesse esse· Si secundo·s·si·a·⁊·b. sunt possibilia tantum vel vnum illorum·ergo·a· non erit necesse esse quia nihil erit necesse esse per aliquod possibile quod in sua ratione formali includitur: ⁊ hoc est quod dicit Doctor in ista ratione·

Hic ꝓbat Doc· tantũ vnũ eẽ primũ p viã ꝺ necesse eẽ· que egregie interpretat̃·

Gul·Ocham in·j·di·ij· q·x· instat ꝯ Doc.

Contra hanc rationem arguit vnus

Doctor·¶ Primo sic·quia deus ⁊ creatura conueniunt in ente ⁊ differunt suis proprijs rationibus· ergo si ratio Doctoris esset bona includeret duas rationes formales: ⁊ tunc ille aut sunt necesse esse aut possibiles ⁊ arguatur vt Doctor arguit· ¶ Secundo arguit in hoc quod dicit Doctor q ille due rationes formales formaliter differunt: sed in deo sunt plura formaliter distincta secundum Scotum in·j·distin·viij. q̃one penulti·⁊ etiam secundum ipsum Ocham relatio ⁊ essentia differunt formaliter in deo: ⁊ tunc arguatur vt prius·aut illa formaliter distincta sunt rationes formales necessario essendi aut non: ⁊ sic arguatur vt prius·¶ Pro responsione ad argumenta

Explana·

tio rõnis Doc.

istius Doctoris premitto aliqua·¶ Primo q essentia·a·⁊·b·a qua abstrahitur ens comune est in actualissima existentia: que existentia est de essentia·a·⁊·b·vt patet a Doctore presenti distin·q̃one secunda·⁊ in quolibe·q̃one prima. ¶ Primum enim effectiuu3·s·a·⁊ similiter aliud primum effectiuum·s·b·habent aliam ⁊ aliam entitatem actualissimam ⁊ perfectissime existentem ⁊ nullo modo realiter contractam: vt patebit infra a Doctore distin·v·⁊·xxvj· Et iste due entitates siue nature actualissime aut sunt eiusde3 speciei specialissime aut alterius speciei· Nõ secundo·quia vna species necessario est perfectior alia essentialiter: vt patet·viij·methaphisice· quia forme se habent sicut numeri: ⁊ sic vna illarum esset eminẽtior essentialiter: ⁊ si sic·esset contra presuppositum: quod est q ista duo necesse esse sint simpliciter eminentissima· Si primo stat argumentum Doctoris: quia iste due nature realiter conueniunt in aliqua natura specifica·sicut dicimus q natura Sortis ⁊ natura Pla·conueniunt in humanitate: ⁊ vltra hoc differunt per suas differentias: ⁊ sic Sortes constat per suam humanitatem ⁊ differentiam indiuidualem· Sic in ꝓposito natura·a·conuenit quiditatiue cum natura·b. ⁊ vltra hoc differt ab ipso·b·non per id quo conuenit: sed per aliquam rationem formalem distinguente3·a·a·b·⁊ tunc stat argumentum Doctoris· Secundo premitto q lic3 a natura·a·⁊ a natura·b·possit abstrahi cõceptus cõmunis entis: qui tamen conceptus est posterior ipso·a·⁊·b·⁊ per consequens nullo modo est ratio constituendi·a·⁊·b·vt patet: ⁊ q talis conceptus sit posterior: patebit infra a Doctore distin·viij·⁊ sic nullo modo est ratio constituendi prius non sic est de conceptu specifico: quia talis presupponit naturam cõmunem indiuiduis ⁊ priorem ipsis: vel est ipsa natura sic essentialiter prior· Et sic si darentur duo prima effectiua·scilicet·a·⁊·b·illa de necessitate cõuenirent in aliqua natura cõmuni priore·a·⁊·b·⁊ distinguerentur per·c·⁊·d·⁊ cum vna ratio non includat formaliter aliam·si ille rationes sunt necesse esse: tunc argumentum Doctoris stat in suo robore·¶ Si dicatur hic quod non sequitur q·a·erit necesse esse dupplici necessitate: quia necessitas presupponit entitatem: sed ipsum·a·habet esse per istas duas rationes formales: que sunt rationes formales necessario essendi: ita q sicut vna non dicit totam entitatem ipsius·a·sequitur q nec etiam necessitatem simpliciter ipsius·a·sicut si homo diceretur habere necesse esse saltem secundum quid: non diceretur necesse esse per rationem animalis: quia si sic: posset argui vt Doctor arguit quod dupplici necessitate esset necesse esse·sic in proposito·

T·c·x·

Obiectio ĩgeniosa·

¶ Dico q ⁊ si necessitas presupponat entitatem: tamen sicut est impossibile aliquid esse ens duplici entitate ⁊ vltimata sic est impossibile aliquid esse simpliciter necesse esse duplici necessitate simpliciter: quia circumscripta vna adhuc esset necesse esse: ⁊ ex alia parte non esset necesse esse: quia esset circumscripta ratio simpliciter necessario essendi· in proposito iste entitates que constituunt ipsum·a·sunt simpliciter necesse esse: ita q vna in se formaliter est ita necesse esse sicut ⁊ alia: immo vna est ita simpliciter necesse esse sicut ⁊ ipsum·a·q2 qd est necesse esse in primo ente: est ibi necesse esse in vltima necessitate· Nõ·n· dãt̃ gradus ibi necessitatis s3 quos vna dicat̃ maior

Responsio subtilis·

⁊ altera minor: ⁊ ideo stat argumentum Doctoris
q si·a·esset necesse esse illa duplici necessitate circum
scripta vna ⁊c· Et sic concedo q si animal est simpli-
citer ratio necessario essendi homini ⁊ similiter ratio
nale: tunc homo existens necesse esse ista duplici ne-
cessitate simpliciter ⁊ vltimata per impossibile circũ
scripta vna esset necesse esse ⁊ non necesse esse: ⁊ sic
dictum Doctoris de necessitate primi effectiui debet
intelligi·

Pria diffi cultas· **Sed occurrit difficultas**
duplex· Prima in hoc quod dixi scḋm doctorem q cõ
ceptus entis est posterior entitate primi effectiui· si
sic· videtur sibi contradicere: quia ipse vult in·j·dist·
3·⁊ distin·viij·q predicetur in quid; ⁊ si sic· tunc sequi
Responsio· tur q est prior illo ⁊ de quiditate illius· ¶ Dico q ille
conceptus ex hoc potest dici de quiditate ⁊ prior: q2
sumitur ab entitate diuina quiditatiua: tamen in se
ille conceptus entis est posterior nec dicit aliquid p-
tinens ad quiditatem rei· Et ex hoc qḋ dixi possunt
Scḋa diffi solui multe obiectiones· ¶ Secunda difficultas est·
cultas· an conceptus entis sit posterior creatura cum etiam
Responsio· sumatur a tali creatura· ¶ Dico q conceptus entis q
est predicabilis de deo ⁊ creatura in quid est simplici
ter prior omni creatura cum talis conceptus primo
sumatur ab essentia primi effectiui: potest tamen dici
quodãmodo posterior put a creatura abstrahitur: p
prie tamen predicatur in quid de creatura ⁊ vt prior·
Hic pz eui ¶ Ex his patet responsio ad primum argumentum
dens soluͦ Ocham: quia etsi deus ⁊ creatura conueniant in con
argumẽtoꝝ ceptu entis: non tamen ille conceptus cum sit poste-
Gul·cõtra rior deo potest dici ratio necessario essendi ipsius ⁊c·
doc· Si etiam·a·⁊·b·essent due nature specie distincte.
(qḋ non credo esse verum: vt patebit per argumentũ
Doctoris presenti distinctione·q·illa· An tantum sit
vnus deus qḋ etiam argumentum recitat magister
Ocham vbi supra acceptando illud tanquam verum
⁊ affirmando q·a·⁊·b·nõ differunt specie: quia vnũ
esset perfectius alio essentialiter: sed differunt solum
numero: vide ibi) adhuc argumentum Doctoris con
cluderet· quia·a·de necessitate haberet vnam realita
tem qua conueniret cum·b·⁊ aliam qua differret a
·b· que realitates essent priores ipso·a·⁊ tunc forme
Obijcit cõ- tur argumentum vt prius de illis realitatibus· ¶ Si
tra se· dicatur q hoc videtur sequi vt comparatur ad creatu
ram: quia certum est q habet aliquid in quo conue-
cognitione hominis: et similiter cognitio rationalitatis est imperfectior cognitione hominis: et ideo cognitio hominis est perfectior qualibet cognitione partium. Si teneatur alius sensus. vz. quod magis universale cognoscitur per propriam speciem et minus universale per propriam: patet tunc quod species minus universalis tantum causat cognitionem illius et illa est cognitio confusa ut patet: quia cognitio distincta est cognoscere partes ipsius in quas natum est resolvi. ¶ Ibi. Si enim aliquis alius esset. Dicit Doc. quod si species intelligibilis speciei specialissime que agit secundum ultimum potentie sue si immediate produceret conceptum superioris ille esset perfectissimus quem posset producere: quia causa naturalis non impedita etc. producit effectum perfectissimum quem potest. si ergo conceptus superioris esset perfectissimus in quem potest. sequitur quod numquam talis species poterit producere conceptum speciei specialissime: cum ille sit perfectior conceptu superioris. ¶ Secundo principaliter doc. probat idem. ibi. Secundo sic. quia secundum Avice. etc. ¶ Hic Doc. presupponit unum quod dicit supra distin. .2. q. .1. quod aliqua est propositio per se nota terminis confuse conceptis: ut mathematicus habet istam per se notam puta totum est maius sua parte: vel linea est longitudo sine latitudine terminis confuse conceptis. Et methaphisicus haberet illas propositiones per se notas terminis distincte conceptis. si ergo methaphisica est ultima in ordine doctrine. sequitur quod prius concipiuntur principia aliarum scientiarum et termini illarum ante principia methaphisice: modo ordo doctrine est a confuse concipiendis ad distincte. primo enim occurrit totum et deinde resolvitur in partes. si enim communiora puta ens et huiusmodi primo conciperentur: tunc methaphisica que primo tractat de illis est simpliciter prima ordine doctrine quod est contra Avice. ¶ Tertia ratio est ibi. Tertio quia si opporteret preconcipere conceptus universaliores ante conceptum talis speciei: tunc supposito casu de singulari movente sensum et intellectum existente soluto. i. non impedito: opporteret ponere magnum tempus antequam conciperetur species illius singularis primo sensati: quia prius opporteret intelligere omnia predicata communia dicta in quid de illa specie secundum ordinem cuius oppositum manifeste experimur. nam visa aliqua albedine singulari prius et facillime intellectus fertur in cognitionem albedinis in se quam in cognitionem superiorum. Et quod dicit de singulari movente sensum et intellectum. Non debet intelligi quod singulare immediate moveat intellectum sed tantum mediate: quia prius movet sensum exteriorem causando speciem sensibilem et species sensibilis in sensu exteriori causat phantasma in virtute phantastica: et phantasma causat speciem intelligibilem in intellectu possibili: qua causata statim potest sequi intellectio et hoc loquendo de singulari existente soluto. i. nullo modo impedito sed debite approximato etc. ¶ Ibi. Ex hoc apparet causa quare intellectus intelligit prius unum intelligibile quam aliud licet species plurium sint ibi presentes: hoc enim non est a voluntate. ¶ Dicit Doc. ponendo quod in intellectu sit species nigredinis et albedinis: species soni: species tangibilis obiecti et huiusmodi: que omnes agunt de necessitate nature ad cognitionem obiectorum quorum sunt species: et certum est quod omnia illa obiecta quorum sunt tales species non simul intelliguntur: quare ergo una prius movet ad cognitionem sui obiecti? Hoc precipue erit quia singulare speciei representate fortius movet sensum exteriorem: quo moto fortius excitatur

tius excitatur virtus phantastica qua excitata phantasma talis singularis fortius ⁊ prius excitat speciem intelligibilem: ⁊ hoc non est a voluntate: quia intelle-
Apparēs ꝯ-dictio doc. ctus tunc non habet actū intelligendi. ¶ Sed in hoc videt̄ ꝙ doc. sibi contradicat qui in. 2. distin. ix. q. 2. expresse dicit ꝙ est in potestate angeli quantum ad primam intellectionem vti hac specie in memoria vel illa ad illam intellectionem actualem istius vel illius: hec sunt verba formalia Doctoris. vide responsionem huius in glosa quam ibi feci. ¶ Ibi. Secūdo dico de cognitione actuali distincte conceptorum. Hic Doc. intendit probare ꝙ loquendo de cognitione distincta actuali primum cognitum primitate originis est magis vniuersale: ⁊ hec ratio est satis clara in littera.
¶ Secunda ratio est ibi. Secundo probo idem. Et similiter hec littera est nota.

Cōclusio d̄ pri⁹ cognito notitia habituali ⁊ virtuali.

Cōtra istud obijcitur.

Hic doc. intēdit ꝓbare ꝙ magis vniuersalia sint primo nota nobis primitate originis: ⁊ littera clara est. ¶ Ibi. Ad primum dico. Hec responsio stat in hoc ꝙ sicut duplex est cōfusum. s. partium subiectiuarum ⁊ partium essentialium: ita duplex est ordo. s. confuse concipiendi ⁊ distincte. ⁊ quanto aliquid est magis confusum partium essentialium tanto prius cognitum cognitione ꝯfusa: ⁊ quanto aliquid est magis confusum confusione partium subiectiuarum tanto prius cognitum cognitiōe distincta: sed comparando ista duo confusa inter se primum simpliciter cognitum est confusum partium essentialium. Et hoc est qđ dicit ibi. De isto duplici confuso. ¶ Ibi. Ad Auice. dico. Hec littera clara est. ¶ Ibi. Ad tertium dico. Tertium argumentum stat in hoc: quia in argumētando prius componimus syllogismum ex propositionibus ⁊ propositiones ex terminis ⁊ vltimo resoluimus syllogismum in propositiones ⁊ ꝓpositiōes in terminos: ergo in syllogismo prius cognoscimus terminos ⁊ post propositiones ⁊ vltimo syllogismum: sicut ergo dixi in compositiōe cōplexorum: hoc idem dico in compositione incomplexorū. nam homo prius componitur ex ente substātia corpore animato sensitiuo ⁊ rationali ⁊ vltimo resoluitur in ea ex quibus componitur. Cum ergo via cōpositiua sit prior resolutiua. sequitur ꝙ primo cognitum in hoc homine erit magis vniuersale cū magis vniuersale primo componatur: vt pꝫ a Doc. in. 4. di. j. q. j. ¶ Respondet doc. ibi. Ad tertium dico. Et rn̄sio stat in hoc. vꝫ. ꝙ vtrobiqꝫ. s. tā in complexis qꝫ in incomplexis ꝓceditur ab includēte ad inclusum: ⁊ sicut in complexis cum principium includat virtualiter cōclusionem. sequitur ꝙ prius cognosco principium: ⁊ similiter cum termini principiorū includant ipsa principia. sequitur ꝙ prius cognosco terminos sic in incōplexis cum inferius includat essentialiter suum superius. sequitur ꝙ cognitione confusa prius cognosco inferius qꝫ superius.

Quantum ad

notitiam habitualē. Hec littera pꝫ vsqꝫ ibi. Quantum ad istam notitiam habitualem ⁊ virtualem dico: ꝙ cōmuniora sunt prius nota via originis ⁊ satis pꝫ lr̄a. ¶ Nota tamen de cognitione habituali ⁊ virtuali: quia posset fieri difficultas. Si ens inquantū ens est primo cognitū habitualiter ⁊ virtualiter ergo erit aptū prius cognosci actualiter: ⁊ sic ordo distincte concipiendi erit prior ordine confuse concipiēdi: sicut
Solō difficultatis. etiam forma que est apta prius perficere materiam ēt actu prius perficit. ¶ Dico ꝙ non sequit̄ ꝙ ens prius cognoscatur. nam ex quo Doc. tantum loquit̄ de cognito habitualiter ⁊ virtualiter distincto ꝯ cognitū actualiter. qualem ordinem habet aliquid in se talem habet respectu cuiuscūqꝫ: sicut dicimus ꝙ homo prius constituitur per ens deinde per substantiam ⁊ sic descendendo: ita homo in intellectu talem habebit ordinem ꝙ quando presentat̄ intellectui in cognitiōe actuali sic perficit intellectum fm̄ illud esse quod habet in se: ergo prius est in intellectu perficiēdo vt ens secūdo vt substātia ⁊ sic descendendo. Et intelligo nō perficiendo formaliter sed tantum obiectiue. vnde qualis est ordo inter aliqua vbi realiter distinguntur talis vbi non distinguūtur realiter: vt patet a Doc. in. 2. distin. j. ⁊ in quoli. vbi ergo plures forme realiter distinguuntur vt vegetatiua sensitiua ⁊ intellectiua q̄ realiter distinguūt̄ talis est ordo inter illas: sic ꝙ vegetatiua pri⁹ ꝑficit deinde sensitiua ⁊ vltimo intellectiua. ꝗ vbi in vna forma sunt idem realiter ⁊ virtualiter ibi continentur vt in intellectiua. adhuc fm̄ rationem talis est ordo ꝙ intellectiua intelligitur prius perficere vt vegetatiua qꝫ vt sensitiua: ⁊ post intelligit̄ perficere vt sensitiua ⁊ postremo vt intellectiua. Et sic quanto cōmuniora ⁊ tāto sunt prius nota intellectui nostro lꝫ pro statu lapsus sit oppositum: ⁊ non debet intelligi ꝙ actualiter sic sit sed aptum natum esset sic esse ex parte obiectorum: sed pro statu isto repugnat intellectui ordo ille ⁊c.

Sed ad rationes

Tho. Gal. d̄ rio. doc. rōnes nitit̄ soluere.

quas facit Doc. probādo ꝙ species specialissima est primum cognitum loquendo de cognitione confusa actuali. Respondet quidam nouus expositor Sancti Tho. in libro qui intitulatur de ente ⁊ essentia. ¶ Ad primum dicit ꝙ perfectissimus conceptus est conceptus entis in quē possunt humanissimi agentia naturalia. Et cum dicitur a Doctore ꝙ tūc non posset producere conceptum specificum cum ille sit ꝑfectior. Respondet ꝙ nulla virtus pōt in ꝑfectiorē effectū suo effectu ꝑfectissimo simpliciter: quelibꝫ tamen virtus potest in effectum perfectiorem suo ꝑfectissimo effectu in quem potest pro aliquo priori: qꝛ ille non est perfectissimus nisi fm̄ quid. Exemplum. virtus generatiua leonis non potest in perfectiorem effectū in qꝫ sit leo: potest tamen in effectum perfectiorem illo quem producit in principio actionis qui tamen effectus fuit perfectissimus quem pro tunc posset producere. ¶ Ad secundum argumentum respondet ꝙ termini methaphisicales vt sic non ponantur a nobis primo cognosci: sunt. n. termini methaphisicales abstracti abstractione formali: ⁊ fm̄ istum abstractio formalis est qua forma abstrahitur a subiecto vl̄ a materia: ⁊ abstractio totalis est qua totum vniuersale abstrahitur a partibus subiectiuis: fm̄ primam abstractionem qꝫtitas abstrahitur a materia sensibili: ⁊ fm̄ secundam abstractionem animal abstrahitur ab homine ⁊ leone: ⁊ sic dicit ꝙ ens quandoqꝫ habet abstractionem formalem quando. s. cum precisione ceterarum rationum genericarum ⁊ specificaꝝ accipitur: ⁊ quandoqꝫ habet abstractionem totalem quādo. s. vt totum vniuersale potestate includit cetera genera ⁊ species. ¶ Ad tertium respondet ꝙ non oportet in quacunqꝫ formatione conceptus specifici semper singillatim preformare conceptum confusum entis: sed sufficit eum primo omnium fuisse cognitum. in illo. n. omnia virtualiter concipiuntur. ¶ Ulterius dicit ꝙ non opꝫ tantum ipsis inferesse quia non est ordo essentialis inter conceptus confusos: ⁊ ꝙ non sit talis

ordo essentialis (vt scotiste videntur tenere) probat quia quando sunt aliqui conceptus essentialiter ordinati ordine originis impossibile est extremos generari non genitis intermedijs: sed experimur nos concipere hominem ⁊ substantiam: ⁊ tamen intermedia ignoramus non soluz distincte sed etiã confuse ergo· Et dicit q scotiste non possunt soluere hanc rationē. Et si contra illam rationem arguatur·s·si non est ordo essentialis inter conceptus confusos actuales superioris ⁊ inferioris: ergo ita potest primo generari conceptus speciei specialissime sicut entis quod est ꝯ eos. Dicit q licz non sit ordo essentialis inter oēs alios conceptus inter se preter conceptum entis: est tamen ordo essentialis inter conceptum entis ⁊ inter omnē alium conceptum: ⁊ sic opportet prius ens ꝯcipi quo concepto possunt alia concipi. ¶ Deinde dicit ꝯ doc· q ens ⁊ quodlibet simpliciter simplex potest cognosci cognitione confusa actuali: ⁊ antequã ꝓbet premittit q non est de ratione cognitionis distincte actualis q obiectum cognoscatur per resolutionem in partes rationis: sed sufficit q obiectum penetretur ab intellectu sm omne quod actualiter in illo inuenitur: siue hoc fiat per resolutionem obiecti in partes rationis: siue fiat ex claro intuitu obiecti simplicis· Similiter non est de ratione cognitionis confuse actualis q intellectus intelligat obiectum sm aliquid ⁊ sm aliqd ignoret: sed sufficit q intellectus feratur in obiectum ⁊ non penetret eius actualitatez: quo premisso ꝓbat intentum ⁊ ratio sua stat in hoc: q quando intellect⁹ fertur in ens actualiter ⁊ nesciat ipsum separare a substantia ⁊ accidente cognoscit ipsum confuse sed pz p experientiã: quia videmus multos per plures annos exercitatos in studijs adhuc nescire distinguere rõnē propriam entis a substantia ⁊ accidente· Et addit q ex quo conceptus actualis confusus entis est conceptus imperfectissimus omnium ergo est prius via originis: patet quia imperfectiora sunt priora via generationis ex·ix·metha·T·c·xv·¶ Et si dicatur ad hoc q perfectio conceptus est duplex·s·obiectalis ⁊ euidentie: ⁊ ille conceptus est perfectior obiectalis qui habz obiectum perfectius positiue: ille autem est perfectior eminenter qui habet obiectum pauciora includens: vt patet in prohemio methaphisice lectiōe secunda· ¶ Contra hoc arguit probando q cōceptus actualis confusus entis sit conceptus imperfectissimus loquēdo de perfectione euidentie: ⁊ ratio stat in hoc: qr ille conceptus est in euidentissimus sub quo intellectus magis remotus est a cognitione aliorum q̃z sub quocumqz alio conceptu: sed intellectus habens conceptū entis magis distat ab aliorum cognitione q̃z habens quemcumqz alium conceptum: patet quia quãdo sūt aliqui duo conceptus quorum vnus actualiter includit alterum est in proximiori dispositione ad cognoscendum reliquum q̃z econuerso: modo alij concept⁹ includunt conceptum entis ⁊ non econtra· ¶ Et confirmat hoc per dictum Scoti qui dicit q pars rõnis actualiter intellecte est satis proximū intellectui: adeo vt proximius esse non possit· Et dicit q illud de ꝓhemio methaphisice·s· q euidentia actualiter penes obiectum pauciora actu includens non est ad propositum: quia certitudo illa est certitudo obiectalis: sermo autem noster est de euidentia se tenente ex parte intellectus· Ex talibus·n·euidentibus ⁊ certis procedit intellectus ad sibi ineuidentia ⁊ incerta· ¶ Ultio arguit ꝯ Doctorem probando q species specialissima non sit obiectum simpliciter confusissimum: ⁊ dicit q magis vniuersale puta genus est magis confusum quia plura continet sine ordine: species autē continet partes suas ordinate: modo prouerbium est· vbi pluralitas sine ordine ibi confusio· Et si dicatur q genus continet species ordinate quia continet eas medijs differentijs que sunt valde ordinata· Arguit ꝯtra· quia genus non continet species ⁊ differentias i actu sed in potentia: vt dicit Porphy·c·de differentia·ergo continet eas indistincte tenet consequentia·quia actus est qui distinguit·vij·metha·T·c·xlix·Et sic pz quid dicat iste nouus expositor·

Hec rō eēt multi euidēs si valeret·

Prouerbium Oucani·

Jtem Ocham in primo distin·3·q·v·arguit ꝯ multa dicta Doctoris· Et primo ꝯ hoc qđ dicit q ꝯceptus speciei vl' generis non est simpliciter simplex: ⁊ primo sic arguit· Quando aliquid componitur ex pluribus partes sūt ibi modo sibi conuenienti: si totum sit realiter partes sunt realiter: si totum sit ens rationis ⁊ habens actualiter esse compositum ⁊ esse obiectiuum partes proportionaliter erunt: ergo conceptus speciei specialissime non potest esse sine partibus suis: ⁊ ita cum Scotus ponat q conceptus entis est pars: nō potest esse conceptus speciei specialissime sine conceptu entis quod ipse negat· ¶ Secundo arguit· Quãdo aliqua habēt omnes partes simpliciter easdez sunt simpliciter idē: ergo si conceptus speciei est compositus habebit easdem partes quas habet diffinitio: ergo diffinitio ⁊ diffinitum non essent distincti termini quod Scotus negat distin·z·q·z· ¶ Si dicatur q aliter componit conceptum speciei ⁊ conceptuz diffinitionis: quia in conceptu diffinitionis sunt in actu sed in conceptu speciei sunt tantuz potentialiter vel virtualiter· ¶ Cōtra·quia non dicimus formam facere materiam cōpositam eo q sit in materia tantuz in potentia ⁊ non in actu·sic in proposito· ¶ Secundo principaliter arguit contra alium dictum Doctoris·s·q illud dicitur confuse concipi quando concipitur sicut exprimitur p nomen: ⁊ distincte quando concipitur sicut exprimit per diffinitionem: inniuens q diffinibile non potest distincte cognosci sine diffinitione· Contra·omne qđ concipitur sm totum ⁊ sm quamlibet partem distincte concipitur: sed conceptus diffiniti est huiusmodi: patet·tum quia aliqua species non habet diffinitionem proprie dictam·tū quia conceptus alicuius speciei est simpliciter simplex·tum quia cōmunissimum non est semper primum distincte cognitum nec etiaz cōius semper prius distincte cognoscitur· ¶ Tertio principaliter arguit ꝯ hoc quod dicit Doc· q species specialissima cuius singulare ⁊c· primo cognoscitur ⁊c·Sed quia iste rationes procedunt de singulari de quo Doc· ad presens non intendit pertractare: ideo ꝓ nunc omittantur· ¶ Quarto principaliter arguit cōtra rationes quas Doc·facit probando q species specialissima sit primum cognitum ⁊ primo arguit ꝯtra primaz· Quia quando accipit q causa naturalis ⁊c· aut intelligit q causa naturalis producit effectum pfectissimum sm numerum aut sm speciem? Si prio modo? falsum est: quia ignis in calefaciendo non producit perfectissimum calorem quem potest: quia successiue ꝓducit illum· Si secundo modo·aut intelligit de causa totali aut ꝑtiali? Si primo·si est nata producere plures effectus nullus eorum prius producetur nisi forte prioritate tpis: quia vnus potest produci in instanti ⁊ alius tantum successiue ⁊ productus in instanti erit prior: sed non sequitur q sit perfectior pz p pbum·ix·metha·que sunt priora generatiōe sunt imperfectiora

Arguit etiã Gul·Ocb· ꝯtra Doc·

perfectiora quod debz intelligi de alia causa ordinata habẽte plures effectus. Si intelligit de causa partiali: non sequitur q̃ producat effectum perfectissimu3 in quem potest prius origine: p3 quia substantia anime primo causat cognitionem: et postea ista cognitio et substantia anime poterunt producere vnam volitionem que est perfectior cognitione prima producta in naturalibus. ¶ Preterea sm Sco. visibile distãs prius intelligitur sub ratione cõioris q̃3 minus cõi: ergo non semper pducitur primo effectus perfectissimus. Si dicatur q̃ cause iste sunt impedite propter improportionem medij. Contra. quando est aliqua causa pductiua multorum effectuum: ita q̃ quecunq3 sufficiunt ad productionem vnius effectus puta. a. et non alterius puta. b tũc. a. et. b. si simul producãt prius natura pducitur. b. q̃3. a. quia prius natura s3 ph'oz v. metha. et sm eos est illud quod potest esse sine alio et non econuerso. ergo non potest produci conceptus speciei specialissime nisi producatur cõceptus cõior: sed econuerso potest sm eos quando obiectu3 improportionaliter existit: ergo prius natura producitur cõceptus cõior. Si dicatur q̃ cõceptus speciei specialissime potest produci sine conceptu cõiori. Contra. si cõceptus ille sic excedentis non simul causaret: hoc erit propter defectum intellectus agentis aut possibilis aut speciei intelligibilis: non propter defe. tum intellectus agentis vel possibilis: quia semper vniformiter se habẽt: nec speciei intelligibilis. s. vniuersalis: quia quero a quo causaretur illa species illius vniuersalis? et non potest dari nisi intellectus agens et singulare vel species singularis vel natura cõis: que omnia sũt presentia et sufficienter approximata quandocũq3 generatur species rei singularis. Hoc confirmatur. q2 si primo non habetur conceptus entis et postea habetur: tunc erit tempus medium inter productionem cõceptus speciei specialissime et productione3 concept9 entis. Et quero de illo tempore aut facta aliqua mutatione aut nulla? si nulla? non est maior ratio q̃ ageret post illud tempus medium q̃3 in illo tempore medio. si aliqua mutatio? nõ potest dari terminus talis mutationis quia nec species nec actus intelligendi vt patet. ¶ Jte3 arguit contra hoc quod dixit doc. q̃ cõceptus perfectissimus in quem possunt est cõceptus speciei specialissime: ipse probat q̃ conceptus singularis sit perfectior: sed quia Doc. prius p̃misit velle tm̃ loqui de magis et minus vniuersali et non de singulari: ideo hec argumenta Ocham que probant de singulari ad presens omitto: cum non sint contra cõclusionem Doctoris. ¶ Contra secundam rationem doctoris arguit Ocham et probat posito q̃ termini methaphisicales sunt prius noti terminis aliarum scientiarum: ex hoc non sequit̃ q̃ methaphisica ordine doctrine sit prior alijs scientijs: quia scientia methaphisicalis est de complexis que complexa sunt posterius nota ordine doctrine: quia non semper sequitur q̃ si termini sint prius noti q̃ complexa ex illis terminis sint prius nota: patet quia isti termini corpus celeste astra et paritas et imparitas et huiusmodi sunt manifeste noti: et tamen istud complexum astra sunt paria non potest euidẽter cognosci. ¶ Preterea methaphisica non tantum est de compositis: sed etia3 est de substantijs separatis que sunt posterius note sm istos: ergo et si methaphisica non esset vltima ordine doctrine q̃tum ad illam partem que esset de complexis cõpositis ex terminis cõibus: tamen posset esse vltima q̃tum ad illam partem que est de substãtijs separatis.

Jte3 arguit Occam cõtra 2. rationem Doc.

¶ Contra tertiam rationem arguit. Tum quia ea3 cõcluderet magnum tempus si conceptus speciei specialissime primo producitur anteq̃3 deueniatur ad conceptum entis. Tum quia dicerent alij q̃ simul salte3 tpe q̃uis non natura producerentur cõceptus entis comunissimi et conceptus speciei specialissime. ¶ Deinde arguit contra secundum articulum in quo ponit q̃ ens necessario est primum distincte cognitum primitate originis: et dicit q̃ hoc est simpliciter falsum: quia ex quo conceptus entis non est de essentia spẽi specialissime: cum talis conceptus non sit aliquid reale sed tantu3 in intellectu: sed species specialissima est res extra intellectum: ergo talis species potest distincte concipi sine conceptu entis. ¶ Preterea tãn ens p̃dicatur in quid de deo sicut et de creatura: ergo sicut deus potest distincte cognosci sine cognitione entis: ergo similiter et creatura cum non sit maior ratio de vno q̃3 de alio. q̃ aute3 deus sic possit cognosci et hoc loquendo de cognitione intuitiua: patet quia in re est simpliciter simplex et sic in re aut totaliter ignoratur aut totaliter cognoscitur. cognitio autem intuitiua nõ est respectu alicuius conceptus. ¶ Item aliquod sensibile distincte cognoscitur a sensu sine cognitione entis: ergo sic similiter et ab intellectu cu3 sit potentia superior et perfectior. ¶ Ultimo arguit contra tertium articulũ. Sed quia rationes ille procedũt ex malo intellectu cognitionis virtualis et habitualis. et vltra q2 ex illa parua glosa quam ibi feci facillime solui possunt: prolixitatem vitando illa argumenta pretereo. ¶ Multa etiã alij Doctores arguunt contra positionem Sco. in hac materia. sed quia eorum argumẽta vel coincidunt cum argumentis et responsiõibus istorum: vel si quid addant facillime solui potest per easdem responsiones vel expositiones ad argumẽta istorum illa ideo relinquo.

Adhuc instat. Jaẽ 2 2. arti.

3. 3. arti. instat.

Nunc soluenda sunt dicta istarum opinionum.

Soluuntur rõnes et instãtie Tho. Dale. et ei9 remissiones infringuntur.

Et primo ad illum nouum expositore3 Sancti Thoresponde. Quando ergo respondet ad primũ argumentum Sco. de causa naturali et c. Dico q̃ argumẽtu3 Doctoris est de deo. Et qñdo dicit q̃ causa naturalis producit effectum perfectissimum pro illo tẽpore quo producit illum non tantum perfectissimu3 simpliciter: quia pro alio tempore potest producere pfectiore3 vt p3 de virtute actiua respectu leonis. Dico vt supra dixi q̃ doc. loq̃t de causa naturali nullo modo impedita et perfecta q̃tum ad hoc: q̃ nõ prerequirit aliquam dispositionem preuia3 sed q̃ immediate possit attingere terminum principaliter intentu3. cuiusmodi est in proposito de causis naturalibus respectu intellectionis: sic. n. intellectus et obiectum siue species intelligibilis obiecti sunt cause perfecte: q̃ nulla preuia dispositione posita et amoto quocunq3 impedimento statim attingunt perfectissimam intellectionem obiecti quam possunt habere. non. n. cognitio magis vniuersalis est dispositio preuia requisita ad cognitionem minus vniuersalis loquendo de cognitione confusa: et sic p3 q̃ ille cause si in primo instãti quo sunt sic vnite non producũt conceptum perfectissimum: pro nullo alio tempore possunt producere ipsum. Et quod dicit de virtute actiua leonis non est ad propositum. Quia si virtus actiua leonis esset cãta perfecta respectu sui effectus principaliter intenti sicut est obiectum perfecte presens intellectui vel in se vel in specie intelligibili: subito attingeret leone3 sicut etiam obiectum intellectionem: s3 quia virtus actiua

leonis est valde impfecta ideo prius attingit multas
dispositiones preuias que sunt effectus imperfectio-
res. ¶ Ad secundam responsionem quam dat ad secū
dum argumentū Doctoris· Dico ꝙ illa responsio nō
euacuat rationem Doctoris: quia siue loquatur de ab
stractione methaphisicali formali siue totali non vi-
detur respondere ad rationem Doc· Si·n·methaphi
sica est posterior ordine doctrine q̄tum ad cognitio-
nem complexorum: erit etiam posterior q̄tum ad co-
gnitionem incomplexorum qualitercūqȝ illa incom-
pleta abstrahantur vt patet intuenti: ⁊ respōsio facta
ad istam secundam rationem pȝ quomodo paruȝ cō-
cludit ex superius declaratis vide ibi· Et quando di-
cit ꝙ termini methaphisicales vt sic non ponunt pri
mo cognosci supple vt sunt abstracti abstractione for
mali: sed ꝙ significatum huius termini ens concretū
quiditate sensibili est primo cognitum· Ex hoc videt̄
magis stare ratio Doc· qui tantuȝ loquitur de termi
nis methaphisicaliter conceptis qui sunt termini ab
stracti a sensibilibus. quia illi termini posterius co-
gnoscuntur· Cum vero iste exponit ⁊ dicit ꝙ ens non
in se sed vt concretum quiditate sensibili est primo co
gnitum· Tunc quero ab eo: aut tale ens dicit cōceptū
distinctum a quiditate sensibili? aut eundem cōceptū
quem dicit quiditas sensibilis? Si primo· videtur ꝙ
conceptus entis vt sic sit abstractus a quiditate sensi-
bili: ⁊ sic stat argumentum Doctoris· Si secūdo· tūc
querendum est de illa quiditate sensibili· ⁊ manifestū
erit ꝙ species specialissima quiditatis sensibilis cuꝰ
singulare fortius mouet sensum erit primo cognita
cognitione confusa ⁊ primitate originis· Si vero in-
telligat ꝙ ens concretum quiditate sensibili sit tātuȝ
ens sensibile: ita ꝙ ens sensibile est primo cognitum:
sequitur ꝙ illud ens sensibile erit primo cognitū cuꝰ
singulare fortius mouet sensum· ⁊ si singulare alicuꝰ
speciei specialissime fortius mouet sensum· sequit̄ ꝙ
species specialissima erit primo cognita ꝯfuse· ¶ Ad
tertiam responsionem ex dictis supra patet ꝙ nihil
facit ad argumentum doc· ¶ Ad illud quod dicit de
ordine essentiali originis· anteqȝ respondeam premit
to aliqua· Primo ꝙ ordo essentialis origīs inter con
ceptus confusos potest dupliciter intelligi: aut inter
res conceptas confuse· aut inter conceptus confusos
quibus ille res concipiuntur· Exemplum primi· hō
animal sensibile viuens corpus ⁊ substantia· Exem-
plum secundi· cognitio hominis cognitio animalis·
⁊ sic deinceps· Secundo premitto quod dicit Doc·
in·4·distin·j·q·j·ꝙ idem dicitur prius ⁊ posteriꝰ ge
nerari sm aliam ⁊ aliam realitatem: quia Franciscus
prius origine dicitur ens deinde substātia deinde cor
pus· ⁊ sic deinceps· Tunc dico ad rationem istius ꝙ
accipiendo ordinem essentialem originis primo mo
do: extrema non possunt generari intermedijs nō ge-
neratis· ꝙ·n· Franciscus dicatur generari sm substā
tiam ⁊ sm humanitateȝ ⁊ ꝙ simul non sit genitus sȝ
animalitatem corporeitatem ⁊ huiusmodi est impos-
sibile: quia vbi est talis ordo est ipossibile haberi po-
sterius sine priori· Si vero itelligat ꝙ vbi est talis or-
do extrema non possunt concipi intermedijs non cō-
ceptis· Dico ꝙ hoc potest habere duplicem sensum·
Primo sic ꝙ Franciscus intelligatur vel concipiatur
generari sm substantiam ⁊ sm suum esse vltimatū: ⁊
ꝙ non intelligatur generari sm alia intermedia: hoc
forte imponat difficultateȝ· Secundo sic ꝙ extrema
puta substantia ⁊ homo non possunt absolute cōcipi
intermedijs non cōceptis· hic sensus est falsus: quia

Ordo essen tialis origi nis inter cō ceptus cō fusos: du- plr pōt in- telligi·

contingit concipere hominem ⁊ substantiam non cō
cipiendo ipsuȝ esse animal vel viuens· Et patet ꝙ hic
non est ordo essentialis originis sic ꝙ conceptio hōis
confusa essentialiter dependeat a conceptione aialis·
Si vero intelligat̄ ordo essentialis inter conceptus cō
fusos secundo modo sumptos ·s· inter cognitiones
confusas superioris ⁊ inferioris· ¶ Dico ꝙ non inue-
ni a doctore ꝙ inter tales conceptus cōfusos sit ordo
essentialis originis: ⁊ sic stat ꝙ extremi cōceptus pos-
sunt haberi intermedijs non habitis· Bene verū est
ꝙ loquendo de conceptibus distinctis inter illos est
ordo essentialis originis: quia homo nō potest distin
cte concipi non conceptis omnibus superioribus: ⁊
ita non potest homo distincte concipi ⁊ ꝙ ens distin
cte concipiatur nisi omnia intermedia concipiant̄ vt
patet· ¶ Dico etiam posito ꝙ sit ordo essentialis ori
ginis inter conceptus confusos secundo modo di-
ctos hoc debet intelligi q̄tum ad produci: quia vt di
cit Doc· si ponatur vna species intelligibilis eadeȝ re-
spectu speciei specialissime ⁊ omnium superiorū: illa
species vna cum intellectu prius origine causat cogni
tionem confusam puta albedinis: ⁊ posterius origine
causat cognitionem confusam coloris ⁊ sic deinceps:
⁊ sic est ordo essentialis originis inter huiusmodi co-
gnitiones qualis potest esse inter plures effectus ab
eadem causa ordinate productos: ⁊ sic iste cognitiōes
confuse ab eadem causa ordinate producuntur: ⁊ tūc
negatur ꝙ extrema possint haberi siue produci inter
medijs non productis: licȝ intellectus habita cognitiōe
confusa superioris possit precise considerare illō non
considerando inferius: vt patuit a Doc·s·q·j·presen-
tis distin· tamen q̄tum ad produci comparando ad
eandem causam non potest conceptus superioris ꝓ
duci a specie intelligibili alicuius speciei specialissime
non producto prius conceptu cōfuso speciei specialis-
sime: ⁊ sic patet ad rationem istam que prius videba-
tur sibi omnino insolubilis· ¶ Ad aliud argumentū
quo probat ꝙ ens potest confuse concipi ⁊ primo re-
spondeo ad illud quod premittit· nam quando dicit
ꝙ cognoscere aliquid distincte est illud cognoscendo
penetrare sm omnia que sunt in illo· Hoc cōceditur·
nec in hoc differt a positione Doctoris: quia habeo ꝑ
eadem cognoscere hominem penetrando sm oīa ipsi
us hominis ⁊ cognoscere eū sm omnes partes eius·
non.n. possum perfecte penetrare hominem nisi co-
gnoscam omnes partes essentiales hominis ⁊ cogno
scere aliquid sm omnes partes suas est ipsum distin
cte cognoscere· Tunc ad argumentum respondeo· qñ
dicit ꝙ ens confuse cognoscitur ab aliquo intellectu
quando nescit separare ens a substantia ⁊ accidente
⁊c· Dico primo ꝙ Doc· supponit ꝙ ens dicat distin-
ctum conceptum aliuȝ a substantia ⁊ accidente vt·s·
exposuimus·q·j· p̄sentis distin· Et sic intellectus co-
gnoscens ens cognoscat ipsum distincte· Et cū dicit
ꝙ nescit ipsum separare a substātia ⁊ accidente· Hoc
falsum est: quia notum est apud intellectuȝ ꝙ omnis
substantia est ens ⁊ non ecōtra: ⁊ ꝙ omne accidēs est
ens ⁊ non ecōtra. Credo tamen ꝙ ens apud istos pos
sit confuse concipi quia isti ponunt ꝙ ens non dicat
alium conceptum a substantia ⁊ accidente: ⁊ sic patet
argumentum parum concludere· ¶ Ad aliud quo ꝓ
bat ꝙ conceptus entis sit primo cognitus quia imp-
fectissimus· Hoc negatur· ⁊ cum probatur ex·ix·me
tha· ꝙ imperfectiora sunt priora via generationis·
Dico ꝙ hoc propositio habet veritateȝ in formis eius
dem ordinis: vt patet a doc· in quolibe· ⁊ in·4· in ma-

Soluitur Achilles Tho· Gai· ⁊ thomista rum·

teria de eucharistia·⁊ vera est q̄tum ad esse:qr cōiter que prius generantur in respectu ad aliquem effectū principaliter intentum sunt imperfectiora:vt patz in generatione hominis·non.n·est absolute vera ꝙ pri mo genita sint imperfectiora:patet quia prius gene- ratur substantia q̄z accidentia ⁊ tamen substantia est perfectior·Sic dico ꝙ lz conceptus entis sit imperfe- ctissimus:non tamen sequitur ꝙ prius cognoscatur· non·n·valet substantia est prior generatione acciden te ergo a nobis prius cognoscitur:immo ecōtra pri-

Obiectio·

us accidentia cognoscuntur·¶ Si dicatur ꝙ quando perfectum ⁊ imperfectum comparantur ad eandem causam imperfectum prius generatur·Cum ergo co gnitio entis sit imperfectior cognitione hominis·seq tur ꝙ species intelligibilis hominis prius origine cau

Responsio·

sabit cognitionem entis·¶ Dico ꝙ quando imperfe- ctum ⁊ perfectum sic comparantur ad eandez causaz ꝙ imperfectum sit dispositio previa ad perfectuz: im perfectum prius generatur:vt patet in generatiōe ho minis cuius prius generat̄ sanguis deinde caro ⁊c· sed cognitio entis non prerequiritur vt dispositio p̄- uia ad cognitionem hominis vt supra dixi:ergo nec est multum necesse hic distinguere de perfectione ob iectali ⁊ de perfectione euidentie:qua etiaz distinctio ne posita:certum est ꝙ conceptus entis est perfectior perfectione euidentie:⁊ ratio contra hoc parum con- cludit quia hic loquimur de euidentia cōceptus in se: ⁊ certum est ꝙ ex quo ens dicit conceptum simplici- ter simplicem statim sit euidens cuicunqz intellectui concipienti illum:non sic est de alijs conceptibus in- cludentibus ipsum ens:imo vt supra dixi conceptus entis est simpliciter euidentissimus: cum tantum sit cognoscibilis distincte ⁊ sit simpliciter primum in co gnitione aliorum distincta·¶ Ad vltimum de cogni- tione confusa siue de conceptu cōfuso·Dico primo ꝙ conceptus confusus magis vel minus nō attenditur principaliter penes hoc ꝙ est importare partes ordi nate vel inordinate vel magis vel minus ordinate:sz attenditur penes hoc ꝙ talis conceptus includit plu res per se partes:⁊ sic illud erit magis confusum qđ includit partes in actu q̄z illud quod tantum in potē- tia·si·n·inclusio partium est causa ꝙ aliquid dicatur confusum·sequitur ꝙ vbi est maior ⁊ perfectior inclu sio erit magis confusum:⁊ huiusmodi est inclusio ac- tualis partium·Dicimus·n·hominem esse perfectio rem animali:qr plura includit actu q̄z animal:lz aīal plura includat potentia.¶ Si etiam dicatur ꝙ in- clusio partium sine ordine includit maiorem confusio nem:transeat·Et cum dicit ꝙ genus est huiusmodi: negatur·quia includit omnes species ordinate sz dif- ferentias ordinatas ita ꝙ non eqz primo includit oēs vt patet·Et cuz dicit ꝙ nulla esset ibi distinctio:quia

Actus for- malis:enti tatiuus:ob iectalis: ⁊ act⁹ exist ē- tie ⁊c·

actus est qui distinguit ⁊c·Dico ꝙ actus ē multiplex ·s·actus formalis·actus entitatiuus de quibus doc· in·z·distin·xi·q·z·⁊ actus obiectiue siue obiectalis· ⁊ actus qui importat actualem existentiā:omnes isti actus possunt suo modo distinguere ⁊ sic inter spēs potentialiter contentas in genere est saltez distinctio obiectiua siue entitatiua per actum obiectalem siue entitatiuum·Est etiam distinctio formalis quia per differentias:lz non sit distinctio per actum includētē actualez existentiaz:⁊ sic patet ad rationes huius Ro ni expositoris·

Soluitur rationes Ockam·

Nunc respondenduz est ad rō- nes Ockā·

Ad primaz quam facit de causa naturali·dico primo ꝙ etiam causa loquendo de perfectione numerali effe ctus:si est perfecta ⁊ non impedita statim producit ef- fectum perfectissimum quem potest:⁊ si calor succes- siue producat calorem talis successio accidit propter perfectionem in causa·¶ Dico etiam ꝙ non est ad ꝓ positum:quia sit comparatio cause ad duos effectus numero distinctos:modo quando calor producit in ligno caloreȝ successiue est tantum vna productio nu mero:⁊ per cōsequens tantum vnum productum nu mero·si fieret ergo comparatio inter effectum perfe- ctum ⁊ effectum imperfectum qui tantum numero di stinguantur:diceretur ꝙ causa naturalis prius origi- ne produceret effectum perfectum ⁊ posterius origīe effectum imperfectum:lz forte casus non admitteret posita equali dispositione ex parte vtriusqz effectus: quia vel nihil ꝓduceret: vel si aliquid produceret: ef- fectum perfectiorem produceret·In proposito non sit comparatio cause ad duos cōceptus solo numero differentes·Et cuz dicit·aut attenditur ista perfectio specifice ⁊ non numeraliter:ita ꝙ causa eadem com- paretur ad plures effectus specie distinctos vel saltē plus q̄z numero:quia proprie cognitio hominis ⁊ co- gnitio animalis non distinguntur specie quia nec ob

Cognitio hoīs ⁊ co- gnitio aīa- lis nō ꝓrie distingui spē:nisi im proprie·

iecta:nisi accipiendo cognitionem specificam impro- prie sumptam·Sed quicquid sit an huiusmodi cogni tiones specie distinguantur alias pertractabitur·Cū querit·aut est causa partialis respectu illorum aut to talis?si partialis·illa posterius origine potest produ- cere effectum perfectioreȝ:patet de substantia anime que prius producit cognitionem sui:⁊ ipsamet cū co- gnitione partialiter producit volitionem sui que est ꝑ fectior cognitione·¶ Dico ꝙ hoc non est multum ad propositum·tum quia si essentia anime sit partialis causa cognitionis sui non tamen ipsa sub eadez rōne formali est partialis causa volitionis sui:quia non po nitur obiectum aliquod in se esse causam alicuius vo litionis:lz forte cognitio talis obiecti posset esse causa sustinendo ꝙ voluntas non sit totalis causa volitio nis sue:de quo patet in·z·distin·xxv·¶ Dico etiaz ꝙ etsi substantia anime inquātum intellectus sit causa cognitionis:tamen ipsa inquantum intellectus non est causa nec totalis nec partialis volitionis:vt pate re patet a doc·in pluribus locis presertim in·j·di·z· vij·&·in·z·di·xvj·⁊ alibi·¶ Dico tertio ꝙ (vt dixi) causa naturalis perfecte disposita producit effectum perfectissimum quem potest:vbi autem non requirit aliquam dispositionem prius producit illam: ⁊ tunc dico ꝙ lz substantia anime possit comparari sz istū: ad cognitionem ⁊ volitionem vt ad duos effectus spē distinctos:tamen non est equaliter disposita respectu vtriusqz:quia ad volitionem alicuius obiecti semper prerequiritur cognitio eiusdem vt dispositio siue vt cā sine qua non:vt patet a doc·in·z·distin·xxv·In pro- posito autem cause naturales agentes cognitione q̄ non sunt impedite non prerequirunt aliquam dispo- sitionem positiuam vt supra exposui:⁊ sic patet quid dicendum sit de specie intelligibili speciei specialissi- me·si ponatur ꝙ sit partialis causa cognitiōis speciei ⁊ cognitionis superioris: ꝙ ipsa prius origine produ cit cognitionem speciei specialissime vt partialis cau- sa·Et quod dicit de causa totali·hoc idez dico·Et cū dicit ꝙ non est maior ratio de vno q̄z de alio. Hoc in diget probatione·cum vero dicit ꝙ quando compara tur ad duos effectus specie distinctos:ita ꝙ vnuz pri- us origine producit ⁊ aliud posterius origine·Verū est si vnū est producibile in instanti ⁊ aliud successiue

Priora generatōe sūt īpfectiora· quō hec ꝑ pō veritatē habet·

hec omnia indigent probatione· Oporteret .n. pbare ꝙ si vna causa puta sol potest ꝓducere plures effect⁹ specie distinctos successiue: ꝙ prius non posset ꝓducere perfectiorem q̄ȝ imperfectiorem· Et quod dicit de pbo ꝙ priora generatione sunt īperfectiora· Hoc veruȝ est vt comparantur ad agens quod non potest īmediate attingere effectum principaliter intentum: ideo oportet ipsum prius producere dispositiones ꝑuias: ⁊ ideo priora in tali generatione sunt imperfectiora effectu principaliter intento: vt vero comparātur ad agens quod non requirit dispositioneȝ preuiā respectu effectus principaliter intenti: non est verum ꝙ effectus imperfectior sit prior generatione· ¶ Ad aliud de visibili distanti dico (vt ibi dicitur) ꝙ ideo visibile distans prius causat cognitionem coloris· Exempli gratia· posito ꝙ a lōge videatur puta aliqđ indiuiduum coloris tale indiuiduum causat similitudineȝ coloris in potentia sensitiua: ⁊ talis species sensitiua causat phantasma in phantasia qđ representat indiuiduum coloris cum conditionibus materialibus: ⁊ illud phantasma causat partialiter in intellectu possibili speciem intelligibilem coloris representantem colorem in ratione obiecti intelligibilis: ⁊ si talis species partialiter causat conceptuȝ perfectissimū quem potest: ⁊ sic prius origine causat conceptum coloris q̄ȝ conceptum qualitatis· Si vero tale visibile esset debite proportionatuȝ potentie visiue: ita ꝙ causaret speciem sensibilem representantem puta hanc albedinem: tunc primum cognitum esset species albedinis· Et quando arguit contra de illa improportiōe. Et quod dicit ꝙ non potest haberi conceptus speciei specialissime sine conceptu superiori· negatur hoc: q̄ñ sensibile est perfecte proportionatum. Et cum arguit contra querendo que requiruntur ad causandum cōceptum superioris vt entis· Dico breuiter ꝙ per quācunq; speciem intelligibilem alicuius speciei specialissime potest haberi conceptus entis· Et si ponantur distincte species intelligibiles respectu sup̄ioris ⁊ inferioris. Dico ꝙ phantasma cuiuscūq; singularis speciei specialissime potest causare speciem intelligibileȝ speciei specialissime ⁊ omnium superiorum vt supra exposui· ¶ Ad rationem factam contra scḋā rōneȝ Doc· pȝ ꝙ rō doctoris est euidens· Et quando dicit Ocham ꝙ methaphisica est de conceptibus complexis: admittitur· Cum addit ꝙ aliquando cōplexa erūt posterius nota: lȝ termini sint prius noti: vt patet de astris ⁊ paritate ⁊ imparitate· Dico ꝙ aut loquuntur de propositionibus per se notis: aut de propositionibus non per se notis sed de cōclusionibus deductis· si de propositionibus per se notis· Dico ꝙ ordine doctrine sunt posterius note in methaphisica: ⁊ similiter termini earuȝ sunt posterius noti q̄ȝ in alijs sciētijs: ⁊ patet de ista propositione· omne totū est maius sua parte· que est nota methaphisico terminis distincte conceptis: sed prius nota in alia scientia terminis confuse conceptis: ⁊ tunc dico ꝙ si termini distincte concipiantur a methaphisico statim ille habebit propositionem per se notam: si sunt tales termini ex quibus posset componi propositio per se nota: ⁊ sic si ista propositio esset per se nota· astra sunt paria: statiȝ notis terminis distincte esset methaphisico per se nota ⁊ habitis principijs per se notis ex terminis distincte conceptis statim potest habere euidentiam propositionum virtualiter contentarum in illis· Cum ergo ordine doctrine sit prior cognitio confusa terminorū cognitione distincta eorum: patet ꝙ ratio Ochā nihil concludit contra rationem Doc. ¶ Ad illud de substantijs separatis· hoc minus concludit: quia de substantijs separatis tantum habentur conceptus cōes illis ⁊ nobis ⁊ non habetur aliquis conceptus proprius incomplexus vt supra patuit: nec est intentio Auic. ꝙ methaphisica dicatur vltima in ordine doctrine respectu substantie separate: sed simpliciter ⁊ absolute dicitur vltima· ¶ Ad aliud quod facit contra tertiam rationem Doctoris in qua doc· dicebat ꝙ si pri⁹ causaretur conceptus entis ꝙ requireretur magnū tempus ad hñdum conceptuȝ speciei specialissime· Et dicit Ocham ꝙ idem sequeretur ꝙ si prius causaretur conceptus speciei requireretur magnum tempus antea q̄ȝ haberetur cōceptus entis: quia oporteret transire per omnia media· Dico ꝙ non est simile: quia facilius est habita cognitione inferioris ꝙ habeatur cognitio superioris q̄ȝ econtra· nam cognita substātia oportet multas facere diuisiones antea q̄ȝ deueniatur ad cognitionem puta hominis non autem econtra· Similiter cognito aliquo toto in quo plures partes includuntur: facilius est cognoscē omnes illas partes q̄ȝ cognita aliqua parte cognoscere aliquod totum: tunc etiaȝ quia notitia inferioris potest esse causa notitie superioris: quia tale inferius est perfectius ⁊ eētialiter continet superius vt supra dixi in ·q·j· presentis distin· cognitio autem superioris non potest esse causa cognitionis inferioris: cum superius nec eētialiter nec virtualiter contineat entitatem inferioris· Cognito ergo ꝙ sit necesse transire per eadem media a cognitione speciei specialissime ad cognitionem entis ⁊ econtra· tamen maius tempus incomparabiliter requiritur transeundo a conceptu entis ad conceptum speciei specialissime q̄ȝ econtra· ¶ Dico etiam sustinendo ꝙ sit eadem species intelligibilis speciei specialissime ⁊ omnium superiorum: per eandem speciem facilius est transire a cognitione speciei specialissime ad cognitionem entis q̄ȝ econtra vt patet intuēti· ¶ Posito etiā ꝙ sit alia species intelligibilis speciei specialissime ⁊ quodlibet superius habeat specieȝ intelligibilem propriam: adhuc patet ꝙ facilius est habita cognitione speciei specialissime includentis essentialiter omnia superiora transire ad conceptuȝ entis: q̄ȝ habita cognitione entis per speciem intelligibileȝ ipsius ꝙ nullum inferius includat nec virtualiter nec essentialiter: ⁊ sic patet quomodo ratio Ocham non concludit· ¶ Ad vltimum quod facit contra ṗm articulum principalem in quo doc· dicit ꝙ necessario primum cognitum cognitione distincta est ipsum ens· Et Ocham intendit probare ꝙ species specialissima possit distincte concipi sine conceptu entis: sed hoc negaretur a Doctore· Et cū probat illud· potest distincte quiditatiue cognosci non cognito illo quod nō est de quiditate illius· hoc concedit· Et cuȝ addit ꝙ ens nō est de quiditate speciei specialissime· negatur· Cū probatur ꝙ species specialissima nō habet esse extra animam sed ens tantum in anima· hoc habet probare: quia vt infra patebit ipsum ens est de intrinseca rōne cuiuscunq; creati ⁊ dicit conceptum realem: vt infra patebit presenti distin· ⁊ distin. viij· Et quādo dicit ꝙ deus potest distincte cognosci loquendo de cognitione intuitiua que terminatur ad rem existentem inquātum existens vt dicit Sco· ergo similiter ⁊ creatura· Dico primo ꝙ non est simile de deo ⁊ creatura: quia ens non est de intrinseca rōne dei: cuȝ conceptus entis sit simpliciter posterior: est autem de intrinseca ratione creature: ⁊ de hoc vide supra ea que dixi in

De substantijs separatis tm̄ hñr cōcept⁹ cōes: ⁊ nullus ꝓprius incōplexus·

Aliqua de cōceptu entis ad deuȝ ⁊ creaturā cōia·

dicit in distin·2·q·j· exponendo illud argumentum quo probatur q non possunt esse simpliciter duo necesse esse· Dico secundo q posito q conceptus entis sit superior deo et de intrinseca ratione eius: dico q in cognitione abstractiua deus non posset distincte cognosci non cognito conceptu entis: et hoc idem dico de creatura· Et cum dicit de cognitione intuitiua nõ est multum ad propositum: quia in tali cognitione illud dicitur distincte cognosci quãdo cognoscitur sm perfectam existentiam· supponitur autem q conceptus entis abstrahat ab omni existentia: et si ad huiusmodi cognitionem intuitiuam requiritur tunc cognoscitur inquãtum actu existens· ¶ Ad illud quod dicit Ochã contra Doctorem de conceptu simpliciter simplici probando q species specialissima dicat conceptum simpliciter simplicem patet responsio: quia conceptus spẽi accipitur pro re conceptibili que est composita ex pluribus realitatibus conceptibilibus· Et concedo q sicut entitas speciei specialissime habet esse preter operationem intellectus ita et omnes partes illius: et eo modo quo habet esse eodem modo et partes· Et hec omnia clarius habent videri infra distin·viij· ¶ Ad aliud quod dicit contra Doctorem de confuse et distincte concipi etc: probat q species specialissima potest concipi distincte sine diffinitiõe· hoc patet esse falsum: et probationes quas facit sunt manifeste false. vt patet intuenti et sequenti doctrinam subtilissimi doctoris.

Aug· suess· in sua inter·

Quidam nouus expositor Phylosophi arguit contra Sco· de primitate cognitionis· Et primo sic recitat positionem Sco· dicens· Scotus in primo distin·3· ponit q via originis in cognitione confusa semper minus vniuersale prius occurrit intellectui: et hoc quia illius singulare fortius mouet sensum· Modo ex hac eorum oppinione habetur q semper singulare magis vniuersalis forti⁹ mouet sensum: tam in proxima q̃ in remota distantia vt patet· Etiam habetur q via originis magis vniuersale prius nobis occurrit: quia asserũt illud esse confusius· Noui vero quidam eorum dicunt et est opinio Sco· in primo dist·3· q aliquid potest cognosci tripliciter· Aut actu vt quando actu attingit terminando vel mouendo actu intellectum: qua via diceremus eũ qui ipsum hoiem contemplat actuali cognitione cognoscere hoiem· Aut habitu vt si nondum cognitum sit sed de proximo cognosceretur nisi accidat impedimentum· vt qui actu contemplatur animal habitu ipsum ens contemplari dicetur: quia dum contẽplatur aial est in proxima dispositione ad cognoscendum ens nisi aliquid impediat· Aut potestate vel virtute quomodo qui actu aliquod totum intelligeret vt diffinibile: potestate et virtute omnes illius partes intelligit· Ex quorum positione eliciuntur conclusiones tales videlicet·

Prima cõclusio·

¶ Prima cõclusio· Loquendo de cognitione actuali et in via generationis et in cognitione confusa· pri⁹ cognitum siue id quod prius nobis occurrit est species specialissima cuius singulare fortius mouet sensum· et hoc supponendo singularia nõ per se cognosci a nobis· hanc probant primo per Achilem eorũ: quia agẽs naturale approximatum passo etc· ¶ Secũda conclusio·

Secũda cõclusio·

Loquendo de cognitione habituali siue virtuali· primum cognitum est ens et semper magis vniuersale prius q̃ minus vniuersale· probant: quia imperfectiora sunt nata prius perficere intellectum q̃ perfectiora· igitur post actualem cognitionem alicuius intellectus est magis aptus cadere in cognitionẽ illi⁹ quod est imperfectissimum· tale est ens et semper magis vniuersale: igitur cognitione habituali ipsum ens est primum cognitum et ipsum magis vniuersale minus vniuersali·

Tertia conclusio·

¶ Tertia conclusio· loquendo de via originis et in cognitione actuali et distincta· primum cognitum est ens deinde semper magis vniuersale descendẽdo et deducunt· quia distincte cognoscere est resolute cognoscere: sed ipsum ens in nihil prius est resolubile: igitur est primum cognitum·

Quarta cõclusio·

Quantum ad secundum articulū principalem· Hic Doc· ponit hanc conclusionem·q ens est primum obiectū intellectus nr̃i primitate adequationis pper duplicē primitatē ɔcurrentē in ea· vz·cōitatis et virtualitatis· Nam omne per se intelligibile aut includit essentialiter rationem entis vel cōtinetur virtualiter vel essentialr̃ in includēte essentialiter rōnem entis· Et pp̃ter istam positionem aliqua sunt premittenda· Primum q hic Doc. loquitur de obiecto adequato motiuo· Et sensus est·q omne per se intelligibile aut includit ens quiditatiue·vt sunt genera et spēs substantie: et multa in predicamēto qualitatis et forte in predicamēto quātitatis· Dato·n·quocunqz intelligibili per se si per se mouet intellectū ad sui cognitionem·aut est ens quiditatiue: aut virtualiter vel essentialiter includitur in aliquo quod est ens quiditatiue·sicut forte si ponantur vltime differentie specierum predicamenti substantie posse mouere intellectum ad sui cognitionem: vel si ponantur passiones entis sic posse mouere· Si vero detur aliqđ intelligibile quod non possit mouere intellectū ad sui cognitionem: saltem illud tale continetur in aliquo vel virtualiter vel essentialiter quod potest causare cognitionem talis contenti·

Intelligibile per se·

Et multa sunt entia: que non sunt tante virtutis vt possint causare cognitionem sui: nam nulla relatio potest causare cognitionem sui in aliquo intellectu: lz sit ens quiditatiue· Et ratio quia est impossibile q effectus absolutus essentialiter dependeat in esse et conseruari ab aliquo quod est essentialiter relatio· ¶ Et si queratur a quo causatur cognitio relationis· ¶ Dico q a fundamento et termino: vt patet a Doctore·q·prima prologi·et·q·xiiij· quolibe· Et tamen dubium est de quātitate an possit causare cognitionem sui cum non ponatur de numero actiuorum et hoc secundum aliquos· Sed non video aliquam repugnantiā cum sit ens absolutum: et ens quātum includens gradus perfectionales quin possit causare cognitionem sui: et lz quantitas non ponatur de numero actiuorum· hoc debet intelligi quantum ad transmutationem generatiuam alteratiuam: qr nō potest esse principiū alicuius accidētis corporalis· Et hec est mens doc·in·4·d·12·q·3.in rñsione ad argumēta principalia vbi expsse dicit q si quātitas esset pñs intellectui moueret illū ad sui cognitionem: lz pro statu isto nō moueat: qr tñ sensibilia mouent·

Nulla relatio pōt sui causare cognitionē·

Quātitas potest cāre sui cognitōnem cōtra aliquos·

uent· Immo ibi vr̄ declinare ad hoc ꝙ̄ et quantitas
possit cāre spēm sensibilem in sensu:licȝ nō sine sensibi

Opi· frā· May· de q̄ntitate ⁊c·

libus propriis· vt pȝ vbi·ē· ¶ Si tn̄ teneaṫ vt franci
scus videṫ tenere ⁊ multi alij ꝙ̄ nō a ꝑat ad sui cogni
tionē· ¶ Dico tūc ꝙ̄ cū sit ꝑ se itelligibilis ⁊ qditatiue
ens:saltē virtualr̄ ꝯtineṫ in substantia corporea:⁊ sic
talis substātia cāt cognitionē quantitatis· ¶ Sed qd

An mā pri-ma possit sui pducere cognitiōeȝ·

de mā prima q̄ nullo mō poniṫ principiū actiuū! ip
sa·n·est ꝑ se intelligibilis ⁊ qditatiue ꝯtieṫ sub ente·
¶ Dico primo ꝙ̄ ipsa p̄t ꝑ se mouere intellectū ad sui
cognitionē· Et si dicaṫ ꝙ̄ tn̄ cognoscitur ꝑ anologiā
ad formā ꝑ p̄bum· Dico hoc nō esse verū : ⁊ quomō
itelligaṫ p̄bus in ista parte vide doctorē in·z·d·ız·⁊
vide glosam quā ibi feci· Et si ipsa mā prima sustinē
do ꝙ̄ sit entitas realis absoluta realr̄ distincta a forā
nō posset mouere intellectū creatū ad sui cognitionē.
Teneo absolute ꝙ̄ a nullo intellectu creato possit co
gnosci sub rōne ꝓpria:qꝛ mā prima cū sit tn̄ entitas
creabilis i nullo ente creato q̄ntūcūqȝ ꝑfecto virtua
liter contineṫ ſm suā entitatē:qꝛ si sic:tale ens posset
esse cā illius:qd̄ est manifeste falsum · ¶ Si dicaṫ ꝙ̄
licȝ entitas materie virtualr̄ nō contineaṫ in aliquo en
te creato:cognitio tn̄ illius p̄ōt virtualr̄ contineri· Pȝ
hoc esse falsum:⁊ de hoc vide subtilr̄ doctorē in·z·d·
·3·q·x· Et vide ibi glosam quā feci:⁊ p̄cipue vide ipȝ
in quol·q·14·vbi facit hoc argumētū ⁊ soluit illud·
¶ Si dicaṫ ꝙ̄ mā prima saltē essentialr̄ ꝯtineṫ in ali
quo qd̄ includit ens qditatiue:qꝛ in cōposito· ¶ Dico
ꝙ̄ loquor semꝑ de mā separata a cōposito:de q̄ doc·l
·z·d·ız· Si ēt loq̄mur de mā in cōposito:dubiuȝ ē an
entitas cōpositi possit cāre notitiā distinctā materie:
sed qcq̄d sit ad p̄ns sufficiāt hec q̄ dixi de mā prima·

An entia rōnis : siue se itētiōes possint cā-re cognitio nē sui !

¶ Sed qd dicendū est de entib⁹ rōnis:q̄ nō sunt ens
qditatiue nec ꝯtineṫ essentialr̄ in aliquo includente
ens qditatiue! vt pȝ:qꝛ sic cāut ex nā rei:nec ēt virtua
liter:⁊ tn̄ intentiōes sunt vere itelligibiles. ¶ Si dica
tur (vt qdam dicunt) ꝙ̄ sunt tn̄ intelligibiles ꝑ acci
dens· Hoc nō vr̄:qꝛ qd̄ nō ē ꝑ se intelligibile nō est ꝑ
se scibile:se āt intentiōes sunt ꝑ se scibiles cū ꝑ se ꝯsi
derenṫ a logico· ¶ Dico primo ꝙ̄ p̄t sustineri has in
tentiōes esse ꝑ se intelligibiles cū ꝑ se ꝯsiderenṫ a lo
gico· Et cū dicis ꝙ̄ oē ꝑ se intelligibile vel ē ens qdita
tiue:vel virtualr̄ vel essentialr̄ cōtineṫ in aliquo iclu
dente ens qditatiue· Cōcedo· Et dico ꝙ̄ se intētiones
cū sint rlōnes rōnis possent virtualr̄ cōtineri saltē i
fundamēto ⁊ termio:⁊ sic cognitio eaꝝ p̄t partialiter
cāri a fundamēto ⁊ termino · ¶ Et si iteꝝ dicaṫ· Aliq̄
sa intētio fundaṫ in p̄dto rlōnis ⁊ terminaṫ ad aliqd
in eodē p̄dto:vt sa intētio q̄ est spēs fundaṫ i p̄uatta
te ⁊ terminaṫ ad indiuidua p̄uatatis:⁊ tn̄ rlō realis si
nō p̄t cāre cognitionē sui:multo minus nec cognitio
nem alterius · ¶ Dico ꝙ̄ ab eodē fundamento a quo
partialr̄ causatur cognitio p̄uatatis p̄ōt partialiter
causari cognitio se intētionis fundate in eo· ¶ Si di
catur ꝙ̄ ꝑ se intelligibilitas est passio entis· q̄ro aut ē
tn̄ passio entis realis! si sic· ergo intelligibilitas non
p̄ōt per se cōpetere enti rōnis:si tn̄ per se cōpetat en
ti rōnis! ergo entia realia nō sunt per se intelligibilia·
¶ Si dicaṫ ꝙ̄ competit enti qd̄ est cōe enti reali ⁊ en
ti rōnis· Et hoc nō:qꝛ illud ens cōe non dicit aliqueȝ
conceptum cōmunem enti reali ⁊ enti rationis sed tā
tum nomen:⁊ sic est equiuocum:vt patet a doctore in
quol·licȝ aliqui videntur dicere ꝙ̄ dicat cōceptum cō
munem:qui non est nec ens reale nec ens rōnis: sed
oīno indifferēs ⁊ hoc credo nō esse intelligibile : mo
do nullū equiuocū:vt equiuocum habet passionē ali

quam· ¶ Si dicaṫ ꝙ̄ intelligibilitas ꝑ se potest distī
gui in intelligibilitatē que ꝑ se competit enti reali ⁊
intelligibilitatem que per se cōpetit enti rōnis· ¶ Sȝ
hoc nihil est:qꝛ tunc nō posset assignari vnum per se
obiectum primū primitate adequationis : ⁊ sic videṫ
ꝙ̄ se intentiones nō sint ꝑ se intelligibiles· ¶ Respō
deo primo ꝙ̄ ex quo primum obiectum intellect⁹ mo
tiuum eiusdem non potest esse nisi ens reale:ideo po
nitur ens reale adequatum obiectum intellectus no
stri:⁊ per se intelligibile in ratione obiecti motiui tan
tum competit enti reali:⁊ sic omne per se intelligibile
vel est quiditatiue ens reale:vel essentaliter vel virtu
aliter cōtinetur in aliquo includente quiditatiue ens
reale· Et cum queritur an ens rōnis sit per se intelli
gibile ! Dico ꝙ̄ sic· Et cum vltra dr̄· Omne per se in
telligibile ab intellectu ꝯtineṫ sub obiecto adeq̄to in
tellectus· Ens vero rōnis non ꝯtineṫ qꝛ ens reale nō

Contineri sub obiec-to adeq̄to alicui⁹ po-tentie q̄to multiplr̄ possit esse·

predicaṫ de illo· ¶ Dico ꝙ̄ ꝯtineri sub adeq̄to obiecto
alicuius potētie cōtingit dupl'r· Primo qditatiue re
cipiēdo predicationem eius in qd· Scd̄o tn̄ sub pre
dicato vniuoco recipiendo predicationē illius q̄si de
noiatiue. Tertio qꝛ virtualr̄ contineṫ in aliquo:qd̄ ꝯ
tineṫ qditatiue sub adeq̄to obiecto·⁊ hoc triplici mō
ens rōnis contineṫ sub ente reali nō ꝙ̄ recipiat predi
cationem entis realis:sed qꝛ poniṫ in aliquo ente rea
li qd̄ p̄t cāre cognitionē illius· Et cū q̄riṫ de ꝑ se itel
ligibilitate. Dico ꝙ̄ accipiēdo ꝑ se intelligibilitas i po
tiori significato est passio entis realis:sicut ēt q̄n abso
lute loquimur de ente itelligim⁹ de ente reali· Et cōce
do ꝙ̄ huōi intelligibilitas nō ē passio entis rōis · Et
cū vltra dr̄:si nō p̄dicatur de ente rōnis: ergo ens rō
nis nō est ꝑ se itelligibile· Dico ꝙ̄ ex quo ens rōis hȝ
tn̄ esse ſm qd:⁊ absolute sibi repugnat habere eē sim
pl'r:iō ꝑ se itelligibilitas tn̄ cōpetit sibi ſm qd cū itel
ligibilitas cōseq̄tur entitatē cui⁹ est. ¶ Et cū dicis· si
dāṫ due ꝑ se intelligibilitates vna entis realis ⁊ alia
entis rōnis:ergo nō erit vnū obm̄ adeq̄tum sub vna
rōe formali· ¶ Dico primo ꝙ̄ si loq̄mur de obō ade
quato simpl'r est tn̄ vnū·s·ens reale: ⁊ tunc illud qd̄
est ſm qd reduciṫ ad illud qd̄ ē simpl'r ⁊ primo tale·

Ens rōnis q̄ō ꝑ se sit ens itelligi bile ⁊ ſm quid·

¶ Scd̄o dico ꝙ̄ tn̄ ē vnū obm̄ adeq̄tū ſm vnā rōem
formalē:⁊ illud ē ꝯcept⁹ entis realis· Ens āt rōnis licȝ
actu habeat ꝑ se intelligibilitatē ſm qd ⁊ rōneȝ for
malē obiecti ſm qd:qꝛ tn̄ virtualiter ꝯtineṫ in aliquo
ente reali icludente simpl'r ꝯceptū entis in qd:⁊ rōneȝ
formalem eiusdem:iō ponimus ens rōnis contineri
sub adequato obiecto intellectus nr̄i· ¶ Pōt ꝯo prin
cipaliter dici ad vitādā tantā ꝓlixitatē ꝙ̄ oē ens rō
nis cōtinetur sub adeq̄to obiecto intellectus nostri tā
tum reductiue:eo mō quo doc· dicit i predicamētis ꝙ̄
omnis rlō rōnis est tn̄ in predicamento reductiue·
Et tunc si arguatur: vt sic habet tantum esse per acci
dens:⁊ nihil per accidens pertinet ad artem· Dico ꝙ̄
per accidens potest capi aliquo trium modoꝝ quos
ponit Aristo·5·methaphice quos vide ibi· Uel etiam
vt dicit agregatum ex rebus diuersorum generū:⁊ ta
le non ptinet ad scientiam nec etiam aliqd̄ triuȝ mo
dorum: vt patet·6·methaphisice· Q̄uis ergo secūda
intentio sit tn̄ in p̄dto rlōnis:non sequitur quin ha
beat conceptum in se· Sicut anima intellectiua est tā
tum in p̄dto substantie per reductionem· vt inq̄t doc·
in·z·d·1·q·vlti·⁊ tamen dicit vnū conceptuȝ in se: sic
dico de oī sa intentione· Et sic eo modo quo p̄ōt ha
bere conceptū:eo modo est intelligibilis · Et si habet
cōceptum per se ſm quid : est intelligibilis per se ſm
quid· Et sic sufficit ꝙ̄ eo modo considerentur a logico

quo possit habere esse. Et sic concederetur q omnes secunde intentiones sunt per se cognoscibiles a logico: q3 habent reductionem ad obiectum adequatum intellectus: τ hoc sic fiet. Et multa alia essent dicenda de ista materia que causa prolixitatis vitande omitto. Si etiam volumus exponere doctorem de obiecto adequato non in ratione motiui sed in ratione terminatiui erit facilior expositio. Et tunc diceretur q ens reale est adequatum obiectum intellectus: q3 omne per se intelligibile vel includit ens quiditatiue vel essentialiter: vel virtualiter includitur in aliquo includente ens quiditatiue vel saltem habet reductionem: quod dico propter secundas intentiones: τ omnia entia rationis τ omnes negationes τ priuationes habēt reductionem ad aliquod qd per se includit ens quiditatiue. Posset tertio modo exponi de obiecto adequato inquantum huiusmodi: an tantum dicat vnum conceptum cōmunem dictum de omni per se intelligibili: an vltra hoc includat omnia per se intelligibilia: ita vt cum dico. Franciscus cognoscit ens inquantum ens: siue inquantum ens est adequatum obiectum intellectus: an tunc cognoscat tantum conceptum entis in se: an vltra hoc cognoscat ipsum vt inclusum i omni per se intelligibili τ per consequens cognoscat omne per se intelligibile. Hanc difficultatem supra exposui in q. i. prolo. respondendo ad primum argumentum principale.

Ang. Suessanus obiicit doc. exterere de obiō intellectus.

Hic tamen quidam nouus interpres philosophi nititur soluere aliquas rationes Scoti de obiecto adequato intellectus. Et primo declarat propositum suum dicens: q tripliciter dicitur obiectum: aut subiectum operationis agentis. eo modo quo Aristo. appellat cibum obiectum virtutis nutritiue: aut est ratio agendi vel mouendi. quomodo Aristo. vocat sonum obiectum auditus. secundo de anima. Et sic dicuntur .5. obiecta .5. sensuum. Tertio modo obiectum dicunt perypatetici omnem terminum principaliter intentum: qui per aliquam actionem habet esse post non esse aut habere potest esse post non esse: τ sic forma dicitur obiectum agentis. Nam ipsa actionem finit: τ ipsa erat in mente agentis. Et hoc pacto dixa solet: in potentia obiectiua esse omnem rem anteq3 sit. Sic igitur tertio modo obiectum dicitur esse omne contentum in virtute agentis qd per eius actionem potest produci: quo producto cessat omnis actio eius. ¶ Ex his apparet q3 inepte dicunt exteri ipsum ens inquantum ens esse obiectum intellectus. Ipsu3 .n. non potest esse mouens: quia si ratio mouendi esset ens, omne ens esset aptum mouere intellectum: consequens est contra Aristote. nono methaphysice: τ Auerroim ibi comento. 20. Ubi dicitur id mouere intellectum dumtaxat qd est actu quale non est materia que tamen est ens. Amplius ipsum non est subiectum actionis intellectus. Adhuc ipsum non est finis intentus ab intellectu nec eius cognitio est preintenta: quandoquidem illa habita non cessat intellectus vlterius intelligere. Ipsu3 igitur ens nullo pacto potest dici obiectum intellectus: nisi inueniatur aliqua alia ratio obiecti quam nullus perypateticus diceret.

Ad rōnes doc. rñdet.

¶ Respondet ad primam rationem Sco. negando maiorem: q3 siue contineat omnia intelligibilia siue predicetur de omnibus intelligibilibus nō adhuc sumitur ratio obiecti. ¶ Ad secundum negatur maior: q3 non dicitur obiectum eo q contineat omnia. Item minor est falsa: quia ens non est obiectum methaphysice. ¶ Ad tertium negatur maior: quia nō dicitur obiectum ab eo q3 est ratio intelligendi. Item minor est falsa: q3 si ens esset ratio intelligendi omne ens per se esset intelligibile: τ ita singulare τ materia: que non concedunt perypatetici. Hec interpres ille. ¶ Addit etiam dicens. Ulterius apparet q3 inepte dicūt ens esse primum obiectum voluntatis. Nam voluntas nec ab illius cognitione mouetur: sed a cōclusione syllogismi practici per intellectum facta: nec eius actio recipitur in ente: nec est finis intentus a voluntate. ¶ Preterea. Uoluntas τ intellectus apud perypateticos non differunt nisi ratione siue diffinitione tantum. Intellectus enim dicitur vt syllogizans finez esse exequendum. Uoluntas autem est idem intellectus vt assentiens vel dissentiens exequutioni: nec aliter vnq3 differunt. Hec interpres nouus. ¶ Dico ad nouū interpretē pmittēdo aliq. Primo pmitto q vnus potētie o3 vnū p se assignare obtū: vt p3 de potētijs sensitiuis qbus assignanf obiecta adeqta vt p3. scdo de aia. Nō .n. potētia visiua h3 p obtō adeqto tm̄ vnū visibile: nec sic oīa singularia visibilia s3 aliqd cōe sub quo ɔtineaf oē p se visibile. Sic dico q respectu itellect9 oportet assignare aliqd cōe obtm̄ τ adeqtum. Scdo pmitto q ens inquātū ens ē saltē cōe vniuocū oī enti reali per se itelligibili. vt .s. pbatū ē. Tertio pmitto q rō obti aut pt assignari vt obti motiui: vel vt obti terminatiui. Istis pmissis. Dico ɔformiter docto ri q loquādo de obtō terminatiuo nō pōt ɔuenient9 assignari adeqtū obtm̄ q3 ens iquātū ens. Tū q3 itellus et nā itellis h3 nālē iclinatōe3 ad ens iquātū ens τ ad oē ens: vt p3 a Doc. q. i. plo. τ q. 14. quoli. Tum q3 nullū ē ens i qd itellis nō possit terminari p actū itelligēdi. Et h mō pt dici finis itellis: q3 itellis itēdit itellectōe3: vt ipā mediāte attigat obtm̄ siue vt ipā terminari possit ad obtm̄: vt posset deduci ex dictis Scoti i quo li. q. 13. τ 14. τ 15. Et iō falsu3 ē q ens nō sit finis potētie. Dicit .n. Sco. i. 4. d. 49. τ i. 3. q. i. d. pcipue q duplex pt eē finis itellis .s. itrisec9 τ extrisec9. Intrisec9 vt cognitō. Extrisec9 vt obtm̄ ad qd terminaf cognitō. Et sic ens iquātū ens ē finis itellis τ pcipuus ꝯcen tū ē vltim9 finis: vt patuit .s. q. i. plo. Nec .n. dico q ens accipiēdo ip3 tm̄ p illo ɔceptu cōi sit finis itellis τ adeqtū obtm̄ itellis. q3 vt sic ē tm̄ vnū de nūo itelligibiliū. S3 dico. vt .s. exposui q ens inquātū ens vt includif in oī p se itelligibili ē adeqtū obtm̄ itellis i rōne terminatiui. Pōt et dici vt sic terminus adeqt9 actōis itellis: p quāto actio itellis siue itellectio terminaf ad ip3. Est .n. termin9 actōis duplex. Un9 pduct9 mediāte actōe: sicut gēitū ē termin9 adeqt9 gnatōis q3 p ipas accipit eē. Ali9 ē psuppositus vt obtm̄ potētie. Hec distictio p3 a doc. i isto .i. d. 3. q. vlti. rñdēdo ad vltimū argu. h idē i quoli. q. 13. Et sic false ymaginaf q termin9 actōis tm̄ sit pduct9 qd pri9 fuit i potētia obiectiua. Immo actōi vt actio nō correspōdet pductū vt termin9: p3 q3 intellectio nō ē actio: vt p3 p phm .9. me. t. co. 16. Quoz igt nō ē aliqd aliud opus pter actionē i istis ex istit actio: vt visio i vidēte τ speculatō i speculāte h ille. Nisi forte iste nou9 iterpres loqtur de actōe trāseūte. ¶ Si vero loqmur de obtō adeqto i rōe motiui. Dico q nō pt poni nisi ens saltē loquendo de ente limitato: q3 forte de9 nō pt poni a nob nec et ab aliquo itellu creato eē ens p se itelligibile: τ hoc in rōe obti motiui. q3 ipe deus (vt .s. dixi) tm̄ pōitur obtm̄ itellis diuini: nec et aliqd pōt causare cognitionem illius: τ hoc in ratione obiecti. vt supra exposui. Et cum arguit iste q3 tunc quodlibet ens posset p se

Ad Angu. Suessa. rñdetur.

Finis itellis itrisecus τ extrisecus.

Ens quõ sit obiñ in tellis ⁊ quõ non·

mouere intellectũ·Dico q̃ nõ nisi superficialr̃ intelligit dicta Scoti·Non·n·pono cõceptũ entis in cõmuni vt indifferentẽ ad omnia entia esse per se rationẽ formalem mouendi intellectũ vt iste forte ymaginatur·Nec pono q̃ quodlibet ens sit p se ratio mouẽdi intellectum:q2 multa non mouent:vt·s̃·dixi·Sed q2 multa tam sensibilia q̃3 p se intelligibilia possunt p se mouere intellm̃ non solũ ad sui cognitionẽ:sed et̃ ad cognitionem oium̃ virtualiter ⁊ essentialiter inclusorũ3 in eis·Ideo pro obiecto adequato nõ possumus conuenientius ponere q̃3 ens inquantum ens:vt prolixe supra exposui·et sic non sequitur incõueniens qd̃ dicit·Sufficit enim q̃ omne ens vel per se moueat vel saltẽ contineatur virtualiter in aliquo ente vl̃ essentialiter qd̃ sit ratio mouendi intellectum ad cognitionẽ3 talium contentorum·Et qd̃ dicit de materia prima ⁊ de singularibus q̃ non possint mouere itellectũ. falsum dicit:loquendo semp de intellectu ex natura intellectus·De materia prima quid senserit Aristo·vide Sco·in scd̃o·De singularibus quid ph̃s senserit·Uide Sco·in septimo metha·Et qd̃ dicit non eẽ peripatetice dictum·Hec est optima fuga dicere semp non esse peripatetice dictũ ⁊ non adducere auctoritates ph̃i in cõtrarium:nisi forte dicere suũ3 habeatur pro auctoritate·Ex his omnibus patet q̃ responsiones date ad rationes Doc·non soluunt illas ratiões·Immo nec respõdet ad illas prout Doc·adducit illas vt·s̃·patuit in exponendo huiusmodi ratiões Scoti.

¶ Ad illud de voluntate·Miror q̃ tantus interpres velit dicere hoc esse inepte dictum:presertim quando dicitur a tanto Doctore qui a toto studio parisiensi in nullo potuit vnq̃3 reprobari:qui habet̃ vt subtilissimus doctor·quicquid sit:cuilibet datur licentia loquendi·Ad Rem·nihil est ad propositum dicere q̃ itellectio entis non mouet voluntatem:que enim consequentia est ista?cognitio entis nõ mouet voluntatẽ3·ergo ens nõ est obiectum voluntatis?Illi enim qui tenent obiectũ esse causam actus voluntatis negarent istam cõsequentiam:vt patebit in.2·d·25·Item·Si ponatur voluntas vt totalis cã sui actus vt multi volunt:vt patebit in·2·d·25·⁊.37·negarent istam consequentiam:⁊ dicerent non esse de ratione obiecti voluntatis mouere voluntatẽ·Sufficit·n·terminare actũ3 voluntatis·Item falsum est q̃ cognitio entis nõ possit mouere voluntatẽ tenẽdo q̃ cognitio possit eẽ partialis cã actus volũtatis·vt patebit in·2·d·25·Et q̃ etiam cognitio nõ tm̃ conclusionis practice possit mouere patuit supra·q·vlti·plo·Et qd̃ dicit q̃ tantum cõclusio syllogismi practici põt mouere volũtatẽ3·Dico q̃ et̃ supposito q̃ cognitio aliqua possit mouere voluntatem:qd̃ falsum est q̃ tantũ talis cognitio vel cõclusio possit mouere·Et qd̃ dicit q̃ intellectus ⁊ volũtas tm̃ ratione differunt sm̃ ph̃os. Hoc non est verũ nec probat:s3 i·d·16·fi·pbabitur cõtrium·Et pro nũc sufficiant hec cõ illum nouũ ph̃i interpretem:ad quẽ3 erubesco ridere iuxta suorũ librorũ intitulationem·

¶ Ibi·Q2 autem supposui cõitatem entis in quid ad oẽs conceptus quiditatiuos predictos·Hic doc.per duas rõnes p quas prius probauit q̃ conceptus entis sit alius a cõceptu dei ⁊ creature vniuoce dictus: pbat idem de oi alio ente·v3·q̃ ens dicat cõceptum aliũ ⁊ vniuocũ de oi substantia·¶ Prima rõ est·ibi·Primam sic. De quocunq̃3 enim predictorum·¶ Et ratio stat in hoc supponendo vnum q̃ ens predicetur in quid de substantia ⁊ accidente·Probat modo q̃ ille cõceptus entis dictus in qd̃ de substantia ⁊ accidente erit alius a cõceptu substantie ⁊ accidentis·Et accipio pro exemplo substãtiã ⁊ accidens:⁊ differentie cõtrahentes ens ad substantiam ⁊ accidens: puta esse p se ⁊ esse in alio·Et iste differentie dicantur·a·⁊·b·si intellectus est certus q̃ substãtia est ens quiditatiue:⁊ silr̃ q̃ accidens est ens q̃ditatiue dubitãdo de·a·⁊·b·s·an substantia sit ens p se an in alio:⁊ similiter dubitando an accidens sit ens p se an in alio:tunc intellectus habebit cõceptum entis dictum in qd̃ de cõceptibus substantie ⁊ accidentis de quibus est certus q̃ sunt ens q̃ditatiue:aliũ3 a conceptu substantie ⁊ accidentis:p3 q2 si cõceptus entis dictus de substãtia esset tm̃ conceptus substantie·Et similiter si cõceptus entis dictus in qd̃ de conceptu accidentis esset idem conceptus:tunc intellectus de eodem conceptu simpliciter esset certus ⁊ dubi9:p3 q2 certus est q̃ cõceptus substantie est ens ⁊ dubitat an sit ens p se an in alio·Et cum sit simplr̃ idem conceptus·s·cõcept9 entis dictus de substãtia ⁊ cõceptus substantie:⁊ de necessitate conceptus substãtie aut est conceptus p se aut conceptus in alio:tunc idem intellectus erit simpliciter certus ⁊ dubius de eodẽ conceptu:qd̃ est impossibile:⁊ iste est sensus littere·¶ Sed q2 littera videtur importare aliqualem difficultatem declaro ea3 per exemplũ prius positum·Cum dicit·De quocũq̃3·n·predictorum cõceptuum q̃ditatiuo2·s·conceptus substantie ⁊ accidentis q dicuntur conceptus quiditatiui eo q̃ includunt ens q̃ditatiue·Sequitur·Contingit intellectũ certum esse ipsum·s·conceptum q̃ditatiuum siue cõceptus q̃ditatiuos esse ens: dubitãdo de dr̃ijs contrahentibus ens ad talem vel tales cõceptus·s·substãtie ⁊ accidentis vtrum sit tale ens vel non.i·an cõceptus substãtie sit ens p se vel ens in alio:qui sunt modi cõtrahentes ens ad cõceptũ substantie ⁊ accidentis·Sequitur·Et ita cõceptus entis vt cõuenit illi cõceptui:puta substãtie est alius ab illis cõceptib9 inferioribus de q̃bus intellectus est dubius: supple ẽ alius a cõceptu substãtie ⁊ accidentis de q̃bus intellectus ẽ dubi9·s·an cõcept9 substãtie sit ens p se vl̃ ens i alio·Est·n·cert9 q̃ cõcept9 substãtie ẽ ens ⁊ silr̃ de cõceptu accidẽtis:s3 ẽ dubi9 an cõcept9 substantie sit ens p se an ens i alio·Si vero expõat̃ sic·q̃ cõceptus entis erit ali9 a cõceptib9 dr̃a2 sic itelligẽdo:q̃ itellectus sit cert9 q̃ substãtia ẽ ens dubitãdo de dr̃ijs an sit ens p se an ens i alio:ita tñ q̃ sit cert9 q̃ cõcept9 entis p se ẽ ens ⁊ cõcept9 entis i alio sit ens·Si ergo intellus ẽ cert9 de istis duobus conceptib9 dr̃arum q̃ sũt ens dubitando an sint ens p se an i alio: tũc habebit cõceptũ entis aliũ a cõceptib9 dr̃a2·¶ Ibi·Secundã rõnẽ peracto sic·¶ Pro itelligẽtia hui9 rõnis nota q̃ h̃ rõ cõcludit ppositũ de cõitate entis·supposito q̃ nõ possit hẽri cognitio ppria substãtie sub ppria q̃ditate:⁊ vltra q̃ p statu isto nihil cog̃sco d̃ substãtia sibi attribui denoĩatiue:nisi pcog̃scat̃ i eẽ q̃ditatiuo:puta q̃ i se sit ens q̃ditatiue: vt·s̃·exposui i·1·q·pñtis·d·i rñsiõe ad·q·Tũc arguo sic·Cog̃sco ens dictũ i qd̃ de substãtia:g̃ ens ẽ ali9 cõcept9 dict9 in qd̃ a cõceptu substãtie ⁊ ali9 ab illo a quo abstrahit̃: p3 q2 alr̃ nihil d̃ substãtia p statu isto cog̃sci posset:ex quo·n·substãtia nõ pt̃ cãre imediate cognitionẽ sui nec p cõis cõcẽti virtualr̃ vel eẽntialr̃ i ea:vt p3 de albedie q̃ pri9 cãt cognitõẽ3 sui si pt:⁊ deide oiu3 iclusor:vt·s̃. exposui i·q·2.pñtis·d·Si ergo cognosco de substãtia ens dici i qd̃:sine q̃ substãtia ẽ ens q̃ditatiue:cognitõ entis erit cãta ab aliquo sensibili:puta ab albedine q̃ causat cognitionẽ sui ⁊ oium̃ inclusorum essentialr̃·

Habita ergo cognitione entis in se possum illud con
siderare ꝛ ꝯiungere cū alijs abstractis a sensibilibus:
vt cū abstraho absolutū ab absoluto actuȝ ab actu ꝛ
hmōi: ꝛ sic cōiūgēdo facio vnū cōceptū cōplexū: puta
sic dicēdo: aliqd ens ē ens p se: ꝛ aliqd ens est ens in
alio: ꝛ aliqd ē p se actus. ꝛ aliqd ē actus i aliquo ꝛ hu
iusmodi·p primū intelligo substātiā ꝛ p scdm accidēs·
Si ergo concept⁹ entis nō esset ali⁹ ab albedie: tūc co
gnoscere ens dici in qd de substātia nihil aliud eēt ni
si cognoscere albedinē dici in qd de substātia qd nihil
est· Siliter si nō eēt alius a cōceptu substātie i se: tūc
cognoscere ens dici i qd de substātia nihil aliud esset
nisi cognoscere substātiā in se qd est ꝯ psuppositū·s·
ꝙ substātia nō pt imediate cāre cognitionē sui in intel-
lectu nr̄o ꝓ statu isto· Dico ergo ꝙ ex quo substantia
nō pōt imediate cāre cognitionē sui·i·sub ꝓpria rōe
formali: nec ēt pt cāre imediate referēdo ad cognitōeȝ
substātie sub ꝓpria rōne· Si ergo substātia nō pt cā-
re cognitionē sui sub ꝓpria rōne: ergo nō poterit cāre
cognitionē essentialr vel virtualr inclusi pdicabilis il
lius substātie· Nā qn obtm̄ est optime dispositū ꝛ p-
fecte pñs potentie ꝛ agens mere nāle: si nō pt cāre im
mediate cognitionē sui ergo nec mediate·i·nō poterit
cāre cognitionē alterius obiecti inclusi i illo: cū hā cā-
tio psuppōat primā: ꝛ sic pȝ lr̄a doctoris· ¶ Ibi·Hoc
āt qd suppositū est in rōne ista de substantia· ¶ Hic
doc·ꝓbat p singulare argumentū ꝙ nulla substātia
ꝓ statu isto pt imediate imutare intellectū ad sui co-
gnitionē: ꝛ qr hec rō pt intelligi tā de cognitione intui-
tiua qȝ abstractiua ꝛ cȝ·iō expono qd sit imutare im
mediate ad sui cognitionē tam intuitiuā qȝ abstracti
uam· Dicim⁹·n·ꝙ albedo i cognitione abstractiua i-
mediate imutat intellectum sic intelligēdo: ꝙ aliqd al
bum singulare imediate imutat potētiā sensitiuā cān
do in eam spēȝ sensibilē: ꝛ partialr cāndo visionē sui·
Sȝ ab a tali spē sensibili vel a visione illa cātur phan-
tasma i phantasia: ꝛ illud phātasma pfecte repn̄tat al
bum singulare· phātasma vero imediate imutat intel-
lectū cāndo spēm intelligibilē: ꝛ a spē intelligibili im-
mediate imutat̄ recipiēdo cognitionē albedinis· Sic
ergo imutare itellectū imediate in cognitiōe abstracti
ua est cāre spēȝ intelligibilē sui i tali intellectu: p quā
imutat̄ ad cognitionē illius obiecti· Sed imutare itel
lectū in cognitiōe intuitiua ē ipsum obtm̄ exñs ꝛ per
fecte pñs cāre notitiā sui in tali itellectu. Mō ad ꝓpo
situm: cū nulla substātia possit imediate imutare ali-
quē sensum qr solū sensibilia p se imutant: si imutat
intellectū tm̄ imediate imutat: vel cāndo spēm intelli-
gibilē sui ad quā seqtur cognitio abstractiua: vel ime
diate cāndo cognitionē sui intuitiuam: ꝛ in vtraqȝ co
gnitiōe semp reqrit̄ pn̄tia obiecti vel in se vt in cogni
tiōe intuitiua: vel in spē intelligibili vt in cognitiōe ab-
stractiua· Et ex his pȝ rō doctoris ꝙ qcqd pn̄tia sua i
mutat intellectū: eius absentia pt cognosci: ꝛ lr̄a da-
ra est· ¶ Ibi·Per idē concludit̄ ēt ꝓpositū de parti-
bus ēentialibus ipsius substātie. Hic doc·ꝓbat per
eandē rōnem vȝ·scdam ꝙ conceptus entis dictus in
qd de mā ꝛ forma sit alius a ꝯceptu materie ꝛ forme:
qr aliter nec mā nec forā substātialis possent cogno-
sci ꝓ statu isto: nec aliqd de eis supponēdo ꝙ nō pos
sint imutare intellectū nr̄um: ꝛ eodē mō formetur rō
sic supra formata ē· ¶ Ibi·Iste rōes ꝛc· ¶ Hic doc·
ridet ad tertiā obiectionē: qr aliqs posset dicere ꝙ p
has rōnes posset ꝯcludi ꝙ cōceptus entis sit alius a
differentijs vltimis ꝛ passionibus entis ꝛ dictus in
qd de eis· Patet quātū ad primū: qr aliqs intellect⁹
potest esse certus ꝙ vltima differentia albedinis sit
ens dubitādo an sit tale vl' tale ens: ergo ꝛ siliter quo
ad scdam rōnem: ex quo vltima dr̄ia puta hoīs nō pōt
imediate imutare intellectū ad sui cognitionē: ergo si
pōt cognosci cōceptus entis de ea: nisi sit alius a con-
ceptu sensibilis p qd cognoscit̄ cōceptus entis: ꝛ sili-
ter alius a cōceptu vltime dr̄ie hoīs ergo· Dicit doc·
ꝙ lȝ p has rōnes possit cōcludi alietas conceptus en
tis a cōceptib⁹ dr̄iarū vltiaꝝ ꝛ passionū: nō tn̄ ꝯcludit̄
ꝙ talis cōceptus dicat̄ in qd de illis: qr nō est certus
ꝙ vltime dr̄ie vel passiones entis sint ens qditatiue·
Per has tn̄ rōnes ꝯcluditur alietas conceptus entis
dicti in qd de cōceptibus substātie ꝛ accidentis ꝛ par
tium substātie: qr certus est ꝙ oia ista sunt ens qdita-
tiue: ꝛ iō p illas rōnes nō intēdit ꝓbare ꝙ ens dicat
cōceptū in qd de illis cū illud supponat tanqȝ notū: sȝ
intēdit ꝓbare ꝙ ille cōceptus dictus in qd de substā-
tia ꝛ accidente de mā ꝛ forma sit alius a cōceptu isto-
rum· ¶ Et ex hoc apparet iprobatio responsionis quā
facit quidam in primo sue methaphisice approbans
responsionem Iohānis dicens ꝙ non concludit pri-
ma rō doctoris alietatem cōceptus: sed tm̄ alietatem
entis qd nihil est· ¶ Ibi·Vel aliter ꝛ melius. Pro-
bat per hanc rōnem ꝙ vltime dr̄ie ꝛ passiones entis
nō sunt ens quiditatiue: qr sunt cōceptus simpliciter
simplices· Si ergo vltima dr̄ia includeret ens qditati
ue: tunc nō esset conceptus simpliciter simplex· Naȝ
cōcept⁹ simpliciter simplex aut simplr scitur aut sim-
plr ignorat̄: vt dicit hic doc· ¶ Sed ꝓ intelligentia
huius nota ꝙ cōceptus simpliciter simplex aliquan-
do accipit̄ quiditatiue: ꝛ est ille q non hȝ alios conce-
ptus qditatiuos ex qbus qditatiue cōponatur: sed est
tm̄ vnus in se qditatiue: ꝛ talis vel totalr scitur quidi
tatiue vel totalr ignoratur qditatiue· Et cōceptus nō
simpliciter simplex quiditatiue est ille q componitur
ex pluribus conceptibus quiditatiuis: vt hō ex aiali
corpore substantia ente: ꝛ talis scdm vnum conceptum
pōt ignorari ꝛ scdm alium sciri: ꝛ hoc mō accipitur hic·
¶ Et quando dicit doc·in isto·1·d·2·q·2·ꝙ ens infi-
nituȝ: vel ens necesse esse: vel ens vnum nō dicunt cō
ceptū simplr simplicē qr ens infinitū includit entitatē
ꝛ ifinitatē: ꝛ tamen vnum nō est de essentia alterius·
¶ Respondeo scdm glosam quam ibi feci· Ista littera
exponitur· Cum dicit ꝙ non est circa eos deceptio si-
cut est circa quiditatem complexorum: puta non con-
tingit intellectum decipi circa conceptum simpliciter
simplicem qr vel totaliter scitur vel totaliter ignorat̄:
sed circa quiditatem complexā contingit errare· Pos
set enim quis scire ꝙ homo est substantia dubitando
an sit animal propter distinctionē cōceptuum inclu-
sorum in homine· Sequitur· Qd non est intelligen-
dum quasi intellectus simplex formaliter decipiatur
circa intellectionem quiditatis: qr in intellectione sim
plici non est verum vel falsum· ¶ Nota ꝓ intelligen-
tia huius littere ꝙ veritas vel falsitas formaliter con-
sistit in actuali diuisione vel compositiōe intellectus·
vt quando actualiter format propositiones: sed veri-
tas vel falsitas virtualiter est quando obiectum inclu
dit verum virtualiter· vt homo qui includit animal ꝛ
superiora·i·habet in se terminos ex quibus itellect⁹
potest formare propōnem veram vel falsam· Et nota
ꝙ quiditas simpliciter simplex nō dicitur nec virtua-
liter vera nec virtualiter falsa sic intelligendo: ꝙ non
dicitur virtualiter vera quiditatiue: qr nō includit ali-
quid qd possit dici in qd de ea: nec similiter virtuali-
ter falsa quiditatiue: qr nō includit aliquid dictum in
quid

Immutare intellectuȝ qd sit: tam i cognitione intuitiua qȝ abstractiua·

Aug· Sue· in prio sue metha·

Veritas vl' falsitas formalr ꝛ virtualiter·

quid qd possit ab ea negari. Secus est de quiditate
nõ simplr simplici: qz potest esse virtualiter vera qui-
ditatiue: cum includat aliquid dictum in quid ex quo
intellectus potest formare propositiones quiditatiue
veram. Hoc idem dico de propositione virtualiter fal
sa. ¶ Ibi. Tertio etiam nõ potest responderi ad pri-
mam rationem. ¶ Sensus huius littere est: q si ille cõ
ceptus de quo est certitudo .s. conceptus entis sit ali-
us ab illis de quibus est dubitatio: et si ille certus sal-
uetur in alterutro illorum dubiorum vere erit vni-
uocus: sed non oportet q insit vtriqz illorum in quid
sed vt sit vniuocus cum eis: vel vt determinabilis ad
determinãs vel vt denominabilis ad denominãs: et
sic patet. ¶ Ibi. Ex his apparet quomodo i ente cõ-
currat duplex primitas. Scilicz primitas cõitatis i qd
ad oẽs cõceptus nõ simplr simplices: et primitas vir-
tualitatis in se vel in suis inferioribus ad oẽs conce-
ptus in se simpliciter simplices. Et q ista duplex pri-
mitas concurrens sufficiat ad hoc q ipsum sit primuz
obiectum intellectus: licet neutram habeat precise ad
omnia per se itelligibilia: per exemplum declarat: qd
clarum est in littera.

Jo. Angli. Bacho. in 4. suo. d. 3. q. 1.

Contra hanc conclusionem de ista dupli
ci primitate in obiecto argu
it quidam et primo sic. Ens in sua maxima cõitate est
adequatum obiectuz intellectus: et vt sic prescindit ab
ista duplici primitate .s. eẽntiali et virtuali: pbat añs:
qz primo phisicorum .t.c. 5. pbat philosophus q cõ-
fusum est prius notum .i. primum obiectum p hoc
q puer primo vocat oẽm hominem patrem et post di
stinguit patrem inter alios: ergo ens sub cõfusima rõ-
ne erit primum obiectum. ¶ Preterea. Ens vt con-
cernẽs vnitatẽ seu cõitatem essentialẽ et vt cõcernens
virtualẽ natum est cãre conceptũ p accidens vnũ: qz
cõceptus passionis cũ cõceptu qditatiuo est vnus p ac
cidens: sed oẽ p accñs psupponit aliqd primuz per se:
ergo ens vt pscidit ab illa duplici primitate erit pri-
mum obiectum intellectus.

2. Argu.

Itez alius arguit cõ eandem cõclõnem in 1.
d. 3. q. 8. Et arguit sic primo.

1. Argu. Ocham.

Ens nõ hz aliquã primitatẽ respectu oium intelligi-
bilium: pz qz ens rõis et 2e intentiones sunt p se intelli-
gibiles: et tñ ens neutrã primitatẽ hz respectu talium.
De primitate cõitatis pz: qz nihil est cõe vniuocũ enti
reali et enti rõnis. De primitate virtualitatis pz: qz il-
la primitas nõ est nisi respectu entiũ realiũ. ¶ Scdo

2. argu.

arguit sic. Ens rõnis põt cognosci nullo ente reali co-
gnito: ergo p se continetur suo primo obiecto intellus et
nõ sufficit q cõtineatur in illo virtualr: sed nõ continetur
p se sub ente vniuoco: ergo ens vniuocũ nõ est obtm̃
adequatũ intellectus. ¶ Tertio arguit q ista duplex

3. argu.

primitas nõ sufficiat: qz sic de9 esset primũ obtm̃ intel
lectus nñi. pz qz pdicatur p se de oi intelligibili p se ab i
tellectu: vel icludit illud virtualr vel eẽntialiter: nec vz
dicere q nõ includit sic virtualr qz creatura pt virtu-
te ppria mouere intelluz. Cõtra hoc arguit sic. Qua
rõne genus pt virtute ppria mouere intellm eadem
rõne dña vltima pt mouere intellectũ virtute ppria:
ergo illa cõtinẽtia virtualis q̃ aliqd includens eẽntia-
liter rõnem entis icludit essentialr vel virtualr dñam
vel passionẽ: non facit ad hoc q ens sit primum obtm̃
adequatũ intellus: g ad hoc q aliqd sit primũ obtm̃
oz q p se pdicetur de quolibet p se itelligibili. ¶ Quar-

4. argu.

to arguit sic. Si ptes eẽntiales eẽnt p se sensibiles vir
tute ppria cõstituẽtiqz cõtinerent eẽntialr in toto illo
totũ nõ diceretur obtm̃ adeqtũ: qr̃uis eẽt p se pdicabile
de aliis p se intelligibilib9: ergo qr̃uis ens pdicetur p se
de aliqbus intelligibilib9 et includat aliq̃ alia eẽntialr
vel virtualr nõ dicetur pp hoc primũ obtm̃ adequatũ.
Et sic exẽplum doctoris de colore nõ est ad ppositũ.
Dicit ergo ille q nihil ẽ obtm̃ adequatũ intellectus:
qz tale est per se cõe ad oia per se apprehensibilia ab
intellectu: sed nihil est tale respectu omnium intel-
ligibilium: vt patet de secundis intentionibus et hu-
iusmodi. ¶ Respondetur primo ad obiectiones Jo- Ad rõnes
han. Angli. et deinde ad obiectiones Ocham: licet so- Jo. Angli.
lutio earum patere possit ex superius declaratis. Baccho.
¶ Ad primam Johannis. Cum dicit q ens vt omni-
no indifferens est obiectum &c. Dico q quando doc.
assignat ens sub ista duplici primitate &c. non intel-
ligat q ens sic sit primum obiectum adequatum intel
lectus ita q illud solum attingat: sed queritur aliqd
vnum qd se aliqualiter habeat ad omnia attingibilia
ab illa potentia: ita q omnia simul collecta proprie et
formaliter sunt adequatum obiectum in potentia: sz
denominatio eorũ est ab aliquo vno qd se habet ali
qualiter ad omnia ista: et sic ens est adequatum obie-
ctum intellectus non q ipsum solum intelligatur ab
intellectu: sed qz aliqualiter se habet ad omnia intelli
gibilia. vt. s. diffuse exposui. Et q doc. sic intelligat:
patet expresse in .q. prima prolo. Ubi dicit sic. Licet
enim ens vt est qddam intelligibile vno actu. sicut bo
mo intelligibilis vna intellectione sit naturaliter in-
telligibile: illa eniz vnica intellectio entis vt vnius ob
iecti est naturalis: non tamen ens vt primuz obiectũ
idest adequatum potest poni naturaliter attingibile:
nisi qdlibet sub eo contentum sit naturaliter attingi-
bile: qz est primum obiectum vt includitur in omnib9
p se obiectis. hec Scotus. Cũ dicit ergo Johã. Angl.
q ens sic abstractũ est adeqtũ obtm̃ &c. Si intelligat
q illud sit cõis respectu ois itelligibilis trãseat. Si
vero itelligat q inquãtũ huiõi sit adeqtũ vt indrñs et
vt pscindẽs ab oi inferiori. Hoc ẽ manifeste falsũ. Et il
lud qd adducit de pho q cõfusum ẽ prius notũ. Nõ ẽ
ad ppositũ qz phus ibi loqtur de pri9 noto primita-
te originis nõ aũt de primitate adeqtiõis: vt pz p̃m cõi
ter expositores. ¶ Ad aliud de cõceptu p accñs. Dico
q si itelligit q obtm̃ adeqtũ alicui9 potentie sit aliqs
cõcept9 p se cognoscibilis et nõ vt icludit i oibus p se i
telligibilibus: tũc ẽ oppositio i obiecto ponitur aliqd eẽ
adeqtũ obtm̃ potẽtie: et vt sic nõ icludi i oi p se perce-
ptibili a tali potẽtia: vt pz a doc. 1. q. 1. plo. imo obtm̃
adeqtũ vt sic pcipi: est pcipe oia p se cõtẽta sub tali ob
iecto. ¶ Dico vltra q nõ intelligit mentẽ doctoris: qz
doc. non ponit ens esse adequatum obiectum intelle
ctus sic vt percipiatur cum illa duplici primitate: sed
sic dicit q qz in ente concurrit ista duplex primi-
tas scilicet cõmunitatis: cum sit cõmunissimum vni-
uocum: et virtualitatis vel in se vel in suis inferiorib9.
si aliquid cõmune debet poni obiectum adequatum
intellectus respectu omnium perceptibilium ab intel
lectu maxime erit ens: et sic doc. debet exponi. ¶ Nũc Ad rõnes
ad rationes Ocham. Ad primam de ente rationis: se Gul. ocb.
cundis intentionibus et huiusmodi: patet respõsio ex
his que supradixi: quomodo scd' intentiões sint
per se intelligibiles. ¶ Ad aliud cum dicit q tunc de-
us esset adequatum obiectum qz virtualiter continet
&c. patet responsio ex his que supradixi. Et posito ẽ
q deus contineat virtualiter &c. Tamen ex quo que-
rimus aliqd obiectum cõmune ad omnia per se intel
ligibilia: propter istam cõmunitatem in ente et virtua
litatem vel in se vel in suis inferioribus ponimus es-

se obiectum adequatum· ¶ Ad illud de partibus es/
sentialibus: patet ex supradictis non esse contra Do/
ctorem: si intelligatur ens esse adequatum obiectum
modo preexposito· ¶ Multi alij adducunt rationes
contra doctorem: sed q͛ coincidunt cum prioribus ⁊
facillime solui possunt ex supradictis illas omitto:
⁊ presertim quorundā minus doctorem intelligētiū·

Ad aliquas ratiões Sco· de vni/
uocatione en/
tis respondet insuper· Nouus interpres philosophi· (Aug· Sue·)
¶ Ad illam de conceptu certo ⁊ duobus dubijs ad/
ducit responsionem Jo· quam ipse approbat q̄ ex
natura rei non posset idem cōceptus esse certus ⁊ du
bius· Et dicit q̄ quicunq̧ concipit aliquam rationē
entis necessario illum concipit aut sub conceptu dei
vel rei producte: substantie vel accidentis· Et dicit q̄
dubitatio non accidit philosophis de lumine ex par/
te rei vel conceptus sed ex ignorantia quid nominis:
propterea q͛ ignorabant quid importetur nomie sub
stantie aut accidentis· Et ad formam· Negatur mi/
nor ⁊ conceditur maior· Et ad probationem minoris
patet solutio: q̄ disputantes de lumine non ex parte
rei dubitant de ipso si est substantia vel accidens: sed
propter ignorantiam quid nominis: ⁊ sic patet ratio/
nem hanc non esse Achilē sȝ Thersitam. ¶ Ad aliud
dicit concedendo q̄ substantia ⁊ accidens in ente con
ueniunt: non quidem in cōceptu entis ex parte rei cō/
muni: sed in illo disiūcto qđ representatur per conce/
ptionem entis· Differunt autē proprijs ⁊ distinctis
conceptibus· ¶ Ad aliud dicit q̄ conceptus entis qui
distincte significatur per ens nihil aliud est q̄ȝ conce
ptus substantie vel accidentis: qui vt disiunctiue acci
pitur est alius ab illis distincte sumptis: ⁊ sic non te/
net ratio. Et q͛ omnes responsiones istius· Noui in/
terpretis incidunt quodāmodo in idem: ⁊ q͛ magis
sunt aliorum responsiones: omittantur alie·

(Rn̄siones Aug. Sue· ī multis clau dicant·) ¶ Respondeo q̄ȝuis satis responsuȝ sit·ꝫ·tamen ali/
qua alia hic dico· Premittendo primo q̄ disputātes
⁊ adinuicem ꝯdicentes non disputāt nec ꝯdicunt de
nominibus solum· Exemplū· fidelis ⁊ infidelis dis/
putant de ista ꝓpositione· an deus sit trinus ⁊ vnus
non cōtendunt de istis nominibus sed de cōceptib⁹:
vt·ꝫ·patuit·q·1·ꝓlo· Scđo premitto q̄ omnis q̄stio
presuppōit aliquod certū ⁊ querit dubiū: ⁊ illud cer/
tum presuppositū non est tm̄ nomen: vt pȝ: vt cū que/
ritur· an homo sit risibilis: presupponit hominem
esse ens· Item cum querit̄ an lignum sit substantia
vel accn̄s· presupponitur q̄ sit ens tanq̄ȝ certum: ⁊
similiter presupponitur q̄ taȝ substantia q̄ȝ accn̄s sit
ens· Si ergo habeo certitudinē q̄ lignum sit ens du/
bitando q̄ sit substantia vel accn̄s: si conceptus entis
non sit alius a conceptu substantie et accn̄tis: tunc in
tellectus meus erit vere certus ⁊ dubius de eodē con
ceptu· Non·n·disputabant phi de nominibus sȝ de
conceptibus: q͛ vnus dicebat lumen esse substantiaȝ
⁊ alius esse accn̄s: ergo presupponebant tanq̄ȝ certū
conceptum entis dici de substantia ⁊ accn̄te: ⁊ p cō/
sequens si conceptus entis tm̄ esset cōceptus substā/
tie vel accn̄tis· ⁊ nō esset alius ab illis cōceptib⁹ intel
lectus fuisset certus de vno cōceptu ⁊ dubius de duo
bus· Et sic pȝ q̄ñ ista responsio nullo mō soluit vere
Achilem ꝯ quem tot ⁊ tanti insudarant nec vnq̄ȝ sol
uere potuerunt· ¶ Ad aliud qñ dicit de conceptu di/
siuncto. Hec nō est responsio sua sed Johānis Ro/
dington li·1·d·ij·q·6· Contra hanc responsionem argu/
it Sco·in isto·1·d·8·q·ij·et arguit sic· Ista certitudo

precedit omnem aprehensionē quorumcunq̧ disiū
tum ipsum ens· ergo precedit certitudinem de toto
disiuncto· añs probatur: q͛ nō oportet in prima apre
hensione qua scitur hoc esse aliquid vel ens aprehen
dere a se vel ab alio: per se vel in alio: ⁊ sic de alijs di/
siunctis: ⁊ sic patet quomodo responsiones huius mi
nime valent· ¶ Ad aliud pȝ ex his que dixi supra ⁊c·

Contra istam vniuocationē entis· Hic
doc· arguit ꝯ conclusionē
quam posuit de vniuocatione entis vt clarius innote
scat· Et primo per phum tertio methaphisice· Hec
littera clara est· Et qđ dicit phus si ens est genus dif
ferentia non esset ens (ꝓp hoc dicit q͛ genus nō pre
dicatur in qđ de dr̄ia· vt patet in·7·methaphisice· et
multas rōes adducit doc·i methaphisica sua) sed si
differentia specifica est ens quiditatiue: ens nō est ge
nus· et si predicatur đ pluribus vniuoce: videtur esse
genus· ¶ Respondetur ibi· Ad primum argumentū·
¶ Hic doc· dat prio vnam responsionē generaleȝ· vȝ·
q̄ rōnes facte in tertio methaphisice non sunt deter/
minate sȝ intentioneȝ phi· Ibi.n·mouet (si bene me/
mini)·23·vel·24·questiōes arguendo ad oppositas
partes vt ibi patet: quas q̄ōnes postea soluit in alijs
libr͛ sequētibus· Et qđ dicit q̄ duo opposita nō pos/
sunt concludi nisi alterum argumentum sit sophisti/
cum· Hoc patet· Nam si argumento ostensiuo osten
do vnum oppositum de aliquo subiecto: aliud opposi
tum ostendi non potest nisi tantuȝ sophistice: q͛ si ar
gumento ostensiuo vel demonstratiuo: tunc duo op/
posita possent concludi de eodem: qđ est impossibile·
Cum ergo phus in tertio methaphisice semper argu/
at ⁊ pro ⁊ contra: sequitur q̄ vnum est sophisticum
⁊ non determinat quid sit illud: nihil ergo ibi dictum
debetur pro auctoritate sui· ¶ Unde Comenta·eius
dicit in primo argumento ad primam·q·ibi disputa/
tam: est fallatia ꝯñtis· Si contraria pertinent ad ean
dem scientiam: ergo non cōtraria non pertinent ad eā
dem scientiam: non·n·sequitur sicut etiaȝ hic· Si ho
mo currit: ergo non homo non currit: nam asinus pt̄
currere· Sequitur· Quis etiam istud argumentum
specialiter non oportet tenere q̄ concludat· Hoc di/
ctum debet referri ad argumentum primum phi ter/
tio methaphisice· vȝ· q̄ argumentum quo probat q̄
ens non est genus nō oportet specialiter tenere q̄ cō/
cludat: infert·n·ibidem· Quare si vnum est gen⁹ aut
ens: supple est genus nulla differētia neq̧ vnū neq̧
ens erit.i· si ponatur q̄ ens sit genus nulla differētia
erit ens· Et similiter si ponatur q̄ vnum sit gen⁹ nul/
la differentia erit vnum· Sequitur· Quero aut inten
dit inferre q̄ non per se primo modo erit differentia
ens ⁊ vnum: ⁊ sic conclusio non est inconueniens de
de vno·s·q̄ differentia non sit vnuȝ per se primo mo
do: est tamen inconueniens de ente scilicet q̄ differē/
tia non sit ens per se primo modo· Nam differentia
est ens per se primo modo ſm ipsum Aristo· aut intē
dit inferre negatiue absolute· scilicet si ens vel vnum
essent genus: differētia nullo modo esset ens vel vnū
vel per se primo modo vel denominatiue vel quocun
q̧ alio modo· Hoc autē est falsuȝ: vt patet de anima
li respectu rationalis: licet·n·rationale non sit aīal p
se primo mō: non tamen negatur quin sit aliquo mo/
do animal· ¶ Ibi· Tamen tenendo q̄ argumentū va
leat concludit oppositū magis q̄ȝ propositū· ¶ Doc·
hic dat aliam responsionem· Et in ista littera multa
bona dicit que declarantur de sententia in sententiā·
Dicit enim primo q̄ ens non ponitur genus tenēdo

ꝙ sit vniuocum decem generibus propter nimiã cõmunitatẽ· Nam alique differentie specifice sunt ens quiditatiue: ⁊ si ens esset genus tunc huiusmodi differẽtie nõ essent ens vt dixi·ſ· Secũdo dicit ꝙ si ens esset tñ equiuocũ ad decem genera esset tantum decẽ genera: q2 idem conceptus quocunq3 nomine significetur habet eandem rationem generis· Exemplũ· Cõceptus substantie que est genus generalissimum: remanens idem conceptus quocunq3 nomine significetur siue nomine substãtie siue nomine entis: semp importatur idem conceptus ⁊ per consequens eadẽ ratio generis· ¶ Ibi· Ad videndũ autem quo modo sit verum· Supple ꝙ alique differentie specifice sunt ens quiditatiue· cum tamen predictum sit ꝙ ens nõ predicatur p se prio mõ de differẽtijs vltimis· Et sententia littere stat in hoc· ꝙ eodem modo differentia ẽ ens quo ⁊ natura a quo sumitur est ens· Exemplũ· Si ponantur in homine plures forme substantiales vt doc· expresse ponit in quarto in materia de eucharistia: tunc ab vna forma priori accipitur ratio generis siue conceptus animalis ⁊ ab anima intellectiua accipitur conceptus differentie: ⁊ si anima intellectiua est ens quiditatiue etiã conceptus differẽtie sumptus ab ea erit ens quiditatiue: sed talis concept⁹ nõ est vltima differentia patet: q2 nec anima intellectiua patet· in anima enim intellectiua q̃uis ipsa sit vnica ⁊ simplex forma sunt tamen plures realitates ĩ quas resoluitur: ⁊ sic non erit cõceptus simpliciter simplex· Nam si est ens quiditatiue ⁊ similiter alia anima puta sensitiua sit ens quiditatiue: certũ est ꝙ in ipsa anima intellectiua est aliqua realitas prior a qua accipitur conceptus entis: ⁊ q2 vna anima essentialiter dif̃t ab alia: ⁊ certum est ꝙ non per conceptũ entis q2 eodem non possunt conuenire quiditatiue ⁊ differre· ergo differt per aliam realitatẽ: ⁊ illa realitas qua aĩa differt ab alia aĩa est simpliciter vltima realitas anime faciens ipsam differre a quocũq3 alio qđ non est ipsa: ⁊ sic illa realitas qua anima intellectiua vltimate differt ab anima sensitiua erit prio diuersa ab vltima realitate anime sensitiue: ⁊ per cõsequens ille realitates non sunt ens quiditatiue: q2 tũc esset processus in ĩfinitum in realitatibus: vt·ſ· expositũ· Sequitur· ergo ꝙ differẽtie sumpte ab illis vltimis realitatibus que dicũtur vltime differentie erunt primo diuersa: ⁊ per consequens non ĩcludent ens quiditatiue ⁊ sunt simpliciter simplices: ⁊ tota littera clara est per exemplum positum· ibi· Et si arguas cõtra istud: ꝙ si rationale ĩcludit ens quiditatiue: ergo addẽdo talem differentiam generi erit nugatio eo ꝙ ens bis diceretur: quia dicendo animal ratiõale dico bis ens quiditatiue: patet q2 animal est ens quiditatiue ⁊ similiter rationale: sicut etiam si animal predicaretur ĩ quid de rationali dicendo animal rationale bis diceretur animal· ¶ Ibi· Dico· Hic nota singularem respõsionem quam declaro exponẽdo litteram· Dicit enĩ sic· Quãdo duo ĩferiora ad tertium sic se habẽt ꝙ vnum denominat alterum· Exemplum· homo albus que cõparãtur ad ens· Sequitur· Illud cõmune vt ens particulariter denominat seipsum sine nugatione: patet tũc enim dicitur nugatio quãdo idem bis nominatur sub eadem ratione: vt dicendo animal animal· Si vero nõ nominatur sub eadem ratione nõ erit nugatio: sic ĩ proposito· Nam cum dico homo· dico ens quiditatiue; cum vero dico album· dico ens denominatiue: ⁊ sic ens denominatiue particulariter sumptum denominat seipsum quiditatiue ⁊ particulariter sumptum: sic cum dico aliquis homo est albus sensus est ꝙ aliqđ ens est entale accipiẽdo entale pro ente denominatiue sumpto· Sic ĩ proposito. Cum dicitur animal rationale: ly ratiõale accipitur denominatiue: ⁊ tũc ens denominatiue sumptum particulariter denominat seipsum· Nam hec est falsa ratiõale est ens quiditatiue: l3 hec sit vera rationalitas est ens quiditatiue· Nota tamẽ ꝙ rationale nõ dicitur proprie denominatiuum animalis cum nõ sit accidẽs: sed loquitur de dẽominatiuo large sumpto de quo·j·d·8·qõe·pe·⁊ ĩ quoli·

Quare nõ nulle specifice dñe sint ens quiditatiue.

Nota de nugatione.

℄ Rñdeo ꝙ si Doc·intelligeret ꝙ ens limitatuʒ in sua rõne cõissima esset adeq̃tũ obiectuʒ intellectus creati in rõne motiui: accipiendo adequatũ ꝓut includiꝛ in oĩ ꝑ se intelligibili vt ipe exponit in·q·j·ꝓlogi: oporteret cõcedere ꝙ oẽ ꝑ se intelligibile posset mouere intellectũ creatũ·Debʒ g̃ sic intelligi vt·s·exposui. pʒ. qꝛ sunt multa entia q̃ sunt obiecta intellectus creati in rõne motiui·vt oĩs substãtia ⁊ partes eaꝝ: ⁊ multe spẽs q̃litatis ⁊ forte multe q̃ntitates vt dixi·s·⁊ qꝛ opʒ nos ponere aliqd cõe ꝓ obiecto nihil cõius inuenimus substãtie ⁊ accidenti limitatis ipso ente limitato·Quia ẽt multa sunt ꝑ se intelligibilia vt passiones ⁊ relationes reales q̃ virtualiter continentꝛ vel in substãtia vel in q̃ntitate vl in q̃litate: ⁊ ideo huiusmodi cõtinẽtia pñt mouere intellectũ ad notitiã taliũ cõtẽtoꝝ que ꝯtinentia cõueniũt in ente qditatiue: ⁊ vltra quia multa essentialr cõtenta in alijs sunt ꝑ se intelligibilia huiusmodi sunt drie vltime: ⁊ tñ nõ pñt mouere intellectũ creatũ·Lõtinentia ergo essentialiter hmõi differentias vltimas mouẽt intellectũ creatũ ad eaꝝ notitiam: q̃ tñ cõtinentia tã in pñto substãtie qʒ q̃ntitatis ⁊ qualitatis cõueniunt in ente limitato quiditatiue·℄ Item qꝛ forte supiora nõ mouent intellectũ creatũ ad sui cognitionẽ: sustinendo ꝙ tñ sit vna spẽs intelligibilis spẽi specialissime ⁊ oĩum supioꝝ vt·s·exposui·in·q·j·⁊·2·ꝑsen·di. tunc cognitio supioꝝ causaꝛ a spẽ specialissima siue a spẽ intelligibili spẽi specialissime supplẽtis vicẽ spẽi specialissime·℄ Dico ergo ꝙ nõ debemus ponere ens limitatũ vt primũ obiectum adequatum intellectus creati ⁊ hoc simpliciter in rõne motiui: quia vt dixi oporteret ponere ꝙ quodlibet in quo saluaꝛ ratio talis entis esset ꝑ se motiuũ intellectus creati: sed sic ponere debemus ꝙ ex quo inter oĩa habemus assignare aliquod obiectum primũ potentie vel primitate cõitatis essentialis: vel primitate virtualitatis in se vel in suis inferioribus: ⁊ quia non inuenimus aliquod sic primum respectu omnium ꝑ se intelligibilium sicut ens: ideo dicimus ꝙ est primũ obiectum motiuum intellectus creati: ⁊ hoc vel in se vel in suis inferioribus: ⁊ inferiora vel per se mouent ad sui notitiam: vel saltem virtualiter vel essentialiter continentur

Alia difficultas excellens·

Ens limitatum non ẽt poni primũ obiectũ adeq̃tũ creati intellectus·

continentur in alijs ꝑ se intelligibilibus que mouent
ad cognitionem contentorū· Et hunc intellectum bn̄
nota si vis euadere multas difficultates de p̄rio ade-
quato obiecto intellectus· Propositio aūt Doctoris
adducta· Prima·s·posita in·q·j·ꝓlogi conceditᷣ:q2 si
ponatᷣ ens inquantū ens·esse nālr adequatū obiectuꝫ
in rōne motiui ꝙ quodlibet ꝑ se intelligibile poterit
mouere:sed postea negatᷣ ꝙ ens sit hmōi:ſꝫ tn̄ ponitᷣ
primū adequatū mō per posito· Alia ꝗ ponitᷣ in·q·de
subiecto theologie·ꝙ obiectū respicit potētiam in rōe
motiui·Conceditᷣ· Et cū dicit ꝙ prima extrema ꝓpor
tionis ⁊c·Hoc verū est ꝙ si aliqđ adequatū obiectuꝫ
potentie sit primū extremū in rōne obiecti motiui ꝙ
quodlibet ꝯtentuꝫ erit hmōi:vt pꝫ de colore:q si poni
tur primū extremū ꝓportiōis in rōne motiui respici-
ens potētiā visiuā in rōne passiui:seqtᷣ ꝙ qlibet color
pōt mouere qualibꝫ potētiā:ſꝫ ens sic nō ponitᷣ vt·s·
exposui· Et ex his pꝫ qđ dicēdū ad alia dcā doctoris·
¶ Ibi·Si queritᷣ q est rō istius status· Ista lrā clara
est:tn̄ aliqua dicta ibi exponūtᷣ· Qđ dicit ibi· Intelle
ctus nr̄ ꝑ statu isto nō intelligit nisi illa quoꝝ spēs
relucent in phantasmate·Hoc dꝫ intelligi đ obiectis
primo motiuis·i·ꝙ ꝑ statu isto nihil primo ⁊ imedia
te mouet intellm̄ nr̄um ad sui cognitionē vel ꝯtētorū
in eo:nisi illud cuius spēs intelligibilis relucet in phā
tasmate·i·nisi illud cuius spēs intelligibilis p̄tialiter
causatᷣ a phantasmate talis obiecti·vt·s·exposui·q·
z·ꝓsen·di·¶ Ibi·Quodcūqꝫ vlē intelligimus ei9 sin
gulare phantasiamur·i·ꝙ qn̄ intelligimus vlē puta
albedinē in se ꝑ potētiā intellectuā tunc singulare al
bedinis actu phantasiamur ꝑ virtutē phātasticā· Et
sensus est·ꝙ nūqꝫ intellectus posset intelligere aliqđ
vlē puta albedinē in se nisi prius virtus phantastica
hūerit aliquē actū circa singulare illius vlis:nec intel
lectus posset diu sistere in cognitiōe alicuius vlis nisi
virtus phantastica hr̄et actū circa singulare vel singu
laria talis vlis:⁊ hoc ꝑꝑ ordinē taliū potētiarū· Ibi·
Nō est primū obiectū itellectus vn̄ potētia est qditas
rei mālis:sed est aliqđ cōe ad oīa intelligibilia·hoc ex
positū est·s·¶ Ibi· Primū obiectū adeq̄tū intellect9
in mouēdo ꝑ statu isto est qditas rei sensibilis. Hoc
patuit·s·⁊ tale obiectuꝫ in minus se hꝫ qꝫ qditas rei
mālis:q2 oē sensibile est māle vt pꝫ:nō āt oē māle est
sensibile:vt pꝫ de substātia ⁊ ptibus eius que sunt mā
lia ⁊ tn̄ nō sunt sensibilia:⁊ oīa sensibilia pn̄t mouere
intellectū ꝑ statu isto sed nō oīa mālia:vt·s·ꝓbatuꝫ
est de substātia ꝙ nō possit imediate imutare itellm̄
nostrū·¶ Ibi· Et si dicas· Hic Doc·iprobat opiōnē
dicentiū ꝙ substātia sepata nō possit mouere itellm̄
nostrū ēt sepatū:nisi i maiori lumine qꝫ sit lumē nāle
intellectus agentis·i·ꝙ intellectus agens non possit
hr̄e actionē aliquā circa substātias sepatas:nisi sibi
daretᷣ desup maius lumen quo possit agere in substā
tias sepatas· Et hoc Doc·improbat ⁊ improbatio cla
ra est in lrā:⁊ magis patebit in·4·in mā de btitudie·

Tho·Gaie· de vio·

Quidam nouus expositor p̄ſe ptis·
Scti Tho·q·xii·ar-
ticulo·v·nititᷣ soluere rōnes quas facit Doc.p̄nti di·
q·3·⁊ p̄cipue in·3·di·xiiij·q·j·⁊ in·4·di·xlix·q·xj·q-
bus ꝓbat lumen glie creatū nō esse necessariū ad dei
visionē· Primo q2 obiectū ex se lux intelligibilis suffi
cienter ex se potēs mouere intellm̄ ad sui visionē non
eget lumine coagēte sibi ad causandā visionē·Deus ē
hmōi g.¶ Scđo si lumen glie ponitᷣ vt forma qua in
tellectus facit ⁊ sit sufficiēs ad videndū deū:ergo per
aliquā formā creatā possibile eēt nālr videre deū.pro
batᷣ sequela:q2 sicut cecus miraculose illuminat9 nālr
videt:ita btūs supnāliter illuminat9 nālr videt deū·
lumen·n·glie sicut ⁊ quelibet pfectio posita in intelle
ctu pficit intellectū nālr qꝫuis supnālr ponatᷣ·¶ Ter
tio q2 qcqđ pōt deus mediāte cā scđa e ꝯfectiua pōt im
mediate ⁊ sine illa· Sꝫ lumen glie ponitᷣ vt efficiat vi
siōnē g·¶ Quarto q2 magis vr̄ necessariū ponere spe
ciē intelligibilē dei qꝫ lumen glie:ſꝫ illa nō ponitᷣ.g·
ꝓbatᷣ añs:q2 illa esset ꝑꝑ pfectionē intellectus vt me
moria est:istđ aūt pficit in actu scđo ad qđ sufficit ob
iectū p̄ns in seipso·hec Sco·in snia in diuersis locis·
¶ Rn̄det ille expositor nouus dicēs·ꝙ pōt ꝯcedi totū
⁊ dicit ꝙ idigētia nō est ex pte dei seu obiecti:ſꝫ ex pte
intellectus creati·vn̄ ꝯsideratis vtrisqꝫ negatᷣ maior·
¶ Ad scđm dr̄ ꝙ hic est seruādū illud·sniam tene ⁊ li
guā cohibe·simplr quidē nullū incōueniens est cōce
dere ꝙ ꝑꝑ aliquā formā creatā nō tn̄ spēꝫ intellectus
nālr videt deū·qm̄ quilibet hītus ⁊ oīs forma est ex ꝓ
pria nā principiū ꝓprij actus·hn̄s·n·caritateꝫ vt sic
nālr diligit deū meritorie· Nō·n·minus caritas incli
nat ad actū ꝓpriū qꝫ ceteri hītus.signū aūt nālitatis
est delectatio·experimur·n·nos oīa delectabilr opari
quoꝝ hītus habemus siue nāles siue supnāles· Uerū
tn̄ ne errandi cā sumatᷣ:distinguēdū est ꝙ videre deū
nālr ꝑ aliquā formā creatā pōt intelligi duplr· Uno
mō ꝑ formā creatā ⁊ nālem· Alio mō ꝑ formā creatā
⁊ supnālem ⁊ nō solū supnāliter· Primo mō est im-
possibile ⁊ refutatū·Scđo vero mō est necessarium·
Et tale est lumē glie· Illuminatus qdē illo nālissime
videt deū:adeo vt impossibile sit nō videre illū stante
lumine·vn̄ pꝫ ꝙ nō est silē de ceco illuminato ⁊ de in
tellectu illuminato:q2 ibi vis data ē nālis lꝫ supnālr
data·hic vero vis data est supnāliter ⁊ supernatura-
lis·¶ Ad tertium negatur argumentum·est·n·sophi
sma figure dictionis·mutatur siquidem quid in qua-
le seu ad aliquid·visio·n·dei creata non significat reꝫ
absolute:sed significat actum in ordine ad agens crea
tum: ⁊ sic est simile sicut si argueretur·Deus produ-
cit actum meritorium mediante voluntate ⁊ cari-
tate petri·ergo pōt ꝓducere illū sine eis·¶ Ad quartū
negatᷣ añs:nec probatio aliquid valet:q2m̄ memoria
intellectiua imptinēs est felicitati q consistit in actu ⁊
nō in hītu· Et bene aduerte ꝙ Sco·cū sequacib9 nō
pōt amplius in hac mā sustineri:qm̄ in clemētina ad
nostrū·de hr̄ticis·expresse errores damnantᷣ dicētes
ꝙ aīa nō indiget lumine glie eleuāte ipsaꝫ ad vidēduꝫ
deū:vbi cernis ecclesiā amplexā·S·Tho·doctrinam
determinasse nō solū indigentiā luminis sed cām·s·
vt eleuetur aīa ad talem visionem· Hec expositor ille
nouus.

Hic querit Doc· rōnes soluere·

Respondeo et dico ꝙ iste respōsio
nes minime sol
uunt rōnes Sco·¶ Ad primā cum dicit ꝙ illa indigē
tia ponitur ex pte intellectus · Dico hoc esse falsum.
Ad qđ intelligēdū pmitto aliqua· Primo ꝙ cognitio
causatᷣ ex obiecto ⁊ potētia vel ex aliquo supplente vi
cem obiecti:vt patuit·s·in ꝓlogo·q·j·⁊ infra magis
patebit p̄nti di·q·vij·⁊·viij·⁊ in quolī·q·xv·requiritᷣ
ergo p̄ntia obiecti·Sicut ergo in cognitione abstracti
ua reqritᷣ p̄ntia obiecti nō in se sed in aliquo rep̄ntati
uo puta in spē intelligibili:⁊ tūc stante tali p̄ntia pōt
imediate causari cognitio abstractiua·s·ab intellectu
⁊ spē intelligibili vt·s·patuit·di·p̄nti·q·j·⁊·z·⁊ etiā
p̄nti·q·⁊ in ꝯtis patebit infra·di·p̄nti·q·vj·⁊·vij·vi
de q ibi exposui·ista·n·sufficiūt absqꝫ quocūqꝫ alio·
Sic quādo obiectū est in se p̄ns in ꝓpria existētia ⁊ pte

Impugnatio solutionū Gaie·

ingt q̄si hoc possit sua nāli virtute. Hoc exp̄sse est he reticū ⁊ reprobatū de ↄſe.d.4.ca.vlti. Et ibi soluitur qd̄ oppoīt de libertate arbitrij: ⁊ ē ↄ doctrinā Apl̄i ad Ro.6. Gr̄a dī vita eterna .i. beatitudo pfecta. Hu ius rō est: q̄ illud qd̄ est pp̄rium sup̄ioris nature nō pōt nā inferior assequi nisi p rōnem sup̄ioris nature cuius illud est pp̄riū. Sicut nec aq̄ pōt fieri calida ni si p actionē ignis. Videre āt deū p essentiā in quo p fecta beatitudo ↄsistit soli deo est pp̄riū. Nulla igr̄ nā intellectualis pōt deū p eēntiā videre nisi deo hoc faciēte pp qd̄ dn̄s Jo.14. Qui diligit me diliget a pa tre meo: ⁊ ego diligā eū ⁊ manifestabo ei meipsū. hec glo. Ex his ḡ appet q̄n̄ Sco. nedū sit sustētabilis s; vere ē imitabilis: cuius doctrina ē ita singularis q̄ ī nullis adhuc extat reprobata: nec q̄dē vere reprobari pōt. ¶ Et non tm̄ ipse fuit huius opinionis: s; ēt mul ti alij. presertim Durād9 q fuit ordinis p̄dicatoȝ h̄ asserit: ⁊ pbat multis rōnibus: quarū prima talis ē. ¶ Lumē glie ponit pp excellentiā obiecti sup intellin creatū. ergo frustra. pbat ↄn̄a: q̄ obiectū in infini tū excedit nō solū intellin creatū s̄m se: sed ēt cū tali lumine: ⁊ ↄsequēter lumē tale non reddit intellin de improportionato pportionatū. ¶ Scd̄o q̄ quicquid sit. Frater Tho. in .4.d.49. t; q̄ visio dei pōt ↄtinuari hominum in solis dispositionibus vie: ergo nō exigitur lumen glorie qd̄ est pp̄ria dispositio patrie. hec in summa Durandus. Iste tm̄ expositor nititur soluere has rōnes quā solutionē nō recito: q̄ eam nō repu to veram ⁊c.

Ad argumenta principalia. Nūc doc. respondet ad rationes principales factas in principio .q. quibus probat q̄ deus sit adequatum obiectum intellectus nostri ⁊ p consequens non est ens inquantum ens. ¶ Prima ratio est. ibi. Arguitur q̄ sic. ¶ Et argumentum stat in hoc. Illud est primum obiectum potentie qd̄ est causa cognoscēdi omnia per se perceptibilia a tali po tentia: sed deus est huiusmodi: patet q̄ est perfectissi mum ens ⁊ perfectissimum cognoscibile: ⁊ per conse quens est causa cognoscēdi omnia alia: q̄ scd̄o me thaphisice .t.c.4. Primū in vno quoq; genere est cā essendi alijs in eodem genere. ¶ Respondet doc. ibi. Dico ad primū q̄ non semper perfectissimū. ¶ Hic doc. primo respondet ad ppositionem Aristo. q̄ non semper primum in aliquo genere est causa imperfe ctorum: patet q̄ in genere animalis primum animal est homo: ⁊ tamen non est causa aliorum animaliū. Nō potest ergo itelligi de causa effectiua sed forte ac cipit causam pro ratione mensurādi perfectionaliter: ⁊ sic primum in genere animalium est mensura omni um perfectoȝ. Nec similiter sequitur .a. est primū vi sibile in genere visibilium. ergo est causa visibilitatis omnibus visibilibus: patet hoc esse falsum. sic in p posito non sequitur. deus est perfectissimū intelligibi le in genere intelligibilium ergo est causa cognoscen di omnia alia intelligibilia: non enim sequitur forma li consequentia: vt patuit supra de perfectissimo visi bili etsi hic sequatur materiali consequentia. Deus ē perfectissimum intelligibile ergo est causa cognoscen di omnia alia. Hoc tenet in deo qui est causa omniū ⁊ virtualiter continet omnia intelligibilia. Sic etiam intelligendo non sequitur q̄ deus sit adequatum ob iectum intellectus nostri: q̄ etsi sit causa cognoscendi omnia alia non tamen adequate ⁊ precise: q̄ alia ob iecta possunt mouere intellectum nostrum: vt sup̄a exposui. ¶ Secundo principaliter arguitur. Illud est

Hec ppō. Primū in aliquo gn̄e ē cā ipsecto rū: quo ha beat verita tē: ⁊ q̄n̄ n̄.

primum obiectum quo cognito alia cognoscuntur ⁊ non econtra: sed cognito deo omnia alia cognosci pos sunt: ⁊ non eↄ. probatur minor: sicut omnia alia depē dēt a deo in essendo participando ipsum: ita depēdēt ī cognoscendo: q̄ vnūquodq; sicut se habet ad esse: ita ad cognitionem ex 2o metha. ¶ Ad hoc respōdet doc. ibi. Ad secundam rationem dico. Ut hec rn̄sio intelli gatur facio argumentum in forma. Nullum ens par ticipatum cognoscitur nisi vt est ab ente imparticipa to: sed omne ens creatū est ens participatū: ergo nul lum ens creatum pōt cognosci nisi vt est ab ente ipar ticipato. Maior pōt habere duplicem sensum. Pri mus est. nullū ens participatum pōt cognosci nisi sit ens ab ente imparticipato. Secūd9 vero est. nullum ens participatum pōt cognosci nisi per rationē entis imparticipati vt prius cogniti. Si ergo maior accipia tur in primo sensu ⁊ minor in secundo sensu: patet q̄ argumentū est in quatuor terminis. ¶ Ibi. Et ratio realis istius defectus. ¶ Sensus huius littere est: q̄ ⁊ si aliquid precise dependeat ab aliquo ⁊ quantū ad entitatem: ⁊ quantū ad cognoscibilitatem (q̄ cogno scibilitas sequitur entitatem) non tm̄ sequitur q̄ depē deat in cognosci .i. q̄ cognitio entis sic depēdentis sit precise ab illo a quo dependet: potest .n. esse ab intel lectu ⁊ a re dependente. Exemplum. Filius dependet a patre in essendo q̄ h; suum esse a pr̄e: ⁊ depēdet q̄t; tum ad cognoscibilitatē: q̄ cognoscibilitas sequitur de necessitate entitatē: ⁊ tm̄ nō sequitur q̄ filius tm̄ cogno scat p rōnem pr̄is: q̄ pr̄e mortuo pfecte cognosci pt. sic est i pposito. ¶ Ibi. Ad illud .g. de trin. dico q̄ lo quitur ibi de notitia boni in cōi. Et q̄ hic doc. ita cla re exponit hanc rn̄sionē ideo pretermitto illam. Et sic finis huius questionis.

¶ Super .q.4. di. tertie primi.

In ista querit Doc. vtrum aliqua veri tas certa ⁊ sincera possit naturaliter cognosci ab intellectu viatoris absq; lu cis increate speciali illustratione.

In ista questiōe est opinio vna talis que expresse tenet q̄ nulla veritas sincera possit haberi via naturali ⁊c. Et declaro intentionē ip sius exponendo litteram. ¶ Ibi. Q̄ in ter intentiones generales est per se or do naturalis ⁊c. ¶ Et accipit hic intentionem pro cō ceptu passiuo siue pro conceptibili: ⁊ sic duplex est conceptus generalis .s. conceptus entis ⁊ conceptus veri ⁊ conceptus entis est prior ↄceptu veri: q̄ prima rerum creatarum est esse: qd̄ esse accipit pro cōceptu entis: ⁊ ordo naturalis inter hos conceptus est ordo prioris ⁊ posterioris: ita q̄ vnus conceptus naturali ter est prior alio: vt patet de conceptu entis respectu aliorum. Et q̄ conceptus entis sit prior conceptu ve ritatis probat etiam ratione. Ille conceptus est prior qui potest haberi sine alio ⁊ non econtra: sed conce ptus entis cum sit entitas absoluta: potest haberi si ne conceptu veritatis cum illa dicat respectum ad ip sam: ergo conceptus entis est prior conceptu verita tis. ¶ Ibi. Hec etiam conclusio probatur scilicet q̄ conceptus entis sit prior conceptu veritatis: patet quia conceptus veritatis siue veritas non concipi tur nisi intelligentia componente vel intelligente: ⁊ talis compositio presupponit intelligentiam sim plicem extremorum. Nam veritas dicit respectum.

Hen. ī su. ar.1.q.2.

Li. de cāis ppō.4.

conformitatis exemplati ad exemplar sic q conformitas eorum scilicet exemplaris et exemplati dicitur veritas·modo talia extrema possunt concipi diuisim conformitate non concepta: quis enim absolute potest concipere hominem non concipiendo conformitatem ad suum exemplar:et sic prius intelligentia simplici potest concipi entitas aliqua sine conformitate ad exemplar:et per consequens sine veritate: et sic conceptus talis entitatis est prior· Et cum dicit q tunc concipitur illud qd verum est·Sic debet intelligi·q concipiendo entitatem in se concipitur illud qd est cōforme suo exemplari:sed quando concipitur sub ratione veritatis tunc concipitur sub ratione conformitatis ad exemplar·¶ Ibi·Si igitur in questiōe preposita· Hic dicit duo·Primum q si accipiatur sincera veritas pro conceptu vero sic homo naturaliter potest cōcipere aliqd verum puta entitatem in se:et hoc pbat· Et probationes clare sunt in littera · Secundum dictum est·ibi · Sed si loquamur de cognitione veritatis·Idest an ex puris naturalibus possit cognosci aliqua sincera veritas·idest aliqua conformitas alicui⁹ entitatis ad suum exemplar:et tunc distinguit de exēplari:q2 duplex est exemplar rei scilicet creatū qd est species intelligibilis ipsius rei:et tunc cognoscere veritatem alicuius rei per exemplar creatum est cognoscere conformitatem rei ad speciem intelligibilem ipsius·Exemplar vero increatum est ydea in mente diuina:et tunc cognoscere veritatez rei per huiusmodi exēplar est cognoscere conformitatem illius rei ad propriam ydeam que relucet in mente diuina· Et tūc ponit duas conclusiones.Prima impossibile est habere aliquam sinceram veritatem de aliqua re vt comparatur ad exemplar creatum: et hoc probat tribus rationibus que in soluendo eas declarabuntur· Secunda conclusio est· q potest haberi sincera veritas de aliqua re vt comparatur ad exemplar increatum: sed hoc non potest esse via naturali · ¶ Ibi · Et tunc modus ponitur·videlicet quomodo potest haberi sincera veritas de aliqua re vt comparatur ad exēplar increatum·Et q2 ista littera est satis obscura ideo declaro eam de particula in particulam·Cum dicit·deus non vt cognitum habet rationem exemplaris ad qd aspiciendo cognoscitur sincera veritas:est eniz cognitum in generali attributo:sed est ratio cognoscendi vt nudum exemplar et propria ratio essentie create. Sensus est·q deus vt habet ydeas creaturaȝ est ratio cognoscendi illas creaturas:q2 quādo ostendit nobis ydeas creaturarum est ratio cognoscendi creaturas:et hoc vt exemplar nudum·idest non vt cognitū· Sequitur·Qualiter autem possit esse ratio cognoscēdi et non cognitum ponitur exemplū· Et littera stat in hoc:q2 species intelligibilis est ratio cognoscendi obiectum cuius est non tamen vt cognita· Nam prius cognoscitur obiectum per illaȝ qȝ talis species cognoscatur:vt patet·Similiter quādo radius solis deriuatur ab ipso sole ad potentiam visiuam directo aspectu:tunc videtur sol quando radius videtur:quando vero deriuatur obliquo aspectu puta quando reflectitur ad opacum:si radius solis prius terminetur ad aliquod opacum vbi reflectitur et in tali reflexione deriuatur ad oculum:non est necesse q si videam illum radium q simul vel prius videam solem·Sic qñ beati vident ydeas vt in mente diuina vident eas directo aspectu:q2 deriuantur a deo aspectu directo: et sic etiam deus videtur· Sed quando deus ostendit nobis tantum ydeas non vt in ipso relucentes deriuantur ad intellectum quasi obliquato aspectu:et hoc est qd dicit Henri· ¶ Ibi · Ponitur autem qualiter habet triplicem rationem respectu actus videndi· scilicet lucis acuentis et speciei imutantis et caracteris sine exemplaris configurantis etc· ¶ Sicut dicimus q sol mediante luce acuit:q2 visibilia in potentia remota facit visibilia in potentia propinqua· Species vero imutat:q2 facit colores causare suas similitudines in medio et in organo: et etiam in diaphano producit lumen qd est species lucis·vt patet a doc·in·2·di·13· Tertio sibi assimilat alia.idest simul lucentia et luminosa facit per qd sunt aliqualiter similes soli·Sic deus qui est lux increata acuit intellectum per ostensionem ydearum:et imutat per infusionem actuum:et cōfigurat per relucentiam ydolorum de ipsis obiectis· ¶ Ibi·Ultimo additur q perfecta notitia veritatis est quando due species exemplaris cōcurrunt in mēte·vna inherens scilicet causata·alia elapsa scilicet incausata in mente lucendo:causata est species intelligibilis impressa intellectui possibili a rebus sensibilibus·Et sic patet positio Henri·

Primo iste rationes videntur cōcludere impossibilitatem certe cognitionis naturalis · Si enim requiritur qd dicit Henri· ad certam notitiam alicui⁹ obiecti·vz·imutabilitas eiusdē: sequit̄ stati q de nullo obiecto possit esse aliqua certitudo q2 omne tale sȝ ipsum continue mutatur· Nec valet dicere q vt comparatur ad lumen supernaturale q potest de ipso haberi certitudo:q2 si obiectum continue mutatur vt cōparatur ad qdcunqȝ lumen patet q semper mutat̄: Si enim homo continue mutatur:in quocunqȝ lumine videatur semper videbitur inquantum continue mutatur·Et vltra qd dicit Henri·q res sensibilis cōtinue mutatur·Hoc est manifeste falsum· Nam hec fuit opinio Heracliti quarto methaphisice.t·c·22· qui volebat q omnis res sensibilis primo quocunqȝ instanti semper haberet aliud et aliud esse:vt infra declarabo · ¶ Ibi· Similiter si propter mutabilitatem exemplaris·¶ Hic Doc·arguit contra secundam rationem Hen·que fuit talis·Q anima de se est mutabilis et passiua erroris:ergo ne erret in cognitione alicuius:oportet q rectificetur per aliquid imutabilius ipsa anima:patet cōsequentia· Si enim mutabilitas est ratio qua non habet certitudo de sensibili: ad hoc ergo ut certificetur de aliquo sensibili oportet vt certificetur per aliquid imutabilius in eo : sed exemplar creatum videlicet species intelligibilis causata a sensibilibus est mutabilius ipsa anima:ergo per tale exēplar vt res sensibilis comparatur ad illud non potest certificari de tali re sensibili·Contra hanc rationez arguit Doc·et deducit ad duo inconuenientia quorum primum est:q2 si anima non potest habere certitudinez de aliquo obiecto per aliquod mutabile: ergo nec per actum intelligendi quodcunqȝ obiectum in quocunqȝ lumine non potest habere certitudinem de aliquo obiecto.patet q2 actus intelligendi est mutabilis imo tantum esse habet in continuo fieri vt infra patebit distin·presenti questione vltima in responsione ad vltimum argumentum · et in quolt. prolixe·q·13· Siue ergo res sensibilis comparetur ad exemplar creatum siue ad exemplar increatum:in quocunqȝ lumine p nullum actuȝ intelligendi tale sensibile poterit aia certificari de tali sensibili qd est ɔtra ipsum· Secundum inconueniens est·q ēt ipse actus intelligendi nunqȝ in se erit verus nec aliquam certitudinez

continebit

·1· cōclusio Henri·

·2· cōclusio·

Cōtra positionē Hē· de sinceris veritatib⁹ arguit Doc.

continebit: ⁊ sic anima nō poterit esse certa de aliquo
actu suo intelligendi qđ est falsum: probatꝰ ex dictis
Henri· Si de illo qđ continue mouetꝰ non potest ha
beri certitudo: cum ergo actus ille sit mutabilior ip/
sa anima: sequitur q̄ nunq̄ꝫ poterit esse certa de ali/
quo actu suo intelligendi: ⁊ sic intellectus reflectendo
se super actum suum intelligendi nullam certitudinē
haberet de actu intelligendi supra quem reflectitꝰ: nec
similiter aliquam de actu reflexiuo cum ille sit simpli
citer mutabilior anima: que oīa sunt absurda· ¶ Ibi·
Similiter fm opinionem istam · ¶ Hic Doc· dedu
cit Henri· contra seipsum: qꝛ Henri· dicebat q̄ quā/
do species intelligibilis causata a sensibilibus concur
rit cum specie illapsa: tunc habetur certitudo de obie
cto sensibili· Contra hoc arguit · ostendendo contra
Henri· q̄ nulla tunc haberetur certitudo de re sensi/
bili: aut oportebit eū dicere q̄ đ re sensibili potest ha
beri certitudo per exemplar creatum · Primum pro/
batur q̄ tunc nulla esset certitudo: qꝛ quando aliquid
concurrit qđ repugnat certitudini per illud nunq̄ꝫ
potest haberi certitudo: probatur qꝛ quando propoli
tio contingens concurrit cum altera de necessario nū
q̄ꝫ potest sequi conclusio de necessario sed tantum de
contingenti: sic quando exemplar creatum qđ repu/
gnat certitudini concurrit cum specie illapsa per quā
habetur certitudo: nunq̄ꝫ ex his duobus simul cōcur
rentibus habebitur certitudo · Et si vult dicere q̄ ha/
betur certitudo: tunc oportet eum concedere q̄ exem/
plar creatū non repugnat certitudini · ¶ Si dicatꝰ q̄ — *Instātia ⁊ appens cō tradictio·*
hec ratio quam facit doc· contra Henri· etiam cōtra
ipsum doctorem concluderet: qui sic arguit de fide in
fusa ⁊ fide acq̄sita in quoli· q· 14 · arti· 1· Quando ad
eundem actum concurrit regula fallibilis lꝫ cū regu/
la infallibili ille actus nō est infallibilis · Probatur p
simile: qꝛ ex duabus premissis quarum vna est neces
saria ⁊ alia contingens non sequitur conclusio neces/
saria: ⁊ ratio · qꝛ qđ dependet ex pluribus non potest
esse perfectioris cōditionis quocūq̄ꝫ illorum: nunc āt
quicunq̄ꝫ actus credendi ad hoc q̄ eliciatur dependet
a fide acquisita mouente: igitur si illa sit fallibilis nun
q̄ꝫ actus elicitus erit ex principio tali: supple ex fide i/
fusa que dr̄ regula infallibilis quin sibi posset subeē
falsum · hec ibi· Sic erit in ꝓposito: qꝛ diceretur q̄
q̄uis certitudo sit a specie illabente vt a regula infalli
bili: ⁊ a spē intelligibili cāta a sensibilibus vt a regula
fallibili: nō tū sequitur incertitudo obiecti sensibilis· — *Solð·*
¶ Dico q̄ nō est simile de fide infusa ⁊ fide acquisita:
qꝛ certitudo actus vt est a fide infusa semꝑ est deter/
minate verus: ita q̄ talis actus simpliciter dicitur de
terminate verus: lꝫ cū fide infusa concurrat fides acq
sita ⁊ simul inclinet ad eundem actum: nunq̄ꝫ certitu/
do actus haberetur a fide acquisita vt talis est sed tm̄
a fide infusa: qꝛ fide infusa nunq̄ꝫ potest subesse actꝰ
falsi: inclinationi vero fidei acquisite q̄ꝫtum est ex par
te sua pōt subesse actus falsi. Si ergo certitudo actus
credendi dependeret ab vtroq̄ꝫ habitu: tunc argumē/
tum doctoris concluderet contra seipsum: sed qꝛ tota
certitudo actus credendi accipitur ab habitu infuso:
licet cum illo concurrat fides acquisita: patet q̄ argu/
mentum Doctoris de fide infusa ⁊ acquisita non con
cludit· Argumentum vero factum contra Henri· con
cludit contra ipsum Henri· qꝛ ipse vult q̄ certitudo
de aliquo sensibili simul dependeat a specie intelligi/
bili causata a sensibilibus: que est regula fallibilis ⁊
specie infusa que est regula infallibilis· ¶ Ibi· Idem
etiam patet de tertia ratione· Doc· hic improbat ter/
tiā rationem Henri· que talis erat: Quia ex quo ani
ma per exemplar creatum non potest discernere ve/
rum a verisimili: sequitur q̄ per tale exemplar nō po
terit habere certitudinem de aliquo sensibili· probat
antecedens: quia talis species intelligibilis potest re/
presentare se tanq̄ꝫ se intellectui ⁊ se tanq̄ꝫ obiectum:
sicut est in somnijs· si representat se tanq̄ꝫ se veritas ē:
si vero se tanq̄ꝫ obiectum falsitas est. Contra hoc ar/
guit Doc · non contra rationem istam in se sed redu/
cendo Henri· ad alterum inconuenientium. videlicet
q̄ vel nulla erit certitudo de sensibili quantumcunq̄ꝫ
alia species infusa concurrat cum ista specie intelligi
bili: qđ est contra ipsum: vel oportebit Henri · dice
re q̄ per talem speciem intelligibilem poterit haberi
certitudo de sensibili · ¶ Ibi · Q̄ꝫ autem ista conclusio
non sit secundum mentem Augustini ⁊c· ¶ Nūc do/
ctor probat ex dictis Augustini q̄ potest haberi certi
tudo de sensibilibꝰ vel de abstractis ab eis absq̄ꝫ spe
ciali lucis increate illustratione cuius oppositum asse
rebat Henri· dicens fuisse intentionem Augustini· vi
delicet q̄ de sensibilibus nulla esset certitudo· probatꝰ
ergo per Augustinū q̄ possit haberi sincera veritas
⁊ certitudo ⁊c· patet per Augustinū lo Soli· Specta
mina disciplinarum· idest principia scientiarū q̄sq̄ꝫ
verissima esse nulla dubitatione concedit: ergo de pri
cipijs scientiarū potest esse certitudo ⁊ infallibilitas:
que tamen principia sumuntur a visibilibus · Idem
etiam probat per Boetiū de ebdo· Cōmunis inquit
animi conceptio est quam quisq̄ꝫ probat auditam· i·
conceptio alicuius propositionis per se note ab omni
bus intelligentibus terminos illius propositionis ⁊
vnionem terminorum: est supple fundamentaliter ꝓ
positio quam vnusquisq̄ꝫ probat · idest scit euidēter
esse veram quando audit eam preconcipiendo termi
nos ⁊ vnionem terminorum · Deinde probat auctori
tate Aristo· secundo methaphisice· t· c· primi · Pri/
ma inquit principia sunt omnibus nota sicut ianua
in domo: quia ianua neminem latet licet interiora do
mus lateant · ¶ Ibi · Ex his tribus auctoritatibus·
¶ Hic intendit probare q̄ non tantum possit via na
turali haberi certitudo de principijs per se notis: sed
etiam de omnibus conclusionibus virtualiter conten
tis in eis· ⁊ argumentum stat in hoc· Illud est simpli
citer naturale qđ sequitur naturam alicuius speciei
siue quod consequitur ad naturam alicuius speciei:
hoc patet · Sed posse habere certitudinem infallibi/
lem de primis principijs ⁊ de conclusionibus virtua
liter contentis in eis consequitur naturam speciei hu
mane. ergo talis certitudo infallibilis potest haberi
naturaliter: probatur minor · quod conuenit omni/
bus alicuius speciei sequitur naturam specificam:
sed posse habere certitudinem infallibilem de princi/
pijs primis ⁊c· conuenit omnibus indiuiduis speci/
ei humane. hoc patet per tres auctoritates supra po/
sitas· scilicet Augustini Boetij ⁊ Aristo· Si ergo po/
test haberi certitudo infallibilis de principijs primis
etiam potest haberi certitudo de conclusionibus vir/
tualiter cōtentis in eis· Hoc probat: quia cuilibet est
naturaliter euidens forma syllogismi perfecti: sicut
patet ex diffinitione syllogismi perfecti primo prio/
rum capitu· primo: que talis est· Syllogismus perfe/
ctus est q̄ nullius indiget preter illa que sumpta sunt — *Syllogis/*
vt appareat necessarius· Syllogismus vero imper/ — *mꝰ ĩpfectꝰ*
fectus est qui indiget vnius aut plurium: que sunt — *ĩdiget vniꝰ*
necessaria per sumptos terminos non autem per — *aut pluriũ·*
sumptas propositiones: q̄ imperfectus pt̄ sic expōi·

Est ille qui vnius indiget · idest vno videlicet conuersione vel transpositione: aut plurium · idest pluribus scilicet conuersione simul ⁊ traspositione: seu conuersione que quidem sunt necessaria · Nam syllogismi habent euidentem necessitatem illationis per sumptos terminos · idest q̄ maneant idem termini: non autem per sumptas propositiones: quia non manent eedem propositiones: patet quia imperfect⁹ vt reducatur ad perfectum indiget conuersione alicuius vel aliquarum propositionum · Syllogismus ergo perfectus dicitur ille qui nullius indiget: quia nec conuersione nec transpositione: vt sunt duo primi modi prime figure: omnes autem alij ad hoc vt dicantur simpliciter perfecti reducuntur vel ad barbara vel ad celarent: vt patet primo priorum. Hec volui explicare propter iuuenes · ¶ Ibi · Secundo apparet · Hic doc · probat per · Augustinū q̄ non tantū habemus certitudinem de principijs per se notis ⁊ de cōclusionibus per se contentis: sed etiam de multis contingētibus ⁊ de multis que fiunt nota per experientiam: ⁊ auctoritates Augustini sunt clare in littera ·

Syllogis m⁹ pfect⁹ ē q nullus i diget. Qūo debeat itel ligi ·

Quantum ad secundum articlū.

Hic doc · intendit probare q̄ de tribus naturaliter possumus habere certitudinem infallibilē · videlicet de principijs per se notis ⁊ de conclusionibus · Secūdo de cognitis per experientiā · Et tertio de actibus nostris · Primum ibi · Quantum ad certitudinē de principijs · ¶ Hec littera satis patet ⁊ prolixius · ꝺ · di · z · q · z · ⁊ clare exponam respondendo ad presentē questionē · Tota ergo ista ratio stat in hoc · videlicet q̄ꝺ est impossibile alicui intellectui stante aprehensione terminorum propositionis per se note ⁊ compositionis eorum quin habeat certam ⁊ infallibilem veritatem de conformitate illius compositionis ad terminos · Est enī impossibile q̄ aliquis cognoscat totum ⁊ partem ⁊ compositionem horum terminorum quin habeat certitudinem infallibilem de conformitate cōpositionis terminorum · ¶ Ibi · Cōfirmatur ratio ista per simile per philosophum quarto methaphisice · t · · c · 8 · ⁊ · 9 · ¶ Et littera stat in hoc · scilicet q̄ due notitie siue due opiniones dicuntur formaliter repugnare quando simul de eodem: vt de homine assentio q̄ est homo ⁊ simul assentio q̄ non est homo · Nā isti duo assensus formaliter inter se repugnant: q̄r vnus formaliter expellit alium · Et due notitie siue due opiniones vel duo assensus dicūtur virtualiter repugnare quando vna est causa alicuius effectus qui formaliter repugnat effectui alteri⁹ cause · vt supra exposui di · z · q · 1 · exponendo primum argumentum principale · Modo notitia qua cognosco totum ⁊ partē ⁊ qua cognosco vnionem illorum inter se est causa necessaria huius conformitatis ⁊ veritatis, videlicet q̄ totū est maius sua parte · Si ergo stat in intellectu q̄ ista compositio siue unio totius ⁊ partis sit falsa: tunc notitia talis compositionis erit causa necessaria huius falsitatis · scilicet q̄ omne totum est maius sua parte: quia ergo prima notitia qua cognosco esse verā vnionem inter totum ⁊ partem est causa necessaria veritatis: ⁊ notitia qua cognosco compositionem esse falsā est causa necessaria falsitatis: ideo iste due notitie repugnant virtualiter: quia sunt due cause necessarie duorum effectuum inter se formaliter repugnantiū: ⁊ sic patet littera ista · ¶ Ibi · Sed nunquid in ista notitia principiorum ⁊ conclusionum non errabit intellectus si sensus omnes decipiantur circa terminos?

Respondet doc · q̄ habita cognitione sensibilium p sensus nunq̄ intellectus errabit: ⁊ dicit duo i ista littera · Primum q̄ intellectus non habet sensum pro causa sed tantum pro occasione: quia cognitio alicuius complexionis necessarie nec in esse nec in fieri dependet ab aliquo sensu: ⁊ vt clarius hoc intelligatur pono talem ordinem · Potentia visiua accipit speciem sensibilem ab aliquo sensibili extra: puta ab albedine ⁊ vidit illam: deinde in virtute phantastica causatur phantasma singularis albedinis prius vise: deinde virtute phantasmatis ⁊ intellectus agentis causatur species intelligibilis albedinis que representat albedinem in se: ⁊ sicut dico de isto sensibili: ita de oībus alijs · Habita ergo specie intelligibili albedinis ⁊ specie intelligibili coloris ille species itelligibiles vna cum intellectu causant cognitionem terminorum: quibus terminis cognitis statim intellectus nullo sensu cooperante nec interiori nec exteriori: potest formare compositionem illorum ⁊ perfecte cognoscere compositionem eorum: ita q̄ notitia talis compositiōis: puta omnis albedo est color · statim erit sibi euidēs · Patet ergo quomodo intellectus habita cognitione habituali plurium terminorum virtute propria potest causare nedum cognitionem actualem illorum terminorum concurrente tamen specie intelligibili: vt partiali causa: sed etiam potest causare compositionē ⁊ vnionem illorum ⁊ eandem perfecte cognoscere: ⁊ sic non dependet a sensu: imo si omnis sensus erraret circa aliquod complexum nunq̄ intellectus erraret stāte cognitione habituali terminorum vel actuali (Et voco pro nunc cognitionem habitualem terminorū quando termini sunt presentes intellectui in ratione obiecti intelligibilis per speciem intelligibilem: dico actualem quando actu ab intellectu cognoscuntur) patet quia si potentia visiua iudicaret rubeum esse viride: stante cognitione in intellectu istorum terminorum rubei ⁊ viridis: intellectus haberet infallibilem certitudinem q̄ rubeum non esset viride · Secundū dictum est ex intentione Doctoris q̄ si sensus erraret circa complexum: ⁊ hoc vel aliqui sensus tantum vel etiam omnes simul adhuc intellectus non erraret: q̄r semper haberet apud se terminos qui essent causa veritatis: sed hoc infra clarius patebit ·

Intell's nō h̄z sensū p cā: s̄z p occasiōe tantū · Et vide huius pulcherrimā declarationem ·

De secūdis cognoscibilib⁹

scilicet de cognitis per experientiam · Hic Doc · intendit probare quomodo possumus habere certam ⁊ infallibilem notitiam de notis per experientiam: ⁊ licet littera Doctoris sit satis clara tamen aliqualiter exponitur · ¶ Unde nota q̄ notitia experimentalis proprie est notitia pertinens ad intellectum non ad sensum: ⁊ experientia est notitia alicuius singularis prius tamen cogniti a sensu: vt puta q̄ hic ignis sit calidus: prius habetur notitia aliqua a sensu tactus: q̄r tangendo ignem per accidens statim tangens calefit: ⁊ tādem intellectus percipit q̄ talis ignis est calidus formaliter: quia efficit talem effectum · Et dicit doc · q̄ licet experientia puta de ista q̄ lignum sit calidus · non habeatur de oībus singularibus sed tm̄ de pluribus: puta ꝺ isto igne ⁊ de isto ⁊ de isto: nec q̄ semper sed q̄ pluries: tamen expertus infallibiliter nouit q̄ ita est ⁊ semper ⁊ in omnibus: supple q̄ ignis calefacit ⁊ q̄ semper calefaciat si h̄z passum approximatū: ⁊ q̄ hoc cōtingat in omnibus ignibus: q̄r nouit p experientiā q̄ iste ignis ⁊ iste ⁊ iste circa passū approximatū semꝑ calefacit: ⁊ p istū idē iudicat ꝺ alio eiusdē speciei ·

Notitia experimētalis ad itell'm n̄ ad sensū ptinet ·

Propositio quiescens in anima.

speciei. Sequitur. Et hoc per istam propositionem quiescentem in anima. quicquid euenit vt in pluribus ab aliqua causa non libera est effectus naturalis illius cause. ¶ Ad hoc enim vt aliquis sit certus q ignis semper calefaceret passum approximatum dispositum: ⁊ q omnia indiuidua ignis sint huiusmodi hoc cognoscit infallibiliter: quia certitudinaliter scit q omne illud qd euenit a causa naturali siue non libera est effectus eius naturalis: ⁊ quia scit ignem nō esse causam liberam calefaciendi: ⁊ nouit per experientiam q hic ignis calefacit ⁊ ille: sequitur q habebit certam ⁊ infallibilem notitiam de isto vniuersali. q omnis ignis natus est producere calefactionem: ⁊ q semper actu calefacit calefactibile approximatum ⁊ dispositum: quia ignis est causa naturalis ⁊ per consequēs de necessitate agit. Sequitur. Quia causa non libera non potest producere vt in pluribus effectum ad cuius oppositum ordinatur vel ad quem ex forma sua non ordinatur. idest q ex quo causa naturalis siue nō libera ordinatur ad producendum talem effectum: puta calefacere: vel q herba talis speciei sit naturaliter ordinata ad talem effectum vt in pluribus producit illum effectum: etsi aliquando oppositum illius effectus casualiter eueniat: hoc non erit ex forma talis cause: sed magis propter aliqd extrinsecum: patet quia ipsa semper ⁊ necessario cum non sit causa libera intendit producere effectum ad quem ordinatur: ⁊ hoc est qd intendit doc. ¶ Ibi. Sed vlterius notandum. ¶ Deinde doc. dicit duas cōclōnes. prima est. Q aliqn habetur notitia experimentalis de conclusione: quia notum est sepe intellectui q luna eclypsatur: ⁊ tunc habita tali cognitione intellectus per diuisionem querit media ⁊ causas propter quid: ⁊ inuenta causa eandem conclusionem prius notam per experientiam demonstratiue ostendit: ⁊ tunc cognitio conclusionis sic a priori demōstrata est in primo genere cognitionis: tunc enim perfectiori modo cognoscitur quo possit. Sicut etiam notum est per experientiam q omnis homo est risibilis: ⁊ tunc intellectus diuidendo petit causam imediatam risibilitatis: vt patet secundo posteriorum: qua inuenta statim eandem conclusionem a priori demonstrat. Secunda conclusio est ibi. Quandoq autem est experientia de principio: itaq nō contingit amplius per viam diuisionis vlterius inuenire principium notum ex terminis: sed statur in aliquo vero cuius extrema experimentatū est frequenter vniri: puta q herba talis speciei est calida: nec inuenitur aliquod medium aliud prius per quod demonstretur passio de subiecto propter quid; sed statur i isto sicut in primo noto propter experientiam: tunc licet incertitudo ⁊ fallibilitas remoueantur per illam propositionem supple quiescentem in anima. videlicet Effectus vt in pluribus alicuius cause non libere est naturalis effectus eius: tamen iste est vltimus gradus cognitionis scientifice ex hoc videlicet q non contingit demōstrari per aliquid prius. Sequitur. Et forte ibi non habetur necessaria cognitio vnionis extremorū: sed aptitudinalis. idest q non cognoscitur caliditas talis herbe actu necessario inesse herbe talis speciei: sed si talis passio puta caliditas cognoscitur inesse necessario. hoc verum est loquēdo de aptitudine. ⁊ sensus est. Herba talis speciei est apta nata esse sic vel sic calida. ¶ Ibi. Si enim passio est necessaria absolute ⁊c. ¶ Hic a doctore habetur q si accipiatur passio pro re absoluta: puta pro actuali caliditate herbe talis speciei vt in pluribus: talis passio realiter distinguitur a subiecto. Si vero accipitur passio pro cōnotato: puta pro aptitudine ad rem absolutam talis aptitudo non distinguitur realiter. Primo modo accipiendo passionem expertus non haberet cognitionem quia ita est supple necessarium: sed diceretur habere cognitionem necessariam quando cognosceret. ergo in tali specie ita esse aptam natam ⁊c.

De tertijs cognoscibilibus.

Hic doc. ostendit quomodo potest esse certitudo infallibilis de actibus nostris: sed quia hec littera est de se clara: ⁊ manifesta non curo aliter eam exponere.

Quantum ad tertium articulū.

In isto articulo respondet Doc. ad rationes Henri. prius factas. Ad primam ad illud de mutatione obiecti. antecedens est falsum. scilicet q obiectum continue moueatur: nec est opinio Augustini sed Heracliti quarto metha. t. c. xx. vbi philosophus. Amplius autem omnes vidētes hanc motam naturam de permutatione autem nihil verum dicentis. Circa vero omnino permutans non contingere verum dicere: ex hac enim existimatione pullulauit opinio dictorum summa que ē dicentium Heraclitizare: ⁊ qualem Cratillus habuit qui tandem nihil opinatus est oportere dicere: sed digitum mouebat solum: ⁊ Heraclitum increpauit dicentem bis in eodem flumine non est intrare. Ipse enim existimauit nec semel. hec Aristo. ¶ Dicti philosophi dicunt nihil esse verum quia nihil fixum: sed omnia sensibilia erant in continua permutatione. Et Heraclitus posuit omnia continue moueri ⁊ nihil esse determinate verum: qui etiam opinatus est nihil oportere dicere supple verbo exprimere: sed digitum moueri solum scilicet quod volebat. Unde ⁊ Aristippum reprehendit dicentem quia bis in eodem flumine non est intrandum. idest q homo non potest bis intrare: putabat enim iste Aristippus q anteq̄ homo intraret secundo fluuium: prima aqua fluminis iam defluxerat nec eadem que prius. Hic enim scilicet Heraclitus existimauit scilicet q nec semel potest homo in eundem fluuium intrare: quia anteq̄ semel etiam intraret dicebat totā aquam defluxisse. ¶ Ibi. Et etiam consequentia non valet dato q antecedēs sit verum: quia adhuc secundum Aristo. posset haberi certa cognitio de hoc q omnia mouentur. Non sequitur etiā. Obiectum est mutabile: ergo quod gignitur ab eo non est representatiuum alicuius sub ratione immutabilis: quia mutabilitas in obiecto non est ratio gignendi: sed natura ipsius obiecti quod est mutabile. ¶ Hoc dictum Doctoris tenet ex vna propositiōe quam Doc. facit infra. q. 6. presentis distin. Quecunq species intelligibilis gignitur ab aliquo representat ipsum secundum illam rationem secundum quam gignitur ab eo: cum ergo natura in aliquo ente mutabili sit ratio formalis gignendi speciem intelligibilem vt infra patebit. q. 6. et natura vt natura precedit mutabilitatem: ergo species intelligibilis representat illam absolute non autem sub ratione mutabilitatis. Et q mutabilitas non sit ratio formalis gignendi speciem intelligibilem: patet quia illa species intelligibilis est entitas absoluta: vt infra patebit. q. 6. mutabilitas autem est entitas respectiua. ¶ Ibi. Genitum igitur ab ipso representat naturam per se. igitur si natura vnde nā: puta nā albedinis habeat aliquam immutabilem habitudinem siue necessariam habitudinem ad aliud puta ad colorem; illud aliud

Positio Heracliti ⁊ Cratilli. q oia mundi entia erant i quadam apparentia.

per suum exemplar idest color per propriam speciem intelligibilem: ⁊ illa natura scilicet albedo per suum exemplar videlicet per propriam speciem intelligibilem representantur vt inmutabiliter vnita siue vt necessario vnita: ⁊ sic per illa exemplaria habetur infallibilis certitudo ꝙ albedo est color. ¶ Ibi. Patet etiam ꝙ per representatiuum in se mutabile potest representari aliud sub ratione inmutabilis: q: essentia dei sub ratione inmutabilis representatur intellectui per aliquod omnino mutabile siue illud sit species siue actus. De specie patet: quia species intelligibilis infusa angelis per quam poterant cognoscere deum sub ratione deitatis: vt patet a Doctore in ·2·d·3·q·9· representabat deum sub ratione deitatis in ratione obiecti intelligibilis: ⁊ deus sub ratiõe deitatis est omnino inmutabilis: sed talis species cum sit creata est mutabilis. De actu etiam patet. Nam actus intelligendi deum sub ratione deitatis est magis in virtute obiecti q̃ʒ species intelligibilis: vt patet a doctore in secundo: ⁊ tamen ille actus cognoscendi cum sit creatura est mutabilis ⁊ est similitudo obiecti omnino immutabilis: sed de hoc in. q·xv·quoli· diffuse exponam. ¶ Ibi. Hoc patet per simile: quia finitum potest representare aliquid sub ratione infiniti: patet de specie intelligibili infusa angelis que est finita: ⁊ tamen representat deum sub ratiõe infiniti: ⁊ similiter visio beatifica in intellectu creato est finita ⁊ tamen representat obiectum beatificum sub ratione infinita: dicit ergo Doctor non est maior ratio ꝙ infinitum representetur per finitum q̃ʒ ꝙ inmutabile representetur per aliqd̃ mutabile. ¶ Ibi. Ad secundam dico. Hic respondet ad secundam rationem Henri. Sententia huius respõsionis stat in duobus dictis. Primum ꝙ anima est mutabilis ab ignorantia negatiue ad notitiaʒ cuiuscumqʒ obiecti ⁊ econtra: ⁊ hoc patet. Scdʒ est ꝙ circa pricipia ꝑ se nota nũq̃ʒ mutatᷣ a deceptione ad rectitudinem nec econtra. Et hoc stante aprehensione terminorum ⁊ vnione eorum: quia vt supra expositum est impossibile intellectui aprehendenti terminos ⁊ compositionem terminorum alicuius complexi per se noti quin habeat infallibilem certitudinem de tali complexo: ⁊ sic stante tali aprehensione impossibile est ipsum decipi circa tale complexuʒ. ¶ Ibi. Ad tertium. Hic respondet ad tertiam rationem Henri. ⁊ dicit ꝙ si illa ratio de vero ⁊ verisimili haberet aliquam apparentiam magis concluderet contra opinionem Henri. qui negat speciem intelligibilem: vt patet per ipsum quoli·5·q·4· cuius opinio de negatione speciei intelligibilis recitatur a doctore infra ·q·6·⁊·7· p̃sentis di· Illud ergo qd̃ potest se representare tanq̃ʒ obiectum in somnis est phantasma: ⁊ sic si intellectus solo phantasmate inmutatur per qd̃ obiectum est sibi presens ⁊ non per aliam speciem intelligibilem: non videtur ꝙ per aliquid in quo obiectum sibi relucet possit discernere verum a verisimili: quia illud phantasma aliquando representat se tanq̃ʒ obiectum: ⁊ tunc falsitas est. Aliquando representat se tanq̃ʒ se: ⁊ tunc veritas est: ⁊ sic per tale phantasma non potest discerni verum a verisimili. Sed ponendo speciem intelligibileʒ in intellectu nõ valet ratio scilicet ꝙ talis species posset representare se tanq̃ʒ se uel se tanq̃ʒ obiectum: quia si possit representare se tanq̃ʒ obiectuʒ hoc contingeret in dormiẽdo: sed certum est ꝙ intellectus in dormiendo nunq̃ʒ vtitur specie intelligibili. sequens littera in isto articulo clara est.

Hen· quoli·5·q·14·

Circa quartum articulũ

contra cõclusionem opinionis arguo sic. Hec littera est nota vsqʒ ibi. Item tertio. Hic arguit doc· ex quo Henri. dicit ꝙ homo ex puris naturalibus non potest habere certam ⁊ infallibilem veritatem de aliquo sensibili nisi mediante luce increata: puta ꝙ non potest habere certam ⁊ infallibilem notitiam huius animal rationale est risibile: nisi mediante luce increata: ⁊ sic doc· inquisitiue arguit contra ipsum de luce increata cum dicit. Aut lux eterna causat aliquid prius naturaliter actu supple intelligendi: aut non: si sic: aut ergo in obiecto aut in intellectu: non in obiecto: quia obiectum inquantum habet esse in intellectu non habet esse reale siue esse existentie: sed tantum intentionale: quia tantum vt cognitum in cognoscente vel vt representatum in suo representatiuo: ⁊ vt sic tantum habet esse diminutum ⁊ secundum quid: ⁊ hoc modo non est capax alicuius accidentis realis: quia accidens reale nõ potest recipi nisi in subiecto habente verum esse existentie. Sequitur. Si in intellectu. idest si lux increata prius causat in intellectu aliquid: igitur lux increata non inmutat intellectum ad cognoscendum sincerã veritatem nisi mediante effectu suo. idest ꝙ non causat imediate in intellectu notitiam certam ⁊ infallibilem: sed tantum illam causat mediante effectu suo prius in tali intellectu producto. Sequitur. Et ita eqʒ perfecte videtur opinio cõmunis ponere notitiam in lumine increato sicut ista opinio: quia cõmunis opinio ponit eam videri in intellectu agenti qui est effectus lucis increate: ⁊ perfectior q̃ʒ esset illud lumen accidentale causatum. Si autem nihil causat ante actum. idest si lux increata nihil causat ante notitiaʒ certam ⁊ infallibilem: ergo sola lux causat actum: aut lux cum intellectu ⁊ obiecto. Si primo. Hoc est valde inconueniens: quia tunc ab intellectu agente negaretur nobilissima actio nata sibi competere: ⁊ patet littera. Si secundo: ⁊ hec est cõmunis opinio que ponit lucem eternam sicut causam remotaʒ causare omnem certam cognitionem uel veritateʒ: vel igitur erit ista opinio inconueniens vł non discordat a cõmuni opinione: ⁊ sic patet iste quartus articulus.

Accñs reale nõ recipitur nisi in subtõ reali ⁊ exñte.

Tho·1·parte su· qõe·84·ar·5·

Ad questio·igitur dico·

Hic Doctor ostendit intendere quomõ veritates infallibiles videntur in regulis eternis: ⁊ hic tantum loquitur de veritatibus necessarijs: vt infra patebit. Et pro intelligentia huius littere premitto tale exemplum. Ista veritas albedo est color: dicitur videri in terminis cognitis vt in obiectis proximis: quia cognitio terminorum est causa notitie infallibilis conformitatis terminorum: ⁊ sic ista veritas infallibilis siue cognitio infallibilis huius albedo est color dicitur videri in albedine ⁊ colore cognitis modo preexposito. Secundo ista veritas videtur in speciebus intelligibilibus terminorum: quia species intelligibilis coloris est partialis causa: ⁊ imediata notitie coloris: ⁊ similiter species intelligibilis albedinis est partialis causa notitie albedinis: pro tanto ergo dicitur ꝙ notitia infallibilis huius propositionis albedo est color. Videtur in speciebus intelligibilibus sicut in continente obiectum proximum: quia tales species intelligibiles virtualiter continent notitiam terminorum: licet aliqui exponant ꝙ tales termini dicuntur contineri in spẽbus representatiue. Sed hoc nõ placet.

Opi· Doc· de sincc. verita·

Tertio

Tertio notitia infallibilis huius propositionis albedo est color · dicitur videri in aliquo vt in cuius virtute obiectum proximum siue termini cogniti mouet intellectum: ⁊ si posset poni ꝙ termini cogniti siue cognitio eorum moueat intellectum pro statu isto in virtute phantasmatis (qđ non credo verum) tunc talis notitia infallibilis diceretur videri in phantasmate coloris ⁊ albedinis: vt in illo cuius virtute obiectum proximum mouet · Quarto eadem cognitio infallibilis potest dici videri in aliquo vt in obiecto remoto: puta in albedine sensibili extra ⁊ in colore sensibili extra: quia nisi mouerent sensum pro statu isto de conformitate eorum nunq̄ haberetur infallibilis cognitio · Modo applicando ad diuina · *1·Conclu·* ❡ Dico primo ꝙ veritas ista vt.s. videtur in ipsis terminis cognitis tanq̄ in obiectis proximis imediate ⁊ necessario causantibus conformitatem illorum ⁊ notitiam illius conformitatis · *2·Conclu·* ❡ Secundo videt̄ in actu intellectus diuini sicut in continente obiectum proximum: ⁊ hoc dupliciter · Primo vt in causa proxima q: omnes termini virtute intellectionis diuine producuntur in esse cognito: vt docet Doc· infra presenti questione: ⁊ clarius in ·36·q· ⁊ ·43· huius · Jmmo nulla creatura potest esse in intellectu diuino vt obiectum intelligibile ex natura rei: vt clare docet Doc· in ·2·d·1·q·1· ⁊ in quoli·q·15 · Sed tantum dicuntur obiecta intellectus diuini per actum ipsius intellectus · Jmmo ante actum intellectus diuini nullum penitus esse habent nec possibile nec aptitudinale: quia possibilitas cuiuscunq; rei est a solo actu intellectus diuini: vt clare innuit Doc· infra dist· ·3· Quia ergo actus intellectus diuini virtualiter cōtinet omnes terminos tam in esse possibili q̄ in esse cognito: ideo veritas ista que est conformitas albedinis ad colorem siue notitia infallibilis huius conformitatis habetur ab actu intellectus diuini: vt sicut a continente virtualiter terminos huius conformitatis in esse cognito · Secundo quia talis cognitio diuina est similitudo obiecti cogniti: ideo obiectum cognitum vt sic dicatur contineri in tali cognitione (vt aliqui exponunt) sed prima expositio est magis ad mentē Doctoris · *3· Conclu·* ❡ Tertio huiusmodi veritas videtur in actu intellectus diuini vt in cuius virtute obiectum proximum mouet intellectum nostrum: siue termini sic cogniti qui dicuntur obiecta proxima · i· ꝙ tales termini sic cogniti virtute intellectionis diuine causant euidentem conformitatem · Et licet Sco· secundo ⁊ tertio modis hoc attribuat intellectui diuino · scilicet ꝙ sit causa continens virtualiter ⁊ in cuius virtute: debet exponi de ipso actu intelligendi: vel de ipso intellectu vt est sub actu intelligendi: idest ꝙ intellectus diuinus vt habens actum illum intelligēdi tanq̄ principium formale est causa modo preexposito · Et ꝙ debeat sic intelligi patet a Doctore infra distin·36· ⁊ ·43· ⁊ in ·2·d·1·q·1· ⁊ in quoli·q·15· ⁊ alibi · *4· Conclu·* ❡ Quarto videtur in memoria fecunda (q̄ includit essentiam ⁊ intellectum diuinum) tanq̄ in obiecto remoto: quia ipsa est primo quasi causa actus intelligēdi vt·s· patuit di·2· ⁊ post mediante ipso actu est causa illorum terminorum: ideo videtur ibi tanq̄ in obiecto remoto: ⁊ licet Doc. in ista littera tantum nominet intellectum esse causam remotam semper tamen includit essentiam: vt ab ipso patet in pluribus locis: ⁊ sic per hec declarata poterit quodammodo patere littera quam tamen declaro de dicto in dictum propter aliqua difficilia ibi inclusa · ❡ Jbi. Ad intellectum primi·v3. quomodo veritas sincera dicatur videri in

Declaratio littere ·

obiecto proximo · Dico ꝙ omnia intelligibilia actu intellectus diuini habent esse intelligibile: idest ꝙ ante illum actum nullo modo habent rationem obiecti intelligibilis: sed tantum per actum intellectus diuini: vt dixi supra · Sequitur. Et in eis supple obiectis intelligibilibus siue in terminis cognitis omnes veritates de se relucent · idest ꝙ conformitates terminorum relucent in ipsis terminis: quia termini illi nati sunt imediate facere euidentem veritatem conformitatis eorum si sint termini propositionis per se note · Sequitur · Jta ꝙ intellectus intelligens ea ⁊ virtute eorum intelligens necessarias veritates de eis: videt in eis sicut in obiectis istas veritates necessarias · i· ꝙ intellectus creatus intelligens albedinem: ⁊ nigredinem que dicuntur obiecta intelligibilia per actum intellectus diuini: ⁊ virtute eorum scilicet terminorum intelligens necessarias veritates de eis · idest necessarias habitudines vel conformitates videt in eis sicut in obiectis scilicet proximis · Jstas veritates necessarias · idest istas habitudines terminorum vel cōformitates · idest ꝙ tales termini ut cognoscuntur ab intellectu creato nati sunt quantum est ex se ipsis facere euidentem veritatem de conformitate eorum · Et non potest hoc applicari ad intellectum diuinum: quia in obiectis secundarijs virtute eorum non est natus videre huiusmodi conformitatem: vt supra patuit in illa questione an theologia sit scientia: et clare ostendit Doc· in quoli·q·14· ⁊ ·15· Sequitur · Jlla autem inquantum sunt obiecta secundaria intellectus diuini sunt veritates: quia conformes suo exemplari intellectui scilicet diuino · idest intellectioni diuine vel intellectui vt sub tali intellectione · Nam ista obiecta dicuntur obiecta secundaria intellectus diuini non ꝙ aliquo modo possint mouere intellectum diuinum: quia tunc vilesceret: nec ꝙ sint ibi ex natura rei: vt supra dixi: sed quia sola essentia diuina dicitur simpliciter obiectum primarium cum sit ratio formalis primo ⁊ imediate cognoscendi se ⁊ quodcunq; aliud obiectum: vt supra patuit in prologo in illa questiōe an theologia sit scientia · Et licet persone diuine dicantur etiam obiecta secundaria: vt supra patuit a Doctore distin·1·q·2· Quia tamen non sunt ibi tantum per actum intellectus diuini: sed in vero esse realis essentie ⁊ ex natura rei: non ꝙ possint mouere intellectum diuinum ad sui cognitionem quia sola essentia diuina mouet · Omnes vero creature quia sunt ibi tātum per actum intellectus diuini: ideo proprie dicuntur obiecta secundaria intellectus diuini · idest causata in tali esse ab actu intellectus diuini ⁊c · Et dicit ꝙ ista obiecta secundaria sunt veritates · idest ꝙ eo modo quo sunt conformia intellectioni diuine eo modo nata sunt facere veritatem siue conformitatem eorum in intellectu nostro · Nam actus intellectus diuini sic dat esse albedini ⁊ colori vt color necessario includatur in albedine: ⁊ sic dicat necessariam habitudinem vel conformitatem ad albedinem: ⁊ sic albedo ⁊ similia ⁊ color: vt cognita ab intellectu nostro causant hanc conformitatem siue euidentem notitiam de huiusmodi conformitate: itaq; intellectus habens notitiam talium terminorum ⁊ vnionis eorum euidenter cognoscit q̄ albedo includit ipsum colorem · Sequitur · Et sunt lux quia manifestatiue · idest ꝙ huiusmodi obiecta secundaria dicuntur lux: quia non tātum sunt manifestatiua sui in intellectu creato: sed etiam sunt manifestatiua conformitatis eorum: ⁊ nata sunt facere claram ⁊ manifestam euidentiam

Obiā secundaria diuini intel·is q̄ sint·

Diuinus intellectus dat rebus oēm necessariā habitudinē conformitatēque quā habent·

in quocunq3 intellectu creato de eorum conformita te·Sequitur·Et sunt immutabiles lux·i·q tale obiectū habet esse immutabile in intellectu diuino ⁊ sunt necessarie: qr omne qd producitur de necessitate nature sm illud esse sm qd producitur dicitur necessariū: propterea si sm quid producitur dicitur necessarium sm quid·Si vero sm esse simpliciter producitur dicitur necessarium simpliciter: ⁊ hoc infra patebit. d·8·q·vlti·Sed obiecta secundaria de necessitate producuntur in esse sm quid qd est esse cognitum: siue esse possibile ab actu intellectus diuini: vt·s·patuit· Qd necessario patet: qr talia obiecta producūtur ab actu intellectus diuini ante omnem actum voluntatis diuine ad extra: ⁊ sic de necessitate· vt·j·patebit presenti ·q·⁊·d·35·⁊·36·Sequit·Sed eterne sm quid·qr eternitas est cognitio existentis·Ratio: qr proprie eternitas est mensura alicuius existentis: vt patebit in·2·d·2·Talia tamen obiecta possunt dici habere existentiam sm quid ⁊ hoc dupliciter· Primo qr tantū habent esse in intellectu diuino q vere ex natura rei existit·Esse dico tantum obiectiue. qr sunt obiecta intellectus diuini modo preexposito ⁊ nō subiectiue·Secundo qr denominantur cognita a cognitione diuina denominatione tantum extrinseca: ⁊ vt sic dicuntur participare cognitionem diuinam: vt patet a doctore in ·4·d·1·q·1. Et sic dicuntur existere existentia intellectionis diuine· Possunt etiam dici existere sm quid qr eis nō repugnat actualis existentia: ⁊ in hoc differunt a secundis intentionibus ⁊ ab omnibus relationibus rationis quibus repugnat omnino existere·

Quare obiecta secundaria dicūtur necessario producī i eē sm quid·

Et sic patet quomodo sincera veritas videtur in regulis eternis·i·in ipsis obiectis proximis que dicuntur regule eterne propter conditiōes supradictas· Ibi· Secundus modus patet similiter·v3· quomodo veritas infallibilis videtur in continente obiectū passiuū: qr intellectus diuinus siue actus intellectus diuini continet istas veritates quasi liber·i·ista obiecta secundaria scripta sunt in actu intellectus diuini inquantum continet veritates istas·i·ipsa obiecta secūdaria que dicuntur veritates modo supradicto· Et l3 ille liber·i·intellectio diuina non videatur in se videntur tamen ille quiditates vel veritates siue obiecta secundaria· Et sic intellectus noster dicitur videre in illo libro sicut in continente obiectum secundarium: vt·s·dixi· Videtur etiam in illis veritatibus·i·in illis obiectis secundarijs que sunt lux eterna ⁊c· Et dicuntur obiecta proxima: ⁊ sic patet ista littera doc· Ibi·Cōtra tamen primum modum est dubium·Si enim non videmus istas veritates vt in intellectu diuino siue vt in actu intellectus diuini: qr non videmus ipsum: quomodo dicemus videre in luce increata ex hoc q videmus in tali luce eterna sm quid: que habet esse in luce increata sicut in intellectu cognoscente? Hic loquitur de veritatibus complexorum siue de conformitatibus terminorum: non autem de ipsis terminis qui etiam dicuntur veritates. vt·s·dixi· Ad hanc difficultatem dicit doc·q huic difficultati respondet tertium membrum: ⁊ sententia littere est·q ex quo illa obiecta secundaria habent tantum esse sm quid: non possunt mouere aliquem intellectū causando ibi aliquid reale: puta euidentem notitiam de conformitate eorum: sed bene possunt uirtute actus intellect⁹ diuini: qr ille actus habet esse simpliciter: sed ex se nullo modo possunt: ⁊ littera clara est·

Difficultas. **Sed hic occurrit** difficultas· Quia doc· vult in pluribus locis q agens in virtute alterius dicat rationem propriam agendi: ⁊ de hoc patet satis in·4·d·1·q·1·⁊·q·4·vel·5·⁊·d·xiij·⁊ alibi· Si ergo obiecta secundaria mouent intellectum creatum ad euidentem notitiam conformitatis eorum: sequitur q in se formaliter aliquid includunt quo possit mouere l3 in virtute alterius moueat: sed hoc non videtur possibile: qr entitas absoluta (cuiusmodi est notitia euidens) nō potest esse ab aliquo habente esse tantū sm quid· Possit dici sustinendo dictum doctoris q ex hoc dicuntur mouere in virtute intellectus diuini: non q in se aliquo modo moueat: sed qr totum suum esse habent ab actu intellect⁹ diuini: ⁊ qr ex se (vt dixi) nō possunt causare euidentem notitiam conformitatis eorum: s3 solus intellectus diuinus mediante actu suo: qr ergo talia obiecta virtualiter continētur in intellectu diuino ex hoc dicimus q in virtute illius mouet: qr tota virtus mouendi est ab intellectu diuino mediante actu suo· Si dicatur non videtur possibile q intellectus diuinus moueat intellectum creatum causando in eo euidentem notitiam conformitatis obiectorum virtualiter in eo contentorum: qr tunc talis notitia esset de necessitate causata: ⁊ sic ageret ad extra de necessitate nature: qd est impossibile: ⁊ q producat aliqd in esse simpliciter siue in esse actualis existētie per modum nature: vt patet a doctore in pluribus locis: licet possit producere aliquid sm quid per modū nature· vt dixi·s· Dico q ideo intellectus diuinus dicitur sic mouere: qr quantum est ex parte sua posset facere euidentem veritatem de quocunq3 obiecto in quocunq3 intellectu nato ab ipso imediate moueri· Sicut etiam essentia diuina quantu3 est ex parte sua nata est facere euidentem veritatem de quocūq3 necessario ⁊ de quocunq3 virtualiter contento respectu cuiuscunq3 intellectus quem imediate mouere possit: vt·s·patuit in·q·1· prolo·⁊ in·q·14·quoli· repugnat tamen sibi imediate posse mouere intellectum creatum: qr tunc moueret de necessitate natur· Sic in proposito· Ibi· Iuxta hoc etiam posset dici· Hic doc· dat aliam responsionem: ⁊ videtur hic concedere q obiecta secundaria vere moueant intellectum creatum ad certam cognitionem conformitatis eorum: sed hoc non in virtute propria: sed in virtute intellectus diuini dantis eis tale esse: quo mediante possint mouere intellectum creatum. Et tunc veritates sincere dicerentur videri in intellectu diuino vt in causa proxima obiecti in se: qr intellectus diuinus siue actus intellectus diuini est causa proxima ⁊ immediata secundorum obiectorum: ⁊ obiecta secundaria sunt causa proxima notitie euidentis conformitatis eorum: ita cum dicitur q veritates videntur in intellectu diuino vt in causa proxima: debet referri causa proxima respectu obiecti secundarij ⁊ non respectu notitie·

Solu· Obiectio· Responsio·

Sed tunc occurrit non parua difficultas·v3· quomodo illa obiecta secundaria possint partialiter causare talem notitiam cum tantum habeant esse sm quid? Dico breuiter q iste passus sic debet intelligi: q talia obiecta vt relucent in specie intelligibili dicuntur mouere intellectum creatum: non q in se moueat: sed qr species intelligibilis causat immediate talem notitiam: ⁊ sic talia obiecta dicuntur mouere ex hoc q species intelligibilis eorum que tantum potest esse ab illis obiectis imediate mouet: ⁊ hoc patebit·j·q·7·pntis·d·⁊·d·17·⁊ in·q·d·3· ⁊ expresse in quoli·

Alia difficultas· Solu.

in quoli·¶ Si dicat·nonne spēs intelligibilis est enti/
tas absoluta? ¶ Dico q̄ sic·Modo quo ergo pōt esse
Dictū notabile· ab illis obiectis h̄ntibus esse tm̄ ēm qd·Dico q̄ suffi
cit hoc q̄ spēs intelligibilis sit cāta a ph̄antasm̄ate ta/
lis obiecti:ꝛ tale phantasma sit cātū a spē sensibili ta
lis obiecti:ꝛ spēs sensibilis sit imediate a tali obiecto:
ita q̄ nā ex̄ns in tali sensibili sit rō formalis cāndi ta/
lem spēm·Si vero obiecta scd̄aria ꝯparent intelle
ctui sepato:nā eoꝝ ex̄ns in singulari erit rō formalis
cāndi speciē intelligibilē in intellectu puta angelico·
vt pꝫ a Doc·in·2·di·3·Et ex his pꝫ quōmō talia obie
cta scd̄aria dicunt̄ mouere intellectū in cognitione
abstractiua·¶ Ibi·Et si obijcias ꝯ istos duos mo/
dos integrātes tertiū modū de cā.s·q̄ iō dicimur vi/
dere in regulis eternis pp̄ duplicē cālitatē intellectus
diuini·vꝫ·q̄ ꝓducit obiecta scd̄aria in esse intelligibi
li:ꝛ q̄ est illud virtute cuius obiecta scd̄aria ꝓducta
mouēt nālr intellectū creatū·Dicit Doc·q̄ ex quo vo
luntas diuina est imediatū pncipiū cuiuslibet actus
ad extra:ꝛ nihil mouet ad extra nisi in virtute volun/
tatis diuine:magis dicere debemus q̄ iste veritates
vident̄ in volūtate diuina q̄ꝫ q̄ videant̄ in intellectu
diuino q dr̄ lux increata·¶ Rn̄det doc·ibi·Rn̄deo·
Intellectus diuinus inq̄ꝫtū aliquo mō prior est actu
volūtatis diuine·Tota ista rn̄sio stat in hoc·q̄ loquē
do de ꝓductōe ēm qd q̄ precendit ab ex̄ntia reali:ista
obiecta scd̄aria imediate ꝓducunt̄ ab actu intellectus
diuini:ꝛ eadē obiecta virtute intellectus diuini nō cō
currēte actu volūtatis diuine mouēt intellm̄ creatum
q̄ꝫtū ad ꝯformitatē eoꝝ:supple q̄ vt sunt in intellectu
creato cognita ꝛ cōposita:de necessitate nāe causant
ꝯformitatē eoꝝ:ꝛ tota ista cātio nō est respectu alicu
ius h̄ntis esse ex̄ntie·Si vero loq̄mur ď noticia actua
li terminoꝝ dic vt·s̄·q̄ꝛ ipsa obiecta scd̄aria mouent
intellectū creatū ad sui actualē notitiā ꝛ ad actualem
notitiā cōformitatis eoꝝ in virtute volūtatis diuine:
lꝫ q̄ꝫtum esset ex pte intellectus diuini (cū sit eis pfe
ctissimū) in infinitū possent mouere ad hmōi notitiā
posito q̄ intellect⁹ diuinus possit agere ad extra·Di
cit ergo Doc·q̄ notitia actualis terminoꝝ ꝛ ꝯpositio
eoꝝ ꝛ ꝑceptio siue actualis notitia cōformitatis eoꝝ
dependēt a volūtate diuina ꝛ ab ipsis obiectis secūda
riis nō vt h̄ntibus esse ēm qd:sed vt talia obiecta secū
daria mouēt intellectū nr̄m ꝓ statu isto vt existunt
in singularibus·sic intelligēdo q̄ rō eoꝝ formalis mo
uendi est nā eoꝝ ex̄ns in singularibus:q̄ꝛ vt sic primo
mouēt sensū:ꝛ vltimo spēs intelligibilis repn̄tās na
turā eoꝝ absolute mouēt intellectū ad ꝑceptionē eoꝝ
simplicē:q̄bus cognitis ꝛ ꝑceptis ꝛ cōpositis mouet̄
intellectus nr̄ ad actualē ꝑceptionē ꝯformitatis eoꝝ·
tota ergo ista motio fit a talibus obiectis mō perposi
to ꝛ in virtute volūtatis diuine· Sꝫ q̄ꝛ vt·s̄·exposui
ꝯformitas terminoꝝ dr̄ veritas:ꝛ q̄ꝛ talis ꝯformitas
est ab ipsis terminis virtute intellectus diuini:iō dici
mus videre cōformitatē siue sincerā veritatē in ipsis
terminis vt in obiectis ꝓximis:ꝛ in actu intellectus
diuini vt virtualiter cōtinēte hmōi terminos:ꝛ vt id
in cuius virtute tales termini mouent intellectū crea
tū ad eoꝝ cōformitatē adinuicem·¶ Et vt clari⁹ ista
intelligant̄ pono aliqua signa·In primo signo intelle
ctus diuinus dr̄ opatiuus respectu intellectiōis essen
tie diuine ꝛ oīum iōi existium:que intellectio dr̄ pro/
prie opatio:ꝛ silr voluntas diuina dr̄ opatiua ad in/
tra amādo essentiā diuinā:q amor dicit̄ opatio eius·
Et vltra·intellectus diuinus est ꝓductiuus respectu
gn̄ationis filij·Et volūtas dr̄ ꝓductiua respectu ꝓdu
ctionis spūs sancti:que oīa supra declarauī dist·2·
pte·2·Et in isto signo nihil est creature nec in esse co
gnito nec in esse possibili·vt pꝫ a Doc·in·2·distin·j·
q·j·In scd̄o signo intellectus diuinus mediāte ac/
tu suo producit oēs q̄ditates in esse cognito:in quo eē
cognito fundat̄ esse eaꝝ possibile· vt pꝫ a Doc·infra
dist·xxxvj·ꝛ·xliij. Et in hoc signo oīa obiecta intelli/
gibilia simplicia quecūqꝫ sint illa sunt ab intellectu di
uino·In tertio signo obiecta scd̄aria virtute intellect⁹
diuini si sunt pn̄tia intellectui creato dicunt̄ mouere
intellectū creatū ad eoꝝ cōformitatē· Et hoc signum
subdistinguitur·Primo q̄ꝛ illa obiecta secūdaria q̄ꝫ/
tū est ex pte intellectus diuini (si sibi nō repugnaret
agere ad extra virtute intellectus diuini) possunt mo
uere intellectū creatū ad eoꝝ simplicē apprehensionē
semper intelligendo vt·s̄·exposui·Secundo q̄ talia
obiecta vt mouent intellectū creatū ad notitiam eoꝝ
simplicē mouēt in virtute volūtatis diuine:cum talis
notitia sit vera qualitas absoluta in esse reali·Et in/
tellectus creatus virtute volūtatis diuine cōponit il/
los terminos:ꝛ termini sic cōpositi virtute intellectus
diuini causant cōformitatē eoꝝ adinuicem:que cōfor
mitas dr̄ veritas sincera·Et deinde intellectus crea/
tus virtute volūtatis diuine ꝑcipit hmōi ꝯformitatē:
ita q̄ notitia cōformitatis depēdet ab intellectu crea/
to:et ab ipsis terminis intelligēdo vt·s̄·ꝛ a volūtate
diuina vt a prima causa in cuius virtute tam intelle/
ctus creatus q̄ꝫ obiecta secūdaria mouēt ad perceptio
nem talis cōformitatis.ꝛ sic ex istis declaratis patere
potest intentio Doc·¶ Ibi Et ex isto apparet qualr̄
nō est necessaria specialis illustratio ad videndū in re
gulis eternis·¶ Dicit Doc·q̄ ex quo Aug·tm̄ loquit̄
de sincera veritate necessaria ex vi terminoꝝ non opꝫ
ponere specialē illustrationem ad videndū in regulis
eternis·sufficit·n·gn̄alis influētia lucis increate· In/
tentio Aug.ꝛ Doctoris est q̄ oīa principia per se nota
siue veritates taliū principioꝝ dicunt̄ videri in regu/
lis eternis:quia cōformitas terminorū principij p se
noti videt̄ vnis terminis vt in obiecto proximo· Se/
cūdo videt̄ in intellectu diuino vt virtualiter causāte
siue cōtinente illos terminos·Tertio videt̄ in eodem
intellectu vt in cuius virtute tales termini mouēt ad
cōformitatē eoꝝ adinuicem·Quarto videt̄ in memo
ria diuina fecunda vt in cā remota vt·s̄·exposui:ꝛ sic
pꝫ quōmō ad visionē talis veritatis non requirit̄ spe
cialis illustratio lucis increate·ꝛ hoc est quod dicit·
Declaro tn̄ hanc lrām·Aug·Non ponit in eis·s·re/
gulis eternis videri nisi vera·s·complexa que sunt ne
cessaria ex vi terminorum cuiusmōdi sunt sola princi
pia per se nota:ꝛ in talibus supple principijs p se no
tis est maxima necessitas tam cāe remote q̄ꝫ ꝓxime
respectu effectus:puta tam intellectus diuini ad obie
cta mouentia q̄ꝫ illorum obiectorum ad veritatē com
plexionis de eis memoria fecunda est cā remota tam
respectu veritatis principij q̄ꝫ respectu terminoꝝ pri/
cipij:ꝛ intellectus diuinus mediate actu suo est causa
remota veritatis principij:lꝫ sit cā ꝓpinqua respectu
terminoꝝ principij ꝛ sic lr̄a debet applicari.Sequit̄·
Et lꝫ ēt nō sit tanta necessitas ad ꝑceptionē illius ve/
ritatis q̄ oppositū includat ꝯdictionem·Uult dicere
Doc.q̄ q̄ꝫuis sit maxima necessitas q̄ ad tales termi
nos ꝛ cōpositionē eoꝝ sequatur talis cōformitas:ita
q̄ includit ꝯdictionem ipsam cōformitatē non sequi
(cum oēs cause hūius cōformitatis agāt simpliciter
de necessitate nāe ad hmōi conformitatem) nō est tm̄
simpliciter necessarium q̄ talis cōformitas ꝑcipiat̄:

Nota q̄d̄ signa in diuinis:ex pte intellect⁹ diuini ꝛ ꝯ lectorum secūdariorū·

Primo rūꝫ principioꝝ veritates q̄n̄ vīr in regulis eternis·

Declaratio lr̄e·

quia si voluntas diuina non coageret intellectui ⁊ terminis ad ꝑceptionē siue ad notitiam qua intellectus ꝑcipit nunq̄ꝫ sequeret̄ talis perceptio· Dicit tñ ꝙ est maxima necessitas ex pte cause prime coassistentis sibi cā remota·i·ꝙ q̄ꝫtum est ex pte terminoꝝ qui dicūr cā prima: ⁊ q̄ꝫtum est ex parte intellectus diuini qui dicit̄ cā remota: ⁊ q̄ꝫtuꝫ est ēt ex pte intellectus creati esset maxima necessitas causandi hm̄oi ꝑceptionē· Si·n·nō repugnaret intellectui diuino causare aliqd ad extra in esse reali maxima necessitate sequeret̄ in intellectu creato ꝑceptio veritatis principij· ¶ Ibi· Etsi ponatur ꝙ deus ad istuꝫ effectū influentia gnāli nō tñ necessitate naturali· ¶ Hic rñdet tacite obiectioni·q̄ dixit ꝙ non est simpliciter necessitas vt talis cōformitas ꝑcipiat̄: posset aliquis dicere imo de necessitate ꝑcipit̄: q̄ ipsi termini vt apprehensi ⁊ intellectus diuinus q̄ꝫtū est ex pte eoruꝫ de necessitate nāe agūt ad huiusmodi ꝑceptionē: ⁊ deus semp coagit istis terminis influentia gnāli. ergo stante apprehensione terminoꝝ ⁊ influentia gnāli dei de necessitate nāe seq̄t̄ ꝑceptio ꝯformitatis· Rñdet Doc· ꝙ etsi deus coagat oī creature influentia gnāli nunq̄ꝫ tñ necessitate nāli· nunq̄ꝫ·n·ad aliquā actionē realeꝫ cōcurrit deus cū creatura necessitate nāli: sed tñ volūtate libera ⁊ contingenti· ¶ Ibi. Sed siue sit influentia generalis siue (qđ plus est) necessitas nālis influendi terminis ad hūc effectū pꝫ ꝙ nō requirit̄ illustratio spālis· Hec lr̄a est extra textū: ⁊ sensus est· ꝙ ēt posito ꝙ deus coagat terminis ad cōformitatis ꝑceptōeꝫ· ⁊ hoc siue gnāli influentia siue nāli necessitate. pꝫ ꝙ ad hm̄oi ꝑceptionē nō reqrit̄ specialis illustratio lucis increate· ¶ Ibi· Assumptum de intentione Aug· ⁊c· ¶ Hic Doc· ostēdit p dicta Aug· ꝙ ipse tñ loquat̄ de veritatibus principioꝝ per se notoꝝ vt supra exposui: ⁊ ꝙ hm̄oi veritates possunt ꝑcipi sine speciali illustratione lucis increate: nam s̄m ipsum ēt ph̄i huiusmodi veritates ꝑceperunt· Iste auctoritates Aug· Prima ostendit quōmō multi ph̄i potuerunt videre veritates infallibiles multorum principiorum: q ph̄i deridebant christianos ex hoc ꝙ sola fide multas veritates videnti: ⁊ vult ibi Aug· ꝙ christiani non vidēt credita in regulis eternis: ⁊ p aliam auctoritatem vult ꝙ magis requiritur specialis illustratio ad videndas veritates cōtingētes q̄ꝫ necessarias: ⁊ tñ ph̄i multas veritates contingentes viderunt vel per historias vel p sensus ⁊ hm̄oi: ⁊ tñ in hm̄oi perceptione non fuit eis necessaria aliqua specialis illustratio lucis increate· ¶ Ibi· Contra· quid igitur? Hic arguit per dcm̄ Aug· p audo ꝙ ph̄i non potuerūt videre hm̄oi veritates sinceras quia non nisi pure aīe ad illas pertingunt· ¶ Respondet Doc· ibi· Rñdeo· Ista puritas non dꝫ intelligi a vitijs· Et lr̄a clara est· ¶ Ibi· Ultimo modo potest concedi ꝙ cognoscantur veritates sincere in luce eterna sicut in obiecto remoto cognito· ¶ Supra dixit Doc· ꝙ q̄ꝫuis huiusmodi veritates videantur in intellectu diuino tanq̄ꝫ in libro: non tamen sequit̄ ꝙ intellectus diuinus in se videat̄· siue actus intellectus diuini vt supra exposui: hic autem dicit ꝙ in ipso deo vt in obiecto cognito possunt cognosci· Si qs·n· deū distincte cognosceret ab ipso posset sumere oīa principia tam speculabilia q̄ꝫ practicabilia: quia lux increata siue essentia diuina est primum principium entiuꝫ speculabilium ⁊ vltimus finis rerum practicabiliuꝫ· Quando dicit Doc· ꝙ essentia diuina est principiuꝫ omnium speculabilium· Debet sic intelligi ꝙ omnia entia speculabilia suo modo causantur ab intellectu diuino ⁊ ab essentia diuina· nam ante actum intellectus diuini nullus terminus siue nulla quiditas est i aliquo esse vt dixi supra: ⁊ ideo omnes quiditates ⁊ omnes propositiones necessarie speculatiue sumunt̄ ab ipsa (concurrēte intellectu diuino ⁊ actu intelligēdi) tanq̄ꝫ a causa prima: ⁊ ab essentia ⁊ intellectu tāquā a causa remota· Et ipsa essentia est vltimus finis practicabilium: quia ab ipsa vt a causa remota sumūtur omnes termini ex quibus fiunt propositiones tā practice q̄ꝫ speculatiue· Sumunt̄ etiam practicabilia ab ipsa essentia non tantuꝫ vt a causa remota: sed ab ipsa vt a fine vltimo a quo sumūtur omnia principia practica: ⁊ ab illis principijs conclusiones practice vt clare exposui in·q· de prati· sic semper intelligendo ꝙ ab ipsa vt cognita sumunt̄ omnia ista· Et infert Doc· vnum corelarium ꝙ cognitio omnium tam speculabilium q̄ꝫ practicabilium per principia sumpta a luce eterna vt cognita est perfectior ⁊ purior cognitione sumpta per principia in genere proprio: ⁊ hoc modo cognitio omnium pertinet ad theologum: ⁊ patet lr̄a vsq̄ꝫ ad finem questionis·

ℓz·de tri·c· xiiij· vl·x· ⁊ lxxxiij·q· q·xlvj·

Increata lux·

¶ Super questione quinta·di·tertie·vbi Doc· querit· Utrum in omni creatura sit vestigium trinitatis·



Uantum ad primū articulum· Hic recitatur primo opio Sancti Tho· que opinio stat in duobus dictis· Primū est de descriptione vestigij· ⁊ dicit ꝙ vestigiuꝫ in corporibus est impressio derelicta ex trāsitu alicuius super vacuum: supple in potentia vl' plenum vel supra plenum ipsum: imp̄e sexte representās illud supple cuius est vestigium· Et nota ꝙ vestigiuꝫ in corporibus non est aliquid impressum super omnino vacuum: nec super omnino durū: nec super omnino fluiduꝫ: sed super materia molli que cedit ⁊ impressionem recipit ⁊ seruat· Secunduꝫ dictum est ꝙ vestigium representat aliquid tantum sub ratiōe speciei· ymago vero sub ratione indiuidui· Et exempla patent in littera· ¶ Ibi· Quantum ad secundum articulum in quo queritur de ratione vestigij siue in quo consistit ratio vestigij trinitatis· quolibe·ix·q·j· ⁊·z· ¶ Hic recitat̄ opinio Hen· qui dicit ꝙ creatura habet triplicem relationem ad deum s̄m tres modos relatiuorum quos ponit ph̄us·v·metha·t·c·xx· quorum· Primus fundatur super vnū ⁊ multa· vt similitudo super vnuꝫ: ⁊ dissimilitudo super multa· ⁊ equalitas super vnum: ⁊ inequalitas super multa: ⁊ quomodo hoc sit infra exponam distin·xxxj· Secundus modus fundatur super actionem ⁊ passionem siue super potentiam actiuam ⁊ passiuam vt paternitas et filiatio: ⁊ quomodo hoc intelligatur vide Doctorem in tertio distin·viij· ⁊ in quolibe·q·xiij· Tertius modus fundatur super mensuraꝫ ⁊ mensurabile· de quo modo subtiliter vide Doctoreꝫ in quolibe·q·xiij· Dicit ergo Henri· ꝙ s̄m primum modum creatura dicit relationem exemplati ad suum exemplar: ⁊ quo ad secundum modum dicit relationem ad deum vt causati ad causam: ⁊ quo ad tertium modum dicit relationem mensurati ad deuꝫ mensurantem: siue ad deum vt finita ad causam finalem· Et sic ratio vestigij trinitatis i creatura cōsistit in his tribus respectibus simul: ita ꝙ vnus sine alio non sufficit· ¶ Ibi· Sed respectu cuius est ex parte dei·i· quid representat vestigium in deo·

In prioscri pra· dist· 3· ar·z·⁊ i prima pte· q· xlv·ar· vij·

deo. ¶ Dicit Henri. q tantū representat appropriata tribus personis diuinis: quia per primū respectū .s. similitudinis representat ptem exemplantis que appropriatur filio. p secūdū potentiam pducentis q appropriatur patri. per tertiū bonitatem finientis q appropriat spūi sancto: & sic pz opinio Hen. ¶ Ibi. Contra illud quod dicit in primo membro. ¶ Hic doctor arguit ꝯ id qd dicit Tho. vbi. s. s. q vestigiū repsentat tm̄ sub ratione spēi & ymago sub rōne indiuidui. Et supponit vnum etiam sm Tho. q ymago representat totū imediate: & vestigiū representat ptem. Si ergo per possibile tm̄ esset vnus hō in mundo & a me esset cognitus: si viderem vestigium pedis illi⁹ hominis certū est q tale vestigium nō representaret ipz hoiem confuse. i. sm aliquam rōnē cōem sibi & aliis: sed representaret ipsum distincte: & tū illud vestigium vel similitudo pedis nō diceret ymago: ergo falsū est dicere qd illud q repñtat aliquid sub rōne vestigij est ymago eius. Nam ad hoc q dicat ymago requiritur q representet: vel q sit similitudo totius indiuidui & sm oēs partes: pz etiam q non est verum q vestigiū tantum representat sub ratione speciei per casum positum. s. si tantum esset vnus homo &c.

Vestigiū sm Sco.

Quantum ad hoc. Doc. hic describit vestigium in corporibus dicens. Vestigium est similitudo illius ptis animalis a qua imprimitur in aliquid sibi cedēs: per cuius cognitionem arguitiue deuenitur in cognitionē totius. i. q vestigium est aliquid impressū ab aliqua parte animalis: puta a pede hominis quod impressum est imediate similitudo illius partis: qua parte cognita faciliter deuenimus in cognitionem totius. nam per illud vestigium cognoscitur imediate q pars imprimens sit pars illius totius per quam cognitam arguitiue cognoscat totum. Si autem impressum esset mediate similitudo totius: tunc non diceretur vestigium sed ymago illius. Et patet lr̄a Doctoris. ¶ Ibi. Hoc etiam ad propositum applicādo. ¶ Hic Doc. improbat opinionem Thome de illa differentia posita inter vestigium & ymaginem loquēdo de vestigio & ymagine trinitatis: quia nulla creatura representat deum nisi sm conceptus cōmunes & non sm conceptum specialē. s. speciei specialissime. vt diffuse ostensum est supra. q. j. presentis distin. Et sic non est differentia creature ad creaturam puta lapidis ad animam rationalem in representando deum in ratione communi & non communi: quia omnis creatura quecunqz sit illa tantum representat deum in conceptu cōmuni. ¶ Ibi. Quod etiam dicitur in secundo membro. ¶ Hic improbat opinionē Henri. & primo in hoc quod dicit q vestigium tantum cōsistit in relationibus. Et dicit Doc. q consistit etiam in aliquo absoluto in quo fundatur relatio similitudinis. s. vestigij ad vestigiatum. Hoc probat. Quia vestigium est similitudo vestigiati ex quo supple vestigio cognito cognoscitur illud vestigiatum. & sic vestigium potest precognosci naturaliter illi cuius est vestigium: sed relatio non potest precognosci termino naturaliter. si. n. vestigium tantum esset relatio vt dicit Henri. nunqz per vestigium cognosceretur vestigiatum: quia vestigiatum est terminus talis relationis: sed terminus semper prius cognoscitur relatione vt dixi supra: imo nulla relatio potest cognosci nisi termino precognito. ¶ Ibi. Itez quod dicitur q illi tres respectus pertinent ad illos tres modos relatiuorum. ¶ Secundo Doc. iprobat Henricū ex hoc quod dicit q relatio primi & secundi modi fundatur in creatura ad ipsum creatorem. Cum ergo talis relatio sit mutua: vt patet per Aristo. v. metha. t. c. xx. sequeretur q deus possit referri ad creaturam relatione reali qd est impossibile. vt tenent cōmuniter Doctores: & subtiliter probat Doc. infra distin. xxx. ¶ Ibi. Quod autem adducit de primo modo de similitudine non valet: quia similitudo primi modi ē similitudo vniuocationis: patet per Aristo. v. metha. c. ad aliquid. talis. n. similitudo proprie fundatur super vnū speciei. sicut dicimus q album est simile alteri albo qr vtrunqz album participat albedinem in cōmuni: & patet q huiusmodi similitudo non est creature ad deum: imo sm ipsum non est aliqua conuenientia creature ad deum in aliquo conceptu vniuoco vt supra patuit. q. prima presentis distin. Similitudo ergo exemplati ad exemplar non est similitudo vniuocationis (cum exemplar & exemplatum non vniuocentur nedum in aliqua specie specialissima sed nec in aliquo conceptu etiam comunissimo) sed magis exemplati ad exemplar est similitudo imitationis: & per consequens talis relatio magis pertinet ad tertium modum relatiuorum que relatio est mensurati ad mensuram: exemplar autem habet rationem mensure respectu exemplati.

Quantum ergo ad secundum articulum. Hic doctor determinat in quibus consistit vestigium trinitatis. Et primo dicit q omnis respectus creature ad deum pertinet ad tertium modum relatiuorum: & cōclusio debet sane intelligi. non. n. omnis respect⁹ creature ad deum est mensurati ad mensuram. vt patz de respectu effectus ad causam: sed quantum ad hoc qr nulla relatio creature ad deum est mutua. Deinde dicit q vestigium consistit in aliquibus absolutis & forte in aliquo respectu sicut in tertia sui parte. Et prio probat de absolutis per Augu. vj. de trinitate. c. x. vl' xxviij. Hec igitur omnia que arte diuina facta sunt & vnitatem quandam in se ostendunt & speciem & ordinem: vnitas autem est perfectio absoluta sicut patet per exempla sua. Vnum inquit aliquid est sicut natura corporum. vnitas. n. accipitur pro ipsa entitate. Species etiaz siue forma est aliquid absolutum sicut patet per exempla sua ibidem: sicut sunt qualitates corporum & doctrine animarum. Ordo autem aliquē respectum dicit: sed non ad finem vltimuz sed ad operationem. vnde dicit: aliquem ordinem tenent sicut sunt pondera & amores aut delectationes animaruz. & forte hic ordo accipitur pro respectu actus primi ad actum secundum: & si ordo accipitur pro ipsa operatione vt amor & huiusmodi satis patebit in. q. iiij. quolibe. q lz operatio talis puta intellectio & volitio includat aliquem respectum: non tamen est essentialiter relatio. Littera sequēs clara est vsqz. ibi. Sz quo modo accipitur ratio vestigij in diuinis que sit similitudo partis: cū in diuinis nō sit pars. Respōdeo &c. ¶ Nota pro intelligentia huius littere q in diuinis proprie non est numerus. vt declarat Doc. infra dist. xxiiij. nec proprie pars nec quasi pars constitutiua: vt infra patebit a Doctore distin. v. q̄one secunda. lz possit esse ibi quasi pars non integralis nec essentialis sed subiectiua. vt supra dixi in prologo in. q. de subiecto thologie. q tres persone sunt quasi partes subiectiue: tamen vt nos concipimus trinitatem esse quoddam totum non in re sed in nostro intellectu sic concipiente: persona erit ibi pars vt cōcipitur in nostro in-

In quibus consistit vestigium.

Per rõez vestigij no cognosci/mus ppria diuinaꝝ p sonaꝝ: sed tm̃ appro/priata·

tellectu· Et nota ꝙ per rationem vestigij non deueni/mus in cognitionem personarum quo ad eorum pro/pria sed tantum quo ad propriata· ⁊ quia vnum verũ bonum sunt in qualibet creatura ⁊ hec sunt appro/priabilia tribus personis: ⁊ si actu ista tria que com/plent rationem vestigij appropriẽtur illi persone ad/huc in intellectu nostro erit ibi persona vt pars· si ẽt ex natura sua sint appropriabilia lꝫ non actu appro/prientur: adhuc erit ibi pars: ⁊ sic vestigium dicitur representare partem inquantum est appropriabile il/li persone ⁊ ipsa persona cognita cognoscimus totuꝫ ·i· ipsam trinitatem·

Expõ lr̃e·

¶ Nunc expono istam litteram vt trinitas est quasi quoddam totum numerale saltẽ in conceptu intellectus nostri: qꝛ in intellectu nostro possunt esse tres conceptus distincti realiter respectu trium personarum· persona est ibi quasi pars huius totius non accepta in se sed prout concipitur in intel/lectu nostro: ita etiam appropriatum persone inquã/tum appropriatum est ibi quasi pars eiusdem: quia accipitur pro illo cui appropriaṫ ·i· ꝙ species vnitas ⁊ ordo: vel vnum verum ⁊ bonum vt actu appropriã/tur: puta filio in quo est summa vnitas: quia princi/pium omnis creature ⁊ summa pulcritudo ⁊ perfe/ctissima operatio vt patet: ⁊ similiter summa bonitas summa vnitas summa veritas· ista vt actu appropri/antur filio per intellectum nostrum dicuntur pars: quia filius cui appropriantur dicitur pars hoc mo/do predicto· Sequitur· Nec tantum hoc sed etiaꝫ ap/propriabile ⁊c· i· lꝫ vnitas veritas ⁊ bonitas non actu appropriẽtur vni persone: quia tamen sunt appro/priabilia vni persone puta patri vel filio: adhuc ista appropriabilia vni persone sunt ibi quasi pars: quia ⁊ illa persona cui sunt appropriabilia habet rationeꝫ quasi partis: ⁊ hoc est quod dicit quia eius ratio· s· appropriabilis vt est ⁊ vt concipitur complete salua/tur in vna persona· i· ꝙ vnitas veritas ⁊ bonitas· vel species vnitas ⁊ ordo vt concipiuntur vt appropria/bilia possunt complete saluari in vna persona: ⁊ per consequens ratio eius· s· attributi appropriabilis nõ ponit trinitatem cum ex se sit appropriabile vni ꝑ/sone: sed ponit cõcomitanter vnitatem alicuius per/sone in quo sit vel cuius sit appropriabile· Sequitur· Lꝫ igitur creatura cõmuniter non representet nec per/sonam vt persona que est in intellectu nostro quasi pars trinitatis vt patet: nec appropriatum vt appro/priatum: quia appropriatum vt appropriatum alicui persone non potest cognosci nisi precognoscatur illa persona cui appropriet· Sufficit ergo ꝙ creatura ꝗ dicitur vestigium trinitatis representet ipsa attributa vt sunt appropriabilia vni persone: ⁊ sic illa appro/priabilia vt huiusmodi dicuntur quasi pars: quia et persona cui sunt appropriabilia habet rationeꝫ quasi partis respectu totius trinitatis modo preexposito: ⁊ sic patet expositio littere·

Quantum ad tertium

articuluꝫ in quo vi/dendum est in quibus fundatur respectus vestigij si/ue creature ad deum siue econuerso cui dicitur vesti/gium. Hic Doc· Primo ponit opinionem Henri· Secundo ipsam improbat· Et tertio respondet ad ar/ticulum· Quantum ad primuꝫ· ibi· Dicitur ſm Boe/tiũ de ebdoma. Et id quod est ⁊ illud quo aliquid est dicitur ratitudo eius: quo autem ipsum est vt est dici/tur aliqtas eius· ¶ Pro intelligentia huius littere po/nit Henri· quattuor· Primũ ibi· Diuersum est e[illegible]e: ⁊ accipitur ibi esse pro omni imaginabili· Secunduꝫ

He. quoli· ·3· q ·ix· ⁊ quoli· v· q· 2· ⁊ quoli· 4· q· 7· ⁊ 8 ⁊ quoli· 2· q· 3·.

ibi· Et id quod est· i· illud quod actu vl' aptitudine exi/stit: illud vero quod includit contradictionem ad esse dicitur figmentum· Tertium ibi· Illud quo aliquid est· i· illud quo aliquid est ens possibile dicitur ratitu/do eius· Quartum ibi· Quo autem ipsum est quod est· i· illud quo mediante aliquid actu existit dicitur aliquitas eius: que aliquitas est ipsa aptitudinalis vl' actualis existentia qua ens actu existit vel aptum est existere· Et nota ſm istum ꝙ respectus vestigialis est illa triplex relatio creature ad deum· s· relatio produ/cti ad producens: relatio exemplati ad exemplar: ⁊ re/latio finiti ad vltimum finem· Et hec triplex relatio in creatura est quiditas rei ⁊ non fundatur in ipsa ra/titudine: quia ille triplex respectus ⁊ est quiditas rei ⁊ ratitudo eius· i· est illud quo formaliter entitas cre/ata est quiditas possibilis· Et cum dicitur humani/tas est tantum humanitas ergo ratio humanitatis· i· humanitas inquantum humanitas non est res rata ·i· ꝙ de se nõ est rata vel ens possibile: sed aliquo alio extra rationem formalem humanitatis: quia erit ra/ta ab illo respectu vestigiali: quia ille respectus vesti/gialis dicitur quiditas inquantum exemplatus ab ydea diuina·

Relatio tri/plex scd̃m Hen· est q/ditas crea/ture·

¶ Et ꝑ clariori intelligentia nota ꝙ ens ratum dicitur illud vel quod actu existit preter opus intellectus: vel quod est aptum natum existere· Secũ/do nota ꝙ aliquitas· s· existentia aptitudinalis qua ens ratum siue ens possibile existens dicitur tali exi/stentia existens: vel accipitur aliquitas pro existẽtia actuali qua ens ratum· i· actu existens dicitur existe/re actu· aliquitas ergo accipitur pro existentia aptitu/dinali vel actuali· Tertio nota ꝙ ratitudo nihil aliud est nisi quiditas constituens aliquid in vero esse vel actuali vel aptitudinali· Exemplum· homo vt est ap/tus existere dicitur verum ens ratum: quia sibi nõ re/pugnat existere: ⁊ respectus vestigialis de quo supra est quiditas siue ratitudo hominis constituens ipsuꝫ in tali esse vero vel rato: existentia vero hominis apti/tudinalis dicitur aliquitas eius· ¶ Dicit ergo Hen· ꝙ diuersum est esse: ⁊ id quod est: accipit ibi esse pro ente ymaginabili quod est commune enti ⁊ nõ enti: ⁊ id quod est accipit pro ente possibili existere vel pro actu existente: ⁊ ratitudinem accipit pro quiditate dante tale esse possibile: ⁊ aliquitatem accipit pro existẽtia aptitudinali vel actuali· Dicit ergo ꝙ ratitudo ipsa si/ue quiditas siue respectus vestigialis que ideꝫ impor/tant ſm ipsum non fundatur in quiditate: quia idem fundaretur in seipso: sed fundatur in aliquitate· s· in existentia aptitudinali vel actuali ipsius creature· Et nota ꝙ talis respectus vestigialis in qualibet creatu/ra dicit participationem passiuam entis imparticipa/ti ſm triplicem relationem· s· creature vt producte ad ipsum deum vt producentem: ⁊ exemplate ad ipsum exemplar: ⁊ finite ad vltimum finem· Ista triplex re/latio dicitur ratitudo siue quiditas cuiuslibet entis creati dans cuilibet esse ratum· s· esse verum ens· Et hanc positionem probat Henri· sic· vꝫ· ꝙ quelibꝫ creatura dicatur ens ratum siue ens verum ab ipsa ratitudine: siue ab ipsa participatione passiua entis imparticipati· Quia humanitas est tantum huma/nitas· ergo ratio humanitatis non est res rata· i· hu/manitas in se sumpta formaliter non dicitur verum ens ratum nisi inquantum est ens participatum mo/do predicto· ergo participatio passiua que est esse ra/tionem formalem humanitatis erit ratitudo siue qui/ditas humanitatis vt entis rati· Item adducit alia ar/gumenta que post exponenṫ respondendo ad illum.

Scd̃ꝫ He· qd sit esse· id qd̃ est· ra/titudo· ⁊ ali/qtas·

Contra·

Improbat Henri·

Contra ista· Doc·hic arguit contra positionem Henri·⁊ principalis intentio est probare quomodo respectus vestigialis non dicatur quiditas rei create:⁊ antequam hoc probet premittit unam distinctionem de realitate·nam aliquando accipitur res a reor reris ⁊ dicitur realitas opinabilis que est cõmunis fm Henri·figmento ⁊ non figmento·Secundo pro re dicta a ratitudine que fm ipsum Henri·dicitur realitas quiditatiue: quia ponit rem quiditatiuam esse ratam per hoc quod est exemplata quod non conuenit figmentis: ultra istas realitates non restat nisi realitas existentie actualis·Habemus ergo tria per ordinem ·s· realitatem opinabilem quiditatiuam ⁊ existentie·Hac distinctione premissa arguit Doc·contra positionem Hen·❡ Ibi·Quero tunc quid intelligit per aliquitatem. ❡ Et ut hec ratio Doctoris clarius intelligatur formetur sic diuisiue:quia dicit Henri·q ratitudo fundatur in aliquitate dans simpliciter esse ratum·Contra·aut aliquitas accipitur pro ente cõmuni enti ⁊ non enti:aut pro entitate quiditatiua:aut pro entitate existentie actualis vel aptitudinalis·Similiter ratitudo aut accipitur conformiter istis tribus modis·Si primo modo accipitur aliquitas ⁊ ratitudo:cum tale ens de se sit nihil ista duo de se erunt nihil·Si vero aliquitas accipitur primo modo ⁊ ratitudo secundo modo:tunc ratitudo fundabitur in ente quod de se est nihil: et quod fundatur in illo quod de se est nihil nihil est: quia quod non est a se aliquid siue in se aliquid nec ad aliud erit:⁊ sic ratitudo ⁊ aliquitas erunt duo nihila·Si vero ista duo accipiantur secundo modo·s·pro entitate quiditatiua:tunc ratitudinem fundari in aliquitate nihil aliud erit nisi quiditatem fundari in quiditate:⁊ sic idem fundari in seipso quod non est intelligibile.Si vero aliquitas accipiatur tertio modo·s·pro existentia actuali ⁊ ratitudo·secundo modo: hoc est contra Henri·quia ante actualem existentiam ponit ens ratum quod est ens possibile:⁊ sic ratitudo fundatur in illo·Si vero accipitur aliquitas pro existentia aptitudinali ⁊ ratitudo secundo modo:tunc per hoc argumentum non concluditur contra Henri·quia ipse diceret q ipsa ratitudo fundatur in ipsa aliquitate possibili dans sibi tale esse possibile: sed bene alia argumenta que sequuntur concludunt contra ipsum·Si vero accipitur aliquitas tertio modo ⁊ ratitudo tertio modo:nihil aliud est nisi existentiam fundari in existentia quod est absurdum:⁊ sic patet ista ratio doctoris·❡ Ibi·Si dicas q aliquitas que est realitas opinabilis est quid cõmune alicui nihilo:sed alia est aliquitas que est propria figmentis:⁊ alia que est propria rei possibilis esse ex qua componitur res habẽs aliquitatem ⁊ ex ipso esse sicut ex ratitudine sua·Contra·Hoc est dicere q duplex est aliquitas·alia alicuius ⁊ nihili:⁊ alia alicuius tantum:sicut si diceretur q duplex est albedo alia albi ⁊ nigri·⁊ alia albi tantum quod est absurdum·❡ Ibi·Et preterea de illa aliquitate·Hec littera clara est·❡ Ibi·Preterea secundo sic·Humanitas aut habet in se conceptum cui non repugnat aliquid subesse in effectu:aut cui repugnat de se aliquid subesse in effectu:aut cui de se aliquid subest in effectu·i·aut humanitati non repugnat existentia actualis aut sibi repugnat:aut tertio est id cui de se aliquid subest in effectu·i·q de se et ex semetipsa est actu existens·Si detur primus modus·habet intentum: quia illud est verum ens ratum cui de se nõ repugnat actualis existentia:⁊ sic cum humanitas inquantum humanitas sit verum ens absolutum ⁊ ut sic sibi non repugnat actualis existentia:ergo ratitudo accepta pro respectu vestigiali non constituit humanitatem in esse rato:quia tunc respectiuum esset de quiditate absoluti quod est falsum·Si detur secundus modus·ergo actualis existentia nunquam poterit inesse humanitati: patet quia si·a·repugnat·b·absolute per nihil adueniens ipsi·b·a non poterit cõuenire·b·sicut risibile repugnat absolute homini: ergo per nihil adueniens homini poterit sibi conuenire:sequitur ergo q cum humanitati absolute simpliciter non repugnat actualis existentia: ergo humanitas inquantum est possibilis existere erit verum ens ratum:⁊ ut sic tantum absoluta includit·ergo respectus vestigialis non erit ratitudo humanitatis·Si detur tertius modus·hoc est impossibile quia tunc esset entitas omnino independens·❡ Ibi·Preterea phylosophus.4·methaphysice·❡ Pro intelligentia huius littere nota q aliquid esse ad aliud contingit dupliciter·Primo quiditatiue ⁊ essentialiter: ⁊ sic omnis relatio in se sumpta est ad aliquid essentialiter.i·q in suo conceptu quiditatiue includit esse ad aliud·Secundo denominatiue:⁊ sic omne ens in quo fundatur aliqua relatio dicitur ad aliud denominatiue: quia per relationem fundatam·Sed omnia entia esse ad aliud primo modo siue quiditatiue·i·omnia entia esse tantum relationes est inconueniens per phylosophum·4·methaphysice ubi supra·quia si omnia apparentia essent vera·i·si omnia entia essent sola apparentia que apparentia est quiditatiue relatio: tunc omnia entia essent quiditatiue ad aliquid·Nec valet dicere q erunt ad aliud ad opinionem ⁊ sensum: quia in argumento ducente ad impossibile conclusio debet eque vel magis esse impossibilis sicut premisse ex qua deducitur talis conclusio: ut patet in primo priorum·Si ergo omnia apparentia essent vera quo ad sensum ⁊ opinionem·i·q sensus ⁊ opinio iudicaret omnia apparentia esse vera:⁊ sic omnia apparentia esse ad aliud·i·q si sensus iudicaret aliquid apparẽs hominem esse verum hominem:⁊ sic si iudicaret apparens aliquid esse ad aliud:ita q illud quod appareret esse ad aliud iudicaret vere esse ad aliud:tunc talis conclusio·s·esse ad aliud modo preexposito non differt a premissa·s·q apparet esse hominem ⁊c·ergo si conclusio debet esse magis impossibilis oportet q intelligatur simpliciter ⁊ absolute ⁊ quo ad intellectum ·i·si antiqui quo ad intellectum dicebant omnia apparentia esse vera·i·q omnia entia simpliciter ⁊ absolute erant tantum apparentia:ergo sequitur simpliciter ⁊ absolute q omnia entia essent ad aliquid quiditatiue quod est inconueniens:⁊ sic hec conclusio est magis impossibilis vel saltem erit impossibilis sicut premissa ex qua sequitur:⁊ sic patet ista littera·❡ Ibi·Preterea quarto sic·❡ Pro intelligentia huius littere est sciendum q habere quid rei potest tripliciter contingere·Primo habere veram diffinitionem·sicut homo diffinitur per animal rationale·Secundo habere tantum aliquod predicatum dictum in quid·ut rationale est ens quiditatiue:⁊ tamen non potest proprie diffinire·s·per genus ⁊ differentiam·Tertio pro entitate dicente in se quid:⁊ sic ens inquantum ens est entitas in se quiditatiue:quia potest predicari in quid de inferioribus·Potest addi quartus modus·s·pro ente quod nec diffinitur nec habet predicatum dictum in quid nec est quid:tamen est idem realiter alicui entitati habenti entitatem:ut patet de passionibus entis ⁊

Prima ro Doc. cõtra Henri·

Secda ro·

Tertia ro·

·t·c·xxvj·⁊ xxvij·

Esse ad aliud quiditatiue·⁊ denominatiue·

Quarta ratio·

Hre qd rei tripliciter contingit·

forte de vltimis differentijs· Omnia supradicta que possunt habere quid rei aliquo modo perposito possunt etiam habere quid nominis non tamen econtra: illa vero que tantum habent quid nominis: et nullo modo quid rei sunt tantum ficticia. Dicit ergo Doctor: humanitas inquantum humanitas aut habet tantum quid nominis·i·quod tantum sit ens ficticium vel chimericum·et patet littera· Et nota in ista littera quomodo figmenta non possunt diffiniri diffinitione proprie dicta puta diffinitione per genus et differentiam: quia in diffinitione vna pars non repugnat

Figmētu3· alteri: modo figmentum est compositum ex partibus incompossibilibus siue adinuicem repugnantibus·

Secundo contra opinionē

arguitur ex dictis eius· Et primo inducit ad hoc quod respectus vestigialis non sit ratitudo entis rati: quia per ipsum ens ratum est actiuum sua ratitudine· probatur ista. Quia omne actiuum inquantum est huiusmodi est in actu: sed ens ratum dicitur esse in actu per ratitudinem vt ipse dicit: sed certum est apud ipsum quod nulla relatio est alicui principium formale agendi: cum ergo respectus vestigialis sit tantum relatio sequitur quod non erit ratitudo alicuius· ¶ Ibi· Item secundum ipsum· Nulla creatura inquantum rata siue inquantum participata differt specie ab illo quod est deus: et tamen secundum omnes esse quod est deus est absolutum· si ergo ratitudo ipsa est tantum relatio et relatio differt specie ab absoluto vt patet: et sic creatura inquantum rata differret specie a deo et non differret specie· ¶ Ibi· Item secundum ipsum ens rationis participat ens ratum· ¶ Hec ratio sic debet intelligi: quia ens rationis fundatur in ente rato·i· in ente possibili existere vel actu existente: et ideo inquantum fundatur ibi dicitur participare ens ratum: non tamen ens rationis dicitur formaliter et quiditatiue ens ratum a tali participatione cum sit posterior ipso ente rationis· prius ·n· intelligitur ens rationis in se suo modo habere esse quam intelligatur fundari in alio: igitur in proposito licet creatura dicatur ens participatum ab ipso ente imparticipato: non tamen formaliter et quiditatiue dicitur esse verum ens ratum tali participatione passiua: imo prius intelligitur in se esse verum ens siue ratum quam intelligatur sub tali respectu·s· participatione passiua.

Quantu3 ad istū articulū·

Hic Doc· ponit opinionem propriam· Et sententia Doctoris est quod nulla relatio potest esse ratitudo alicuius entis absoluti: et probatio clara est in littera· aliqualiter tamen expono litteram· Nullus respectus

Littere explanatio· est ratitudo siue est id quo aliquid est firmum ens vel verum ens vel certum ens: que omnia important idē· Sequitur· quia omnis respectus aliquid habet in quo fundatur quod secundum se non est ad aliud· Hoc debet intelligi de fundamento remoto: quia etiam relatio potest immediate fundari in alia relatione· vt proportionalitas fundatur in duabus proportionibus: et hoc patet expresse a Doctore in multis locis· Debet ergo intelligi de fundamento remoto: quia omne quod relatiue dicitur est aliquid excepta relatione per Augustinum· vij· de trinitate· et exposui dictum Augustini supra distin. prima questione secunda· Intelligit etiam Doc· de ente absoluto quod non sit ratum aliqua relatione· multe enim relationes sunt vera entia realia et realiter distincta a suis fundamentis: vt probat Doc· in secundo distin· prima· et per consequens non rata ratitudine pertinente ad genus relationis· Si vero accipiatur ipsa ratitudo pro participatione passiua: patet quod relatio realis non erit rata participatione passiua aliqua relatione qua dicatur ens participatum· cum talis relatio entis participati presupponat ens tanquam fundamentum illius participationis passiue· Sequitur· Et in illo priori quo·s· fundamentum relationis est essentialiter ens ad se loquendo de fundamento absoluto: si nō est essentialiter ens certum aut ens firmum·i· si in illo priori quo est ens absolutum non est essentialiter ens certum aut ens firmum: non erit capax alicuius respectus per quem fiat ens ratum· et probat· Quia ens non ratum si fiat ratum aut fiet ratum ex se quod est impossibile: quia tunc esset ex se necesse esse: vt supra patuit distin· secunda questione prima: aut ab aliquo causante fiet ratum· et si hoc· prius naturaliter absolutum aliquod potest terminare illam causationem quam respectus: quia formalis ratio cuiuslibet termini primi producti non est necessario respectus· prius enim causa attingit aliquod absolutum tanquam effectum: quo absoluto producto statim ex natura rei oritur relatio producti ad producens et econtra· loquendo de omni producente creato: et de hoc prolixius patebit in secundo distin· prima·

Ad rationes pro opinione

posita· Hic Doc· intendit soluere rationes Henrici· ¶ Ad illud Auice· de humanitate· ¶ Pro intelligentia huius responsionis est notandum quod si ratitudo accipiatur pro realitate quiditatiue: tunc humanitas erit rata aliqua ratitudine: quia realitatibus pertinentibus ad esse quiditatiuum humanitatis: et sic humanitas nunquam excludit predicata essentialia sed includit: cum humanitas inquantum humanitas sit talis per sua predicata essentialia· omnia vero posteriora excludit: sic intelligendo quod quando humanitas precise consideratur vt humanitas tantum includit illa que pertinent ad esse ipsius: et vt sic non includit illa que non sunt de essentia eius· vt sunt omnes passiones entis: et etiam passiones proprie humanitatis: sed de hoc vide Doc· in secundo distin· tertia· et sic patet solutio primi argumenti Henrici· ¶ Secundo principaliter arguit Henri· Ibi· Quicquid includitur in per se intellectu alicuius inquantum tale: est illud quo ipsum formaliter est tale· Sed respectus vestigialis includitur in ratione entis rati: patet quia dicitur ens ratum inquantum participat ipsum esse· si· n· nō participaret sed esset de se esse: tunc esset absolute necesse esse· ¶ Respondet Doc· Ibi· Ad secundum· tam maior est falsa quam minor· Quod maior sit falsa patet: quia animal includitur in per se conceptu hominis: et tamen non est id quo formaliter est homo· oportet ergo addere quod includitur in intellectu alicuius tanquam vltimum eius· nam homo est formaliter homo per rationale: quia est vltimum quod includitur in intellectu hominis tanquam vltimum eius· Et tunc minor est falsa et maior probationis minoris que est ista· Cui conuenit esse et non ex se est ens ratum participando ipsum esse vel inquantum participat ipsum esse· primo dicit quod si per ly inquantum intelligatur reduplicari aliquid per se primo modo est falsa· Et sensus est· Creatura inquantum participat ipsum esse est ens ratum·i· quod participare esse siue participatio passiua est ratio formalis et quiditatiua quare creatura dicatur ens ratum·

sicut

sicut dicimus q homo inquantum rationalis est ho
mo·i·q rationalitas est ratio formalis et quiditatiua
q homo dicatur homo·Sequitur·Uel si accipiatur
in maiori participando gerundiuuz et prout exponit
per quia: vt puta cum dicitur creatura non est ens ra
tum nisi participando ipsum esse: illud gerundiuum
quod est participādo exponitur per ly quia: et sensus
est·Creatura est ens ratum quia participat ipsuz eē·
et tunc distinguitur de ly quia: quia aut dicit causali-
tatem pertinentem ad primum modum per se: tūc est
falsa: quia cum dicitur creatura est ens ratum quia
participat ipsum esse·sensus est·q participare ipsuz
esse est ratio formalis et quiditatiua quare creatura
dicatur ens ratum·Sequitur·Si autem intelligatur
per ly inquantum causalitas que pertinet ad secūduz
modum per se qualis est in subiecto respectu proprie
passionis·sicut cum dicimus homo inquantum ra-
tionalis est risibilis: et sic concedit q creatura inquan
tum creatura participat esse: quia creatura est causa
quare hoc predicatuz·s·participare esse insit ipsi crea
ture·Sequitur·non tamen est proprie vera econuer-
so·s·q inquantum participat esse est tale ens·sicut
hic lz sit propria homo inquantum homo est risibi-
lis: ista tamen est impropria·homo inquantuz risibi
lis est homo·Sic in proposito hec est propria·lapis
inquantum tale ens puta inquantum ens creatum
participat esse: quia ly inquantum non tantum stat
specificatiue sed etiam stat reduplicatiue: ista autē est
impropria·lapis inquantum participat esse est tale
ens: quia ly inquantum non potest stare reduplicati
ue lz forte specificatiue·¶ Ibi·Exemplum·hec est fal
sa proprie loquendo: homo inquantum risibilis est
homo·si tamen ly inquantum accipiatur reduplicati
ue: quia sensus esset·risibilitas est precise causa qua-
re homo sit homo·Si vero ly inquantum accipiatur
specificatiue vt·s·tantum reduplicat rationem forma
lem risibilitatis: et ipsa risibilitas reduplicata non sit
causa inherentie predicati ad subiectum vt supra ex-
posui distin·prima questione secunda·Et sensus est
quando accipitur specificatiue tantum: q hoc predica
tum homo conuenit homini sumpto sub risibilitate·
Et patet littera vsqz ibi·Tunc intelligo sic·Nam in
primo instanti nature est ens quod est ipsum esse si-
ue ex se esse quod est deus·In secundo instanti lapis
est ens ratum absolute: quia vt dixi supra·prius cau-
sa attingit effectum in se absolutum et post consequi
tur relatio: et sic in illo priori quo lapis est lapis non
intelligitur nec vt participans nec non participans:
quia in illo priori tantum competunt sibi predicata
essentialia·sicut cum dicimus q in illo priori in quo
homo est homo non est risibilis nec non risibilis: qz
risibile et non risibile sunt tantum predicata posterio
ra·In tertio vero instanti est ipsa participatio et re-
spectus quidam consequens ad ipsum lapidem·sicut
dicimus de causa et effectu q causa etiam quādo cau
sat est prior natura effectu: et in secundo instanti na-
ture intelligitur effectus in se absolute: et in tertio in-
stanti consequitur relatio effectus ad causam·¶ De
inde arguit Henri·Ibi·Secundo sic·Ista ratio po-
test sic formari·Illud sine quo creatura non potest q
ditatiue et vltimate cognosci est quiditas eius siue ra-
titudo·Sed sine participatione passiua modo preex-
posito creatura non potest perfecte et vltimate quidi-
tatiue cognosci: ergo tales participatio passiua que cō
sistit in respectu vestigiali erit quiditas illius·Minor
patet per Boe·de ebdo·Quia si paulisper amoue-

Nō in prio instanti na ture nō est risibilis nec nōrisibilis· Et nota hic de tribus i stantibus·

as primum bonum·i·si non consideres illud tunc cre
ature in eo q sunt non erunt bona·i·q si non cogno-
sco eas inquantuz sunt participate a primo bono im
participato: implicat posse cognoscere eas quiditati-
ue·¶ Respondetur a Doctore ibi·Ad argumentum
de primo physicorum·T·c·primi·Dicit Doc·primo
q non sequitur·relatio est prior cognitione causati co
gniti per causam: ergo talis relatio est de essentia cau
sati: non sequitur·sic in proposito·posito enim q par
ticipatio passiua sit prior cognitione entis participa-
ti: non tamen sequitur q sit de essentia illius. Aliud
est enim cognoscere aliquid perfecte quiditatiue secū
dum q includit omnia predicata essentialia: et aliud
est ipsum perfecte cognoscere secundum omnem cau
sam extrinsecam·primo modo lapis potest perfecte
cognosci sine quocunqz respectu ad causam extrinse-
cam: sed secundo modo non potest perfecte cognosci
nisi cognoscatur inquantum includit relationem ad
quamlibet per se causam: et cognitio secundo modo
non dicitur pertinere ad cognitionem quiditatiuam
lapidis·¶ Ibi·Ad Augustinum: patet littera·¶ Ibi·
Ad Boe·dicendum est·¶ Dicit Doctor q esse crea-
ture puta lapidis potest in se absolute considerari et si
ne omni respectu ad deum: et si potest considerari si
ne tali respectu: sequitur q ille respectus non erit de
quiditate lapidis: et sic subtracto deo per intellectuz:
poterit lapis absolute considerari quantum ad suum
esse quiditatiuum deo non considerato: et si respectus
lapidis ad deum esset de quiditate lapidis: tunc esset
implicatio contradictionis cognoscere lapidem non
cognito deo: quia respectus non potest cognosci ter-
mino non precognito vt supra exposui·Et quod dicit
de bonitate·apud Boe·accipitur illa bonitas non p
absoluta bonitate lapidis: sed pro quodaz influxu dei
siue pro quadam efficientia bonitatis create a deo: et
sic si intelligitur lapis in se sine isto respectu quod est
creari siue effici a deo: tunc lapis non est bonus illo
modo capiendo bonitatem: quia vt sic non intelligi-
tur sub isto respectu quod est creari vel effici: quod
creari est bonitas isto modo: esset tamen bona boni-
tate absoluta et pz lrā·

Aliqd pōt perfecte co gnosci qdi tatiue·s·et sm oēm ex trinsecam causam·

Ad primum argumentum

principale dico q per vestigium distincte inuestiga-
tur illud cuius est ymago siue similitudo·s·pars toti-
us: et patet ista littera ex his que dixi supra quomo-
do vestigium representat attributum inquantum ap
propriabile etc·Nota tamen q per vestigium absolu
te sumptum non naturaliter inuestigatur ipsa trini-
tas etiam eo modo quo exposui supra de ymagine
trinitatis·Si vero cognosceretur vestigium sub illa
relatione qua refertur ad vestigiatum tunc posset co-
gnosci trinitas: sed talis relatio vestigij ad vestigiatū
non posset cognosci non precognito vestigiato: vt pa-
tet a Doctore in simili de ymagine supra presenti di-
stin·questione prima·et diffuse in quolib·qōne·xiiij.
Et multa bona vide ibi·¶ Ibi·Ad secundum dico·
Patet ista littera et clarius patebit infra presenti di·
questione vltima·et in secundo distin·xvj·Et quod di
cit q quelibet essentia creata inquantum talis essen-
tia creata representat deum sub ratione vestigij·Dif-
ficultas esset de relationibus·¶ Posset breuiter dici
q nulla relatio est creata a deo cum in adaliquid nō
sit motus·¶ Posset secundo dici q etsi relatio non
sit vestigium trinitatis quantum ad omnem assigna
tionem: quia secundum istam assignationem que est

Aduerte hanc obie-ctionē de re lationibus deuz repre-sentari tibi sub ratione vestigij·

vnitas species ⁊ ordo: tamen posset dici vestigium quantum ad istam assignationem quod est vnum verum ⁊ bonum: ⁊ forte quantum ad aliquã aliam assignationem positam a Doc· Ratio vltima cum sua responsione clara est in littera·

❡ Super questione sexta distin· tertie· vbi Doc· querit· an in parte intellectiua proprie sumpta sit memoria proprie· i· habens speciem intelligibilem priorem naturaliter actu intelligendi·

Pro declaratione tituli· q· premitto aliqua· Primum q̄ memoria in proposito accipitur pro principio productiuo actus intelligẽdi vt supra patuit distin· secunda parte secunda· ⁊ infra patebit distin· vj· ⁊ vij· ⁊ talis memoria (vt dixi) includit intellectum ⁊ presentiã obiecti intelligibilis sub ratione intelligibilis: q̄ duo integrant vnum principium formale productiuum actus intelligendi: vt infra patebit· q· vij· ⁊ viij· presentis distin· ⁊ etiam vltima questione· Secundũ· obiectum esse presens intellectui potest dupliciter intelligi· Primo in se ⁊ in propria existentia: ⁊ sic pertinet ad memoriam vt est principium productiuũ notitie intuitiue eiusdem obiecti· Secundo vt non est in se p̄sens sed tantum in aliquo representatiuo: ⁊ sic ptinet ad memoriam vt est principium productiuũ notitie abstractiue eiusdem obiecti sic representati· Tertio p̄mitto q̄ Doc· in presenti questione tantum loquitur de memoria vt est principium productiuum notitie abstractiue: ⁊ quia principium productiuũ alicuius est prius ipso producto vt patet: ⁊ obiectum in cognitione abstractiua vel representatiuũ obiecti pertinet ad memoriam supradictam: sequitur q̄ tale representatiuum erit prius ipso actu intelligendi· Sed quia representatiuum obiecti potest multis modis accipi: restringit ergo se doc· ad vnũ tantum modũ an· s· respectu cognitionis abstractiue alicuius obiecti sit necesse prius ponere in intellectu possibili speciẽ intelligibilem representantem obiectum in rõne intelligibilis: que species pertineat ad memoriam vel sit pars memorie productiue cognitionis abstractiue· Et sic titulus· q· debet intelligi·

In ista questione·

Hic recitatur opinio Henri· qui negat omnem speciem intelligibilem naturaliter precedentem actum intelligẽdi: ⁊ modus ponendi Henri· patet in littera· Vult· n· Hen· q̄ in cognitione abstractiua obiectum sit tantum presens in phantasmate formaliter existente in virtute phantastica: ⁊ q̄ non est necesse ponere aliquam speciem intelligibilem in intellectu possibili respectu cognitionis abstractiue: sed sufficit phantasma: ⁊ hanc positionem probat auctoritatibus ⁊ rationibus que exponentur respondendo ad illas·

He· quoli· 4· q· vij· 8· ⁊ xxj· ⁊ quoli· v· q· 14· Hoc idem Goff· quoli· ix· q· xix· ⁊ quoli· 13· q· 3·

Contra istam opinionem·

Hic Doc· supponit vnum verũ q̄ intellectus potest cognoscere vniuersale: ⁊ per consequens intellectus potest habere obiectum perfecte presens in ratione vniuersali· Nota q̄ Doc· tantum loquitur de vniuersali hoc est de natura vt indifferenti ad sua singularia ⁊ vt priori quolibet singulari: non autem loquitur de vniuersali secũde intentionaliter capto: siue de natura vt accepta sub tali intentione: patet quia loquit̃ hic de vniuersali vt precedit cognitionem sui: sed vniuersale secunde intentionaliter captũ non potest fundari in natura absoluta sed tantum in natura vt cognita· vt Doc· innuit in suis vniuersalibus· Intendit ergo loqui de vniuersali vt est natura indifferens ad omnia singularia ⁊ vt prior illis· Cum ergo dicit in littera· Intellectus potest habere obiectũ actu vniuersale perfecte sibi presens in ratione obiecti prius naturaliter q̄ actu intelligat· i· q̄ potest habere naturam vt priorem quacunq̃ singularitate presentem sibi in ratione obiecti supple intelligibilis: priorem naturaliter q̄ actu intelligat illam: ⁊ cum non possit illã habere presentem nisi per aliquod representatiuum nature vt nature: ⁊ tale representatiuũ exñs in intellectu vocat spẽm intelligibilẽ q̄ ideo dr̃ spẽs intelligibilis: q: est repñtatiua obiecti intelligibilis sub rõe q̄ est intelligibile ⁊ nõ sub rõne q̄ actu intelligit̃· ❡ Ibi· Ans assumptũ vr̃ satis manifestũ· Q: obiectũ in rõne obiecti est prius nãlr̃ actu: ⁊ p̄ ꝯñs vlitas que est ꝓpria ꝯditio obiecti inquãtũ obiectũ· Ista vlitas nõ accipitur ꝑ aliqua secũda intẽtione sed ꝑ aliq̃ ꝯditione nãe indifferentis ad singularia ⁊ p̄cedẽtis illa· ❡ Ibi· Cõsequẽtiã ꝓbo· s· q̄ in illo priori intellectus hꝫ obiectũ sibi pñs in spẽ intelligibili· ⁊ ꝓbat primo ex pte vlitatis obiecti· secũdo ex pte pñtie· ex pte vlitatis obiecti arguit sex viis ꝓbãdo q̄ tale vl̃e vt prius actu intelligendi nõ possit esse pñs intellectui in rõne obiecti intelligibilis: nisi ꝑ spẽm intelligibilẽ cãtã ⁊ impressam intellectui possibili repñtantẽ tale vl̃e in rõne obiecti intelligibilis· ❡ Ibi· Primo arguo sic· ❡ Hic ꝓbat primo rõne sumpta ex pte phantasmatis repñtãtis· Et rõ stat in hoc· Vl̃e vt est prius actu intelligendi añ q̄ intelligat̃ opꝫ esse pñs intellectui non in se vt pꝫ: g̃ in aliquo repñtatiuo: aut ergo in phantasmate: aut in spẽ intelligibili: aliud dari nõ põt· nõ in phantasmate vt ꝓbat: ergo in spẽ intelligibili. pꝫ ꝯñtia a tota disiũctiua ad vnã p̄tẽ cũ negatiõe alterius· q̄ aũt nõ possit esse pñs in phantasmate siue q̄ phantasma nõ possit repñtare aliquod vl̃e: siue aliq̃d ens sub rõe vli ꝓbat doc· ❡ Sꝫ ꝑ intelligẽtia ꝓbatõis doc· suppono aliq̃· Primo q̄ repñtatiuũ alicuius in rõne obiecti intelligibilis est duplex. s· oĩno illimitatũ vt ẽẽntia diuina· Aliud oĩno limitatũ vt repñtatiuũ cãtũ. primo mõ ẽẽntia diuina pp̄ sui illimitationẽ ꝑfectissime est repñtatiua oĩũ intelligibiliũ q̃ꝝcũq̃ diuersoꝝ· vt pꝫ a Sco· di· z· ⁊ · xxxvij· ⁊ de tali nõ intelligit̃· Scd̃o suppono q̄ repñtare aliq̃d ꝑfecte vl̃ ẽẽ repñtatiuũ alteri9 entis a seipso: est ipsuꝫ ens ꝯtinere eminẽter ꝰm totã entitatẽ illius: vt pꝫ a Doc· di· 3· scd̃i· ⁊ ex intẽtiõe ipsius di· z· primi. Et sic nulla creatura q̃ntũcũq̃ ꝑfecta põt esse repñtatiua alterius nõ cõtenti virtualr̃ in ipsa· Tertio suppono q̄ rõ vlis ⁊ rõ singularis sũt rõnes oĩno repñtabiles diuerse: sic q̄ nõ pt̃ repiri aliq̃d vnũ repñtatiuũ simplr̃ limitatũ ꝑfecte repñtans vtrũq̃: ⁊ q̄ singulare possit ẽt hr̃e repñtatiuũ in intellectu sub rõe singularitatis q̃d dicat̃ spẽs intelligibilis· de hoc patebit in· z· di· 3. q· x· ⁊ xj· cõparãdo singulare ad intellectũ ex nã potẽtie· ❡ Si fieret instãtia q̄ eadẽ spẽs intelligibilis pt̃ ẽẽ repñtatiua min9 vlis ⁊ magis vlis puta albedinis ⁊ coloris: ⁊ Doc· dubitatiue loq̄t̃ q· j· pñtis· d· ❡ Dico q̄ hoc sustinẽdo nõ est sile de repñtatiuo alicui9 sub rõe singularis ⁊ sub rõne vlis: ⁊ de repñtatiuo alicuius sub rõne minus vniuersalis ⁊ sub rõe magis vniuersalis: q: in prio mõ intelligit̃ repñtabilia

Quoddam est repñtatiuũ illimitatũ ⁊ q̃dã limitatuꝫ·

repñtabilia simplr diuersaꝝ rõnũ nõ sic itelligẽdo ꝙ
hec albedo ⁊ albedo i cõi sunt diuersaꝝ rõnum cũ vna
sit de quiditate alterius: sed sic ꝙ rõ vlitatis ⁊ rõ sin-
gularitatis sunt diuerse rões. Sed scđo modo mĩꝰ
vniuersale ⁊ magis vniuersale nõ sunt representabi-
lia vt oĩno diuersaꝝ rõnum cũ vtrũqꝫ sit repñtabilis
sub ratione vniuersalis. Istis suppositis patet ratio
Scoti ꝙ cum phantasma sit representatiuum simpli
citer limitatum: et est primo representatiuum natu-
re singularis sub conditionibus ⁊ circumstantijs sin-
gularibus ⁊ materialibus: sequitur ꝙ idem phantas
ma manens simpliciter idem non potest representa
re naturam in ratione obiecti intelligibilis sub ratio
ne simpliciter absoluta ⁊ vniuersali. Nota tamẽ pro
pter illa que dixi in secundo supposito ꝙ representa-
tiuum est duplex. scilicet formale ⁊ virtuale. Pri-
mum est species intelligibilis respectu obiecti intelli-
gibilis. Secundum est continens virtualiter vel emi-
nenter entitatem alicuius obiecti intelligibilis vt do-
cet doc. in quodli. q. 14. Secundum ergo suppositum
debet intelligi de representatiuo virtuali ⁊ non forma
li. Posset etiam addi tertium representatiuum quod
dicitur representatiuum essentiale: ⁊ sic obiectum in
ferius est representatiuum essentialiter obiecti supe-
rioris et hoc ꝙ continet tale superius essentialiter: ⁊
per consequens non tantum potest esse ratio forma
lis licet remota producendi speciem intelligibilẽ sui:
sed etiam potest esse ratio formalis remota tamẽ pro
ducendi speciem intelligibilem omnium superiorum
vt supra exposui. Doc. autem in presenti questione lo
quitur tantum de representatiuo formali quod est
vel species intelligibilis vel phantasma: ⁊ probat ꝙ
non phãtasma. ¶ Ibi. Respõdetur ꝙ species eadẽ.
¶ Hic ponitur responsio Henri. ad argumentũ do-
ctoris ⁊ dicit ꝙ licet eadem species siue idem phantas
ma non possit representare idem sub diuersis ratio-
nibus: tamen sub alio ⁊ alio lumine potest represen-
tare: q: in lumine virtutis phantastice tantum repre-
sentat sub ratione singularis: sed in lumine intellectꝰ
agentis representat sub ratione vniuersalis. ¶ Ibi.
Contra. Hic Doc. arguit contra responsionem Hen
ri. Et pro intelligentia huius responsiõis nota. Dici
mus enim ꝙ aliquid potest competere alicui puta. a.
ratione posterioris ⁊ aliquid ratione ipsius. a. Exem
plum primi. Francisco competit esse similem: puta
Johãni albo ratione albedinis sibi inherentis: ⁊ com
petit sibi esse similem Johãni essentialiter ratione na
ture existentis in vtroqꝫ. Primo modo competit si-
bi tantum per accidens. Secundo modo per se: quia
ratione nature que est de essentia Francisci. Hoc idẽ
dico de representatiuo ꝙ competit alicui eẽ represen-
tatiuum ex sua ratione formali ⁊ prior: vel ex aliquo
posteriori: ⁊ per accidens. Exemplum primi. species
sensibilis albedinis ex sua ratione formali est repre-
sentatiua albedinis. Exemplũ secundi. potentia sen
sitiua vel organum habens in se talem speciem sensi-
bilem potest dici representatiuum albedinis ⁊ hoc ꝑ
accidens: q: non ratione talis potentie sed ratione il-
lius speciei sibi accidentaliter inherentis. Dicit ergo
doc. ꝙ hic queritur de representatiuo ex sua ratione
formali siue de representatiuo in se: ⁊ illud ẽ in se sim
pliciter tale nec fit tale per aliquid posterius: nec va-
riatur per quodcunqꝫ posterius quo ad suam ratio-
nem formalem representandi: nec similiter per quod
cunqꝫ extrinsecum: licet forte per aliquod extrinsecũ
posset magis vel minus disponi ad perfectius vel im

Repñtati-
uũ formale
⁊ virtuale.

Idẽ pt silẽ
eẽ alteri ꝑ
se ⁊ ꝑ acci-
dens.

perfectius representandi: erit tamen semper ex sua ra
tione formali tantum representatiuum alicuius sub
eadem ratione ⁊ non sub diuersis omnino rationi-
bus: cum ergo phantasma ex sua ratione formali sit
tantum representatiuum alicuius sub ratione singu-
laris: ꝑ nullum posterius sibi adueniens nec per ali-
quod extrinsecum poterit esse representatiuum alicu
ius sub ratione vniuersalis: ergo falsum est dicere ꝙ
idem phantasma in lumine intellectus agentis est re
presentatiuum vniuersalis ⁊ in lumine virtutis phan
tastice sit representatiuum singularis: ⁊ hoc est quod
dicit Doc. ⁊ patet littera doctoris vsqꝫ ibi. Si respon
deat. ¶ Hic ponitur vna responsio Henri. qui dicit
ꝙ non est inconueniens idem sub eadem ratione for-
mali esse representatiuum diuersorum: ⁊ probat per
simile. q: idem secundum eandem qualitatem potest
esse simile diuersis. Sicut vnũ album ꝫm eandem al-
bedinem est simile diuersis albis. Dicit doc. ꝙ hoc ni
hil est ad ꝓpositum: ⁊ responsio doc. stat in hoc. Licꝫ
eadem qualitas puta eadẽ albedo possit esse similis
decẽ albis: ita ꝙ in eadẽ albedine sint decem similitudi
nes terminate ad decem alba: est tñ impossibile ꝙ
eadem albedo vna silitudine sit silis duabus albis: q:
tunc eadem silitudo per se dependeret a duobus ter-
minis totalibus. Sic dico in ꝓposito. vbi est ordo es-
sentialis siue dependẽtia essentialis vnius ad aliud ẽ
impossibile vnũ dependere a duobus in eodẽ genere.
Nã species representatiua essentialiter dependet ab
ipso representato: q: representatiuũ imitatur suũ re-
presentatũ sicut imperfectum suum pfectum: ⁊ semꝑ
loquor de representatiuo qđ ex sua nã est posterius
representato ⁊ in essendo ⁊ in pfectione: q: essentia di
uina est pfectissima rõ representandi qđcunqꝫ intel-
ligibile: tñ ipsa est simpliciter prior in essendo ⁊ in pfe
ctione. Si ergo phantasma ꝑ te representaret aliquid
sub rõne singularis ⁊ aliquid sub rõne vlis: tunc idẽ
dependeret a duobus totalr: q: vt representat singula
re ipsum imitaꝫ vt posterius suum prius: ⁊ sic idem
simplr dependeret a duobus in eodẽ genere: qđ est i-
possibile. Patet ergo ꝙ nõ est silẽ de albedine haben
te plures similitudines. ¶ Scđo principaliter ex eadẽ
via arguit doc. ꝓbando ꝙ phantasma non possit eẽ
representatiuũ alicuius obiecti intelligibilis sub rõne
vli: ⁊ probat sic. Quia representatiuũ qđ ꝫm totã vir
tutem suam representat obiectũ aliqđ sub vna rõne nõ
põt simul representare idẽ vel aliud sub alia rõne ob
iecti: sed phantasma in eodẽ instanti in quo intelligiꝫ
vlẽ ꝫm totã virtutẽ suã representat obiectũ vt singulare
virtuti phantastice: q: tũc est actualis ymaginatio il-
lius obiecti in singulari ergo. Maior pꝫ. Tũ q: rep-
sentatiuũ formale in repñtando dependet a repñtato.
q: sub eadem rõne formali repñtat quo cãtur: sed idẽ
non põt in eodẽ instanti depẽdere a duabus rõnibus
formalibus oppositis: vt pꝫ nec ẽt pro alio instanti.
Tum q: repñtatiuũ repñtans aliquid ꝫm totã virtu-
tem suã alicui potẽtie vt ibi exñs: in eodẽ instanti nõ
põt repñsentare illud pfecte alteri potẽtie cui nõ meri-
stat: vt pꝫ de spẽ sensibili existente in organo potentie
visiue que non representat idem in eodem instanti ꝫꝫ
totã virtutẽ virtuti phantastice: imo nec in alio instã
ti: cũ in virtute phantastica sit ꝓprium representati-
uum. ergo a fortiori non poterit representare diuersa
sub diuersis rõnibus siue idẽ sub oppositis rõnibꝰ.
Tum quia sicut virtus limitata in agendo in eodem
instanti non potest habere duos effectus perfectos
precipue diuersarum rationum: ergo nec virtus li-

Idẽ nõ põt
pluribus es-
se silẽ eadẽ
silitudine.

mitata in representando in eodem instanti poterit representare idem sub diuersis rationibus: et maxime diuersis potentijs: vt supra dixi: et sic patet ista maior.

Difficltas.

Si obijciatur q idem representatiuum potest representare idem sub ratione magis et minus vniuersalis: vt supra dixi: et illud representatiuum qd ponitur a Scoto representat secundum totam virtutem cum sit agens mere naturale: ergo idem sub diuersis rationibus potest ab eadem specie intelligibili representari: vt albedo sub ratione albedinis. et sub ratione coloris: et qualitatis et entis.

Respōsio.

¶ Dico primo q non sunt rationes opposite sicut ratio singularis: et vniuersalis. ¶ Secundo dico q ad mentem Scoti sunt ponende alie et alie species respectu magis et minus vniuersalis: vt patet supra qōe.1. et secunda presentis distin. ¶ Tertio dico q forte non est inconueniens posse representare idem sub diuersis rationibus potentie cui inexistit. ¶ Quarto dico q non est probatum q eadem species intelligibilis in eodem instanti sit simul ratio representandi minus vniuersale et magis vniuersale: quia forte simul non potest esse ratio formalis producendi notitiam minus vniuersalis et magis vniuersalis: cum prius producat notitiam confusam magis vniuersalis: vt diffuse patet .q.2. presentis distin.

Obiectio.

¶ Si iterum dicatur q sicut eadem species intelligibilis. Primo representat singulare vagum. Secundo ipsam naturam in se. Tertio singulare signatum: vt patet a Docto. in sua methaphisica in septimo libro. ergo similiter et phantasma poterit.

Solu.

¶ Dico vltra ea que dixi supra q primum representatum occurrens intellectui est singulare vagum. Nam primo intellectus iudicat de aliquo singulari vago vt de aliqua albedine. Secundo de albedine in se: et Tertio de omni albedine singulari iudicat ipsam esse albedinem. sicut dixi supra exponendo dictum Augu.q.3. presentis distin. q secundum formam cōmunem iudico de occurrentibus esse talia secundum illam formam: sed non intelligit q eadem species intelligibilis representet aliquid sub ratione vniuersalis: et sub ratione propria singularis: cum ipse velit q singulare natum sit representare intellectui sub ratione propria singularitatis per speciem propriam causatam ab illo: vt patet in.2. distin.3.q.9. et.10. et sic per speciem intelligibilem vniuersalis posset representare omnia singularia illius vniuersalis: sed tamen sub ratione vniuersali: et non sub ratione propria singularitatis. ¶ Ibi. Ex alio membro arguitur sic. ¶ Doc. ex via intellectus agentis probat necessitatem speciei intelligibilis duplici medio. Primū stat in hoc. Cuicunq agenti actione reali correspondet aliquod productum reale actu existens: Sed intellectus agens dicitur agere actione reali: ergo correspondet sibi aliquod productum reale actu existēs: sed illud productum non potest recipi in aliquo phantasmate nec in virtute phantastica: quia tale esset de necessitate extensa et si non in se saltem in representādo: et sic tantum representaret singulare sub conditionibus materialibus: et sic per illud non esset vniuersale presens in ratione obiecti. Maior est nota et minor patet tertio de anima.t.co.13. vbi habetur q intellectus agens est id quod est omnia facere et sic vere actiuus. Habetur etiam tertio de anima.t.c.17. q intellectus agens est sicut ars ad materiam. idest ita cōparatur ad intellectum possibilem sicut ars ad materiam: ars vero est actiua alicuius materie. Si ergo intellectui agenti correspondet sibi aliquod productum illud productum erit vere reale: et non potest poni intellectio obiecti: quia illa non est prima actio intellectus agentis seu primus terminus actionis realis: sed primus terminus actionis realis intellectus agentis est vniuersale in actu. idest est aliqua species intelligibilis habens verum esse reale: et dicitur vniuersale in actu non in predicando sed in representando: et sic patet ista ratio.

Dubitatō.

Sed in ista littera de prima actione intellect⁹ agentis forte ab aliquibus diceretur q prima actio ipsius est abstrahere vniuersale a singularibus et a conditionibus materialibus: quia intellectus agens facit de non vniuersali vniuersale. Contra. quia tunc nihil ageret realiter: quia vniuersale sic abstractum non est aliqd reale existēs: et solū tale est termin⁹ realis actionis vel productionis. ¶ Si iterum dicatur. Ex quo intellectus agens est virtus actiua et non factiua. ergo terminus realis actionis erit in ipso intellectu agente patet. Ex hoc enim virtus actiua distinguitur a factiua quia actio siue terminus actionis est in agente: factio autem siue terminus factionis recipitur in materia sensibili vt subtiliter patet a Doc.q.13. quoli. Ergo species intelligibilis que dicitur terminus realis actionis ipsius intellectus agentis erit subiectiue in intellectu agente: et tamen ponitur in intellectu possibili.

Solu.

¶ Dico primo. sufficit q talis terminus recipiatur in eadem potentia: non enim intellectus agens et possibilis distinguntur vt due potentie cum sint vna potentia realiter licet distinguantur ex natura rei. ¶ Dico secundo q forte non esset inconueniens ponere intellectum agentem virtutem factiuā: cum terminus cuiuscunq actionis intellectus agentis recipiatur in intellectu possibili: et ideo Aristo. dicit q intellectus agens est quo est omnia facere: et est sicut ars ad materiam que omnia nominant actionē: Posset tamē breuiter responderi q virtus actiua nō est ratio agendi aliquid extra suppositum in quo est: non enim proprie dicimus intellectum agentem agere: sed suppositum dicitur agere intellectu agente vt potentia actiua: et sufficit q actio intellectus agentis sit in supposito cui intellectus agens est ratio agendi. Potentia vero factiua proprie secundum quam suppositum aliquid facit dicitur factiua: quia terminus factionis non recipitur in supposito cuius est talis potentia factiua: sed recipitur in materia sensibili. ¶ Item quando dicit Doc. ibi. Ille autem terminus realis non est in phantasmate: quia intellectus agēs nihil causat i phantasmatibus: quia illud receptum esset extensum eo modo quo dixi supra: et ita intellectus agens non transferret ab ordine in ordinem.

Intellect⁹ agēs transfert de ordine sensibilium in ordinē itelligibiliū. et quō.

Sic debet intelligi q intellectus agens transfert aliquod ens de ordine sensibilium in ordinem intelligibiliū. Nam omne per se sensibile est extensum vt patet: et vt sic non est in potentia propinqua vt intelligatur. Sicut ergo representatiuum sensibilis in potentia sensitiua tam interiori q̄s exteriori semper representat ipsum sensibile extensum: puta in tali vel tali quanto et vt hic et nunc et sub tali ratione nō est primo intelligibile: ergo intellectus agens transfert illud sensibile in ordinem intelligibilis in potentia propinqua: partialiter cāndo aliqd representatiuū repn̄tans ipsum sensibile vt abstractū ab ipsis cōditionib⁹ mālibus: et tale repn̄tatiuū nō pt poni nisi spēs intelligibilis

telligibilis que imediate recipitur in intellectu agente ¶ Nota tamen q ea que dixi de intellectu agente q trāsfert de ordine in ordinem ₇c· vera sunt loquendo de intellectu pro statu isto vbi sensibilia tantum sunt presentia in potentia remota· Nam album extra est intelligibile tantum in potentia remotissima· ₇ albū presens virtuti phantastice per phantasma representans illud extense: est in potentia intelligibile minus tamen remote: qz vt sic intellectus non potest ipsum primo intelligere: vt vero est presens intellectui per speciem intelligibilem ipsum representantem sine conditionibus materialibus tunc est intelligibile in potentia propinqua: qz vt sic presens pertinet ad memoriam perfectam vt exposui declarando titulum ·q· ₇ tunc est memoria perfecta quando statī potest producere· Si vero album comparet intellectui non pro statu isto: dico q non sic transfertur de ordine sensibilis in ordinem ymaginabilis ₇ de ordine ymaginabilis in ordine intelligibilis· (Intellectus enim agens tantum transfert de ordine ymaginabilis in ordinem intelligibilis: ₇ virtus phantastica trāsfert de ordine sensibilis in ordinem ymaginabilis) qz vt sic est tantum intelligibile ab illo intellectu separato: ₇ sic album imediate saltem vt partialis causa pōt mouere intellectum ex natura intellectus: causando immediate cognitionem sui intuitiuam nulla eiusdem alibi sensitiua precedente· Potest etiam vt partialis causa imediate causare speciem sui intelligibilem in intellectu possibili seperato: cōcurrente intellectu agente vt alia partiali causa per quam speciem intelligibilem potest abstractiue cognosci: ₇ de hoc vide doc· in ·2·d·3·q·2·₇·ii· ₇ vide ibi expositiones quas feci·

¶ Ibi. Et confirmatur ratio· ¶ Hic Doc· confirmat rationē prius positam probando per auctoritates q primus terminus actionis realis intellectus agentis sit species intelligibilis· Et patet primo per hāc auctoritatem· qz intellectus agens est facere de nō vniuersali vniuersale: que auctoritas non habet aliud sensum nisi quia intellectus agens de illo quod erat representatiuum singularis facit representatiuum vniuersalis: vt notat doc· parum infra· Cum dicit siue ly de accipiatur materialiter siue virtualiter· Si ly dē accipiatur materialiter tunc intellectus agens facit de representatiuo singularis· idest de ipso phantasmate quod est representatiuum singularis representatiuū vniuersalis: causando speciem intelligibilem non imprimendo ipsam in phantasmate: sed tantum in intellectu possibili sed exprimendo ipsam· idest q nō possit causare pro statu isto speciem intelligibilem nisi presupposito phantasmate de quo exprimat· Si vero ly de intelligatur virtualiter: sensus est q intellectus agens producit speciem intelligibilem de ipso phantasmate virtualiter continente ipsam vt partiali causa vt infra patebit ·q· penul· presentis dist· ₇ sic intellectus agens vna cum phantasmate producit speciem intelligibilē· ¶ Ibi· Item secundum istaz viam. ¶ Hec est secunda ratio qua probatur necessitas speciei intelligibilis sumpta ex ratione intellectus agētis· In ista ratione doc· supponit vnum quod communiter ab omnibus conceditur· scilicet q actio prima intellectus agentis sit ad vniuersale in actu: quod dictum non potest habere veritatem nisi de aliquo representatiuo ipsius vniuersalis: semper supponendo q prima actio intellectus agentis sit vere realis: ergo terminatur ad aliquod vere reale ₇ realiter existens· Uniuersale vero quod est vniuersale in predicando: vt puta homo in cōmuni: vt sic non habet aliquod esse reale vt prescindit a singularibus: abstrahit enim ab omni existentia: siue accipiatur homo sub secunda intentione adhuc minus esse reale habebit: qz vt sic tantum consideratur in esse cognito· Si ergo prima actio intellectus agentis terminatur ad vniuersale in actu ₇ talis actio est vere realis: sequitur q tale vniuersale in actu erit tantum in representando: ₇ illud erit species intelligibilis actu existens· ¶ Si dicatur concedendo q prima actio intellectus agentis sit realis: sed terminus illius actionis non recipitur in intellectu agente sed in virtute phantastica: ₇ sic non oportet ponere speciem intelligibilem pertinere ad memoriam intellectiuam vt memoria intellectiua est· Contra hoc arguit probando q omne productum ab intellectu agente tantum recipiatur in intellectu possibili: qz intellectus agens in ratione actiui non excedit possibilem in ratione passiui: ergo quicquid causatur ab intellectu agente imediate recipitur in possibili: ₇ sic stat ratio Doc. ¶ Nota tamen hanc propositionē quando dicit q intellectus agens in ratione actiui nō excedit possibilem in ratione passiui qz non habet veritatem econuerso: ista est enim vera q omnis actio intellectus agentis recipitur in intellectu possibili. ista tamen non est sic vera q quicquid recipitur ab intellectu possibili sit causatum ab intellectu agente nec partialiter nec totaliter: qz potentia receptiua naturalis in plus se habet q̄ȝ potentia actiua naturalis: vt supra patuit in ·q·1· prologi· intellectus enim possibilis ex natura intellectus est in potentia passiua naturali ad multa que non subsunt causalitati agentis naturalis: vt supra patuit· Si tamen vera sit propositio econuerso· scilicet q quicquid recipitur in intellectu possibili causatur ab intellectu agente erit vera ꝓ statu isto: ₇ naturaliter loquendo: sustinendo tamen q intellectus agens sit partialis causa intellectionis: ₇ forte principalior intellectu possibili: vt videtur innuere doc· in quoli ·q·15· ¶ Ibi. Secundum tertiam viam· ¶ Probat doc· principale intentum per duas rationes sumptas ex magis ₇ minus vniuersali: ₇ tota vis prime rationis stat in hoc· Habitus vt habitus talis obiecti inclinat naturaliter ad cognitionem talis obiecti: ₇ potentia inclinata nunq̄ȝ posset tale obiectum cognoscere nisi esset presens per speciē intelligibilem: vt patet de obiecto habitus methaphisici qui inclinat ad ens inquantū ens: ergo ens vt ens erit intellectui presens ₇ non per phantasma vt probatum est per duas rationes primas: nec per habitum: qz habitus vt habitus non est similitudo obiecti intelligibilis inquantum intelligibile· Et si forte ponatur similitudo obiecti hoc tantum erit similitudo obiecti intelligibilis non inquantum intelligibile: sed vt cognitum· tum etiam qz habitus inclinat ad similes actus ex quibus causatur· Cum ergo inclinet ad cognitionem entis in vniuersali· ergo intellectus ante habitum causatum prius intelligit ipsum ens in se: ₇ non potest ipsuȝ intelligere nisi sit sibi presēs: ergo erit presens per speciem intelligibilem· Et nota bene q ex his duabus rationibus vltimis habet q vniuersalius est presens per propriam speciem intelligibilem ipsum representantem· Sed qz in littera istarum rationum sunt alique obscuritates· ideo expono illam· Cum dicit· ibi· Habitus minus vniuersalis: ₇ magis vniuersalis sunt distincti habitus proprij alioqui methaphisica vt methaphisica· idest scientia methaphisicalis vt methaphisicalis non esse

Intellect⁹ agēs de nō vl̄ fac̄ vl̄.

Quō sit ra ista· intel l̄s agēs i rōne actiui n̄ excedit possibiles in rōne passiui·

est habitus intellectus distinctus supple ab alijs habitibus· Hic doc·loquitur de habitu scientifico · Et cum dicit ꝙ isti habitus scientifici magis vniuersalis & minus vniuersalis sunt distincti formaliter distinguuntur suis rationibus formalibus : distinguitur etiam ab obiectis quorum sunt tales habitus · ¶ Si dicat̄ · Ex quo enim habitus methaphisicus est entis inquantum ens & habitus phisicus est corporis mobilis sub ratione vel naturalitatis vl' mobilitatis: ista duo obiecta non distinguuntur realiter: vt patet: nec formaliter·cū inferius sit idē formaliter suo superiori licet non econtra: vt patuit a doc·supra disti·2·q·1·partis secunde · ¶ Pro nunc dico ꝙ sufficit ista obiecta distingui obiectiue & conceptibiliter: & talis distinctio est sufficiens distinctionis habituum magis & minus vniuersalis·Sequitur· Habitu autē vniuersaliori contingit vti non vtendo aliquo alio habitu minus vniuersali: patet q: habens habitum methaphisicum potest vti illo: cognoscendo ipsum ens inquantum ens non cognoscendo pro tunc aliquod inferius· Et nota ꝙ si habitus ponitur vt tantum inclinans & facilitans potentiam ad similes actus ex quibus causatur: tunc potentia dicitur vti illo quando secundum inclinationem talis habitus operatur siue quando elicit actus ad quos talis habitus inclinat· Si vero ponatur habitus vt partialis causa actus vt videtur innuere doc · infra di·17·& in·3·d·27·tunc potentia dicitur vti tali habitu quando elicit actus circa aliquod obiectum quorum habitus est causa partialis·potentiā ḡ vti habitu est elicere actum circa aliquod obiectum ad quem actum talis habitus inclinat potentiam: vel cuius actus est causa partialis: & sic patet ꝙ habens habitum methaphisicum qui tantum vel inclinat ad actus vel est partialis causa actuum similium ex quibus generatur: & per consequens talis habitus tantum inclinat potentiam ad act9 circa obiectum vniuersalissimum. siue complexū vt principia & conclusiones: siue incomplexum vt subiectum methaphisice·Si ergo intellectus per talem habitū potest cognoscere ens inquantum ens oportet ꝙ sit sibi presens in ratione obiecti intelligibilis·non ē autem presens per habitum scientificum: vt supra dixi· ergo erit sibi presens per speciem intelligibilem quod est propositum: & patet ista ratio· ¶ Ibi· Item vltio quo ad hanc viam arguo sic·¶ Ista ratio stat in duobus dictis· Primum est de indifferentia vniuersalis quando dicimus ꝙ vniuersale est indifferens ad omnia inferiora secundum totam suam indifferentiam: sic intelligitur inquantum ipsum vt sic conceptū est idem cuilibet inferiori: sicut cum concipio animal secundum totam suam indifferentiam ad omnia animalia: ipsum concipio vt est idem omni animali & vt commune omni animali· Si vero conciperem animal tantum vt in aliquo inferiori puta in homine: tunc non conciperem animal secundum totam suam indifferentiam qua est idem cuilibet animali· Secundum dictum est ꝙ possum concipere vniuersalis secundū totam suam indifferentiam: vt puta possum concipere ens secundum ꝙ est indifferens ad omnia entia: sꝫ certum est ꝙ non possum ipsū concipere nisi esset p̄sens intellectui in ratione obiecti intelligibilis: hoc autem non potest esse nisi per aliquod rep̄sentatiuū ipsum representans secundum totam suam indifferentiam: & illud non potest esse phantasma: q: nō representaret ipsum secundum totam suam indifferentiam: sed vt inquantum est idem alicui singulari phantasiabili: ergo erit presens per speciem intelligibilem representantem ipsum s̄m totam indifferentiam: & sic habetur propositum·

De secundo membro scilicet presentia obiecti.

Hic doc·probat necessitatem speciei intelligibilis tribus rationibus sumptis ex presentia obiecti · In prima ratione supponit doc· vnum: ꝙ intellectus potest habere aliquam operationem sibi propriam sine potentijs inferioribus: hoc est non dependendo a potentijs inferioribus: quod suppositum potest habere multiplicē sensum· Primus ē ꝙ pro statu isto intellectus possit aliquid imediate intelligere: sic ꝙ non requiratur ꝙ aliqua potentia inferior prius habeat operationem circa illud vt potentia sensitiua vel ymaginatiua: & iste sensus est falsus : q: intellectus pro statu isto non potest imediate moueri ab aliquo sensibili: prius enim sensibile mouet potentiam sensitiuam exteriorem: & deinde causatur phantasma in virtute phantastica: vt supra exposui · Secundus sensus est ꝙ intellectus prius habita operatione sensitiua possit habere in se omnia necessaria ad causandum propriam operationem : itaq; haberet presentiam obiecti in se ipso scilicet per speciem intelligibilem representantem obiectum in ratiōe intelligibilis: & hic sensus est verus· Si enim isto modo non posset habere operationem propriam nisi dependeret a potentijs sensitiuis: tunc sequeretur ꝙ non posset operari nisi circa illud quod relucet in virtute phantastica : & sic semper in operando dependeret a virtute phantastica: q: non haberet in se necessarium ad operandum: puta presentiam obiecti : sed tantum in alio puta in virtute phantastica: & si sic dependeret in operādo dependeret etiam in essendo secundum argumentum philosophi· Separatur enim hoc ab hoc sicut ppetuum a corruptibili: vt patet in prohemio libri de anima·t·c·12·& ·13·& quomodo illa auctoritas philosophi intelligatur vide Sco·in·4·d·43·q·3·imo posset dici intellectus sic dependens in operando virtus organica: q: potentia sensitiua d̄r vti organo: cū species sensibilis representans sensibile tantum recipitur in organo: & sic obiectum relucet ibi· Cum ergo phantasma sit in organo virtutis phantastice tantum representabit obiectum vt in tali organo: & per consequens si intellectus haberet obiectum presens tantum ī virtute phantastica : tunc non posset operari circa illud nisi quodāmodo organice modo preexposito: & per cōsequens si potest habere operationem propriam modo preexposito: poterit habere presentiam obiecti in se non autem vt in aliqua virtute inferiori : sed talis presentia haberi non potest nisi per speciem intelligibilem·ergo· Expono tamen aliqua dicta in littera· Cum dicit ibi· Aut intellectus potest habere obiectū puta vniuersale sibi presens in ratione obiecti intelligibilis absq; hoc ꝙ sit presens alicui potentie inferiori· Hoc sic intelligitur: ꝙ licet idem obiectū possit esse diuersimode presens alij & alij potentie : non tamē erit presens sub vna & eadem ratione: q: albedo vt est presens virtuti phantastice est tantū presens sub ratione singularis: vt vero est presens intellectui est primo presens sub ratione vniuersali : vt supra declaraui: & sic intellectus potest habere obiectum sibi presens sub ratione vniuersalis absq; hoc quod sit presens potentie inferiori sub illa ratione vniuersali · ¶ Ibi· Ergo habet· Scilicet obiectum sub ratiōe vniuersalis potest esse presens intellectui absq; hoc ꝙ sit presens

Scoto·

Potētiam vti habitu·

Hic agit̄ d necessitate spēi intelligibilis: cōtra multos tā veteres q̄ꝫ modernos·

Intellēs absq; inferiori potētia per se operari pt·

presens potentie inferiori sub tali ratione: ergo actu est presens. probatur hec consequentia: quia agentia talis presentia obiecti etc. ¶ Probatio huius consequentie supponit vnum. scilicet quod in virtute phantastica sit actu phantasma singularis alicuius vniuersalis fortius mouentis sensum exteriorem: quo posito patet probatio consequentie: quia phantasma et intellectus agens sunt sufficienter approximata intellectui possibili: et agunt per modum nature: et ita causant necessario in illo presentiam obiecti cuius est receptiuus. et patet littera. ¶ Secunda ratio est ibi. Secundo sic. Alie potentie cognitiue habent obiectum presens eis non solum presentialitate secundaria. scilicet quia illa sunt presentia aliis potentiis inferioribus: sed propria presentialitate: sicut sensus communis habet colorem sibi presentem non tantum inquantum est presens visui: sed quia habet speciem eius presentem in organo sensus communis: ergo cum hoc sit perfectionis in potentia cognitiua etc. a fortiori erit in intellectu: et littera clara est. ¶ Tertia ratio est ibi. Item potentia non potens habere actum nisi circa obiectum sibi presens si non potest habere illud presens: nisi per aliquam aliam potentiam cui contingenter coniungitur dependet in operatione sua a tali potentia sibi contingenter coniuncta: et ita est imperfecta. et littera clara est. Sed quod intellectus contingenter coniungatur potentie sensitiue in operando: patet quia potest intellectus separari et separatim existere sine potentia sensitiua: vt patet de anima separata: patet etiam quia vt coniungitur corpori glorioso non habet obiectum presens per phantasma: cum non habeat tunc necessitatem vti potentiis sensitiuis in cognitione abstractiua: vt supra patuit .q.3. presentis di. ¶ Ibi. Si obiicias. Pluralitas non est ponenda nisi vbi est necessitas. Cum ergo ita bene possit poni intellectum habere actum sine specie sicut cum specie: ergo non est ponenda talis species. ¶ Respondet doc. dicens quod necessitas est quando perfectio nature hoc requirit. Et patet littera.

Intellectus in operando contingenter vnitur potentie sensitiue.

Primo physi. t.c. 35. et .50. 8. physi. t.c. 56. et 2. de genera. t.c. 59.

Ad .q. ergo dico quod est necesse ponere in intellectu speciem intelligibilem priorem naturaliter actu intelligendi abstractiue: quod etiam probat auctoritatibus philosophi et Augustini. et primo per Aristo. tertio de anima. t.c. 37. qui sic ait. Omnia ea que sunt quodammodo est anima: aut enim sensibilia que sunt aut intelligibilia: est autem scientia quidem scibilia quodammodo: sensus autem sensibilia: et ibi Commen. Contingit igitur necessario vt anima sit entia omnia vno modorum secundum quos possibile est dicere animam esse omnia entia. Iste textus Aristo. exponitur ab Henri. et Goffre. sic. quod Aristo. non loquitur vniformiter hic et ibi scilicet de intellectu et sensu: quia de sensu loquitur quantum ad speciem impressam. idest quod sensus habet in se quodammodo omnia sensibilia per quandam similitudinem. scilicet per speciem sensibilem impressam sensui que est similitudo sensibilium: sed de intellectu loquitur quantum ad habitum scientie: supple quod anima est omnia entia sensibilia per habitum scientie impressum non autem per speciem intelligibilem. ¶ Contra hanc expositionem arguit doc. ibi. Sed hec expositio non videtur esse ad intentionem philosophi. Quia vult quod sicut omnia entia sensibilia sunt in sensu per quandam similitudinem quia per speciem sensibilem: quia similitudo sensibilium: sic quod omnia scibilia siue omnia intelligibilia sunt in intellectu tantum per quandam similitudinem: quia

Impugnatio expositionis Hen. et Gosfre.

per aliquid quod est formaliter similitudo illorum et illud non potest esse nisi species intelligibilis: non autem habitus scientie cum non sit similitudo intelligibilis circumscripta omni alia specie obiectum representante. Nec valet dicere quod omnia intelligibilia sunt in intellectu per phantasma: quia tunc anima non esset omnia intelligibilia per intellectum siue per scientiam sed tantum per phantasma: quia tunc nihil ibi esset representans intelligibile nisi phantasma. ¶ Si dicatur quod secundum Sco. presenti. d. q. vlti. actus intelligendi est similitudo obiecti: immo perfectius est similitudo obiecti quam species intelligibilis: vt patet expresse ab ipso in quoli. q. 14. et habitus causatur ex actibus et semper inclinat ad similes actus circa idem obiectum: ergo habitus causatus ex illis actibus erit similitudo obiecti quod hic negat. ¶ Dico primo quod non sequitur quod si actus est similitudo obiecti quod similiter habitus causatus: tum quia actus immediate causatur ab obiecto: habitus vero non: etsi per dictum supra eo modo quo actus imprimitur ab obiecto eo modo representat illud. tum etiam quia potentia per actum cognoscendi actu cognoscit obiectum non autem per habitum. ¶ Dico etiam quod differentia est inter actum cognoscendi et speciem intelligibilem in representando. Nam actus representat obiectum inquantum cognitum. Et si etiam ponatur quod actus cognoscendi representet entitatem obiecti in se non tamen sub illa ratione qua est intelligibile: itaque per actum dicatur obiectum esse presens intellectui in ratione intelligibilis: species vero dicitur similitudo obiecti quia per ipsam est presens intellectui in ratione intelligibili. ¶ Ibi. Expressius tamen est ad istud intentio Aug. Et hec littera clara est. ¶ Ibi. Si respondeas. ¶ Hic ponitur responsio Henri. quia Augusti. vbi supra vult quod memoria vt memoria sit prior actu intelligendi: et non potest esse memoria perfecta prior actu intelligendi nisi obiectum sit presens intellectui vel in se vt in cognitione intuitiua: vel in aliquo representatiuo vt in cognitione abstractiua: et tale representatiuum quod pertinet ad memoriam intellectiuam (vt memoria intellectiua est prior actu intelligendi et principium formale productiuum actus intelligendi) est tantum species intelligibilis. Dicit Henri. quod memoria est in parte intellectiua proprie sumpta vt est principium productiuum actus intelligendi: et talis memoria est ipse intellectus vt habens actum intelligendi confusum: ita quod talis notitia confusa obiecti est intellectui ratio formalis producendi notitiam distinctam sicut exposuimus mentem ipsius supra di. 2. parte. 2. Sed vltra que dicta sunt ibi contra hanc positionem. Hic specialiter doc. arguit ostendens quod hec positio est contra Augustinum et Henri. Quod sit contra Henri. ostendit. ibi. Contra opinionem. Nam Henri. ponit quod vniuersale vt relucens in phantasmate est ibi quasi memoria: et vt mouens ad actum intelligendi est ibi presens quasi intelligentia: ergo per istam opinionem nullus actus intelligendi est memoria. Et quod contradicat sibi Henri. patet quia ponit quod obiectum vt relucens in phantasmate vna cum intellectu dicitur memoria: et tamen prius dicit quod ipse intellectus vt habens notitiam confusam obiecti dicitur memoria: et proprie de ratione memorie est mouere intellectum ad actum intelligendi: et tamen dicit quod obiectum vt relucet in phantasmate et per consequens vt est in memoria non mouet intellectum ad actum intelligendi: et ex alia parte dicit quod obiectum vt est intelligentia. idest in intellectu habente cognitio

Instantia.

Solutio apparentis contradictionis.

.12. de tri. c. 14. et .15. c. 16. vel .18.

Hen. reducitur hic ad contradictionem.

nem obiecti mouet ad actum intelligẽdi·idest vt actu cognoscitur notitia confusa: illa notitia confusa est ratio gignendi notitiam distinctam: et sic secundum ipsum nullus actus intelligendi esset a memoria vt memoria est: quia vt relucet in phantasmate nõ mouet: sed esset ab intelligentia: quia vt intelligentia mouet ad actum intelligẽdi·idest vt actu intellectum mouet ad actum intelligendi· Et sic patet quomodo sibi contradicit· ¶ Ibi. Est etiam hoc contra Augustinum: vt apparet·15·de tri·c·11·vel·xxviij· Intelligentie tribuentes cogitationis formationem· Nam Augusti· vult quod nullus actus intelligendi vt sic siue confusus siue distinctus sit actus memorie· idest pertinens ad memoriam: sed quod sit actus intelligentie. idest pertinens ad intelligentiam· scilicet ad actualem intellectionem: ideo dicit quod nihil intelligimus nisi per intelligentiam·i· quod nihil formaliter intelligimus nisi per formalem intelligentiam siue intellectionem inherentem nobis· ¶ Ibi· Similiter autem ratione· ¶ Improbatur etiam opinio Henri· ratione et formetur sic ratio· Aut ille actus· idest cognitio cõfusa obiecti qua memoria est in actu primo vt scilicet sit productiua actus secundi: est idem cum illo actu intelligentie cuius est productiua: quia Henri· posuit notitiam confusam obiecti pertinere ad memoriam: et quod illa notitia est ratio formalis producendi intelligentiam siue notitiam distinctã· Ideo querit doc· si illa notitia confusa sit idem cum illa distincta: aut alia· Si idem· tunc idem erit ratio gignẽdi se quod est impossibile· Si alia· quero aut erit simul cum notitia distincta et tunc respectu eiusdem obiecti erunt simul notitia confusa et distincta: quod non est intelligibile: quia tunc idem simul distincte et cõfuse cognosceretur: aut non est simul: et tunc memoria formaliter gigneret quando non esset: patet· Si enim in eodem instanti quo producitur notitia distincta non est notitia confusa: ergo notitia confusa que pertinet ad memoriam non est productiua notitie distincte: quia tunc non est et tamen productiuum quãdo actu producit est prius natura ipso producto: et de hoc vide expositionem quam feci super·d·1·q·3·et·d·15·q· vnica secundi Doc· ¶ Ibi· Si etiam dicas quod memoria est memoria per habitum scientialẽ. Hoc nõ stat cum opinione: patet quia hic queritur de memoria vt in parte intellectiua tantum: vt scilicet obiectum est presens intellectui vt intellectus est: itaque intellectus potest se conuertere ad illud absque mendicatione virtutis phantastice· vt supra patuit· Cum ergo secundum Henri· per habitum scientialem obiectum non sit presens nisi in phantasmate: oporteret intellectum conuerti ad phantasma ad hoc vt actu intelligeret: et sic in operando dependeret a potentia inferiori: quod est supra improbatum: et sic patet littera·

Gul· ochã l·2·q·14·et 15· arguit contra necessitatẽ spẽi intelligibilis ponende·

Contra conclusionem Doc. arguit Ochan quod respectu notitie abstractiue non est ponenda aliqua species intelligibilis: sed ponitur aliquis habitus prius· Dicit enim Ochã in·2·q·14·et·15·quod intellectus ante cognitionem intuitiuam obiecti est in potentia essentiali ad cognitionem abstractiuam: sed habita cognitione intuitiua est in potentia accidentali: ita quod potest in cognitionem abstractiuam: et prius non potuit: et habitus derelictus a cognitionibus intuitiuis ponitur in intellectu vt prior cognitione abstractiua: et quod talis habitus sic derelictus ponatur in intellectu respectu cognitionis abstractiue non autem species intelligibilis sic probat· ¶ Quando aliquid est in potentia accidentali respectu cognitionis non oportet ponere aliud quam illud per quod est in potentia accidentali ad eliciendum actum: sed posito tali habitu in intellectu inclinante ad aliquam cognitionem est intellectus in potentia accidentali: ergo preter talem habitũ non oportet alium ponere in intellectu· Minor patet per philosophum tertio de anima· vbi dicit quod aliter est intellectus in potentia ante addiscere et inuenire quam post: quia ante est in potentia essentiali: et post quando per actum aliquem derelinquitur aliquis habitus tunc est in potentia accidentali ad alium sibi consimilem: ergo intellectus per habitum generatum ex actu est in potentia accidentali· Unde nunquam experitur aliquis se esse in potentia accidentali respectu intellectionis nisi post intellectionem· Si enim ponantur mille species preuie actui intellectus (si nullum actum habeat intellectus) non plus est nec experitur quam si nulla sit ibi species· Si enim non ponatur alia species: et tamen si actus intelligendi ponatur statim intellectus intelligit et experitur se esse in potentia accidentali respectu alterius cognitionis: ergo· ¶ Item omnia illa que possunt saluari per speciem possunt saluari per habitum: ergo superfluit species· ¶ Item quod habitus necessario requiratur ad intelligendum aliquod obiectum: patet quia si non requiratur sed sufficeret tantum species: ergo si species corrumpatur post centum mille intellectiones: non aliter posset intelligere illud obiectum cuius est species quam ante omnem intellectionem: quia habitus non ponitur: et species corrumpitur· ¶ Si dicas quod per multas cognitiones augetur species· ¶ Contra: tunc per augmentationem speciei semper inclinatur intellectus plus ad intelligendum: et per consequens superflueret totaliter habitus qui ab omnibus ponitur: Et sic vel species superflue ponitur vel habitus: sed habitus ab omnibus ponitur: et non species: ergo videtur quod species superfluat· ¶ Item species non ponitur nisi propter assimilationem: vel propter causationem intellectionis: vel propter representationem obiecti: vel propter determinationem potentie: vel propter vnionem mouentis et moti: propter ista maxime ponitur species: sed propter nullum istorum oportet ponere: non propter assimilationem: quia illa assimilatio aut est in essentia et natura intellectiua per quam assimilatur obiecto cognito: aut est assimilatio effectus ad causam· Non primo· quia intellectus intelligendo substantiam magis assimilatur in natura sua propria obiecto quod est substantia quam per speciem que est accidens: quia minus assimilatur accidens substantie quam substantia substantie· Nec secundo· quia illa assimilatio passi ad agens est per hoc quod recipit aliquem effectum causatum ab agente: sed isto modo assimilatur intellectus sufficienter per intellectionem causatam ab obiecto et receptam in intellectu· ¶ Item tanta assimilatio requiritur in notitia intuitiua quanta in abstractiua: sed in intuitiua non requiritur aliquid preuium cognitioni assimilãs: ergo nec in abstractiua· ¶ Item representatum debet esse prius cognitum: aliter representans nunquam duceret in cognitionem representati tanquam in simile: statua enim Herculis nunquam duceret me in cognitionem Herculis nisi prius vidissem Herculem: nec etiam scire possum vtrum statua sit sibi similis aut nõ: sed sic ponentes spẽm: spẽs est aliquid preuiũ omni actui intelligendi obiecti· ¶ Item si ponitur propter representationẽ obiecti: hoc non est nisi quia distans non potest agere in distans: hoc autem falsum est sicut post patebit· Nam si obiectum

si obiectum distans non possit agere in intellectum causando intellectionem nisi prius causaret speciem: quia oportet obiectum esse presens passo in se vel in alio: ergo eodem modo obiectum distans non potest causare speciem i intellectu nisi causando aliquid preuium speciei per quod obiectum est presens intellectui ad causandum illam speciem: et similiter ante illam speciem oportet ponere aliam: et sic in infinitum: ergo obiectum distans si potest causare speciem in intellectu sine aliquo preuio per quod sit presens: ergo eodem modo potest causare imediate intellectionem sine aliqua specie preuia representante. Nec debet poni species propter causationem intellectionis: qz secundum eos corporale et materiale nō possunt agere in spirituale: et ideo oportet ponere talem speciem in intellectu. ¶ Sed contra. Sicut corporale et materiale non potest esse causa partialis imediata respectu intellectionis que recipitur in spirituali: quia in intellectu possibili qui est spiritualis qualitas: ita nec materiale potest esse causa partialis in intellectu agente concurrens ad producendum speciem que est spiritualis: et sicut tu ponis q corporale potest eē causa partialis ad causandum speciem in spirituali: ita ego pono q corporale est causa partialis ad causandum intellectionem in spirituali. Nec debet poni species propter determinationem potentie: quia omnis potentia passiua sufficienter determinatur per agēs sufficiens: maxime quando ipsamet potentia est actiua: sed agens sufficiens est obiectum et intellectus vt probatum est. Nec debet poni propter vnionem obiecti cum potentia tanq̄ mouentis et moti: quia tunc eodem modo arguerem q ante illam speciem oporteret ponere aliam: quia ad hoc q obiectum possit causare primam speciem in intellectu requiritur q vniatur sibi: sicut requiritur vnio ad hoc q causet intellectionem: et hoc erit per aliam speciem: et sic in infinitum. Sic ergo patet q habitus sit ponendus propter experientiam: et non species. hec Ocham vbi supra: et multa alia dicit que non sunt contra Doc.

Aug. Sue. **Quidam alij arguunt** contra positionem Doc. licet eorum argumenta minus valeant q̄ argumenta Ocham arguuntqz sic. Si species precedit actum intelligendi tunc in intellectu erunt duo recepta ordine quodam. scilicet species et actus intelligendi: et sic vel erūt ambo qualitates vel species erit qualitas: et actus intelligendi est passio: quoniam verius perficit intellectum q̄ species: cum species presupponatur actui intelligendi tanq̄ dispositio: erunt ergo ambo qualitates (vt omnes concedunt) tunc vel eiusdem speciei vel diuersarum: et non possunt poni in diuersis speciebus qualitatis: ergo in eadem specie. Et tunc arguo q intellectus non esset denudatus a specie recepti tanq̄ a medio recipiendi quod est contra Auer. in multis locis. ¶ Item difficile esset dare illius speciei necessitatem cum non sit necessaria tanq̄ dispositio: nec tanq̄ medium inter puram ignorantiam et scientiam: nec vt causa actus intelligendi. Omnia enim argumenta que alteram harum partiū probant sunt debilia: et non excedunt naturam sermonis dialectici. Facilius ergo dicendum puto intellectionem esse speciem secundum eum sed differre solum in modo et ratione: potest enim effectus comparari ad intellectum potentie: et ad formam intellectus abstractā a materia que vocatur obiectum intelligibile: si enim intellectui comparatur: sic passionis et intellectionis nomen sibi vendicat. si autem obiectum respiciat intelligibile cuius est similitudo: sic rationem speciei retinet: erit ergo vna res absolute licet modi intelligendi illam sint diuersi. ¶ Item arguit. Si talis species poneretur prior actu intelligendi tunc intellectus esset in actu anteq̄ intelligeret: qđ omnes peripatetici extraneum reputant. Et q sequatur ipsum eē in actu probat: quia ex intellectu et specie fit verius vnum q̄ ex materia et forma: et quod verius est vnum verius est ens: ergo intellectus et species sunt verius ens: sed quod vere est actus est: ergo intellectus per speciem informatus est actus vel in actu: et sic intellectus erit in actu anteq̄ intelligat quod est falsum. hec ille.

Respondeo primo ad rationes Ochā. et dico ad maiorem primi argumenti q aliquid esse in potentia accidentali siue propinqua potest dupliciter intelligi. Primo quia illud per quod aliquid est i potentia accidentali est ratio quare actus prompte faciliter et expedite elicitur: et per quod potentia magis inclinatur ad similes actus. Hoc modo intellectus per habitum causatum ex pluribus actibus dicitur in potentia accidentali: qz habens talem habitum promptius facilius et expeditius elicit similes actus illis ex quibus causatur: sustinendo q habitus non concurrat actiue ad actus exteriores: et ante illum habitum intellectus dicitur esse in potentia essentiali siue remota: sustinendo vero q habitus sit partialis causa actus sequentis: dico q intellectus per talem habitū non tantum est in potentia accidētali ad prompte faciliter et expedite producendum talem actum: sed etiam ad producendum perfectiorem actum intensiue: vt patet a Doc. infra. d. 17. Secundo aliquid potest intelligi esse in potentia accidentali: qz illud per quod ē in tali potentia est simpliciter ratio quare potentia intellectiua sit in potentia propinqua ad agendum absolute: sic q ante illud nullo modo posset agere: et hoc modo per speciem intelligibilem intellectus est in potentia accidentali respectu cognitiōis abstractiue: ita q ante illam nullo modo potest intelligere cum tunc non habeatur potentia obiecti: et sic vt non habens speciem intelligibilem obiecti dicitur in potentia eēntiali siue remota: vt vero est habens illam dicitur in potentia accidentali siue propinqua: quia tunc habet omnia requisita ad causandam intellectionem. Et cū dicit q habitus sufficit: Negatur q per habitū vt habitus ē nō habeatur presentia obiecti que necessaria est ad actum intelligendi. ¶ Et cum dicit q nos experimur q per actum intelligendi siue per habitū sumus in potentia propinqua etc. non autem per speciem intelligibilem. ¶ Dico primo q bene per habitum experimur non esse in potentia propinqua ad eliciēdos similes actus illis ex quibus cātur habitus ad quos actus habitus inclinat: et tale huiusmodi non experimur per speciem intelligibilem: cum species intelligibilis alicuius obiecti precedat omnem actum intelligendi illius obiecti. ¶ Secundo dico q non est necesse habere talem experientiam seu cognitionem experimentalem (vt etiam patet sm ipsum de cognitiōe intuitiua obiecti) qz si potentia habet obiectum in se presens statim operatur circa illud causando intuitiuam cognitionem illius: et tamen patet q ante illā cognitionem non h aliquem actum cognitiuū experimentalem circa illud obiectum: sic in proposito. Sufficit enim q cause actus sint debite approximate et non impedite quibus positis statim sequitur actio.

Ad rōnes Gul. ocbā.

Aliqd eē in potētia accidētali dupliceē potest hrē sensuz.

¶ Deinde quando dicit q si post centum mille intellectiones species intelligibilis corrumperetur nõ posset intellectus cognoscere abstractiue. ¶ Dico primo q casus non est admittendus: q: per aliam & aliam intellectionem intenditur species intelligibilis: vt·j· patebit. Et cum dicit q tunc per illam magis inclinaretur ad actum intelligendi. Dico q si loquitur de inclinatione naturali potentie per quecunqz sibi aduenientis illa non intenditur: vt patet a doc·in·4·d·49·q: inclinatio naturalis est ipsa natura inclinata. Si vero inclinatio naturalis sumatur ex parte speciei. Dico q quanto illa intenditur in suo esse tanto inclinatio naturalis intenditur cum sit eadem res: & sic intellectus habens talem speciem magis inclinatur ratione talis speciei. Sed hec nihil ad·b·q: si species intenderetur: tunc per illam posset perfectior actus causari. ¶ Dico secundo q si talis species corrumperetur: itaq in potẽtia nihil esset nisi habitus derelictus ex actibus: intellectus nõ posset cognoscere obiectũ abstractiue: q: tunc non posset haberi presentia obiecti que est necessaria ad actum intelligendi: & sic non esset inconueniens q post centum mille intellectiones destructa specie intelligibili per quã solam habetur presentia obiecti in cognitione abstractiua: intellect? nullam cognitionẽ abstractiuam haberet de tali obiecto: sicut non est inconueniens q post centum mille visiones potentia visiua non possit videre albũ destructa specie sensibili albi per quam solam habetur presentia albi in ratiõe obiecti visibilis. Oporteret ergo ponere q destructa specie intelligibili per habitũ possit haberi presentia obiecti intelligibilis in ratiõe obiecti intelligibilis: quod non ꝓbat nec probare posset: cum obiectum sub ratione qua intelligibile sit prius habitu: q: & prius actibus ex quibus generat̃ habitus. ¶ Ad aliud quando dicit q si species ponitur aut ponitur propter assimilationẽ &c. Dico q q̃uis species intelligibilis sit similitudo obiecti sub ratione qua intelligibile: vt supra exposui: principaliter tamẽ ponitur vt per illam habeatur presentia obiecti intelligibilis que aliter haberi non posset: & sic patet q illa que dicit de assimilatione non sunt ad propositũ. Si tamen teneatur q propter assimilationem ponit̃ tunc ad obiectiones quas facit respondeo premittendo vnum: q aliquid assimilari alteri contingit multipliciter. Uno modo in ratione nature ita q vna natura est similis alteri: & sic species intelligibilis non ponitur ad hoc vt intellectus fiat similis i sua natura obiecto nec econtra. Secundo dicitur aliquid assimilari alteri tantum accidentaliter: sicut dicimus q Franciscus est similis Johãni albo ratiõe albedinis quam habet: & sic intellectus habens actum intelligendi dicitur similis obiecto cognito: q: actus intelligendi est similitudo obiecti cogniti: & similiter per speciem intelligibilem est accidentaliter similis obiecto intelligibili inquantum intelligibile: & sic aliter est similis obiecto per speciem intelligibilem & aliter per actum intelligendi: similitudo·n·per actum intelligendi abstractiuum necessario presupponit similitudinem p spẽs intelligibilem. Tertio potest aliquid dici simile alteri loquendo de similitudine proportionis: & sic intellectus per speciem intelligibilem magis proportionat̃ obiecto intelligibili inquantũ intelligibile q̃z per aliquid aliud: & hoc modo loquendo de tali similitudine proportionis patet q species intelligibilis est necessaria: q: sine illa est simpliciter improportionatus obiecto intelligibili ad ipsum attingendum per intellectionem. Et quod dicit q tanta assimilatio requiritur in notitia intuitiua q̃z in abstractiua: Concedo loquendo de assimilatione tertio modo: & sicut in cognitione intuitiua ad hoc vt potentia possit intuitiue cognoscere obiectum requiritur presentia obiecti in se: ita in cognitione abstractiua ad hoc vt potẽtia possit cognoscere obiectum requiritur presentia obiecti: & q: in tali cognitione abstractiua non habetur in se presens: sed per speciem intelligibilem habetur presens: ideo hoc modo requiritur tanta similitudo.

Si'e vnũ alteri esse: posse multiplr capi dictũ ẽ. s̃.

¶ Ad aliud quando dicit q representatum debet esse prius cognitum &c. Dico q aliquid representari põt multipliciter intelligi. Uno modo in ratione ymaginati sicut dicimus q ymaginatũ cognoscitur p ymaginem: & tale prius cognoscitur: vt pz de statua Herculis &c. Secundo in ratione obiecti intelligibilis: & tale prius non cognoscitur: modo per speciem intelligibilem habetur tantum presentia obiecti in ratione obiecti intelligibilis: & de huiusmodi rep̄sentatione vide doc·in·q·14·quoli. Concedo etiam q rep̄sentatum prius cognoscitur specie intelligibili: cũ species intelligibilis cognoscatur tantum actu reflexo de quo alias. ¶ Et qđ dicit de distante. Hoc nihil est: tum q: semper requiritur approximatio obiecti sc̄dm presentiam. Nam in cognitione intuitiua obiectum debet esse approximatum s'm suam existentiam & p̄sentiam. Unde non credo q intellectus angeli existens in celo possit intuitiue videre lapidem propter maximam distantiam: de quo in·2·d·&·q·10·&·11·& in·iiij·d·xlv· sic in cognitione abstractiua requiritur approximatio obiecti qualis possit haberi: q̃ approximatio nihil aliud est nisi obiectum esse proportionaliter presens intellectui in ratione obiecti intelligibilis: non potest autem esse presens in ratiõe obiecti intelligibilis sub ratione vniuersali nisi per speciem intelligibilem. Et cum dicit q sicut obiectum distans potest causare speciem intelligibilem: ita & cognitionem. Dico q si intelligit q obiectum distans puta lapis extra possit vt causa propinqua causare speciem intelligibilem in intellectu nostro. Negatur: sed dicitur causare vt causa remota: q: prius causat speciem sensibilem in sensu exteriori: deinde causatur species sensibilis in virtute phantastica que species dicitur phantasma: & ipsum phantasma vna cum intellectu agente est causa imediata speciei intelligibilis: vt infra patebit a Doc. ratio autem quare obiectum distans non potest imediate causare speciem intelligibilem sui est propter ordinẽ potẽtiarũ de quo supra patuit questi. tertia presentis distin. Si vero tale obiectum comparetur intellectui non habenti essentialem ordinem ad virtutem phantasticam & sensuz exteriorem: posset imediate causare speciem intelligibilem in tali intellectu: vt alias exposui super questione vndecima distin. tertie s'm Doc. ¶ Ad aliud cum dicit q non debet poni species propter causationem intellectionis. Respõdeo q specialiter propter hoc ponitur vt inferius probabo per dicta doc. ¶ Et quod adducit de corporali & materiali &c. q non possint producere aliquem effectum spiritualem. Hoc non dicitur a doc. Immo vult ipse doc·in·2·d·3·q non tantum corporale possit mouere intellectum nostrũ ad sui cognitionem: sed etiam potest mouere intellectum angelicum partialiter causando in eum cognitionem intuitiuam. Et de hoc quomodo corporale possit agere in spirituale patebit infra in questione imediate sequenti. Bene uerum est q non possunt agere in spiritum

Multis modis dr̃ aliqd rep̄sitari.

Spẽs sensibilis in virtute phantastica phãtasma est.

Q̃ño mãle seu corporale agat i spũ: & quo modo nõ.

ritum causando nec totaliter nec partialiter effectum corporalem: cum talis effectus nō possit recipi in spiritu. vt patebit in. 4. di. xliij. Et hoc sufficiant.

Ad rationes Aug. Suc.

Ad rationes alterius opinionis. Ad primaʒ dico q̄ sunt due q̄litates. Et cuʒ querit in qua specie qualitatis. Dico q̄ sub prima: cū spēs intelligibilis sit qualitas de difficili mobilis ⁊ intellectio sit q̄litas de facili mobilis (si tñ qualitas de difficili ⁊ de facili mobilis sint eiusdē spēi saltem subalterne vel dicant̄ modi eiusdē rei) q̄d forte magis videt̄. vt patebit in p̄nto q̄litatis doc. Vel si ponāt̄ diuerse spēs: ita q̄ vna sub habitu ⁊ alia sub dispōne: p3 q̄ spēs intelligibilis ponitur sub specie habitus cū sit qualitas d̄ difficili mobilis. vt patebit in ista. q. r̄ndēdo ad argumēta Hen. Intellectio vero ponit̄ sub dispōne. Forte ēt possent poni in tertia spē q̄litatis cū sint passiones spūales s3 vnā opinionē: ⁊ de hoc vide Doc. in quoli. q. xiij. Et cū dicit q̄ si ponant̄ in eadē spē q̄ tunc intellectus nō esset denudatus a spē recepti tanq̄3 a medio recipiendi. Dico q̄ l3 hoc requirat pliciorē tractatū: tñ pro nunc dico q̄ si essent sub eadē spē generica nō tñ sub eadeʒ spē specialissima: ⁊ posito q̄ sint eiusdē spēi specialissime adhuc vna nō esset rō recipiendi aliā. et hoc infra declarabit̄. ¶ Ad aliud q̄ tunc intellectus esset in actu anq̄3 intelligeret. Dico primo q̄ hoc est necesse ipsum esse in actu suo entitatiuo ⁊ exñtie an oē3 intellectionē. ¶ Et si dicat̄ q̄ intellectus an intelligere nihil est eo2 que sunt: vt p3 tertio de aīa. t. c. v. ¶ Ista auctoritas sic d3 intelligi. q̄ an intelligere alio2 nō est de nūero intelligibiliū in potētia ꝓpinqua: vt diffuse doc. exponit in. j. di. 3. q. vij. ⁊ in. 2. di. 3. ⁊ in quolibe. Et qñ ꝓbat q̄ esset in actu. Admitto. Cū vero deducit q̄ sit verius ens q̄3 cōpositum ex mā ⁊ forma. Nō credo q̄ Johānes de Janduno q fuit peritissimus aristotelicus hoc nō intellexerit ꝯ queʒ ista opio arguit. Sed quō hec auctoritas intelligat̄: vide Sco. in suis vlibus. Et q̄d dicit q̄ spēs intelligibilis ⁊ intellectio sunt vna res. Hoc dicit s̄m opinionē Egidij quoli. 3. q. xij. ⁊ xiij. quā opinionē doc. improbat in. q. imediate sequēti. Et miro2 q̄ hec opinio nō soluat argumēta Sco. q̄bus ꝓbat necessitatē spēi intelligibilis.

Ad primum argumentū principale. Nunc doc. r̄ndet ad argumēta principalia facta in principio. q. q̄bus ꝓbat nullā esse necessitatē ponēdi talē spēm intelligibilē. Et primū argumētū p3 in lr̄a. Et r̄ndet doc. primo q̄ si argumētū cōcluderet ꝯ ipm doc. cōcluderet ēt ꝯ oēm opinionē q̄ nullo mō posset intelligi vle: q2 si tu dicis q̄ illud q̄d imprimit̄ a singulari est singulare a quocūq3 imprimat̄ (cū actio sit circa singulare) illud aūt q̄d est singulare nō p̄t rep̄ntare vle: ⁊ si vle nō est p̄ns in rōne intelligibilis nullo mō p̄ot intelligi: ⁊ sic p nihil impressuʒ in aīa (cuʒ oē tale sit singulare) p̄ot h̄ri p̄ntia obiecti vlis ac p ꝯñs nō erit intelligibile. Sequitur. Ideo r̄ndeo. Hic Doc. primo dat vnā distinctionē deinde r̄ndet ad argumē-

Rō agēdi. tuʒ. Distinctio est hec. q̄ alia est rō agendi ⁊ alia ē rō agentis siue cōditio agentis. rō agendi est nā vt nā.

Rō agētis. rō agentis est singularitas. Exemplum. Hec albedo causat spēm sensibilem in organo visus: rō formalis causandi est q̄ditas albedinis siue essentia albedinis ꝓpter quā hec albedo agit. conditio vero agentis est singularitas agentis. Et nota q̄ tota perfectio agētis inquātum agens sumit̄ a formali rōne agendi ⁊ nō a cōditione agentis: ⁊ q̄to rō formalis est nobilior tāto effectus ꝓducibilis per eā erit nobilior. Hoc p̄misso r̄ndet ad argumentū cū dicit̄. Quecūq3 spēs gignit̄ ab aliquo rep̄ntat ipsum s̄m illam rationem s̄m quā gignitur albedo. Dicit Doc. q̄ ista est vera loquendo de ratione formali gignendi: modo rō formalis gignēdi est natura vt nā: loquendo vero de cōditione agentis gignentis negatur illa propositio. Sed ꝯ hanc r̄nsionem arguit Doc. q2 videt̄ sequi q̄ spēs sensibilis possit rep̄ntare vle: p3 q2 talis species que gignit̄ ab hac albedine est de rōne formali gignendi siue imprimitur a rōne formali gignendi. ¶ Respondet doctor vltimate q̄ quando aliq̄d imprimitur ab aliqua rōne formali includente vt a cā totali (que rō formalis sit in singulari) rep̄ntat ipsum sub illa rōne sub qua gignit̄ loquēdo de rōne gignendi: ⁊ ēt rep̄ntat ipsum cōcomitāter sub rōne gignētis: aut saltem nō sub rōne opposita rōni gignētis: ⁊ ideo spēs in sensu non representat obiectū sub rōne vlis: que est cōditio opposita rōni gignentis singularis. Sed in ꝓposito obiectum nō est causa totalis gignens respectu spēi intelligibilis quia cum ipso agit intellectus agens sicut partialis causa.

In ista tamen littera occurrūt aliqua dubia. Primum est de ratione formali gignendi: q2 ex quo nā est prior singularitate: vt p3 per ipsum in. 2. di. 3. hoc idem in isto primo di. v. q. 2 ⁊ xxvj. di. ⁊ vt sic habet tantum esse s̄m quid: cū vt sic sit prior exñtia: ⁊ supra ostensum est q̄ nihil habēs tñ esse s̄m quid p̄ot esse rō formalis agendi respectu alicuius hñtis esse simplr̄ siue exñs: modo spēs intelligibilis h3 vere esse reale. Similiter qñ Johānes ꝓducit̄ a Francisco rō formalis agendi in Frācisco est nā vt nā: ⁊ vt sic tñ habet esse s̄m quid. ergo nō p̄ot esse rō formalis agēdi vel producendi Johānem s̄m veruʒ esse reale absolutum ⁊ actu exñs. ¶ Secūda difficultas est de cōditione agentis que s̄m doctorem est rō singularitatis: quare pfectio agendi nō ēt sumit̄ a singularitate cum singularitas dicat ens positiuū ⁊ reale: vt p3 a Doc. j. di. v. q. 2. ⁊ xxvj. Est. n. singularitas actus positiuus realiter actuās ⁊ pficiens nām cui aduenit. vt pa3 a Doc. vbi supra. sed de hoc vide ꝓlixius in. 2. dist. 3. ¶ Item circa idem occurrit alia difficultas: q2 agens agit inquantum est in actu: ⁊ si agit vere actione reali vere erit in actu reali: sed singularitas vt singularitas est prior exñtia nature: immo prescindit ab omni existentia. vt subtiliter patet a Doc. in secundo distin. 3. ⁊ per consequens singulare agens non erit in actu: ⁊ sic nullo modo poterit agere. ¶ Tertia difficultas est in hoc quod dicit q̄ ratio formalis gignendi speciem intelligibileʒ est natura obiecti: ⁊ conditio agentis est singularitas obiecti. hoc videtur ꝯ ipsum: quia infra questione penultima expresse vult q̄ ipsum phantasma sit causa partialis speciei intelligibilis: ⁊ per consequens natura phantasmatis erit ratio formalis gignendi speciem intelligibilem: ⁊ sic species illa representaret naturam phantasmatis: cum eo modo representet quo gignitur ratione formali gignendi. vt pa3 per rationem Doc. ergo per speciem intelligibilem tantum habetur presentia nature phantasmatis quod est contra Doctoreʒ. ¶ Quarto dubitatur in hoc q̄d dicit q̄ species sensibilis concomitanter representat singulare: ergo species sensibilis primo ⁊ immediate representat naturam in se. si sic. tunc arguitur sic. Eo modo quo habetur presentia obiecti in ratione obiecti eo modo potest cognosci: sed per speciem sensibilē

Prima dubitatio.

Secunda.

Tertia. ⁊ vr̄ ꝯtradictio doc.

Quarta.

primo ꝛ īmediate hꝫ p̄ntia nāe vt nāe:p3 qꝛ talis spe-
cies eo mō rep̄ntat quo imprimit a rōne formali gi-
gnendi:ergo actus sentiēdi poterit terminari ad nām
in se qđ est ꝫ doctorē·¶ Itē in eo quod dicit ꝙ rep̄n-
tat singulare cōcomitanter·querit an rep̄ntet singula
re sub rōne singularitatis! aut sub alia rōne! Si prio!
ergo ꝑ ipsum poterit cognosci singulare sub rōne sin-
gularitatis:qđ est ꝫ ipsum in primo metha·ꝛ in·vij·
Si secūdo! dicat illa alia rō sub q̄ rep̄ntat nō sub rōe
vlis vt p3·Si dicat ꝙ rep̄ntat ipsum sub rōne singu-
lari nō distincta sed quodāmō cōfusa:tunc arguo sic:
ꝛ accipio hāc albedinē singularē que imprimat spēs
sensibilē in organo visus·tunc sic·Eo mō spēs sensi-
bilis rep̄ntat albedinē quo imprimit a rōne formali
agendi albedinis vt a totali cā·vt p3 a doc.ꝛ conditio
agentis est singularitas ꝓpria ipsius albedinis.si er-
go primo rep̄ntat rōnem formalem gignēdi ꝛ cōcomi
tanter ꝯditionem agētis:sed illa cōditio est singulari-
tas ꝓpria albedinis:ergo ꝑ ipsam spēm sensibilē po
terit cognosci hec albedo sub rōne ꝓpria singularita
tis·¶ Item occurrit alia difficultas:quia si teneatur
ꝙ sicut obiectum est tm̄ ꝑtialis causa spēi intelligibi
lis:sic similiter obiectum sensibile erit tm̄ ꝑtialis cau-
sa spēi sensibilis(vt aliqui tenent)quō poterit salua-
ri ꝙ spēs sensibilis impressa a rōne formali agēdi vt
a partiali cā nō rep̄ntet ipsam albedinē sub rōne vli·
Prime dubitatiōis solutio· ¶ Rūdetur ad primā difficultatē psupponendo vnū·
ꝙ qn̄ doc· dicit ꝙ rō formalis agendi est nā siue enti-
tas qditatiua vt ē supra expositum est in dist·j·q·2·
nō vult ꝙ sit rō agendi alicui supposito nisi actu exi-
stat:que exn̄tia est idem realiter cum ipsa nā:vt p3 ab
ipso in secūdo dist·j·ꝛ ibi diffuse pertractaui illā mā3·
Exn̄tia nāe est gradus intrinsec⁹· Exn̄tia·n·ē gradus intrinsecus nāe·l3 ergo rō forma
lis agendi(cum sit rō quidditatiua)sit ipsa nā:nunq̄3
tn̄ aliqđ suppositum agit mediante rōne formali agē-
di nisi talis rō formalis actu existat·requirit ergo exi
stentia in nā nō vt rō formalis agendi nec vt pars rō
nis formalis agendi:sed vt dispositio sine qua impos
sibile est rōnem formalem agendi hr̄e actu3 siue actio
Ad secūda3 dubi· nem realem·¶ Ad secundā difficultate3· Concedo ꝙ
rō singularitatis est actus ꝑficiens nām·negatur tn̄
ꝙ sit rō formalis agendi:qꝛ ꝓprie loquēdo de ratione
formali agendi est rō qditatiua vt supra patuit disti·
prima·q·secūda·Sicut·n· ꝓprie terminus formalis
gnātionis est entitas qditatiua ꝑ quam genitum est si
mile gnānti:ita rō formalis generandi erit entitas q-
ditatiua per quā genitum est sibi simile in nā·rō autē
singularitatis etsi dicat ꝑfectionem additam nāe non
tn̄ est rō qditatiua·¶ Dico secūdo·forte non haberem
pro inconuenienti ꝙ entitas singularitatis sit ratio
formalis agendi:ꝛ quomodo hoc possit intelligi vide
in expositione quam feci super dist·3·q·vltima·scđ3
doc·¶ Ad aliud quod est de singulari agente·Conce-
do ꝙ agens singulare agit inquantum est in actu:ita
ꝙ nisi sit actu exn̄s nō potest agere actione reali· Et
cum dicis ꝙ per singularitatem non est actu existēs
quia singularitas est prior existentia·Dico ꝙ etsi sin-
gularitas sit prior existentia nō tn̄ dicitur cōditio agē
tis nisi actu existat:non ꝙ existentia singularitatis ꝓ
prie dicatur cōditio agentis:sed quia agens actu age
re non pōt nisi actu sit singulare singularitate existen-
te in eo:ꝛ eo modo requiritur existentia singularitatis
Ad tertia3. quo dixi de existentia nāe·¶ Ad tertiam difficultate3
dico ꝙ ratio formalis agendi respectu speciei intelli-
gibilis potest dupliciter intelligi·Uno modo pro rōe
formali agēdi remota a qua dependet ratio formalis
agendi propinqua q̄3tum ad suum esse·Alio modo ꝓ
ratione formali agendi propinqua·Primo modo na
tura obiecti pro statu isto est rō formalis agendi spē3
intelligibilem:quia ipsa est prima rō formalis imutā
di sensum exteriore3:quo imutato imutat virtus phā
tastica recipiendo phantasma talis obiecti· Secūdo
modo phantasma est rō formalis agendi speciem in-
telligibilem loquendo de rōne formali partiali·Si tn̄
obiectum compararet ad intellectum separatum a cor-
pore:nā talis obiecti erit ratio formalis agendi proxi
ma ꝛ imediata respectu spēi intelligibilis imprimēde
in tali intellectu:vt patebit in secūdo dist·3·q·x·ꝛ·xj·
¶ Et qn̄ dicitur ꝙ tunc spēs intelligibilis rep̄ntabit
nām phantasmatis:ꝛ si sic:tunc phantasma erit pri⁹
presens intellectui in ratione obiecti intelligibilis q̄3
ipsum obiectum·¶ Dico ꝙ species intelligibilis pri-
mo ꝛ imediate representabit nām ipsius obiecti:quia
etsi natura phantasmatis sit ratio formalis imprimē
di talem speciem:non tamen est ratio formalis impri
mendi imediate spēm propriam sed tantum imprimē
di spēm obiecti:qꝛ species intelligibilis si imediate im
primeretur ab obiecto esset tantum rep̄ntatiua obie-
cti in ratione intelligibilis·a quocunq3 ergo imprima
tur talis spēs semper erit representatiua eiusdē·sicut
p3 de specie intelligibili impressa intellectui angelico
que representat deum sub ratione deitatis in ratione
obiecti intelligibilis:ꝛ tamen imediate causatur a vo-
luntate diuina ꝛ non ab obiecto:ꝛ in hoc dicimus ꝙ
voluntas diuina supplet vicem talis obiecti·Sic in ꝓ
posito phantasma supplet vicem obiecti · An modo
phantasma(cū sit vera res absoluta)possit causare
aliquam spēm intelligibilem in intellectu possibili re
presentantem ipsum phantasma in ratione obiecti in
telligibilis:de hoc alias quia hoc pertractare non est
presentis speculationis· ¶ Ad quartam difficultate3 Ad quartā.
dico ꝙ species sensibilis representat ipsam naturam
sed nō absolute sed vt in aliquo singulari:ꝛ sic dicitur
representare cōcomitanter singulare·nō·n·in aliquo
prioi natura dicitur representare naturam in se quin
in illo representet in aliquo singulari:ꝛ ideo potentia
sensitiua puta visiua nunq̄3 per speciem sensibile3 ha
bet naturam sensibilis presentē in ratione obiecti sen
sibilis in se ꝛ absolute:sed tantum habet illam p̄ntem
vt in aliquo singulari· Et quando addit ꝙ tunc singu
lare sub ratione singularitatis potest cognosci·Nega
tur consequentia·qꝛ posito ꝙ singulare sub ratiōe ꝓ
pria singularitatis producat speciem sensibilem:non
tamen talis species sensibilis representat illud singu-
lare sub propria ratione singularitatis· ¶ Ad vltimū
dico ꝙ posito ꝙ natura obiecti sensibilis sit ratio for-
malis agendi ꝛ partialis:non tamen sequitur ꝙ spēs
sensibilis sic impressa representet naturam vt natura
est sicut species intelligibilis· Et ratio·quia si sensus
concurrit partialiter ad speciem sensibilem ꝛ intelle-
ctus agens ad speciem intelligibilem·non tamen se-
quitur ꝙ sicut species intelligibilis representat nām
in se ꝙ etiam species sensibilis:quia intellectus agēs
est virtus immaterialis ꝛ propter suam immālita-
tem est valde abstractiua:non sic est de potentia sensi
tiua que cum sit virtus organica ꝛ immersa materie q̄3
tum ad esse ꝛ quantum ad operari : non potest dici
virtus abstractiua siue partialis causa causandi ali-
quam speciem representatiuam alicuius abstracti:si-
ue a singularibus siue a conditionibus materialibus.
Et sic patet responsio ad dubia·¶ Secundo principa
liter arguit doc·ibi·Secūdo sic· Presentia obiecti est
causa

causa presentie speciei et non ecōtra. non .n. q2 species
est in oculo ideo obiectum est presens sed ecōtra: ergo
prima representatio obiecti nō est per spēm. ergo sup
flue ponit species ꝓpter presentiā obiecti. ¶ Respō
det doc. ibi. Ad secundū de pñtia ista. ¶ Ista respon/
sio sic debet intelligi. q in cognitione abstractiua ob/
iectum prius est p̄sens presentia reali vt possit causa
re speciem intelligibilem. i. q ipsum phantasma rep̄
sentans ipsum obiectum cum conditionibus materia
libus: et supplens vicem illius in causando speciē in
telligibilem dicitur obiectum esse sic presens: q2 phā
tasma representans ipsum sic est presens causando
speciem intelligibilem. Idem videtur dicendū in secū
da presentia in specie intelligibili: q obiectū dicitur
presens vt causatiuum cognitionis sue: quia species
intelligibilis in qua relucet: sic est presens intellectui
vt possit esse causa partialis intellectionis obiecti.

Nota pulcherrimā declarationē de duplici presentia obiecti realis .s. et intentionalis.

Vel sic intelligo. quando doc. dicit q duplex est pre/
sentia obiecti .s. realis et intentionalis: et per primam
presentiam siue approximationem talē potest gigne
re speciem talem in intellectu: quod sufficit vt sit pre/
sens presentia reali alicui sensui exteriori. quia si talis
presentia non hēretur nunq̄ꝫ posset intelligi via natu
rali propter ordinem potentiaꝝ. posita ergo prima p̄
sentia alicuius sensibilis respectu potentie sensitiue
exterioris: per talem pñtiā habetur species sensibilis
in organo sensus: qua habita tunc causatur phantas
ma eiusdem sensibilis in virtute phantastica: et vlti
mate ab illo phātasmate vt a partiali causa causatur
species intelligibilis representans ipsum sensibile sub
rōne vniuersali. Est etiam presens presentia intentio
nali. hoc est per aliquam speciem. sicut visibile extra
dicitur primo presens potentie visiue presentia reali
qua causat species sensibilis in organo visus: et secun
do per illam speciem dicitur presens presentia inten/
tionali siue presentia obiectali: et nisi esset presens ipa
presentia nunq̄ꝫ posset videri: ꝫ respectu virtutis phā
tastice dicitur primo presens presentia reali non im/
primendo aliquid in virtute phantastica: sed ex hoc so
lo dicitur presens presentia reali quia est presens tali
presentia sensui exteriori imprimendo speciem sensi/
bilem: ad quam sequitur causatio phantasmatis per
quod phantasma dicitur sensibile esse presens virtuti
phantastice presentia obiectali: quia vt sic presens im
mediate , vt est cognosci a virtute phātastica: et sic ista
presentia [illegible] unda presupponit primam presentiam.
Similiter dico respectu intellectus q non potest ha/
beri presentia secunda qua obiectum dicitur presens
in ratione intelligibili: nisi habeatur prima presentia
obiecti imprimentis realiter aliquid preuium saltem
in potentia inferiori. vt supra exposui. Et sic patꝫ quo
modo prima presentia non est sufficiens ad hoc vt ob
iectum possit intelligi. ¶ Et nota in ista litera ista v̄/
ba doc. cum dicit. Dico q obiectū respectu potentie
habet primo presentiam realem .s. approximationē
talem vt possit gignere speciem talē in intellectu que
est ratio formalis intellectionis. ¶ Hic apparet quo
modo doc. vult q ratio formalis gignendi intellectio
nem abstractiuam sit species intelligibilis et non obie
ctum relucens: lꝫ tñ aliq̄s velit dicere ex intentiōe do
ctoris q species non moueat intellectum sed tantum
obiectum relucens: quod non credo esse verum. tum
quia obiectum vt ibi tantū habet esse sm quid et nul
lum esse reale. Cognitio vero abstractiua est verum
ens reale absolutum de predicamento qualitatis po/
situm in prima specie qualitatis: vt patet a doctore in
quoli. q. xiij. modo verum ens reale non potest causa
ri nec totaliter nec partialiter ab aliquo habente tan/
tum esse sm quid: quod est esse representatum. Nec
valet dicere q non causat sub illa ratiōe formali qua
est representata: sed sub ratione absoluta talis nature
posita tamen presentia illius per speciē intelligibilē.
Sed hoc nihil est. quia etiā talis natura vt sic nullā
existentiam dicit vt patet. Multe alie essent rationes
ex dictis Doc. quibus patere posset q respectu cogni
tionis abstractiue tantum species intelligibilis est ra
tio formalis partialiter causandi: sed quia patet exp̄s/
se intentio doc. q species intelligibilis sit huiusmodi
ratio formalis: ideo illas rationes pro nunc pretermit
to. Et q hec sit expresse intentio Doc. patet hic in pre
senti littera. patet etiam ex titulo. q. quando querit.
Utrum in parte intellectiua proprie sumpta sit me/
moria proprie. i. habens speciem intelligibilem prio/
rem naturaliter actu intelligendi: vbi vult expresse q
species intelligibilis pertineat ad memoriam vt me/
moria est productiua actus intelligendi. Hoc etiā pꝫ
in exponendo auctoritates Augustini vbi loquit de
memoria vt in distin. 2. parte. 2. et distin. xxvij. huiꝰ.
Sed expresse hoc patet infra dist. xvij. et in. 2. dist. 3.
q. x. vel. xj. Et clarissime hoc dicit in quolibe. et in. 4.
dist. xij. q. 3. in responsione ad vltimum argumentū
principale. ¶ Tertio principaliter sic. Ista ratio dedu
cit ad hoc inconueniens. q si poneretur species intelli
gibilis necessario cum illa agat de necessitate nāe ad
intellectionem obiecti: si plures ponerentur tunc actu
essent plures intellectiones: quod videtur impossibi/
le: et lr̄a clara est. ¶ Respondet doc. ibi. Ad tertium.
Augustinus nono de tri. qui ponit memoriam esse
multorum simul cognitoꝝ hitualiter: ergo oportet sꝫ
oēm opinionem ponere multa cognita in memoria
hitualiter: et illa vt sunt ibi sunt aliquo modo cāe no/
titie genite et nō nisi cāe nāliter: igit si argumētum va
let sm oēm opinionē ꝯcluderet actualem cognitionē
simul pluriū. Ideo r̄ndeo sicut dictum est de primo
cognito. Hic dicit Doc. q est quo sunt plura cognita
habitualiter: et nō accipitur hic habitualr̄ cognitio pro
habitu scientie sed ꝓpter quandā similitudinem ad
aliquam scientiā: q2 sicut habens habitum scīe prom
pte et expedite pōt operari: ita hn̄s presentiam obiecti
in rōne intelligibilis ꝓmpte et expedite potest intelli/
gere illud. dicitur ergo cognitū in proposito quādo est
pn̄s potentie in rōne obiecti: et in cognitiōe abstracti/
ua est pn̄s p speciem intelligibilem: et sic spēs intelli/
gibilis pōt dici habitualis cognitio q2 est ratio forma
lis causandi notitiā actualem illius obiecti: quia ergo
sunt plures spēs sm quas dicunt plura obiecta habi
tualiter cognita: querit doc. quare habet cognitio vni
us et nō simul habet cognitio alterius? ¶ Dat singu/
larem rōnem q tunc illud obiectum actu cognosci/
tur cuius spēs intelligibilis fortius et efficacius mo/
uet intellectū: et illa spēs intelligibilis fortius mouet
cuius singulare obiecti intelligibilis fortius mouet
sensum: et causam huius supra exposui. q. j. p̄sentis
distin. Et nota q doc. in ista lr̄a aliqua tangit que ali
bi soluenda sunt. Primum q posito primo actu in/
tellectionis alicuius obiecti est in potestate nostra co
gnitio actualis cuiuslibet habitualr̄ noti: quō hoc in/
telligat vide lr̄am doctoris in. 2. di. xlij. et expositiōē
quā ibi feci: et ꝫ in eodē secūdo di. ix. et forte infra etiā
exponetur di. vj. Secūdū an plura simul intelligi pos
sint. Et opꝫ dicere q sic sm doc. q2 ponens differētiā
inter aliqua suo simul cognoscit illa duo. est tñ dubiū

Idē. x. de tri. c. v. vj. et vij. et .14. tri. c. vj.

q̄ non eq̄ pfecte cognoscit aliqua plura simul sicut
quodlibet seorsum sumptū: vt exposui supra dist·2·
q·vltima ⁊ in secūdo dist·3·q·x·vide ibi multas dif·fi
cultates·¶ Ibi·Ad Algazelem dico·Hec lr̄a p3·quia
l3 aliqua in suo esse reali repugnēt adinuicem esse in
eodem subiecto vt duo ꝯria: intentiones tñ eorū siue
spēs intelligibiles siue intellectiōes nō repugnant in
eodem: cū vna formaliter nō ꝯriatur alteri·¶ Quarto
⁊ vltimo arguit doc·ibi·Quarto sic·Quia tunc videt̄
sequi q̄ intellectus non patit̄ ab intelligibili inq̄ztū
intelligibile: sed tñ patietur passione reali recipiendo
quandam formā que erit sicut pfectio eius realis·reci
pit·n·speciem illam vt subiectū recipit accidens rea
le: ⁊ ita non patit̄ intellectus inquātū intellectus ab
intelligibili inquātū intelligibile: quod est pati tantū
intentionaliter: ⁊ ex hoc seqtur q̄ intelligere non erit
motus rei ad aīam: immo omnis intellectio erit actio
eius absoluta: sicut forma stans nō habens aliquem
terminū extra·¶ Rñdet Doc·ibi·Ad quartum dico
q̄ nō tñ intellectus patitur ab obiecto reali imprimē
te talem speciem realē·⁊ sic dicit̄ pati realiter q̄z tunc
realiter recipit formā3 realem·Sequitur·Sed ab illo
obiecto vt in specie intelligibili patitur passione intē-
tiōali: ⁊ illa passio est receptio intellectiōis: que est ab
intelligibili inquātum intelligibile est relucens in spe
cie intelligibili: ⁊ istud pati est intelligere· Et cum vl-
tra deducis q̄ tunc intellectio non est motus rei ad
aīam·¶ Nota ꝓ intelligentia lr̄e rem·i·obiectū mo-
uere aīam non motu phisico sed potius methaphori
co contingit dupliciter·Primo mouet ad ipsam per
spēm intelligibilem impressam in aīa que spēs im-
pressa dicit̄ motus: ⁊ inquātum obiectum relucet in
ea dicit̄ mouere p illam tñ intentionaliter ⁊ motu me
thaphorico· Intellectus·n·agens ⁊ phantasma reali
ter mouent: q̄z vere causant spēm intelligibilem q̄ est
qualitas realis: ⁊ intellectus recipiens illam realiter
patitur ab intellectu agente ⁊ phantasmate· vt vero
obiectū inquātum relucet in specie intelligibili dicit̄
mouere tantum motu methaphorico: ⁊ intellectus vt
comparat̄ ad obiectum inquātum relucens in specie
intelligibili dicitur moueri methaphorice·Similiter
quando intellectus agens ⁊ species intelligibilis cau-
sant intellectionē obiecti imprimendo illam in intelle
ctu possibili realiter mouent intellectū possibilem: q̄z
causant ibidē vera3 qualitatem que est intellectio: vt
p3 a doc·q·xiij·quoli· Et sic intellectus possibilis re-
cipiens intellectionem ab intellectu agente ⁊ specie in
telligibili dicitur realiter pati ab illis·Quia vero ob-
iectum per huiusmodi intellectionem habet esse co-
gnitum: tunc dicimus q̄ obiectum vt sic cognitū me
thaphorice mouet intellectum possibilem: ⁊ intelle
ctus possibilis vt comparatur ad tale obiectum dicit̄
moueri methaphorice: ⁊ hoc modo potest dici q̄ in-
tellectio est motus rei ad animā: siue q̄ est motus ob
iecti ad ipsam anima3 loquendo de motu methapho
rico: ⁊ q̄ hic sit sensus doc. vide in quoli·q·xv· ¶ Ibi
in principio·q· Ad oppositum sic·¶ Argumentū fa
ctum ad oppositum sic exponitur· Impossibile est ali
quid esse in potentia propinqua ad agendum aliquid
realiter ⁊ prius non erat: nisi per aliquam mutationē
realem·i·nisi per aliquid receptum realiter per quod
dicatur esse in tali potentia propinqua·cum ergo in-
tellectus sit nunc in potentia propinqua ⁊ prius non
ad actum intelligendi: ergo per aliquam vnione3 rea-
lem·i·per aliquam formam realem receptam in illo·
Si dicatur q̄ talis mutatio realis est in obiecto· Cō-
tra·quia obiectum in cognitione abstractiua hab3 tā
tum esse ſm quid ⁊ diminutum: ⁊ vt sic non potest
fundare nisi relationem rationis qua refertur ad mo
uens: ⁊ sic non mutatur realiter sed tantum ſm qd:
cum ergo potentia sit nūc realiter in potentia ꝓpin
qua ⁊ prius non erat realiter in potentia propinqua:
ergo per aliquid realiter receptum in ipsa erit reali-
ter in potentia propinqua: ⁊ illud est species intelli-
gibilis.

Ad rationes alterius opi·

Hic Doc·intendit soluere argumenta facta pro opi-
nione Henri·Prima ratio Henri·cum responsione
Doc·clara est in lr̄a· Et quomodo intelligatur illa au
ctoritas Commen·primi de aīa·c·liij·q̄ membra leo-
nis non differunt a membris cerui supra exposui·q·
4·partis secunde·distin·secunde·que est septima in
ordine ibi vide·¶ Ibi·Ad aliud de pho·3·de anima·
t·c·vj·Arguit sic Henri.ibi·Hec dicitur esse sentētia
Aristo· Et ratio stat in hoc·q̄ ex quo anima est locus
specie3·s·pars intellectiua: cum ergo locus non con
tineat locatum in se ⁊ subiectiue: sequitur q̄ intelle-
ctus non habet in se ⁊ subiectiue speciem intelligibi-
lem·¶ Respondet Doc·q̄ intellectus potest dici lo-
cus specierum propter multas conditiones loci·tum
quia sicut locus conseruat locatum sic intellectus cō-
seruat species intelligibiles: ⁊ organa sensitiue poten-
tie non sunt loca: quia non ita saluāt species receptas
in eis·species quippe intelligibiles non videntur de- — *Spēs intel-ligibiles di cūtur inde-libiles: sen-sibiles vero non·*
leri sicut species sensibiles: quia species sensibilis ita
est in organo q̄ potest corrumpi per contrarium for-
maliter: vel per dispositionem disconuenientē3 in sub
scepti[u]o·sicut patet per Phi·de me·⁊ remi·Senes ⁊
pueri sunt male reminiscitiui propter abundantiam
humorū nimiam: ⁊ et propter indispositionem ⁊ le-
sionem organi· Isto vtroq3 modo non est species in
telligibilis in intellectu vt per se deleatur per aliquod
contrarium: seu per indispositionem recipientis·¶ Et
nota q̄ quando dicit doc·q̄ species sensibilis potest
deleri ab organo per contrarium formaliter: non de-
bet intelligi q̄ speciei sit aliquid contrarium formali-
ter: sed quia ipsi organo vel qualitati existenti in orga
no: que facit ad conseruatione3 speciei potest deleri p
aliam qualitatem formaliter sibi contrariam· Exem-
plum·Si organum tactus fuerit calidum formaliter
per frigus potest expelli calor iste· Potest·n·deleri p
indispositione3 organi· vt puta si dispositio organi cō
sistat in debita dispositione caloris ⁊ sicci·calor ille vl
siccitas possunt intantum intendi q̄ non esset am-
plius dispositio organi: vel si consistat in debita pro-
portione frigidi ⁊ humidi·frigiditas ⁊ humiditas pos
sunt intantu3 intendi q̄ illa debita proportio que est
dispositio in organo corrumpatur· Species vero in-
telligibilis in intellectu non habet aliquod contrariū
formaliter nec indispositionem: ⁊ per consequens vi-
dentur omnino indelibiles· Et ex hoc loco multi ex-
ponentes doc·dicunt q̄ species intelligibilis semel re
cepta in intellectu possibili est simpliciter indelibilis
⁊ bene dicunt·¶ Sed quare multi habentes huius- — *Notanda dubitatio ⁊ solutio·*
modi species intelligibiles non intelligunt obiecta
quorum sunt species vt p3 in freneticis? ¶ Dico pau-
cis q̄ etsi sint ibi spēs indelibiliter: non tamen mouēt
intellectum quando est indispositio in parte sensitiua
pſertim interiori vt supra patuit·q·iiij·presentis di·
q̄ in dormientibus species intelligibiles non mouēt
intellectum·est·n·pro statu isto talis ordo q̄ oportet
intelligentem

Obiectum fit mouere aīa3 metha phorice du pliciter· (margin note beside "co contingit dupliciter")

intelligentem phantasmata speculari: sicut supra exposui in presenti distin. remoto tamen impedimento in parte sensitiua illa species posset mouere intellectum partialiter causando cognitionem abstractiuam obiectorum quorum sunt. ¶ Notandum est q intellectus semel receptas species intelligibiles nunquam amittit etiam in morte: & per consequens anima separata a corpore per illas species poterit abstractiue cognoscere omnia obiecta quorum in vita habuit species. Sed de hoc multa sunt dicenda in .4. dist. xlv.

Difficultas. **Occurrit tamen aliqualis** difficultas in hoc quod dicit Doc. q huiusmodi species sunt indelibiles: quia intellectio est ita qualitas absoluta sicut species intelligibilis: vt patet a Doctore qone. xiij. quolibe. & tamen non habet aliquod contrarium formaliter: nec aliquam indispositionem in organo: & nihilominus deletur ab intellectu vt per experientiam patet.

Solu. ¶ Dico q non est simile: quia intellectio non tantum dependet ab intellectu in esse & conseruari vt a receptiuo: sed etiam dependet ab obiecto & ab intellectu vt a causis productiuis: dependet dico in esse & conseruari: & sic cessante actione obiecti & intellectus illa intellectio desinit esse. vt infra patebit questione vltima presentis distin. & in quolibe. q. xiij. Non ergo desinit esse intellectio propter aliquod contrarium formaliter vel propter aliquam indispositionem factam in intellectu: sed propter defectum cause non continuantis actionem. Species vero intelligibilis etsi dependeat ab intellectu agente & a phantasmate in esse vt a causis partialibus integrantibus vnam totalem: vt infra patebit questione penultima presentis distin. non tamen dependet in conseruari: quia destructo per possibile omni phantasmate adhuc species intelligibilis esset in intellectu. Et ideo species intelligibilis non debet poni actio nec proprie nec improprie: sicut ponitur intellectio actio improprie propter hoc solum q sicut actio est in continuo fieri: ita & intellectio licet ipsa intellectio sit ens absolutum. Et quare sic dicatur actio licet non proprie de genere actionis patebit infra questione vltima presentis dist. in responsione ad vltimum argumentum. Species tamen intelligibilis (cum sit accidens) dependet ab intellectu possibili quantum ad conseruari: patet ergo quomodo non est simile de intellectione & specie intelligibili. ¶ Ibi. Quod additur de phylosopho q speculamur quodquidest in phantasmatibus. ¶ Hec responsio debet sic intelligi: q talis est ordo inter intellectum & virtutem phantasticam q nunquam intellectus primo cognoscit vniuersale: nisi virtus phantastica prius fuerit phantasiata singulare illius vniuersalis representatum per phantasma illius singularis. semper. n. qn intellectus intelligit vle vel in eodem instanti virtus phantastica speculatur singulare vel ante speculata fuit. Et sic intellectus speculatur quodquidest. i. quiditatem rei vlem in ipso phantasmate. i. q non pot speculari sicuti prius vel simul virtus phantastica speculetur in ipso phantasmate singulare illius quiditatis vlis representatum per illud phantasma. Et similiter se habent phantasmata ad intellectum sicut sensibilia ad sensum. i. q sicut sensibilia non possunt esse in sensu interiori nisi prius vel simul fuerint in sensu exteriori: ita q sensus interior non pot habere operationem circa obiectum suum nisi prius vel simul aliquis sensus exterior habuerit operationem circa sensibile: sic nec intellectus non potest cogitare obiectum suum abstractiue nisi prius phantasmata mouerint virtutem phantasticam ad cognitionem singularis representati ab illo phantasmate. Non tamen intelligas q virtus phantastica cognoscat vle singularis sub propria hecceitate: sed tantum intelligit vt quoddam aggregatum ex pluribus accidentibus. & idem dico de omnibus alijs sensibus. ¶ Ibi. Quod adducitur de Augu. q non ponit speciem intelligibilem in memoriam sed scientiam. ¶ Dicit Doc. q si Augustinus non noiat speciem intelligibilem: tamen ponit aliquid quod includit speciem intelligibilem per quam in cognitione abstractiua habetur presentia obiecti. & q sic intelligat probat per auctoritates Augustini. Ponit. n. scientiam pertinere ad memoriam: & patet q non loquitur de scientia proprie sumpta: quia illa non pertinet ad memoriam vt dixi supra vt memoria est: sed accipit scientiam in cognitione abstractiua speciem intelligibilem per quam habetur presentia obiecti: & talis proprie pertinet ad memoriam (cum memoria vt exposui supra in titulo q. nihil aliud dicat nisi intellectum & presentiam obiecti in se respectu cognitionis intuitiue: vel in alio respectu abstractiue) & illud aliud non est nisi species intelligibilis: & sic illud pertinet ad memoriam. Et q sic accipiat scientiam pro specie intelligibili. patet. xv. de trinitate. c. x. cum premisisset. Ex ipsa scientia quam memoria tenemus gignitur verbum. accipit scientiam pro presentia obiecti vt est in intellectu: patet quia subdit q formata cogitatio ab ea re quam scimus verbum est. i. q cogitatio actualis alicuius rei dicitur verbum: que cogitatio formatur ab ea re quam supple scimus siue intelligimus vel cogitamus. patet ergo q accipit ibi scientiam pro re presente intellectui a qua re presente si est in se presens causatur notitia intuitiua. si vero est tantum presens in specie intelligibili tunc a tali specie causatur cogitatio que dicitur verbum. Et idem de trinitate. xv. c. z. cum premisisset. Simillima est visio cogitationis scientie. & accipitur visio cogitationis vt est constructio intransitiua: & idem est q ipsa cogitatio. Idem dico de visione scientie vt exposui supra distin. secunda parte secunda. et sensus est. Cogitatio est simillima scientie quod non potest intelligi de scientia habituali: sed tantum de ipso obiecto quod scitur. Et patent alie auctoritates. ¶ Ibi. Presentia habitualis obiecti est virtualiter scientia: quia in obiecto sic presente concipitur virtualiter tota scientia de tali obiecto. Que littera sic debet intelligi. q in presentia habituali obiecti in cognitione. s. abstractiua concipitur tota scientia illius obiecti. i. q species intelligibilis per quam obiectum est presens continet virtualiter notitiam illius obiecti: quia ipsa est causa partialis cognitionis obiecti in se & etiam virtualiter & essentialiter contentorum in illo. (si tantum ponatur vna species intelligibilis respectu obiecti & contentorum in eo) si vero ponantur plures: patet q obiectum est causa remota illarum plurium vt supra exposui. Et phantasma obiecti vna cum intellectu erit causa propinqua illarum vt exposui in. q. z. presentis dist. quia ergo species intelligibilis est partialis causa cognitionis obiecti & cognitionis omnium contentorum essentialiter vel virtualiter si tantum ponatur vna: vel si ponantur plures secundum pluralitatem obiectorum in primo obiecto contentorum erunt partiales cause cognitionis illorum: & habita cognitione terminorum formantur propositiones per se note: quibus formatis ab illis terminis sic cognitis siue a speciebus (quod melius est) causatur notitia conformitatis eorum. vt supra exposui in. q. 4.

Scientia p spē intelligibili.

presentis ⁊ ist· Et habita cognitione principiorum sequitur notitia conclusionum virtualiter contentarum in eis: ⁊ sic patet quomodo in presentia habituali obiecti in memoria intellectiua virtualiter continet tota scientia de tali obiecto· ¶ Ibi· Hec spes est illa scientia que reducit intellectum de potentia essentiali ad accidentalem sm Ari. viij· phisi· t· c· xxij· ⁊ secundo de aia t· c· z· v· ⁊ lv· ⁊c· ¶ Species· n· intelligibilis reducit intellectum de potentia essentiali· i· remota ad potentiam accidentalem· i· propinquam· vt supra exposui exponendo argumentum ad oppositum circa principium· q· Dicit· n· aliquid esse in potentia essentiali siue remota quando est in potentia ad formam que est principium operationis: ⁊ dicit in potentia accidentali qn tantum est in potentia ad operationem prehabita forma que est principium talis operationis: ⁊ sic intellectus possibilis respectu speciei intelligibilis que est partialis causa operationis: dicitur esse in potentia essentiali vt comparatur ad ipsam· ipsa vero recepta est in potentia accidentali: quia ad operationem sequentem formam· Sequit· Non autem illa que proprie dicit scientia que est habilitas quedam derelicta ab actibus· i· q scientia proprie dicta non reducit intellectum de potentia essentiali ad accidentalem: ⁊ hoc absolute loquendo· Le· tn est· n· q intellectus est in potentia essentiali ad habitum scientificum: ⁊ ipso habito est in potentia accidentali respectu actus ad quem inclinat talis habitus: vel cuius est causa partialis· Sed talis habitus vt comparatur ad primum actum intellectus precedentem habitum non reducit intellectum de potentia essentiali ad accidentalem: ⁊ hoc est quod dicit· Nam ante istam supple habilitatem derelictam ab actibus ad primum actum considerandi requiritur q sit iam reductus intellectus de potentia essentiali ad accidentalem: alioquin non operaretur tunc magis q prius· hoc patuit supra exponendo argumentum ad oppositum· Sequitur· Unde in cognitione supple abstractiua spes in qua relucet quiditas dicitur scientia non tantum virtualiter: quia totam continet: sed formaliter ipsa species intelligibilis pot dici habitus cognoscitiuus quia est qualitas mansiua in intellectu disponens ipsum ad actum· i· q species intelligibilis non tantum dicitur scientia virtualiter vt supra exposui: sed etiam dicitur formaliter habitus intellectualis siue cognoscitiuus non tn scientificus sed intellectualis: quia informat intellectum ⁊ est subiectiue in illo ⁊ de difficili mobilis· dicitur ergo habitus de prima specie qualitatis· quia difficilis vt remoueatur ab illo: ⁊ dicitur intellectualis quia est qualitas informans intellectum· loquitur ergo de habitu scientifico· Sequitur· Et ex hoc habetur argumentum pro specie intelligibili: qr non videtur quomodo aliqua scientia tota dici possit vna rone primi obiecti: nisi quatenus illa scientia continetur virtualiter in illo primo obiecto intelligibili· Ro· n· tota illa scientia dicitur vna ab obiecto quatenus relucet in phantasmate: quia illa no esset vnitas alicuius habitus intellectualis sed alicuius ymaginabilis: quia si obiectum vniuersale non sit per suum representatiuum in intellectu sed in virtute phantastica: omnia explicanda ⁊ explicabilia de obiecto illo erunt ibi identi: ⁊ ita non erit nisi habitus phantasticus ⁊ non intellectualis· Et de hoc vide in additionibus factis ad primum distin· 3· questione· vj· ¶ Ibi· Preterea in eadem questione post completam decisionem doc· statim post illa verba ⁊c· vide ibi· ¶ Ibi· quod arguitur post in secunda opinione q potentia que est ad aliquem actum ordinate actuatur primo p illum actum· Hec littera vsq in finem· q· clara est·

Quid sit esse in potentia essentiali· ⁊ esse in potentia accidentali·

¶ Questio septima distin· tertie primi·

Utrum pars intellectiua proprie sumpta vel aliquid eius sit cā totalis gignēs notitiam actualē vel rō gignendi. ¶ Pro intelligentia tituli· q· premitto aliqua· Primo q differentia est inter rōnem formalē gignendi ⁊ cām gignentē: qr primum dr principium quo suppositum vel singulare gignit: secundum dicit principium quod· Exemplum· Ignis calor calefacit: calor est rō formalis calefaciendi ⁊ dr principium quo· Ignis vero est cā calefaciens ⁊ dr principium qd· Secundum· pars intellectiua pprie sumpta tm includit intellectum agentem ⁊ intellectum possibilem· Pot ergo titulus· q· intelligi· an pars intellectiua. vz· intellectus agens simul ⁊ intellectus possibilis vel aliquid eius· i· vel solus intellectus agens vel solus possibilis sit rō formalis totalis gignendi notitiam actualem cuiuscunq obiecti perceptibilis a tali potentia? Loquendo de intellectu existente in corpore proprie dicimus· an intellectus sit principium quo gignendi siue rō formalis· Et suppositum est principium quod gignit· vt in quarto exponā dist· xij. Loquendo vero de intellectu etiam nostro separato talis intellectus potest esse principium quod· vt patebit in· 4· di· xlv· ⁊ in quoli· q· xv· ⁊· q· xiij· Et sic patet titulus· q·

Rō formalis gignendi dr a causa gignente·

In ista questione est vna opinio que attribuit totā actiuitatem respectu intellectionis ipsi aie: ⁊ hec est opinio Hen· quolibe· 4· q· vij· Et in ista· q· tenebo hunc ordinē· Primo adducā opiniones improbandas· primo opiniones primā ⁊ rndebo ad argumenta pro opinione illa· Deinde improbabo secundam ⁊ rndebo ad argumenta p illa opinione ⁊ sic deinceps· Secundo principaliter exponā aliqua dicta doc· rndendo ad· q· ⁊ tertio rndebo ad argumenta principalia· Primam opinionē improbat doc· auctoritatibus ⁊ rōne· primo auctoritatibus· ¶ Ibi· Contra istam opinionem q non sit intentio Augustini· Apparet· ix· de trini· c· vltimo· Per has auctoritates doc· intendit pbare q pars intellectiua non sit totalis causa notitie: sed etiā obiectum concurrit saltem vt partialis causa: ⁊ auctoritates clare sunt in littera· ¶ Ibi· Hoc etiā arguitur ratione sic· ¶ Nota hanc singularem rationem qua probat doc· q anima siue pars intellectiua non sit totalis causa intellectionis· ⁊ in ista ratione premittit duo· Primum q tantum sunt quattuor genera causarum per se vt patet secūdo phisi· t· c· xxviij· que sunt materia forma efficiens ⁊ finis: que numerantur ab Aristo· vbi supra sic dicente· Uno quidem igitur modo causa dicitur ex quo fit aliquid cum insit· sicut es statue ⁊ argentum phiale· ⁊ hec est causa materialis· Subdit· Alio autem modo species ⁊ exemplum: hec autem ratio est ipsius quodquid erat esse: ⁊ hic tangit causam formalem a qua principaliter ⁊ vltimate accipitur quodquid erat esse totius compositi· Subdit· Amplius vnde principium mutationis primum: aut quietis est vt consilians causa: ⁊ pater filij: ⁊ oino faciens facti: ⁊ cōmutans cōmutati: ⁊ hec est causa efficiens· Et de cā finali statim seqt· Ad hunc autem quēadmodum

Hē· quoli· 4· q· vij· ⁊ Propositum·

quēadmodum finis: hic autem est quod cuius causa vt ambulandi sanitas. propter quid. n. ambulat: dicitur vt sanetur. Iste etiam cause patent ab Aristo. v. methaphisice. t. c. z. Et incipit tertius ibi. Causa vero dicitur vno quidem modo ex quo fit aliquid in existente. et vide litteram. Et infra. Omnes inquit cause dicte in quattuor cadūt modos manifestissimos. Et ibi Comen. exponit q omnes cause reducunt ad hec quattuor genera. Secūdo supponit doc. q causa formalis cum sit terminus alicuius productionis: est posterior efficiente et mā vt p3. finis vero si accipit tm̄ in intentione supple inquātū amatus et desideratus mouet efficiens: est prior efficiente. Sed finis in re q principaliter intenditur ab agente vt sanitas est simpliciter posterior. vbi ergo est agens perfectum et nō impeditū approximatū mãe disposite et omni impedimento amoto: si tale agens agat p modum nature de necessitate sequitur actio: cum ad actionem tantū illa requirant a quibus dependet in esse. His pmissis doc. p hanc rōnem deducit opinionē ad manifestissimum incōueniens. s3. q si aīa intellectiua est totalis causa intellectionis de necessitate actu intelliget quodcūq3 obiectū: cuius oppositū experimur. et q hoc sequat probat sic. Actiuo naturali et totali et passiuo debite approximans et nō impeditis de necessitate sequitur actio respectu cuiuscunq3. Actiuum nāle est totale actiuum: et p assiuum nāle eorundem est receptiuum. Ista propositio exposita est supra in. q. prima prologi. Sed anima per Henri. est totale actiuum respectu intellectionis cuiuscūq3 intelligibilis: et ipsa eadem est principium passiuum siue receptiuum intellectionis cuiuscunq3 intelligibilis: et ibi non appar3 aliquod impedimentum cum ipsa anima sit perfectissime sibi presens: ergo poterit sequi cognitio cuiuscūq3 intelligibilis absentis immo nec aliquo modo existis: patet quia intellectio tantum dependet in esse et conseruari a totali causa effectiua et a subiecto receptiuo: cum sit accidens inherens. Et sic patet littera Docto. Et quod dicit ibi. Non. n. potest poni imperfectio alicuius cause in se retenta prima hypotesi. s. q si tantum sunt quattuor genera causarum et ille cause sunt sufficientes respectu effectus. stante hoc supposito non potest poni imperfectio nec cause effectiue totalis nec passiue. Sequitur. Fugere tunc ad causa3 sine qua non: que requiratur ad hoc q notitia gignatur. Quia forte diceret Henri. Et si obiectum non cōcurrit effectiue ad intellectionem cōcurrit tamē vt causa sine qua non. Dicit Doc. 3. q2 hoc est asserere q oēs per se cause non sunt sufficientes cause quod est contra suppositu3: sed requiritur aliquid aliud a quo res causanda dependet essentialiter supple in eē. ergo nō erunt tantum quattuor genera causarum sed plura: vel si plura non ponantur: aliquid dependebit essentialiter ab aliquo in suo esse quod tamen non est causa eius: quod nō est intelligibile: et sic patet euidentia rationis Doc.

Prima dubitatio. et apparēs cōtradictio.

In ista tamen ratione occurrunt aliqua dubia.

Primum quia statim videt sequi q anima semper intelliget seipsam: cuius oppositum experimur: et accipio vnum dictum doc. in. q. z. presentis distin. s3. Causa nālis non impedita pducit effectū pfectissimum quē pōt: sed anima intellectiua est totalis causa intellectionis sue qua intelligit seipsam: p3 q2 in hoc nō est dīa inter aīam cognoscentem seipsam et angelum cognoscentem seipsum: et tm̄ essentia angeli est totalis rō formalis cognoscendi se: vt p3 a Doc. in scdo dist. 3. q. viij. sequitur ergo q ipsa aīa (cu3 sit totalis causa cognitionis sui et respectu aliorū tantum causa partialis. vt p3 a Doc. presenti. q.) semper pfectius et imediatius cognosceret seipsam. ¶ Dico q propositio ista. s. actiuo et passiuo debet sic intelligi: quando actiuum est pfecte pn̄s presentia requisita ad actionem: quia color est actiuus visionis: et tm̄ maior p̄sentia pōt impedire visionem. si. n. actu applicaret oculo: visio nō causaret. requirit ergo presentia cum debita proportione. Sic dico in pposito q q̄zuis aīa sit sibi perfectissime pn̄s presentia entitatiua cum sit simpliciter eadem res: ex tali tm̄ presentia non sequit actio siue intellectio. requirit ergo presentia obiectalis quasi pn̄s in rōne obiecti intelligibilis: et talis presentia p statu isto nō potest haberi nec mediate nec imediate. vt supra patuit. q. 3. presentis distin. vbi probatum est q pro statu isto nulla substantia imutat intellectum nostrum ad cognitionem sui. Et si anima aliquando sit presens intellectui proprio in ratione obiecti intelligibilis: hoc non erit respectu conceptus proprij: sed tantum respectu conceptus cōmunis sibi et sensibilibus. vt supra patuit. q. 3. presentis distin. Dico tamen q anima separata erit tunc totalis causa cognitiōis sue de quo alias. — Solu.

Scda dubitatio. et 3 dictio apparens.

Secundum dubium est in

hoc quod Doc. dicit q si anima est totalis causa intellectionis puta lapidis: non requiritur obiectu3 vt causa sine qua non. hoc videtur esse contra ipsum Doc. quia posito q voluntas sit totalis causa sui actus qd forte tenere videtur: vt patet in secundo distin. xxv. et distin. xxxvij. non excludendo tamen causam prima3: et tamen voluntas presupponit actum intellectus vt causa sine qua non. vt ipse videtur dicere in secundo distin. xxv. ¶ Preterea ipse vult expresse q cognitio intuitiua sit respectu obiecti presentis et existentis: ita q talis notitia esse non potest nisi terminetur ad rem existentem inquantum existens est: vel ad aliquid qd eminenter et virtualiter contineat illud. vt patet in primo distin. prima. distin. viij. q. penultima. et in multis alijs locis: et tamen talis presentia et existentia nō est causa cognitionis intuitiue: pat3 quia ratio formalis agendi est ratio quiditatiua siue entitas quiditatiua. vt patuit in questione imediate precedenti. Si ergo actus voluntatis depēdet ab actu intellectus et nō vt a causa effectiua: sequitur vel q non erunt tantum quattuor genera causarum: vel q aliquid dependebit ab alio quod non est causa eius vt ipse arguit contra Henri. Et hoc idem dico de notitia intuitiua. ¶ Respondeo q ratio Doc. contra Hen. est euidentissima et iste instantie nihil concludunt cōtra Doc. Et quod dicitur de voluntate. Dico q non est simile. tū quia voluntas est potentia essentialiter posterior itellectu in operando. necessario enim presupponit operationem intellectus: et ideo posito q sit totalis causa sui actus: tamen non potest illum immediate producere circa aliquod obiectum nisi intellectus prius cognouerit illud. Intellectus vero vt intellectus circa obiectum intelligibile non presupponit actum alterius potentie circa tale obiectum. ¶ Dico secundo q si voluntas posset habere actum suum circa obiectu3 nullo actu alterius potentie presupposito: ita posset causare volitionem illius obiecti si esset absens sicut quādo est presens: quia ipsa voluntas esset totale actiuum respectu volitionis et receptiuum eiusdem. ¶ Ad aliā

Solo.

Voluntas eētialiter nobilior est ipso intellectu.

instantiam·Dico primo ꝙ existentia obiecti ⁊ approximatio eiusdem in esse existentie requiritur vt dispositio necessaria respectu notitie intuitiue: quia natura lapidis etsi sit ratio formalis producendi notitiam intuitiuam: non tamen erit actu ratio formalis alicui supposito nisi actu existat: vt patuit in questione immediate precedenti· Et ideo dixi·Actiuo ⁊ passiuo debite approximatis ⁊ non impeditis: quia Doctor dicit in secundo distin·vigesimasexta ꝙ notitia intuitiua ⁊ abstractiua differunt specie propter aliam ⁊ aliam presentiam obiecti: non ꝙ illa presentia obiecti sit ratio formalis agendi sed natura ipsa est ratio formalis: sꝫ aliter ⁊ aliter presens sit ratio formalis producendi alium ⁊ alium effectum·hoc idem in tertio distin·xxxj·vbi vult ꝙ fruitio in via ⁊ fruitio in patria differant specie propter aliam ⁊ aliam presentiam obiecti fruibilis.hoc ideꝫ in quarto distin·xlix· ⁊ in quolibe· Et sic posito ꝙ obiectum sit partialis causa cognitionis: aliter tamen ⁊ aliter quando est in se presens ⁊ quando est presens in specie intelligibili: quia vt in specie intelligibili est tantum natum causare notitiam sui abstractiuam·vt vero in se presens est natum tantum causare immediate cognitionem sui intuitiuam·Si vero poneretur obiectum nullo modo esse causa intellectionis sed tantum ipsa anima intellectiua: argumentum Doc·stat in suo robore: quia cum ipsa sit totalis causa ⁊ perfecte presens ⁊ nullus appareat impedimentum: posset habere ex se cognitionem cuiuscumqꝫ obiecti siue intuitiuam siue abstractiuam: siue obiectum sit siue non sit·

Non alia quidem ⁊ alia obiecti presentia: sꝫ aliter ⁊ aliter esse presens est sibi·ratio producendi aliuꝫ ⁊ aliū effectuꝫ·

¶ Ibi·Per hoc etiam improbantur diuersi modi ponendi tenentium istam opinionem·siue·n·ponatur obiectum necessarium in ratione cause sine qua non: vel in ratione termini: vel in ratione excitantis: si non detur sibi aliqua per se causalitas: cum ipse per se cause sint perfecte in se ⁊ approximate ⁊ omne impedimentum remotum: nullo modo saluabitur ꝙ ipsum supple obiectum necessario requiratur: nisi ponendo quinqꝫ genera causarum: vel nisi ponendo aliquid dependere ab alio in suo esse cuius tamen non sit causa: quod est manifeste falsum· Et sic patet euidentia huius rationis·non enim patet necessitas obiecti vt requisiti ad intellectionem si anima intellectiua est totalis causa intellectionis· Et si aliquando preter causas aliquid requiritur: hoc erit propter indispositionem agentis vel passi·Exemplum·ignis est causa effectiua ignis producendi in materia ligni: ⁊ si lignum sit humidum dicimus ꝙ siccitas vel caliditas est causa sine qua non respectu ignis producendi: non ꝙ ipsum attingat: sed quia ignis non posset ipsum producere nisi premissa dispositione in ligno: sed quando agens ⁊ passum sunt optime disposita non requiritur talis causa sine qua non siue dispositio· Cum ergo intellectus sit per te totalis causa intellectionis ⁊ optime dispositus ad agendum ⁊ ad recipiendum intellectionem ergo·

Obiectio·

Si dicas ꝙ non potest intelligere puta lapidem nisi lapis sit presens: ergo ex hoc sequitur ꝙ obiectum erit causa saltem partialis· Causam·n· naturalem hoc modo probamus aliquid causare: quia quando est presens sequitur effectus ⁊ quando est absens non sequitur·sicut quando ignis est causa caloris in ligno quando est presens: quia tunc lignum calefit: ⁊ quando est absens lignum non fit calidum· Nam nihil aliud videmus nisi talem presentiam·sic

Cā nālis p̄sens de se semꝑ agit·

in proposito de obiecto·¶ Si iterū dicat·nōne requiritur p̄ntia multoꝝ obiectoꝝ ad hoc vt intelligant ⁊ tñ nō mouent nec causant intellectionē·vt pꝫ de relationibus realibus ⁊ intentionalibus? De rōne·n·obiecti ēt s̄m Doc·⁊ alios sequētes viam doc·est principalr̄ terminare actū intellectus: ⁊ ꝙ sit effectiuū actus accidit sibi·¶ Dico ꝙ intellectus nō pōt esse cā totalis cognitionis alterius entis nō cōtenti in eo essentialr̄ vel virtualr̄·Et lꝫ multa entia nō sint s̄m se motiua intellectus: tñ sic cōtinent in aliquo obiecto ꝙ esset impossibile intellectū hr̄e cognitionē illoꝝ nisi obiectum cōtinens partialr̄ moueret intellectū cognitionē illoꝝ causando·Nō ergo absolute requirit vt terminatiuū aū actū intellectus: qꝛ prius est actus intelligēdi in se causatus qꝫ intelligat terminari ad obiectū·vt patꝫ a doc·in·q·xiij·quoli·vbi vult ꝙ actus intelligendi sit entitas absoluta: ⁊ prior relatiōe q̄ fundat in illo ⁊ terminat ad obiectū·vide ibi·Prius·n·aliqd ē in se tale qꝫ hēat respectuꝫ ad aliqd aliud vt·ō·patuit·q·x·de illa participatiōe passiua ꝯ Men·pꝫ ēt in sis in dist·x·q·j·ꝯ positionē Thome dicētis·ꝙ forma finit p mām vbi sic dicit·Quecūqꝫ essentia absoluta finita in se est finita vt preintelligit oi comparationi sui ad aliaꝫ essentiam·sic in proposito actus intelligēdi absolute prius in se est talis vt pintelligat oi cōparationi ad aliō·¶ Si dicat·posito ꝙ lapis sit pfecte p̄ns intellectui i ppria exntia ⁊ p̄ntialitate ppria: ⁊ ꝙ nullo mō sit actiu⁹ sue cognitōis·nec eminēter s̄m suā entitatē ꝯtineat in intellectu: nōne itellect⁹ cognoscit ipaꝫ ituitiue? ¶ Dico ꝙ nō: qꝛ cognoscere aliqd est formalr̄ hr̄e cognitiōeꝫ illius·Unde Doc·infra sic ait·Formaliter aūt intelligimus intellectu inquantum intellectus recipit intellectionem: quia si causat eam actiue non tamen dicor intelligere intellectu inquantum causat: sed inquantum habet intellectionem vt formam·habere enim qualitatem est esse quale: ⁊ ita intellectum habere intellectionem siue recipere (quod idem est) est ipsum esse intelligentem·Nos igitur intelligimus intellectu inquantum intellectus recipit intellectionem·Ideo phylosophus loquens sic de intellectu tertio de aīa dicit intelligere est pati: ⁊ necesse habuit dicere ipsuꝫ esse passiuum ⁊ ꝙ intelligere est quoddam pati: hoc est ꝙ intellectio inquantum est quoddam quo formaliter intelligimus: est forma quedam recepta in intellectu: non autem intelligimus ea inquantum est quid causatum ab intellectu si causatur ab eo· Nam si deus eam causaret ⁊ eam intellectui nostro imprimeret non minus ea intelligeremus·opꝫ ergo prius ipsaꝫ cognitionē eē in se cātaꝫ qꝫ includat respectū ad aliud·Si dicas ꝙ qñ lapis est sic p̄ns tūc cognoscit·¶ Dico ꝙ hoc ē eādē lignū ipsuꝫ lapidē esse ptialeꝫ cām talis cognitionis·Et bñ nota q̄ dixi in ista rōne quia ex his poteris multa soluere·

Rñsio·

Obiectio·

Solō·

Ad argumēta opinionū p ordinē. Pelo ad auctoritatē Augu·dico ꝙ ymago q̄ ponit ab eo eē i spū ⁊c·¶ Nūc doc·rñdet ad rōnes p opi·Men·q̄rū prima fuit talis ⁊ fundat sup auctoritatē Aug·li·do sup Gene·c·xxvij·Et sm a hr̄e stat in hoc·ꝙ nullū corpus pt agere i spūm cāndo ·s·aliqd i spū: g obiectū mālē ⁊ corpale nō erit ptialis cā alicuius recepti in spiritu: ⁊ expono auctoritatem. quia inquit ymago corporis est in spiritu qui est prestantior corpore: ideo est prestantior ymago corporis in spiritu quā ipsum corpus in sua substātia·Si prestantior: ergo corpus non agit ipsam ymaginem in spiritu: ⁊ ꝙ non possit agere pbat cum subdit·Nec

sane

sane putandum est facere aliquod corpus in spiritu tanquam spiritus corpori facienti materie vice subdatur. omni enim modo prestantior est res que facit illa re de qua facit. idest quod omne agens est prestantius passo. Sequitur. Nec vllo prestantius est corpus spiritu immo spiritus corpore: et sic sequitur quod corpus non potest aliquid agere in spiritu. cum ergo ymago corporis sit in spiritu patet quod non erit causata a corpore. sed a spiritu vt patet per hoc quod dicit. Quamuis ergo incipiat ymago corporis esse in spiritu: tamen eandem ymaginem nō corpus in spiritu sed spiritus in seipso facit celeritate mirabili: quia quando corpus est presens spiritui ipse spiritus quodammodo instantanee in seipso ymaginem corporis efficit. ¶ Ibi. Item. x. de trinitate. c. quinto. Anima conuoluit et rapit ymagines corporum factas in semetipsa et ex semetipsa. Ista auctoritas exponetur infra a doc. ¶ Ad has auctoritates respondet doct. primo ad primam ibi. Ad argumēta opinionum per ordinem. Et responsio stat in hoc quod ymago (de qua loquitur Augustinus que immediate recipitur in spiritu: vt puta ymago coloris) non accipitur pro specie sensibili coloris: sed pro visione ipsius: patet quia species sensibilis tantum recipitur in organo sic intro: visio vero recipitur in aliqua parte anime: et ideo Augustinus accipit ymaginem corporis pro actu: et concedit doct. quod corpus non est totalis causa actus sed partialis. et littera clara est. Et ex hac littera habetur a doc. quod etiam pars sensitiua actiue concurrat ad actum. potentia enim visiua est partialis causa et principalis visionis: nec est inconueniens apud doc. (vt alias patebit) ponere sensum agentem et sensum possibilem. ¶ Ibi. Istam conclusionem sic intellectam probat ratio sua in auctoritate preallegata. Quia illa propositio. scilicet quod agens est prestantius patiente non est immediata etc. ¶ Hic doc. ostendit quomodo ista propositio est vera. Omne agens est prestantius patiente: illa enim propositio est vera tribus presuppositis. Primo quod agens sit prestantius effectu. Secundo quod effectus agentis sit actus et forma patientis: Tertio quod actus sit nobilior potentia. Et sic sequitur quod agens inducens huiusmodi formam est nobilius patiente.

Quō debeat itelligi h ppo Aug. Agēs ē pstātiꝰ passo.

¶ Nota tamē quod non est absolute verū. agens esse nobilius in se passo etiam illis tribus presuppositis: quia ignis agit caliditatem in substantia nobiliori. puta in substantia mixta: et tamen ignis in se non est nobilior substantia mixta: nec est intelligendum quod effectus productus sit in se nobilior potentia passiua in se: quia intellectus possibilis cum sit substantia est nobilior omni intellectione: immo aliquando melius est simpliciter esse potentiam receptiuam. quam esse aliquam actiuam: quia melius est simpliciter posse recipere intellectiōes quam agere calorem. Fit ergo ista comparatio sic. Agens in eo quod agit semper est prestantius passo siue receptiue in eo quod recipit. Et hec non est immediata sed est vera quando agens producit effectum quo effectu est nobilius: et effectus ille natus est informare tale passum: ergo erit nobilius in eo quod agit ipso passo in eo quod patitur: siue in eo quod recipit talem effectum illius agentis. Et sic patet expositio propositionis Augustini quam etiam Doc. simili modo exponit in. 4. distin. 43. Et loquitur doc. tantum de causa totali: vt patet in littera: quia illa si est equiuoca semper est nobilior effectu partialis vero equiuoca aliquādo erit ignobilior: vt patet. ¶ Ibi. Per istud patet ad auctoritatem Augustini. 10. de trinita. cap. 5. vel

Nō semper agēs pstātiꝰ ē passo.

.15. ¶ Nunc exponit secundam auctoritatem. Format enim anima in se ymaginem. hoc est sensationem: et de se. hoc est ipsa est in potentia naturali ad sensationem: quia habet naturalem inclinationem ad illam: et non est in potentia neutra: sicut superficies ad albedinem: et istam naturalitatem ostendit cum dicitur. de se: et loquitur ibi Augustinus tantum de sensationibus: quia dicit ibi quod illas partes anime que corporum similitudinibus informantur habemus communes cum bestijs. Hoc verum est de illis que informantur ymaginibus: hoc est sensationibus: extendēdo nomen ymaginis ad sensationem vt supra patuit. ¶ Ibi. Ad rationem primā pro illa opinione. ¶ Prima ratio Henri. est ista. Intellectio ē operatio vitalis: et sic perfectior omni non viuo: nunc autem effectus perfectior non potest esse a causa imperfectiori. ¶ Dicit doc. quod effectus perfectior non pōt esse a causa imperfectiori totali: potest tamen esse a causa partiali: et sic operatio vitalis potest esse a non viuo. Nota tamen quod nulla intellectio in se absolute sumpta potest esse perfectior aliqua substantia quantumcunque minima: cum substantia sit prior accidente diffinitione et cognitione: vt patet. 7. methaphisice. t. c. 4. participatiue tamen potest dici perfectior: vel potest dici pfectior ex hoc quod viuit obiecto perfectiori: vt patet a docto in quoli. q. 13. et in. 4. d. x. Intellectio tamen albedinis est simpliciter perfectior ipsa albedine: quamuis albedo sit partialis causa. ¶ Secundo arguit Henri. ibi. Secundo sic. Quanto forma est perfectior tanto est actualior et per consequens actiuior: sed anima intellectiua inter omnes formas est actualissima: ergo maxime actiua. Cum ergo forma inferior sit totalis causa sue operationis: vt patet de igne: a fortiori anima intellectiua erit totalis causa intellectionis que est propria operatio eius. ¶ Respondet doc. ibi. Cum arguit post de forma pfecta. Hoc concludit quod aliquā actiuitatē hēat etc. Et quod nō possit esse cā totalis respectu intellectionis circa quodcunque ens: et quod aliq forma inferior possit esse totalis cā sue operationis: euidēter doc. ostēdit dicens. quod si aīa esset totalis cā intellectionis respectu cuiuscūque entis: in se contineret quodcunque ens supple virtualiter vel eminenter: et ex hoc sequeretur quod ipsa esset simpliciter illimitata: quod est falsum. Hoc cōcludit tenendo quod obiectum possit esse partialis causa sue intellectionis: et quod intellectiones specificentur ab obiectis vt. s. exposui. d. 2. q. 1. et vide singularem glosam quam feci super. d. 3. q. x. si. Doc. Si. n. obiectum tātum requireretur vt terminatiuum: non concluderetur talis illimitatio: quia vero Doc. supponit quod prius probauit quod obiectum est sic partialis causa intellectionis sue: quod talis intellectio a nullo potest causari nisi virtualiter vel eminenter contineat tale obiectum. Et quod dicit de formis inferioribus etc. Bene concludit quod si sunt cause totales suarum actionum: quod ex hoc non sint simpliciter illimitate. Si tamen agerent circa obiecta specie distincta quorum quodlibet natum esset partialiter concurrere ad actionem: non possent poni totales cause nisi virtualiter continerent illa obiecta. et sic concluderetur illimitatio talis forme. Exemplum. Pono quod ignis agat circa omnia combustibilia. Si combustibilia tantum passiue se habent: non concluditur maior illimitatio ignis in agendo. Si vero combustibilia essent partialis causa actionis ignis: non posset poni ignis totalis cā actionis respectu cuiuscūque cōbustibilis nisi eminēter vel virtualiter contineret entitatē illorum:

Aliqđ accidēs pt eē pfectiꝰ sbstā tia partialiter: sꝫ nō totaliter.

Hen. quoli. 5. q. 5.

Nota bene hanc declarationem.

Et ex hoc sequeretur illimitatio ignis in agendo·
ctas causantes aliud τ aliud esse· qn ergo cognitio hominis τ cognitio asini dicit̃ distingui essentialiter p hoiem τ asinum tanq̃ per duo obiecta specie distincta: non potest dici q̃ talis distinctio sit ab obiectis vt tñ terminatiuis· Cum qz obiectū vt terminatiuū est posterius actu itelligēdi ad quē terminat̃: accipiēdo obiectū terminatiuū vt includit respectū quo actu terminat: τ tūc nō distinguerent̃ ꝑprie ēētialr̃ sȝ tñ p aliqd posterius· Cū qz de rigore ſmonis aliqd distingui essentialr̃ p alia: vel est pp distinctas rōes ēētiales in eis: vl' pp distincta principia ēētialr̃ nata cāre ēētialr̃ distincta· Si ḡ iste cognitiōes distingūt̃ ēētialr̃ p obiecta: hoc erit tñ qz illa obiecta nata sunt cāre tñ distinctas cognitiōes ēētialr̃·

Rō tertia·

ℭ Tertia rō est ibi· Nec ēēt simplr̃ pfectior intellectio pfectioris intelligibilis posito eqli conatu hincinde ex pte intellus· Et rō est clara in littera·

Ingeniosa dubitatio·

Sed in ista rōne occurrūt aliq̄ difficultates· Primo qz diceret̃ q̃ cognitio hois ēēt nobilior cognitiōe lapidis: qz ēēt distincta spē a cognitōe lapidis τ nobilior spēs ex sua rōne formali· spēs· n· se hñt sicut numeri: vt pz· 8· metha· t· c· xxv· ℭ Dico q̃ si distinguerent̃ spē intellectiōes ꝑducūt̃ ab aīa vt totali cā· tunc q̄ro a quo hñt vt distinguāt̃ sic? nō qz terminant̃ ad diuersa obiecta: cū prius sint in se talia q̃ȝ intelligant̃ terminari· Aut iō distingūt̃ spē qz aīa hȝ virtutē posse ꝑducere intellectiōes obiectoꝝ spē distinctas? τ hoc nō· qz tūc vl' oēs simul ꝑduceret vel nullā: pz qz qn agēs est dispositū τ mā disposita si est agēs nāle statim seqt̃ actio· Sed aīa p te ē talis cā τ disposita: τ ipsa ēt est passiua siue receptiua τ optime disposita respectu oīuȝ intellectionū· ergo oēs intellectiōes ꝑducibiles simul erūt ꝑducte vl' nulla: cū nō sit maior rō de vna q̃ȝ de alia· si· n· agēs nō pt simul ꝑducere distincta: puta ignis diuersos ignes: hoc ē qz simul n̄ hȝ māȝ dispositā ad recipiēdū: τ si hrēt decē mās eqȝ dispositas τ equalr̃ sibi presentes vel simul ꝑduceret decē vel nihil: qz non esset maior rō de vno q̃ȝ de alio· sequeret̃ etiam cum sit actiua mere nāliter τ passiua optime disposita ēt respectu infinitaꝝ itellectionū· q̃ simul itelligeret īfinita· vt pt deduci ex his q̄· ē· dicta· di· z· q· j· vbi ꝑbat̃ infinitas dei·

Alia dubitatio·

ℭ Scđa difficultas ē ibi· De dicto pbi q̃ felicitas est in speculatiōe· Hoc nō ꝑbat cognitionē esse nobiliorē qz cāta a nobiliori obiecto· Cū qz substātia separata nō mouet intellectū nr̄m ꝑ statu isto: de alio aūt statu dubitauit Aristo· Tum qz tñ cognoscimus de illis cōia nobis τ illis vt· ē· patuit in· q· j· ꝓlogi· τ pmi dist· q· j· τ cognitio illoꝝ cōium tñ causat̃ a sensibilibus vt· ē· patuit pmi dist· q· j· z· τ· 3· τ sic nō seqt̃ ista nobilitas ꝑpter cālitatē obiecti: cum illud sit tñ sensibile· Aut loqmur de statu alio· adhuc nō sequitur· qz felicitas maxime nobilissima erit in speculatione prime substātie τ illa nō mouet aliquē intellectū pter diuinū· vt ꝑbat doc· q· xiiij· quolibe·

Solō·

ℭ Dico saluo semper meliori iudicio q̃ phantasma puta entis in actu entis absoluti· vt puta phātasma albedinis causat vna cū intellectu agente spēm intelligibileȝ albedinis τ coloris τ q̄litatis τ actus τ absoluti τ entis· vt supra exposui· q· j· presentis distin· τ· q· z· Similiter phantasma alicuius primi in alio genere causat similitudinem alicuius primitatis τ superioꝝ· Similiter phātasma alicuius boni causat speciem intelligibilem boni talis nature specifice τ vltimo omnium superiorum τ sic de alijs· Et nota q̃ species intelligibilis entis in se τ primitatis τ bonitatis (cum nō necessario includāt imꝑfectionē cū possint stare cum infinitate) pōt dici nobilior spē intelligibili albedinis q̄ de necessitate includit imꝑfectionē· spēs ergo intelligibilis entis supponēdo q̃ hēat spēm intelligibilē ꝑpriā sic cāt partialr̃ cognitionē abstractiuā entis quā nō posset alia spēs itelligibilis causare: τ silr̃ spēs boni τ primi τ actus: τ cōiungēdo ista simul cānt cognitionē partialr̃: puta entis primi: actus primi: sūmi boni: τ sic de alijs: τ sic cōcurrunt plures cāe partiales· Si ergo tota cognitio esset ab aīa vna cognitio nō esset nobilior alia·

Dictum val de notādū·

ℭ Dico scđo q̃ si felicitas cōsistat ſm Arist· in speculatiōe substātiaꝝ sepataꝝ τ hoc quo ad propria ipsaꝝ· si ille nō cōcurrerēt actiue dando talē pfectionē cognitioni: cognitio illaꝝ nō ēēt nobilior cognitione lapidis: īmmo cognitio lapidis posset esse nobilior si aīa maiori conatu ipsaȝ ꝑduceret: τ si ꝑ statu isto nō mouerūt: tñ ꝑ alio statu poterunt mouere loquendo de substātijs sepatis alijs a prima· De alio autem statu dico q̃ lȝ essentia diuina nō moueat naturaliter nisi intellectū diuinum: tñ voluntas diuina pfecte supplet vicē illius obiecti causando ptialr̃ vel totalr̃ visionem diuine essentie in intellectu btī τc·

Quarta ratio·

ℭ Quarta rō qua ꝑbat q̃ aīa nō sit totalis cā actus intelligendi est ibi· Videt̃ etiā q̃ tūc esset infinita actiuitas in intellectu· hec rō pz hic τ ex his que dicta sunt supra in di· z· q· j·

Quinta ratio·

ℭ Quinta ratio est ibi· Similiter non videret̃ quomodo aliqua tota scientia virtualiter contineret̃ in obiecto si sola anima intellectiua haberet causalitatem respectu actus τ hītus: τ hec ratio supra exposita est in· q· de specie intelligibili respondendo ad rōnes Henri·

Cōclusio dictorū supra de causa intellectōis·

Concludit ergo doc· q̃ intellectus τ obiectum sunt due cāe partiales intellectionis integrantes vnā totalē: qz ſm Augu· ix· de trini· ex cognoscente τ cognito paritur noticia· ℭ Nota tñ q̃ doc· nō vult q̃ omne obiectum intelligibile sit partialis causa intellectōis: quia tunc entia rōnis possent causare partialiter noticiam sui: τ similiter relationes reales: τ similiter negationes τ priuatiōes τ hmōi: cuius oppositū ꝑbatum est supra· q· 3· pmis dist· Debet ergo sic intelligi q̃ ex cognoscēte τ cognito cātur notitia: ita q̃ cātur ptialr̃ ab ipso cognito vel saltē ab aliquo virtualr̃ vel essentialiter cōtinente ipsum τ in hoc supplente vicem talis obiecti· vt prolixe exposui supra distin· pmi· q· 3· ℭ Ibi· Qualiter aūt hoc sit distingo de pluribus causis cōcurrentibus ad eundem effectum· ℭ Hic Doc· intendit declarare quomodo obiectū τ intellectus cōcurrant vt due cause partiales ad actū intelligendi: τ hec lr̄a satis clara est· ℭ Ibi· Ad ꝑpositum obiectum intelligibile pñs i se vt in cognitōe intuitiua: vel in spē intelligibili vt in cognitiōe abstractiua: τ ps intellectiua nō cōcurrunt vt cause ex equo ad intellectioneȝ: qz tūc alterū hrēt cālitatem imꝑfectam τ reliquum suppleret eam: τ si alterum esset perfectum posset habere in se vno existente totam causalitatē amboꝝ· ℭ Dicit ergo doc· q̃ si intellectus τ obiectū cōcurrerēt ad actū intelligendi sicut duo hoies trahentes nauem: si intellectus fieret perfectior: posset ex solo causare intellectionem· Si etiam obiectum fieret perfectius posset ex se solo causare intellectionem: cuius tñ oppositum experimur· Vtraqȝ ergo causa in suo ordine est perfecta etiā alia cresceret in infinitum: semper esset partialis causa intellectionis obiecti· Nec credo q̃ ēētia diuina quamuis sit formaliter infinita possit mouere aliquem intellectuȝ vt totalis causa intellectōis sue: dato per possibile vl' per impossibile q̃ possit mouere intellectum creatum· semper· n· intellectus crea-

tus cōcurreret vt partialis causa ⁊ ipsa similiter vt partialis cā sȝ tamen principaliter· ¶ Et si dicatur·nōne
Instantia· voluntas diuina potest causare cognitionē veritatis vt totalis cā? ¶ Dico q̄ sic·nō tñ posset causare in rōne
Solō· obiecti intelligibilis: cū obiectū in rōne obiecti intelligibilis tñ moueat potentiā naturaliter vt cōiter conceditur· ¶ Ibi·Si arguitur ꝯ illud q̄ si in causis talibus essentialiter ordinatis neutra est pfectio alterius: vel ergo spēs intelligibilis non erit cā partialis intellectionis vel si erit non erit forma informans intellectum·Similiter·Unius effectus per se oportet assignare vnā causam per se siue vnam rationem formalem agendi: sed intellectio cuȝ sit de nouo causata est effectus per se: ergo respondebit sibi vna causa per se · Sed hoc totum intellectus habens speciem intelligibilem est vnum per accidens·ergo non potest esse ratio formalis producendi intellectionē· ¶ Respondet Doctor· Ad primum·q̄ accidit speciei intelligibili vt sit perfectio intellectus·non·n·ex hoc dat intellectui aliquam perfectionem agendi·nec similiter recipit: ⁊ dat exēplum quod clarum est in littera·Si enim species intelligibilis esset per se existens ⁊ debite approximata intellectui possibili esset ratio formalis agendi · sicut etiam patet de obiecto presente in se est per se causa partialis intellectionis: ⁊ tamen non informat intellectum·species ergo intelligibilis est per se causa partialis intellectionis ex sua ratione formali·q̄ modo perficiat intellectum accidētaliter: hoc sibi accidit· ¶ Ad secundum dicit doc·q̄ in ordine essentiali causarum non oportet ponere vnam per se rationem formalem causandi respectu vnius effectus·immo quot sunt cause essentialiter ordinate tot sunt rationes formales causandi respectu eiusdem effectus·Et quādo omnes simul concurrunt possunt dici vna causa tantuȝ vnitate ordinis: quia vna vt prima ⁊ alia vt secunda·Et posito q̄ vltra vnitatem ordinis vna causa accidat alteri·hoc non conuenit eis per se inquantuȝ cause·sic in proposito·intellectus est per se cā partialis intellectionis ⁊ similiter species intelligibilis: ⁊ dicitur tantum per se vnitatem ordinis: q̄ vna est principalis in agendo ⁊ alia minus principalis: sȝ minus principalis nō dependeat a principali in agendo·q̄ modo vna accidat alteri vel q̄ sit vnita per accidens hoc nō conuenit eis inquantuȝ sunt per se cause·

Pro tertia ⁊ quarta opīone

non sunt argumenta adducta ad que oportet rńdere· In ista littera concordantur opinio tertia ⁊ quarta q̄
Hen· quolib·4·q·8· sunt opiniones Henri·⁊ stant· Prima opinio Hen· que ponitur tertia in ordine ponit obiectum vt in phantasmate illustratum ab intellectu agente esse causam cognitionis confuse que dicitur incohatio habitus: ⁊ habita cognitione confusa intellectus mediante illa est actiuus notitie distincte· Secunda opinio ipsius Henri·que est quarta in ordine ponit intellectuȝ esse actiuum omnis intellectionis: ⁊ phantasma in virtute phantastica tantum inclinat intellectum: vt supra patuit · ¶ Iste opiniones sic concordantur: quia intellectus dicitur passiuus inquātum recipit illam incohationeȝ habitus: que dicitur passio inquantum recipitur vel imprimitur in intellectu possibili: ⁊ talis passio impressa intellectui ab obiecto relucente in phantasmate ⁊ illustrato ab intellectu agente non est species intelligibilis: nec forma mouens ad actum intelligendi: nec aliquid aliud tenens vicem obiecti vel representans ipsum: cum ipsa impressio prima habeat rationem ⁊ quo ⁊ quod respectu intellectionis·quo: quia per ipsam est intellectus in potentia propinqua ad actum intelligendi·sicut per grauitatem est corpus in potentia ad vbi: est etiam quo quantum ad hoc q̄ manet in intellectu impedito ab actuali intellectiōe· et dicitur quod quia sibi primo occurrit·sicut sȝ Aui· primum sensatum est species non vt obiectum terminans sed vt quasi deducens: non per collationem sed per continuationem ducit in obiectum · vult ergo q̄ illud impressum sit quedam passio ducens ⁊ inclinās intellectum ad actum intelligendi·Et intellectus dicitur actiuus secundum opinionem: inquantum occurrens illi passioni imbibit illam ⁊ transmittit ad intima sua: ⁊ sic recipit eam a se intimius quam ab obiecto·Secundo est actiuus inquantum coagit illi passioni transfuse ad causandum notitiam distinctam de eodeȝ obiecto·Et hoc est quod dicit·illi etiam passioni sic intimate occurrit intellectus secundo ⁊c·

Quicquid sit de

opīonibus illis quas iste medius nititur exponere ⁊c· ¶ In ista lr̄a doc·arguit ꝯ multa dicta in superiori lr̄a·Et primo ꝯ hoc qd̄ supradictum est·s·qd̄ quidest relucens in phantasmate esse rōnem formalem agendi phantasmati: ⁊ accipit quodquidest pro q̄ditate obiecti relucente in phantasmate·Et arguit q̄ talis quiditas vt sic non sit ratio formalis agendi ipsi phantasmati·⁊ rō stat in hoc·Nihil est rō formalis agendi alicui qd̄ nō inest formaliter·nō·n·dicim⁹ q̄ calor separatus a ligno sit rō formalis calefaciendi ipsi ligno: sed quiditas obiecti nō inest phātasmati: quod pȝ·nō·n·q̄ditas albedinis siue qd̄quidest albedinis inest formaliter phantasmati albedinis ergo· ¶ Si dicatur q̄ sȝ non insit formaliter est tamen ibi s̄m eē representatum· ¶ Contra·Nihil est rō formalis agēdi alicui actione reali quod non habet esse reale ⁊ realiter existens·Hec propositio fuit declarata supra in questione de specie intelligibili: ⁊ in questione de sinceris veritatibus · Sed quodquidest vt relucens in phantasmate habet tantum esse s̄m quid siue diminutuȝ: quia habet tantum esse representatum ergo· Et ex hoc apparet expresse intentio doc·q̄ obiectum vt relucens in specie intelligibili non sit partialis causa intellectionis que est actio realis: quia vt sic tantuȝ habet esse s̄m quid vt pȝ·tota lr̄a sequens non indiget aliqua expositione vt p̄intuenti·

Ultimo loco restat

respondere ad argumēta principalia posita in principio·q·Et quia quedam argumenta videntur probare q̄ anima nō sit actiua respectu intellectionis etiam vt causa partialis·primo respondet ad illa·Et quedam argumenta videntur pbare q̄ tota actiuitas sit ab aīa intellectiua·ideo respōdet ad illa·Primum ergo argumentum quo pbatur aīam nō habere actiuitatem respectu intellectiōis fundatur sup dictū phi·2·de aīa·t·c·lij·Manifestum in quit igitur q̄ non actu sed potentia tm̄ vi nō sentiūt: sicut combustibile non cōburitur ipsuȝ a seipso sine cōbustiuo·cōbureret·n·seipsum ⁊ nihil indigeret actu ignem esse· ¶ Vult dicere q̄ si sensus esset actiuus semper ageret sensationem absq̄ quocunq̄ extrinseco: sicut si combustibile esset combustiuum semper cōbureret seipsum·Et ibi Comenta·Sensus non est ex virtutibus actiuis que agunt ex se absq̄ eo q̄ indigeant actione que prouenit ab eis motore extrinseco: sed quia sunt ex virtutibus passiuis·que indigent motore extrinseco: ⁊ ideo non sentiunt ex se: quēadmodum

quẽadmodum cõbustibile nõ combureret ex se absq3 motore extrinseco .s. igne: ⁊ quemadmodu3 cõbustibile si esset combustibile ex se: tunc possibile esset vt combureret sine igne extrinseco existente in actu. sic sensus si sentirent ex se ſm q̄ sunt virtutes actiue: tūc possibile esset vt sentirent absq3 extrinseco: hec ille. ergo si anima intellectiua esset actiua respectu intellectionis semper intelligeret: ⁊ ita sine obiecto. patet q̄2 esset optime disposita in agendo: ⁊ eadem esset optime disposita in recipiendo. vt supra exposui. ¶ Secūdo arguitur sic. quia tertio de anima. t. c. xviij. Intellectus possibilis est quo est omnia fieri. dicit .n. sic Aristo. Et est intellectus hic quidem talis in omnia fieri. ille vero in omnia facere: sicut habitus quidem ⁊ sicut lumen. quodam .n. modo ⁊ lumen facit potentia existentes colores actu colores. Et alia littera habet sic. Oportet igitur vt in ea .s. anima sit intellectus ſm quod efficitur omne: ⁊ loquitur de intellectu possibili. Et intellectus qui est intellectus ſm quod facit in ipsum intelligere omnia: ⁊ loquitur de intellectu agente. Expresse ergo habetur ab Aristo. q̄ intellectus possibilis sit tantum passiuus. ⁊ hoc idem a Comen. vide ibi. ¶ Tertio arguit sic. quia si esset actiuus sequeretur q̄ omnes intellectiones essent eiusde3 speciei: quod est falsum. probatur consequentia: quia actiones distinguuntur specie propter principia specie distincta. Sed intellectus vnus ⁊ idem numero si poneretur causa actiua intellectionis esset causa actiua omnium: cum non sit maior ratio de vna quam de alia: ⁊ sic omnes intellectiones essent eiusdem speciei.

Ad argumēta principalia.

Hic Doc. respondet ad argumenta nunc facta ⁊ rñsio clara est. ¶ Ad primum dicit q̄ dictum Aristo. esset verum si sensus esset causa totalis actus sentiendi: s3 non concludit quando est tantum causa partialis. ¶ Ad secūdū dicit q̄ intellectus possibilis ex hoc dr̄ possibilis. q̄2 est ille quo formalr̄ sumus intelligẽtes: ⁊ eo mō precise est quo est omnia fieri. eo .n. sumus formaliter intelligentes inquantu3 recipit non inquātum agit: l3 vere agat: sed hoc accidit sibi inquantū est quo intelligimus. Sed hanc difficultatem de intellectu possibili. an sit actiuus vel ne prolixe doc. pertractat in .xv. q. quolibe. vide ibi. ¶ Ad tertium dicit primo. posito q̄ intellectus esset totalis causa intellectionis: non sequeretur omnes intellectiones eē eiusdem speciei. patet quia sol vnus ⁊ idem numero est cā multorum specie distinctorum. Secundo respondet concedendo consequentiam si intellectus esset causa totalis. ideo concluditur q̄ tantum sit causa ptialis. ¶ Deinde facit duo argumenta que videntur probare q̄ anima sit totalis causa intellectionis. Primum
.c.y.& ide. est ibi. Ad oppositū Aui. ix. metha. Immaterialitas est ratio intellectui sicut intelligibilis. ergo intellect⁹ ex sua immaterialitate se solo est actiuus respectu intellectionis. ¶ Secundo si obiectum esset ratio formalis agendi: ergo intellectiones obiectorum diuersorū specie essent diuerse spē. p3 q̄2 actus differunt specie qui sunt a causis diuersis specie. falsitas consequẽtie probatur: q̄2 tunc de qualibet spē specialissima esset propria scientia: ⁊ ita de pluribus speciebus specialissimis non posset esse vna scientia: quod vr̄ manifeste falsum ⁊ contra cõmunem opinionem.

Ad primum in oppositum

concedit Doc. q̄ est partialis cā intellectionis aliorum obiectorum a se: ⁊ est totalis cā respectu intellectionis sui: sed hanc pro statu isto nō pōt habere. ¶ Ad secūdum concedit conclusionem. Hic Doc. admittit q̄ cognitiones diuersarum spērum hite virtute ipsarum differant spē. ⁊ ꝓbat q̄2 ad indiuidua eiusdem spēi nō requirit totalis cā diuersa specie: vel aliqd in totali causa diuersum specie ab eo quod est in totali causa alterius indiuidui. Nunc autem ad intellectionem albi ⁊ nigri necessario requiruntur aliqua diuersa specie: puta album ⁊ nigrum: vel aliqua includentia ipsa. ergo ista duo magis differunt q3 indiuidua vnius speciei: ⁊ sic specie differunt. Et vltra concedit Doc. q̄ omnes habitus qui habentur virtute obiectorum specie distinctorum differunt specie. ¶ Ibi. Et cum dicis quomō tunc esset vna scientia de pluribus speciebus specialissimis: ¶ Rñdet q̄ vna spēs specialissima pōt includere multas alias spēs virtualiter: siue vt passiones ei⁹: siue p modū cause: siue per alium ordinem essentialē. ⁊ tūc habitus ille qui est formaliter illius obiecti primi includentis alia est virtualiter aliorum obiectorum: l3 non formaliter ⁊ primo. Est igitur ille habit⁹ vnus ab vnitate primi obiecti virtualiter continentis omnia que continentur in illo. nō est autem proprius cuicunq3 virtualiter contẽto in primo obiecto: sed qui essent proprij illis essent distincti sicut illa sunt distincta. hec doc. ¶ Sensus huius littere est. q̄ qñ aliqua vna species cõtinet virtualiter plures spēs: vel vt passiones sibi inherentes: vel per modū cause ⁊c. est intelligendum de obiectis nullo modo motiuis ad sui intellectionem: q̄2 de illis essent habitus ꝓprij: q̄2 ⁊ ipsa obiecta essent causa cognitionis sue. Sed quādo vna spēs puta ꝓ statu isto albedo que continet virtualiter multas passiones ſm earum entitates: ⁊ sic ſm earum cognoscibilitatem. continet etiam virtualiter multas relationes: vt similitudinem ⁊ huiusmodi. tunc spēs intelligibilis in intellectu partialiter causat primo cognitionem albedinis vt obiecti primi: ⁊ post causat cognitionem proprietatum ⁊ aliorum virtualiter contētorum: ⁊ sic scientia omnium istorum potest dici vna: nō formaliter cu3 sint plures notitie: sed vna virtualr̄: q̄2 vt obiecti primi virtualr̄ ꝯtinētis cognitiõe3 aliorum.

Cognitiões ex diuersis speciebꝰ hite spē drñt.

Sed est difficultas primo.

Difficultas prima.

quia sol continet virtualiter multas species. ergo species intelligibilis solis causat cognitionem illarum in intellectu: p3 q̄ non. ¶ Dico q̄ si sol contineret illas ſm totam entitatem ⁊ precise ⁊ adequate: ita q̄ ipso circumscripto in alio non continerentur: etiam posito quocunq3 alio vel circumscripto quocunq3 alio a sole adhuc sol contineret: tunc species intelligibilis solis causaret cognitionem illarum: vel si illarum essent proprie species intelligibiles tunc ille tantum virtute solis ⁊ intellectus agentis causarentur: sicut supra exposui. q. j. ⁊ .z. 3. ⁊ .vj. presentis dist. Sed sol non sic cōtinet nisi proprias passiones: ⁊ forte aliquas relationes partialiter tamen loquendo de relatiōibus: quia relatio dependet a fundamēto ⁊ a termino. ⁊ cognitio eiusde3 depẽdet ab vtroq3: vt exposui i. q. 3. p̄ntis di.

Rñsio.

Secundo est difficultas.

Difficultas secūda. ⁊ 3 dictio apparens.

an omnes cognitiones que habent virtute vnius obiecti specifici differāt spē: vel sint eiusdē spēi: ¶ Videt q̄ spē differāt. vt p3 per doc. hic in lr̄a. ¶ Contra primo. quia cognitio entis vt ens pōt haberi vel causari ab aliquo inferiori: quia vt supra patuit a doc. inferius potest causare cognitionem sui ⁊ superiorum: ⁊ sic

methaphisica nō distingueret̄ spē a scia inferiorum· ¶ Scḋo qꝛ q̄ro a te si cognitio lapidis hēret̄ imediate a deo in intellectu meo ipso lapide nō cōcurrente: an distingueret̄ spē a cognitione hoīs hita virtute hoīs? si sic· hr̄ ꝓpositū· si nō· ergo ēt nec distingueretur spē sed ꝓduceret̄ ab ipso lapide: qꝛ respectus ad aliud ⁊ aliud agens nō variat spēm: vt pꝫ a doc· ¶ Tertio qꝛ si cognitio vnius spēi virtualr̄ cōtente in alia etiā ſm cognoscibilitatē nō distingueret̄ spē a cognitiōe spēi cōtinētis: sequeret̄ ꝙ de aliqua spē nō posset esse scia ꝓpria: qḋ est incōueniēs· cum quelibet spēs hēat ꝓpriaꝫ diffinitionē ⁊ passionē demonstrabilem de ea·

Solu· ¶ Rn̄deo ad primū ꝙ sicut superius tantum obiectiue distinguit̄ ab inferiori ⁊ non specie: sic scia superioris obiectiue distinguitur: siue sit causata a superiori siue ab inferiori: ⁊ hoc sufficit ad habendūꝫ distinctos habitus· Si dicatur· ergo sunt vnius spēi· Negatur· qꝛ inferius ⁊ superius nec differūt spē specialissima nec sunt eiusdem spēi· ¶ Ad secūdū dico ꝙ differunt spē: ⁊ cum dr̄ illa cognitio nō hr̄ virtute lapidis· Dico ꝙ sufficiat vt habeat̄ a deo supplente viceꝫ lapidis in huiusmodi causalitate· Sicut cognitio habita a Francisco ⁊ cognitio habita a Johāne sunt eiusdē spēi· si mō cognitionē Johānis causaret deus supplendo vicem Johānis esset ēt eiusdē spēi· sic in proposito· ¶ Ad tertiū· sciam esse ꝓpriaꝫ vnius spēi cōtingit dupliciter· Primo ꝙ habeat̄ virtute illius vel a supplente viceꝫ illius· Scḋo ꝙ sic sit ꝓpria terminatiue ꝙ nō pōt terminari ad aliud· Scḋo mō cōcedo sed nō semp primo mō: nisi qn̄ spēs est motiua· Si ēt diceret̄ ꝙ cognitio illa q̄ nō hr̄ virtute sui obiecti distigueret̄ spē ab alia· nō esset incōueniens: qꝛ sicut ipsa si posset hr̄i virtute sui obiecti distingueret̄ spē: sic pōt dici distingui spē qn̄ hr̄ solū virtute alterius spēi· ⁊ nō est incōueniēs vnū obiectū esse causaꝫ ꝑtialem pluriuꝫ cognitionum specie distinctarum· Circa hanc mām de vnitate habitus vide diffuse alios sequentes doctrinam Scoti: vt Johānem canonicuꝫ in primo phisicorum ⁊ multos alios· Et sic finis huius· q·

¶ Questio octaua distin· tertie·

Utrum principalior cā notitie genite sit obiectuꝫ in se: vel in specie pn̄s: vel ipsa pō intellectiua anime?

Respondeo ꝙ pars intellectiua hꝫ principaliorē cālitatem nobis nālr̄ cōuenientiū· Hic Doc· intendit ꝓbare ꝑ duas rōnes ꝙ intellectus sit principalior cā respectu intellectiōis q̄ꝫ obiectū: ⁊ hoc loquēdo ꝺ illis obiectis q̄ nālr̄ a nobis cognoscūt̄· Et prima rō que fundat̄ suꝑ hoc· ꝙ intellectus est cā illimitatior ⁊ vniuersalior q̄ꝫ obiectū pꝫ in lr̄a· Et silr̄ scḋa rō q̄ fundat̄ suꝑ hoc· ꝙ intellectu nr̄o agēte ad intellectionē obiecti in se vel in sua spē coagit: ⁊ nō eꝯ patet·

Prima difficultas· **In ista tamen littera** Doc· possūt occurrere alique difficultates· Prima· Si doc· tm̄ intelligit de obiectis q̄ mouēt intellm̄ nr̄m ꝓ statu isto nulla est difficultas: qꝛ obiectū motiuū intellectus nr̄i ꝓ statu isto sunt tm̄ sensibilia· vt· s̄· patuit· Sꝫ si loquat̄ ꝺ intellectu et nā potētie: tūc est difficultas: ꝓsertim si ꝯparet̄ ad nām creatā ꝑfectiorē ipso intellectu· Posito ergo ꝙ eēntia angeli sit ꝑfecte pn̄s intellectui nr̄o in rōe obiecti· an talis eēntia sit principalior cā? Et vr̄ ꝙ sic· qꝛ cālitas seq̄t̄ entitatē ⁊ q̄ꝫto entitas est ꝑfectior tanto cālitas erit ꝑfectior· Cū g̃ eēntia angeli sit simplr̄ ꝑfectior intellectu nr̄o· ergo vr̄ ꝙ sit cā pricipalior· **Rn̄sio·** ¶ Rn̄deo ꝙ si principalitas cālitatis accipit̄ a ꝑfectiori rōe cāndi: eēntia angeli in rōe obiecti erit principalior cā· Si vō principalitas accipit̄ rōne maioris illimitatōis vel vlitatis: intellūs erit cā principalior: qꝛ ꝑtialr̄ pōt cōcurrere ad cognitionē cuiuscū q̄ꝫ obiecti: nō sic essentia angeli in rōe obiecti vt pꝫ· Si ēt principalitas i cā accipit̄ ex hoc ꝙ vna agēte alia coagit ⁊ nō eꝯ· posset dici ꝙ intellūs est cā principalior· nā existe pn̄te essentia angeli intellectu cānte cognitionē angeli: eēntia angeli necessario coagit intellectui: nō āt eꝯ· qꝛ volūtas posset auertere intellectū ab eēntia angeli ⁊ cōuertere ad aliud obiectū· Sꝫ q̄ qd sit de hoc· s· an volūtas possit ipedire siue auertere intellm̄ ab essentia angeli ad aliud obiectū ꝓlixius hꝫ videri in· 2· dist· ix· ¶ Scḋa **Scḋa difficultas·** difficultas est de illo textu Ari· 2· de aīa· t· c· lv· ⁊ lx· ꝙ intelligimus cū volumus· ait n· sic· Ille aūt qꝛ volēs possibilis est ꝯsiderare nisi aliqd ꝓhibeat exteri⁹· Est· n· in facultate intellūs hita spē intelligibili obiecti ipsuꝫ intelligere sic ꝙ nō indiget aliquo exteriori: nō sic est de sensu q ⁊ si hēat spēꝫ sensibilē in organo: actu tm̄ sentire nō pōt nisi obiectū sensibile sit i se pn̄s· Nec est intelligēdū absolute ꝙ sit in facultate intellūs intelligere obiectū: vel nō intelligere posita pn̄tia obiecti in se vel in aliquo reꝑn̄tatiuo: qꝛ tunc doc· ꝯdiceret sibiipsi· Uult· n· in di· j· q· 3· ꝙ intellectus necessario assentiat obiecto pn̄ti· hoc idē in· q· 4· rn̄dendo ad argumēta ꝙ itellectus q̄ꝫtū est ex se de necessitate assentit primis principiis ⁊ ꝯclōnibus pp illa· hoc idē vult ibidē ponēdo drīam inter intellm̄ ⁊ volūtateꝫ· dicit ꝙ nō est in ptāte itellect⁹ dissentire vero· Et in di· 2· pte· 2· vult ꝙ intellectus vt cōparat̄ ad opatiōeꝫ ꝓpriaꝫ simplr̄ agat ꝑ modū nāe: ⁊ ꝙ q̄ꝫtū est ex se necessario sit ꝯrioꝝ· et multa alia possent adduci· **Declaratio diffi·** Nō est ergo intelligēda illa auctoritas sic absolute· ꝙ sit in facultate intellectus intelligere ⁊ nō intelligere posita pn̄tia obiecti. sed sic oꝫ intelligi· vel ꝙ intelligimus cū volumus: qꝛ hita spē itelligibili possumus itelligere absq̄ꝫ pn̄tia obiecti exterioris· vel possumus intelligere cuꝫ volumus pp libertatē volūtatis que nō tm̄ pt sibi imꝑare ꝑ potētias exteriores: sed ēt pōt imꝑare intellectui vt vtat̄ mō vna spē intelligibili mō vna alia: ꝓba hita tm̄ cognitione obiecti vt· s̄· patuit a doc· in· q· vj· pn̄tis dist· ⁊ hoc idē in dist· ix· scḋi· Sꝫ hoc clarius vide in· 2· dist· xlij· vide ibi·

Ad primū argumētū dico· Nunc Doc· rn̄det ad argumēta principalia qbus ꝓbat ꝙ obiectū sit pricipalis cā intellectiōis· ⁊ stat argumētū in vno dicto Ari· 3· de aīa· t· c· liiij· vbi vult ꝙ obiectū mouet appetitū nō motū· ⁊ hec est vna conditio primi motoris ꝙ mouet alia ⁊ nō mouet̄ vt ibi pꝫ· ⁊ a Comen· ibidem· ergo vr̄ obiectū cā pricipalior· ¶ Rn̄det doc· et rn̄sio stat in hoc· Q intellūs respectu obiectoꝝ q̄ nō sūt i se pn̄tia duplicē actū hꝫ· s· spēꝫ intelligibilē ⁊ actū intelligēdi: ⁊ respectu vtriusq̄ꝫ actus est principalior cā· De spē intelligibili pꝫ: q̄ cāt̄ a phātasmate ⁊ ab intellectu agēte q intellūs agēs est principalior cā· silr̄ respectu act⁹ intelligēdi ⁊ respectu vtriusq̄ꝫ act⁹ nō dr̄ moueri ab obiecto: sic intelligendo ꝙ in actione sua dependeat ab obiecto· Et quando dr̄ ꝙ intellectus non mouet nisi motus· sic exponitur: ꝙ non potest mouere ad actum **Intellect⁹ non mouet nisi motus quomodo·**

ad actum secūdū causando illū pricipaliter: nisi prius sit motus ad actū primū·s·recipiēdo spēz intelligibilē p quā obiectū est pñs: in vtraqz tñ motiōe semꝑ est pricipalior cā· Et qd dicit ꝙ obiectū mouet nō motum· sic intelligit: ꝙ lz sit pricialis cā spēi intelligibilis ⁊ quātū ad hoc moueret: qꝛ tñ illud non recipit nec similr actū intelligēdi iō nō dr̄ moueri· ❡ Scdo principalr arguit· Illud est principalius agens qd magis assimilat effectū vel cui magis assimilat effectus: sz act⁹ intelligendi magis assimilat obiecto qꝫ intellectui· ergo obiectū est pricipalius agēs· ❡ Rñdet doc· primo ꝙ argumētū est magis ad oppositū: qꝛ effect⁹ magis assimilat cāe ꝓxime ⁊ minus principali qꝫ cāe remote ⁊ magis principali· vt pz de hoie ꝓducto ab alio hoie a sole ⁊ a deo· ⁊ sic actus intelligēdi magis assimilat obiecto vt cause proxime ⁊ minus principali· ❡ Dat aliā rñsionē dicēs· ꝙ duplex est assimilatio·s· equoca ⁊ vniuoca· loquēdo de assimilatiōe equiuoca principalior cā magis assimilat equoce: qꝛ perfectius cōcurrit ad effectū ⁊ magis ad formā qua effect⁹ assimilat sibi equoce nō aūt vniuoce: qꝛ hoc est imperfectionis in cā prima si assimilaret effectū sibi vniuoce: qꝛ tūc nō esset simplr pfectior suo effectu· Dicit etiaz vnū notabile ꝙ loquēdo de assimilatōe vniuoca: principalior cā magis assimilat effectū formalr ⁊ vniuoce nō sibi sed cāe ꝓxime: qꝛ magis ⁊ pfectius dat formā ⁊ entitatē qua effectus est similis vniuoce cause proxime: qꝫ ipsa cā ꝓxima det· ❡ Tertium argumentuz cum sua rñsione pz hic ⁊ ex dictis supra in fine· q· precedentis· vbi aliqualiter exposui de vnitate sciētie quomodo ab obiecto dicatur vna·

Assimilatō duplex·

❡ Questio nona siue vltima distin·3·primi·

Utrum in mente sit distincte ymago trinitatis:

❡ Titulus· q· sic debet intelligi· An in aīa intellectiua sint aliqua que distincte representent trinitatem·i· ex quo trinitas dicit vnitatē essentie: distinctionem personarū: ⁊ originationem vnius persone ab alia· an in anima intellectiua ista tria possint reperiri·s· vnitas eētie ⁊ realis distinctio inter aliqua tria que representāt patrem filium ⁊ spiritum sanctum: ⁊ vere sit originatio vnius ab alio?



Hic primo videndum est quid sit ratio ymaginis in corporibus· Dicit Doc· ꝙ ymago in corporibus dicitur esse representatiua totius imediate· sicut si totum corpus esset impressum pulueri illud representatiuum derelictum in puluere diceretur ymago illius corporis: qꝛ totuz distincte representaret. est ergo ymago in corporibus silitudo totius· Et addit ꝙ etiam requiritur imitatio: quia non sequitur· hoc est simile huic· ergo est ymago illius: vt patet de duobus ouis omnino similibus· requiritur ergo imitatio: ita ꝙ illud quod dicit ymago vere imitetur ymaginatum: que imitatio dicit dependentiam essentialem ymaginis ad ymaginatum: vel causati ad causam: vel mensurati ad mensuram: vel vt participati ad imparticipatū· nisi·n· diceret ordinem ⁊ eēntialē depēdētiā ad ymaginatū nō diceret ymago ꝓprie· In ymagine ḡ trinitatis creata reqrit ꝙ talis ymago sit similitudo totius trinitatis: ⁊ cum hoc dicat veram imitationem ad totam trinitatem·

De secundo sciendū·

❡ Pro intelligentia huius lrē nota ꝙ eē ptem alicuius ꝯtingit duplr· Primo ꝓprie· sicut caput est ps hoīs· Scdo improprie·s· ꝑ coceptu de aliq re formato nō cōplectēte totā entitatem rei: sicut cōceptus aīalis in hoie: vel cōcept⁹ intellect⁹ possibilis de itellectu absolute· ⁊ sicut itellect⁹ possibilis sic ꝯceptus pōt dici ps intellect⁹ vt intellect⁹ cōprehēdit agētē ⁊ possibilē: qꝛuis nō sit vere ps: sic in trinitate accipit rō ptis ⁊ rō totius improprie· nō·n· trinitas est qddā totū ꝓprie ꝯstitutū ex ptibus: cū in deo nō sit ps: sed in ꝯceptu pt dici ps trinitatis: ⁊ ipsa trinitas pt dici qddā totū· Dicit ḡ doc· ꝙ cū ꝯcept⁹ vni⁹ psone in intellectu nr̄o sit pcialis respectu cōcept⁹ trinitatis: illa creatura q̄ ducet nos in cognitionē trinitatis ꝑ modū ymaginis repñtabit trinitatē qꝫ ad illū cōceptū quē intellect⁹ nr̄ pōt hr̄e de ea· ⁊ dicit ꝑ modū ymaginis: qꝛ nō seqt· aliqd ducit nos in cognitionē trinitatis· ergo erit ymago trinitatis: qꝛ spēs intelligibilis impressa in intellectu angelico repñtans deū sub rōe obiecti intelligibilis ducit intellectū angeli in cognitionē trinitatis: vt pz a doc· in·2·di·3·q·ix·⁊ tñ nō est ymago trinitatis· Et silr visio beatoꝝ ducit in cognitionē trinitatis: ⁊ tñ nō est ymago· Ad hoc ergo vt aliqd dicat ymago: opz ꝙ ducat nos in cognitiōez trinitatis ꝑ modū ymaginis: ita ꝙ illud sit repñtatiuū vnitatis essentie: trinitatis psonaꝝ: ⁊ originatiōis vnius psone ab alia: ⁊ hoc semper cum imitatione essentiali ad ipsam trinitatem quam representat·

Esse ptem alicui⁹ dupliciter contingit·

De ratione ymaginis·

De tertio·s·

in qbus cōsistat ymago in nobis· Et declarat tria in isto articulo· Primū est de his q̄ manifesta sunt in nobis· Scdm in qbus nō ꝯsistit ymago· Tertiū in qbus cōsistat. ❡ Primū ibi· Quantū ad primū· ❡ Hic ondit quō notū est nobis ꝑ experientiaz hr̄e actū intelligendi ⁊ actū volēdi: q actus sunt aliquo mō in ptāte nostra qñ obiectū est pñs· ⁊ si sic· opz ponere in nobis aliquo mō principia actiua ⁊ potentias qbus sumus potētes respectu ipsoꝝ actuū: alr nō essent in ptāte nr̄a. vt supra patuit· q·viij·pñtis distin· arguendo contra opi· Goffre· Et addit ꝙ eadē potentia sub eadem ratione formali nō pōt esse principiū actus intelligēdi ⁊ act⁹ volēdi ꝓpter oppositos modos principiādi: qꝛ actus volendi causat ꝑ modū libertatis ⁊ actus intelligendi per modū nature: qui modi sunt repugnantes vt supra vidimus dist·2·parte secūda· experimur ergo in nobis actū intelligēdi ⁊ potētiā intellectiuam que est principiuz actus intelligēdi· experimur ēt actū volēdi ⁊ potentiā volitiuā q̄ est principiū elicitiuū actus volēdi· ❡ Ibi· De scdo in isto articulo· Hic Doc· ondit in qbus nō ꝯsistit ymago· Consistit·n· ymago in his que experimur in nobis· experimur aūt duos actus primos·s· intellectū ⁊ volūtatē: ⁊ dicunt actus primi qꝛ sunt principia operationis· experimur ēt in genere duos actus scdos·s· actū intelligēdi ⁊ actū volendi: qui dicunt actus secūdi quia sunt operationes producte ab actibus primis· Dicit ergo ꝙ ymago trinitatis nō cōsistit in solis actibus primis·s· in itellectu ⁊ volūtate· tū cum sint tm̄ duo nō repñtarent trinitatē sed magis dualitatem· tum quia ⁊ si inter intellectum ⁊ voluntatem sit cōsubstantialitas ⁊ realis idemptitas· vt subtiliter ꝓbat doc· in·2·distin·xvj· non tñ inter illas est distinctio realis que requirit in trinitate nec ordo originis: qꝛ nec intellectus originatur a volūtate nec ecō· Nec est ymago in solis actibus scdis: puta in actu intelligēdi ⁊ in actu volendi· tum qꝛ tantum repñtarent

In quibus ꝯsistit ymago·

dualitatem·tum quia inter illos non est cōsubstantialitas:vt patʒ·¶ Ibi·Ex his sequitur tertium·Hic Doc·dicit q̄ ymago consistit simul in actibus primis ⁊ in actibus secundis·i·q̄ ymago simul comprehendit intellectum ⁊ voluntatē:actū intelligendi ⁊ actum volendi·Et expono istam litteram·Cū dicit·Anima habʒ in se aliquā pfectionē ꝭm quā formalr̄ est actus primus respectu notitie genite:q̄ hʒ in se formalr̄ intellectū q dr̄ act⁹ primus siue principiū notitie genite: ⁊ hʒ in se aliā pfectionē ꝭm quā recipit formalr̄ notitiā genitā·⁊ illa pfectio est intellect⁹ possibilis ꝭʒ quē aīa recipit notitiā genitā:q̄ intellectus possibilis est rō formalis recipiēdi illā·¶ Si dicaẗ q̄ intellus possibilis est act⁹ primus siue principiū ꝓductiuū notitie genite·vt vr̄ innuere doc·xv·q·quolī·¶ Dico tūc q̄ intellectus possibilis pōt duplr̄ cōsiderari·Uno mō in rōne principij actiui:⁊ sic dr̄ act⁹ prim⁹ respectu notitie genite·Alio mō in rōne receptiui:⁊ sic est id ꝭʒ qō aīa intellectiua recipit notitiā genitā·Seqẗ·Et hʒ in se aliā pfectionē ꝭm quā recipit formalr̄ volitionem·Uolūtas·n·pōt duplr̄ cōsiderari·Uno mō in rōne principij actiui·⁊ sic est act⁹ prim⁹ respectu volitōis·Alio mō in rōne principij receptiui·⁊ sic est id ꝭm qō aīa recipit volitionē·Uolūtas·n·est rō formalis recipiendi volitionē·Seqẗ·Iste tres pfectiones dicunẗ memoria intelligētia ⁊ volūtas·accipit hic memoriā ꝓ principio ꝓductiuo totali respectu notitie genite:⁊ talis memoria includit intellectū ⁊ obiectū pn̄s vel in se vel in aliquo repn̄tatiuo·cōprehēdit ēt sub memoria pfecta volūtatē que est principiū ꝓductiuū actus volendi·Intelligētia accipiẗ hic ꝓ intellectu vt informato actu intelligendi·⁊ volūtas accipiẗ ꝓ volūtate vt informata actu volēdi:ita q̄ p memoriā repn̄taẗ pr̄ in quo ē pfectissima fecūditas respectu filij ⁊ spūs·s· per intelligētiā repn̄taẗ filius q ꝓduciẗ vt notitia genita·⁊ p volūtatē repn̄taẗ spūs sctūs q ꝓduciẗ p modū amoris·Seqẗ·Aīa igiẗ inquātū hn̄s actū primuʒ totalē respectu intellectiōis·s·aīa vel aliqd aīe ⁊ obiectū sibi pn̄s in rōe intelligibilis dr̄ memoria·i·q̄ ipsa aīa vt est intellectus hn̄s obiectuʒ pn̄s dr̄ memoria·Seqẗ·Et hec memoria pfecta includendo tā intellm̄ q̄ʒ illud quo obiectū est sibi pn̄s·i·q̄ tūc est memoria pfecta qn̄ includit intellectū vt actuʒ primū respectu notitie genite:⁊ vt includit obiectū vl̄ in se pn̄s:siue vt includit id quo obiectū est pn̄s.puta spēʒ intelligibilē p quā obiectū est pn̄s in rōne intelligibilis:⁊ hoc totū vocaẗ memoria pfecta q̄ attribuiẗ p i·Sequiẗ·Ipsa eadē aīa inquātū recipit notitiā genitā dr̄ intelligētia ⁊ intelligētia pfecta vt ē sub illa notitia genita·nō·n· vult doc·q̄ scd̄a ps ymaginis sit notitia genita:q̄ illa nō dicit cōsubstātialitatē cū aīa·cū realr̄ distinguaẗ· sed vult q̄ aīa vt est hn̄s intellectū informatū notitia genita sit scd̄a ps ymaginis·i·q̄ intellectus vt informatus notitia genita est scd̄a ps ymaginis:q̄ dicit cōsubstātialitatē cū aīa saltē rōne intellectus·Seqẗ· Uolūtas ēt dr̄ pfecta inquātū est sub illo actu volēdi. nō·n·doc·vult q̄ actus volēdi siue amor ꝓductus sit tertia ps ymaginis:cū nō dicat aliquā cōsubstātialitatē cū aīa:q̄ realr̄ distinguiẗ ab ipsa·sʒ vult q̄ ipsa volūtas vt informata actu volēdi siue amoris sit tertia ps ymaginis:q̄ rōe volūtatis dicit cōsubstātialitatē· Seqẗ·Accipiendo igiẗ ista tria ex pte aīe vt sunt sub ꝓdictis actibus suis:in istis inq̄ʒ tribus est cōsubstātialitas rōne illaꝝ triū realitatū q̄ sunt ex pte aīe·Sʒ est distinctio ⁊ origo rōne illaꝝ actualitatū receptaꝝ in aīa·¶ Pro intelligētia hui⁹ lr̄e nota q̄ si accipiaẗ memoria ꝓductiua ꝓ intellectu agente(q tūc dicitur esse sub actu suo vt hʒ pn̄tiam obiecti in se vel in spē· Nā obiectum dr̄ actus q̄ ps memorie:⁊ intellectus possibilis sit virtus tm̄ receptiua)tūc sunt tres entitates q̄ sunt vna res realr̄·s·intellectus agēs possibilis ⁊ volūtas:⁊ sic ibi vera cōsubstātialitas·Sed si possibilis ptinet proprie ad memoriaʒ ꝓductiuam vt infra dicit:nō esset forte incōueniens ipsuʒ ꝭm vnā realitatē esse ꝓductiuū ⁊ ꝭm aliaʒ receptiuū:⁊ hoc mō dicereẗ memoria vel pars memorie:⁊ ꝓductiuus ⁊ intelligētia vt receptiuus·Et silr̄ volūtas diceretẗ parens vt ꝓductiua:⁊ vt receptiua diceretẗ volūtas vt hn̄s actum volendi·⁊ sic volūtas ⁊ intellectus vt ꝓductiua complent pfectā rōnem parētis:vt pʒ a doc·⁊ sic realitas ꝓductiua itellectus ⁊ realitas receptiua(ponēdo ibi aliqualē distinctionē)⁊ silr̄ volūtas sunt vna res realiter cū aīa·⁊ realitas intellectus ꝓductiua dr̄ eē sub actu qn̄ hʒ obiectū pn̄s in se vel in aliquo alio vt ptēʒ memorie:q̄ tunc dr̄ esse in potētia ꝓpinqua·⁊ realitas receptiua dr̄ esse sub actu suo inquātū hʒ actualē intellectionē·Et silr̄ voluntas vt ꝓductiua dr̄ eē sub actu qn̄ est in potētia ꝓpinqua ad volendū. qō tunc contingit qn̄ hʒ oīa reqsita ad actū volendi:⁊ dr̄ vt receptiua sub actu qn̄ actu hʒ in se amorē obiecti·Si ēt dicaẗ q̄ in intellectu possibili nō sunt iste due realitates·tūc debemus dicere q̄ realitas intellectus possibilis ⁊ ꝓductiua hn̄s obiectū pn̄s repn̄tat patreʒ·scd̄o eadē realitas intellectus possibilis vt hn̄s in se formaliter intelligētiā actualē obiecti repn̄tat filiuʒ·idē dico de voluntate·Qn̄ ergo dicit doc·Iste tres realitates vt sub actibus suis ⁊c·Scd̄m istū tertiū modū prima realitas est intellectus possibilis vt ps memorie ꝓductiue:⁊ volūtas vt principiū ꝓductiuū·scd̄a est idē intellectus vt hn̄s actualē intellectionē·Tertia est eadē volūtas vt hn̄s actualē amorē·Est ergo cōsubstātialitas:q̄ iste entitates q̄ sunt simplr̄ vna res realr̄ hn̄t in se notitiā ⁊ amorē·sic pr̄nitas ⁊ filiatio ⁊ spiratio passiua in diuinis sunt eadē essentialr̄:q̄ tm̄ est vna essentia fundans in se ⁊ idēptificās sibi realiter illa· In ymagine vero nostra est tm̄ silitudo quo ad hoc: q̄ vna essentia aīe vt includēs tres realitates mō ꝓdicto:est eadem respectu notitie ⁊ amoris ⁊c·

Sed hic occurrūt duo dubia·Nunc doc·ꝫ supius dcā inuit duas difficultates·Prima est de volūtate q̄ est actus primus volitōis·q̄ nō ptinet ad primā partē ymaginis:q̄ nō est memoria nec ptinet ad memoriā· nec ad scd̄am ptē:q̄ nō est notitia genita·nec ad tertiā q̄ nō est amor ꝓductus·ergo in aīa nō est assignāda pfecta rō ymaginis·¶ Scd̄a difficultas est i hoc· q̄ prima psōna i diuis originat scd̄aʒ·⁊ prima ⁊ scd̄a origināt tertiā·sed certū est q̄ tertia ps ymaginis nr̄e nō originaẗ simul a pria ⁊ scd̄a vt pʒ·¶ Rn̄det Doc· ad primū q̄ accipiēdo primā ptem ymaginis sicut accipit Aug·ix·de tri·c·4·Et deinceps mens notitia ⁊ amor·Per mētē intelligit actū primū pfectū respectu vtriusq̄ʒ actus scd̄i:⁊ hoc mō mens hʒ rōneʒ perfecte parētis·Silr̄ accipiendo primam partē ymaginis vt accipit Augu·x·de trini·c·x·Et deinceps memoria intelligentia ⁊ voluntas·Accipit ibi memoriā ꝓ actu primo perfecto respectu vtriusq̄ʒ actus scd̄i·qui dicit perfectam fecunditatē:⁊ patet littera·¶ Et quod dicit ibi·Contra Henri·quoli·vj·q·z·qui videẗ dicere q̄ pater non hēat ex se fecunditatem ad spirandum: sed eam habeat quodāmodo sibi derelictā ex productione filij·Contra hoc arguit Doc·lʒ in simili hanc positionem

Obiectio·

Solō·

Declaratio ō verbo ad verbum·

Intellect⁹ possibilis dici pōt ꝓductiuus ⁊ receptiuus ꝭm aliud ⁊ aliud·

positionē prius reprobaueri:·ō·di·j·q·z·tñ hic spālr hoc reprobat·⁊ improbatio clara est·❡ Ad scdʒ dico· Dicit doc·q ⁊ si in nobis sit ymago trinitatis q̄ʒtum ad hoc q est repñtatiua vnitatis essentie: distinctiōis psonaꝝ: ⁊ originationis: nō tñ in nobis est sic ymago vt sit ꝑ oia repñtatiua·sufficit.n·q sit representatiua trinitatis ⁊ vnitatis q̄ reqrūt cōsubstātialitatē distinctionē ⁊ originē:lʒ nō sit repñtatiua ꝑm oēm modū: qꝛ tertia psona in diuinis est vere producta a prima ⁊ secunda persona·sed in ymagine nr̄a tertia ps ymaginis non est simul producta a prima ⁊ scda vt patet· ⁊ rōnē huiꝰ assignat q̄ stat i duobꝰ dictis·Primū ē· filius pōt ꝓducere spūʒ scōʒ:qꝛ i ꝓductōe filij cōicaꝫ a pr̄e tota fecūditas siue tota rō foꝛalis ꝓducēdi spūʒ scūʒ:vt·j·patebit di·x·⁊ iō filiꝰ vere ꝓducit spūʒ·s· Scdʒ est·Memoria in nobis q̄ est intellꝰ cū p̄ntia obiecti: ꝓducēdo notitiā nō cōicant sibi rōnē foꝛalēʒ ꝓducendi amorē:qꝛ tūc talis noticia q̄ est accñs esset foꝛmalr volūtas:q̄ volūtas est rō foꝛalis ꝓducendi amorēʒ·⁊ pʒ lr̄a·Et silr si poneretꝫ notitia genita aliquo mō ꝓductiua tertie ptis ymaginis:nō eēt ꝓductiua nisi ꝑ modū nāe·qꝛ nō eēt foꝛmalr volūtas:nec hr̄et in se foꝛmalr volūtatē:⁊ tñ tertia ps ymaginis ñ ꝓducitꝫ ꝑ modū nāe sicut nec spūs·Sed ꝓducit per modū volūtatis·❡ Ibi·Est tñ hic aliqs ordo iter has p̄tē ymaginis ⁊ tertiā:qꝛ tertia p̄supponit scdāʒ nālr lʒ nō sit ab ea saltē vt a cā totali:lʒ forte possit esse ab ea vt a cā pcıali ꝑm illā opi·positā a doc·in·z·d·xxv· ⁊ pʒ lr̄a·❡ Ibi·Alterꝰ in spāli·❡ Ista lr̄a est satis clara·et stat in tribꝰ dictis fundatis sup dictis Aug· vt pʒ in lr̄a·Primū est·q in aīa pt esse ymago·imp̄fecte tñ qñ intelligit ista inferiora ⁊ amat illa·Scdm est·q in aīa pt esse ymago pfectioꝛ qñ hʒ intelligētiā sui ⁊ diligit se·Tertiū est·q in aīa tūc est pfectissima ymago qñ actu intelligit trinitatē ⁊ actu amat:qꝛ tūc nō tñ est ibi ymago trinitatis sed ēt silitudo:qꝛ actus intelligendi est silitudo obiecti·

Ad primum argumētū principale·Nunc doc·rñdet ad argumēta principalia·❡ Ad primū pʒ rñsio·Et qd dicit ibi q tūc ꝑ cognitionē ymaginis posset nālr cognosci trinitas· pʒ rñsio·Sed hoc clarius vide in quoli·q·xiiij·quia ymago dicit relationē ad ymaginatū·cognoscere ergo mētē sub rōe ymaginis est cognoscere relationē ymaginis ad ymaginatū:sed relatio cognosci non pōt nisi termino pcognito·ꝯ pʒ ergo puꝰ cognoscere trinitatē· sed hoc vide ibi ⁊ multa alia q̄ faciunt ad ꝓpositum· Ibi·Ad scōm·pʒ argumentū cuʒ sua rñsione·❡ Ibi· Ad tertiū·Tertia rō stat i hoc:qꝛ si in mēte est ymago trinitatis ergo est ibi aliqd ꝓductū.Sed nihil est ibi ꝓductū qꝛ actus secūdi nō sunt ibi ꝓducti:pʒ qꝛ actō nis nō est actio nec vt subiecti nec vt termini·vt dicit Ari·v·phisi·t·c·x·q sic ait·Neqʒ in agere ⁊ pati est motus neqʒ motoris aut moti:qñ motus nō hʒ motum:neqʒ gnātio hʒ gnātionē:⁊ vlr neqʒ trāsmutatio trāsmutationem:⁊ ibi Comē·exponēdo dicit·Actio ⁊ passio nō hn̄t motus neqʒ motoris ⁊ moti neqʒ gnāti gnātis ⁊ vlr trāsmutātis ⁊ transmutati:qm̄ motus nō hʒ motū neqʒ trāsmutatio hʒ trāsmutationē vlr· hec ille·Et in·t·sequēti expresse dicit Ari·q motꝰ nō hʒ motū vt subiectū neqʒ vt transmutādo aliqd·vide ibi·Dico ergo q actiōis nō est actio neqʒ vt termini: qꝛ vna actio de gn̄e actiōis nō pōt esse terminus ꝓductus ab alia actiōe:qꝛ tūc quererē de illa ꝓducente si esset ꝓducibilis aut nō:Si primo·ergo mediāte alia actiōe ⁊ sic ꝓcessus in infinitū·Silr si aliq actio pōt ꝓduci·ergo alia actōe ꝓducitꝫ·⁊ quero de illa alia ⁊c· Itē actiōis nō est actio vt subiecti:qꝛ vna actio nō est subiectū alterius vt pʒ·Cū ergo actus scdi·s·intellectio ⁊ volitio sint foꝛmalr actiōes·ergo nō sunt ꝓducte:qꝛ si essent ꝓducte·tūc eēnt termini actionū:⁊ sic actionis esset actio·❡ Ad tertiū dico q actus scdi sūt ꝓducti·Visio stat in hoc·intelle‹ct›io volitio visio auditio ⁊ sic de oi hus aliis actibꝰ aliaꝝ potētiaꝝ:lʒ sint q̄litates absolute·vt ꝓbat Doc·q·xiij·quolib·⁊ vere sunt ꝓducta ꝑ actionē intellectꝰ ⁊ obiecti·⁊ nullo mō dicanꝫ actiōes de gn̄e actiōis:qꝛ ille tñ sunt entia respectiua:tñ quo ad aliquas ꝯditiones q̄ conueniunt actioni de gn̄e actiōis pñt dici actiōes siue actus scdi· Prima ꝯditio actiōis est q cessante agēte nō hʒ esse pmanēs:sed tñ hʒ esse q̄ʒdiu agēs cōtinuat actionem· Scda est q actio necessario est alicuius vel vt ꝓducti vel vt obiecti·Tertia q actio ꝓprijssime est ad formā diuisibilē cuius ps acqritꝫ post aliā·Intellectio volitio ⁊c·dicunꝫ actus scdi siue actiones:lʒ sint q̄litates absolute quo ad scdas primas ꝯditiōes:qꝛ tādiu hn̄t esse q̄ʒdiu potētie cōtinuāt illa·Scdo terminanꝫ de necessitate ad obiectū·Lumen vero qꝛ nō est alterius a se vel vt termini ꝓducti vel vt obiecti circa qd nō dꝫ actus scds siue actio:imo nec intellectio nec visio nec lumen acqrunꝫ actōe ꝓprie dicta:q̄ terminaꝫ ad formā cuius ps nata est acqri post aliā·❡ Ibi·Ad aliaʒ ꝓbationē·Cū dꝫ q actus talis est gnātiuꝰ hitus·est facilis rñsio:qꝛ eē gnātiuū vt actio:nihil aliud est nisi actionē ipsaʒ q̄ est relatio de gn̄e actiōis terminari ad ꝓductū·esse vero principiū foꝛale ꝓductiuū est hr̄e in se virtutē ꝓducēdi·In ꝓposito·intellectio ꝓducit hitum scdo mō·i·vt est quedā rō foꝛalis absolute ꝓducēdi:⁊ nō primo mō supple vt sit rlō de gn̄e actiōis: qꝛ vt·ō·patuit est ens absolutū ⁊ nullo mō rlō de gn̄e actiōis·imo primo mō nō est ꝓducere:qꝛ vt sic est tñ quedā rlō ⁊ via ad ꝓductū·❡ Qꝛ tñ hec lr̄a vꝫ aliqlr obscura ipsaʒ declaro·Cū dicit·Actio de gn̄e actiōis nō pōt esse eiusdē rōis nisi termini sint eiusdē actōis: pʒ qꝛ due calefactiones dñr esse eiusdē rōnis:qꝛ calores terminātes sunt eiusdē rōnis·Seqꝫ·Ergo si actꝰ gnāret habitū vt actio de gn̄e actiōis terminata ad hitum vt ad terminū nō posset eē actio eiusdē rōnis cū altero:nisi illa alia eēt gnātiua hitus.Vult dicē doc· si vnus actus intelligēdi sit gnātiuus hitus vt actio d gn̄e actōis:sequeretꝫ q alius actus intelligendi eiusdē rōnis esset gnātiuus hitus·hoc tñ pʒ esse falsum: qꝛ aliqs actus intelligendi eiusdē rōnis nō est gnātiuus hitus vt pʒ·nō·n·vna intellectio remissa est gnātiua hitus vt pʒ·cuʒ hitus generetꝫ ex frequētatis actibus vel ex vno valde intenso ⁊ pfecto·Si ergo actus intelligendi est gnātiuus hitus:nō est gnātiuus vt est actio de gn̄e actiōis sed vt est quedā forma absoluta·Seqtur·Tunc dico breuiter q actus est gnātiuus hitus sicut forma aliq·supple absoluta est causa vel rō causandi aliā formā:nō est aūt talis actus gignitiuus vt actio de gn̄e actionis:tali·n·actiōe de gn̄e actiōis gigniꝫ taʒ actus q̄ʒ proprius hitus terminatiuus talis actionis:eo mō quo dicimus ꝓducēs ꝓductiōe ꝓducit:vel agens actiōe agit vt supra declaraui·Seqꝫ· Et ad significādū gignitionē talē que est actio de gn̄e actiōis dicimus potentiā dicere actū intelligēdi·i·q noie actiōis vtimur dictione:sicut·n·dicimus agens actione agit:ita dicimus q potentia diciens actum dictione dictata:ita q tam actio q̄ʒ dictio in re idem important sed differunt nomine vel ratione·Et sic finis huius·q·⁊ dist·tertie·

Aduerte hanc declarationem·

Actiōis nō est actio neqʒ vt termini: neqʒ vt subiecti·

¶ Distinctio quarta·

Utrum ista sit vera·deus genuit alium deum? Hoc·videt dupliciter ad hanc·q·Primo quantū ad realitatē· Secūdo quātū ad logicam·Quantū ad primum dicit sic·

¶ Si dicatur q ipsa vt est suppositi patris sit suppositi filij ꝛ non per productionem ipsius in filio : sed per productionem notitie genite in ipsa : sicut dixi de materia ligni respectu forme ignis· ¶ Contra: quia si sic· sequitur argumentum factum· s· in textu· Item secundo essentie ꝛc· q vt est suppositi patris recipit notitiam genitam : ꝛ sic pater erit formaliter sapiens notitia genita· ¶ Ibi· Preterea tertio· quando ad productionem effectus ꝛc· ¶ Nota q actiuum puta ignis qui producit compositum naturale ex materia puta ligni ꝛ forma ignis: prius habet respectum realem ad illam materiam q̃3 ad productum totale ꝛ adequatū· nam prius mouet materiam ad formam partis· scilicet ad formam ignis qui est terminus totalis causando illum in tali materia· ꝛ hic est duplex relatio· prima est producentis ad terminum formaliter productum· secunda est mouentis ad materiam motam inquantum recipit illum terminum : ꝛ hoc habet ex seipso: ꝛ habito isto respectu est etiam respectus ignis producentis ad totum productum : ꝛ in isto secundo materia ipsa concausat vt causa materialis. Si ergo pater in generatione filij respiceret essentiam diuinam quasi materiam prius haberet respectum ꝛ relationem ad illam : vt quasi mouentis ipsam ad receptionem notitie genite siue proprietatis: ꝛ post vel simul haberet aliam relationem ad filium productum· ergo ante relationem realem patris ad filium esset alia prior realis que esset ad essentiam vt quasi materiam: vel si esset tantum rationis vtrunq3 est falsum· Primum patet ab omnibus: quia omnes negant patrem habere aliam relationem realem q̃3 ad filium ꝛ spiritum sanctum· Secundum similiter patet : quia cum relatio patris ad filium sit verum ens reale non preexigit necessario aliquid quod est precise ens rationis: vt patet intelligenti· ꝛ nota bene hanc rationem· Sequentia clara sunt·

Opi· Gre·

Grego· de Arimi· circa hanc materiã ponit q nullus sit terminus formalis generationis diuine qui sit alius a termino totali· Et probat sic primo· Ubi est terminus formalis alius a termino per se ibi est formalis pars per se termini ꝛ in illo inclusus· Sed in simplicissimo nulla est pars. ergo· ¶ Secundo· q2 vt videtur si res aliqua simplex causatur a deo: non assignatur terminus formalis distinctus a termino per se creationis siue ab eo qui creatur· ¶ Cõfirmatur: quia illud est formalis terminus quo actu productum est tale· constat autem q nullum simplex est aliquo tale sed seipso· Iam enim non esset simplex· ¶ Et si dicatur q filius essentia ꝛ diuinitate est deus: ꝛ filiatione aut proprietate filius· ¶ Respondet Gregori· q ex hoc non habetur q aliquo alio a se sit deus aut filius vel persona: cum ipse sit sua diuinitas: ꝛ omne quod est in eo: ꝛ sic in eo nõ distinguitur quo est ꝛ quod est : ꝛ ideo seipso ꝛ per seipsum est ꝛ deus est· ¶ Et si dicatur secundo q generatio filij non erit vniuoca: cum per se terminus non sit eiusdem rationis cum producente: cum persona filij sit alterius rationis a persona patris: nec alius terminus ibi formalis datur· ¶ Respondet q ad hoc q sit vniuoca· scilicet sufficit q producens ꝛ productum sint eiusdem nature secundum speciem· modo pater ꝛ filius non tantum sunt vnius nature secundum speciem : sed etiam secundum numerum : ꝛ ideo maxime vniuoca est generatio ista·

go· de Ari· d· 5· q· ij· primi·

Respondeo premittẽdo aliqua·

Declaratio opi· doc·

Primum q cum sũma simplicitate stat aliquorum distinctio formalis lic3 nullo modo realis vt supra patuit· d· 2· parte· 2· q· 1· vbi ostensum est q cum simplicitate diuina stat non ydemptitas. formalis essentie ꝛ proprietatis· Similiter probat doc· infra· d· 8· q· 3· q cum sũma simplicitate dei stat formalis distinctio attributorum abinuicem ꝛ ab essentia diuina· Nulla enim potest esse compositio nec quasi compositio inter aliqua duo quorum vnum transit imperfectissimam ydemptitatem realem alterius: propter infinitatem ꝛ simplicitatem alterius extremi : vt infra ostendetur presenti· q· ꝛ· d· 36· Secundo premitto q persona filij est vere constituta ex essentia ꝛ proprietate tanquam ex aliquibus de necessitate formaliter distinctis: vt patebit infra· d· 8· q· 3· Et sic in filio distinctus est dupliciter terminus generationis : vnus est totalis ꝛ est ipse filius constitutus ex essentia ꝛ filiatione: ꝛ alius dicitur formalis ꝛ non potest esse nisi ipsa essentia: vt ostensum est· s· presenti· q· exponendo sensum doc· Tertio premitto q proprietas filij potest comparari ad essentiam· vel sicut actus perficiens· vel inherens siue informans· vel sicut actus ypostaticus quo persona subsistit in natura diuina· Primo modo facit compositionem aliqualem· Secundo modo nullã compositionem facit nec quasi compositionem: vt infra patebit presenti· q· ꝛ· 26· di· huius· Quarto premitto q quando productum distinguitur a producẽte ꝛ conuenit quiditatiue cum producente: in eo est assignare aliquid quo vere distinguitur ꝛ aliquid quo vere conuenit· sicut in creaturis Franciscus distinguitur a Iohãne ꝛ quiditatiue conuenit cum Iohãne in humanitate : tunc humanitas in Francisco est ratio conuenientie quiditatiue cum Iohãne : ꝛ hecceitas Francisci est ratio distinguendi ipsum a Iohanne : ꝛ ideo in Francisco producto posito ẽt q nã humana sit forma simplex est terminus totalis gñationis q ẽ ipse

Franciscus

franciscus includens humanitatem ⁊ hecheitatem: ⁊ est terminus formalis generationis: quia ex natura humana qua vniuoce conuenit cum producente.

Solo rõnũ Grego.

¶ His premissis respondeo ad rationes Grego. Ad primam cum dicit. Ubi est terminus formalis alius a per se termino ibi formalis est pars per se termini ⁊ in illo inclusus. Dico q̄ hoc verum est primo in cõposito reali. secundo etiam in re nõ composita ex materia ⁊ forma: sed ex natura ⁊ hecheitate tanquam ex determinabili ⁊ determinatiuo: tũc terminus formalis est pars termini per se siue termini formalis: cum ibi sit perfectiuum ⁊ perfectibile. Ubi vero constituẽtia sic se habent q̄ vnum nõ est actus alterius vt perficiens vel informans nec econtra: sed actus transiẽs in perfectam idemptitatem alterius extremi: tunc nõ est ibi nec pars nec quasi pars: ⁊ sic cum essentia diuina ⁊ proprietas filij vere cõstituant personam filij: essentia diuina que est terminus formalis nõ erit pars nec quasi pars filij constituti: ⁊ tamen cum tali constituto stat summa simplicitas: quia cum formali distinctione aliquorũ stat perfectissima realis idemptitas ⁊ summa simplicitas. vt patuit in primo supposito. ¶ Ad secundam dico q̄ si crearetur aliqua res simplex idest non composita ex materia ⁊ forma: adhuc in illa est assignare terminum formalem creationis ⁊ terminum totalem. vt quando angelus creatur: dico q̄ terminus totalis creationis est hic angelus vt includit quiditatem ⁊ hecheitatem siue rationem formalem subsistendi: ⁊ terminus formalis erit entitas quiditatiua ipsius angeli qua quiditatiue conuenit cum alijs. Et vltra dico q̄ in tali re creata terminus formalis creationis est pars ipsius creati: eo modo quo dictum est de cõstituto ex natura determinabili ⁊ hecheitate determinatiua. ¶ Ad confirmationem illam. cum dicit q̄ illud est formalis terminus quo actu productũ est tale. Concedo: ⁊ sic essentia diuina est id quo filius est deus vel perfectissimum eius. Et cum dicit q̄ omne simplex seipso est tale ⁊ non aliquo alio aliter non esset simplex. Dico q̄ esse tale aliquo alio potest dupliciter intelligi. Primo vt sit tale aliquo alio vt parte vel quasi parte. Secundo vt sit tale aliquo alio non sicut parte vel quasi parte: sed sicut aliquo includente ipsum constitutum in perfecta ydemptitate reali. primo modo non potest dici simplex: sed bene secundo modo: ⁊ sic est in proposito.

Et tale aliquo alio duplicẽ pñe hñt sensuz.

¶ Ad aliud qđ dicit q̄ licet filius sit deus essentia ⁊ diuinitate et sit filius filiatione: nõ tamen sequitur q̄ aliquo alio a se sit deus ⁊c. Dico primo q̄ si filius dicat aliquam entitatem preter essentiam ⁊ proprietatem licet non realiter distinctam: patet q̄ seipso non erit deus sed deitate erit deus: ⁊ filiatione erit filius ⁊ non seipso: q̄r ipsa sunt aliquo modo alia ab entitate filij. ¶ Secundo dico q̄ si filius non dicat aliam entitatem a deitate ⁊ filiatione: adhuc hoc totum vt vnitum potest dici deus aliquo alio ⁊ non seipso: patet quia ex quo filius dicat deitatem ⁊ filiationem: si hoc modo filius seipso esset deus (cum vt sic dicat filiationem ⁊ deitatem) tunc sequeretur q̄ filiatione esset deus: ⁊ similiter si seipso ẽ filiatione filius: vt ly filius includit deitatem ⁊ filiationem: tunc filius esset deitate filius. ¶ Ad aliud quod dicit de vniuocatione generationis filij. Hec responsio est pro me: q̄r si filius conuenit cum patre etiam in idem numero: aut hoc est ratione nature diuine: aut hoc est ratione proprietatis. non secundo. tum q̄r per proprietatẽ distinguitur realiter a patre. tum q̄r proprietas filij est primo diuersa a proprietate patris: vt infra patebit distinctione. 13. ⁊. 26. Si ratione nature: tunc habeo propositum: quia illud est terminus formalis generationis filij quo filius vniuoce ⁊ quiditatiue conuenit cum patre. Et sic patet responsio ad argumenta Grego.

Ocbã in. j. d. 5. q. 2. arguit opposituñ eius qđ pbat Sco.

Alius etiam doctor satis subtiliter arguit contra Sco. probando q̄ essentia diuina non sit terminus formalis generationis filij. Et primo arguit sic. Sicut de ratione termini totalis alicuius generationis est non habere esse totale nisi per productionem: ita de ratione termini formalis est nõ habere esse formale nisi per productionem. Sed essentia non habet esse formale per generationem: q̄r essentia secundum totum suum esse est in patre. ¶ Secundo arguit sic. Non est idem elicitiuum alicuius productionis ⁊ terminus formalis eiusdem: q̄r idem non est prius ⁊ posterius seipso: sed secundum istos principium elicitiuum est prius origine: terminus autem formalis est posterius origine: sed essentia secundum istos est principium elicitiuum generationis. ergo nõ est terminus formalis eiusdem. ¶ Confirmatur: quia secundum istos vna persona tantum vno modo habendi habet essentiam. Si ergo filius habeat essentiam vt terminum formalem generationis. ergo nõ habet eam vt principium elicitiuum cuius oppositũ dicit. ¶ Si dicatur q̄ filius non habet essentiam vt principium elicitiuum sed pater. hoc non sufficit: q̄r saltem filius haberet essentiam vt principium elicitiuũ productionis spiritus sancti: ⁊ ita duobus modis habendi: ⁊ hoc argumentum est tantum contra hominem. ¶ Tertio principaliter arguit. Si essentia sit terminus formalis generationis: aut hoc est q̄r simpliciter habet esse per productionem: aut q̄r habet esse in producto per productionem. Non primo: q̄r essentia cum sit in patre non habet esse simpliciter per quãcunq̄ productionem. Non secundo: q̄r si anima intellectiua esset primo creata ⁊ postea crearetur materia sub anima intellectiua: non diceretur q̄ anima intellectiua esset terminus formalis illius productiõis: ⁊ tamen caperet esse in hoc per illam productionem. Et ex his patet q̄ non est idem cõmunicari ⁊ esse terminum formalem alicuius productionis: q̄r illa anima intellectiua esset cõmunicata materie ⁊ tamẽ non esset terminus formalis productionis. Ideo dico aliter q̄ aliud est cõmunicari per productionem aliquã: ⁊ aliud est esse terminum formalem illius productionis: patet q̄r spiratio actiua cõmunicatur filio per generationem: ⁊ tamen spiratio actiua non est terminus formalis istius productionis. Dico ergo q̄ terminus formalis productionis est illud quod capit esse simpliciter per illam productionem. Unde quando terminus formalis ⁊ terminus totalis distinguuntur: terminus formalis est aliquid ipsius termini totalis capiens simpliciter esse per illam productionem: ⁊ per hoc q̄ terminus formalis capit simpliciter esse per illam productionem: terminus totalis capit esse simpliciter per ipsam productionem. Et ex isto sequitur q̄ non dicitur aliquid terminus formalis q̄r est forma. Nam si deus crearet ipsam materiam per se existentem ista materia esset terminus formalis ⁊ tamẽ non esset forma. Et sic in proposito dico q̄ essentia non est terminus formalis generationis: nec similiter relatio sed ipsa persona potest dici terminus formalis: non tamen distinguendo terminum formalem cõtra terminum totalem. hec Ocham.

Positio Ocham ppria.

Ad argu· Gul· ocb·

Respondeo ad primum· Concedo q sicut terminus totalis est ille qui accipit esse per ꝓductionem: sic terminus formalis est ille q accipit eē per eandem productionē. Cum dicitur q essentia diuina per productionem in filio non capit esse in filio· Dico q habere eē contingit dupliciter· Uno modo ī se ⁊ absolute: ita q in aliquo instanti originis intelligatur nō habere esse: ⁊ in alio instanti originis intelligatur habere verū esse· Alio mō q intelligatur habere esse alio mō quo prius non habuit puta esse communicatum: ita q in aliquo priori instanti originis dicatur non habere esse in filio ⁊ in secundo instanti originis dicat habere esse in filio: vt ꝯstitutiua ⁊ vt dās esse filio essentialiter ⁊ quiditatiue· Primo mō non pōt dici terminus formalis generationis: cum eē reale essentie diuine sit simpliciter primū in diuinis: imo vt sic intelligitur vt prior omni proprietate ⁊ omni attributo: vt patet a doc·j·d·8·q·3·⁊ diffuse in quoli· ·q·1· Secundo modo dicitur terminus formalis generationis filij: q2 ipsa essentia per talem generationem habetur in filio per quam essentiam filius est q̄ditatiue deus ⁊ idem essentialiter cum patre· ¶ Ad 2ᵐ dico q idem esse prius ⁊ posterius seipso potest dupliciter intelligi· Primo q̄tum ad idem esse reale vt q·a·realiter sit prius ⁊ posterius seipso est impossibile· Secundo q̄tum ad alium ⁊ alium modum· Et sic est impossibile q respectu vnius ⁊ eiusdē modi dicatur prius ⁊ posterius seipso: vt vero comparat᷑ ad alium ⁊ alium modum· s3 vnum modum potest dici prius ⁊ sm alium potest dici posterius· Et sic in proposito essentia diuina vt est principium elicitiuum in patre est prior seipsa vt est per productionem cōmunicata filio: ⁊ hoc est necessarium dicere: q2 ex quo ipsa ponitur principium formale productiuum quo pater producit filium· vt infra patebit·d·7·⁊ ipsa eadē ponitur cōmunicari filio per talem productionem: sequitur q vt in patre est principium elicitiuum sit prior seipsa vt in filio ipsi filio per productionem cōmunicata· ¶ Ad confirmationem dico q filius nō habet essentiam diuinam vt principium formale elicitiuū: vt·j·patebit·d·7· Et qđ dicit q saltem non habet eā vt principium elicitiuū spirationis· Dico q verū est· Et cum dicit q duobus modis habendi habet eā: q2 vt terminum formalem productionis ⁊ vt principiū elicitiuum spirationis· Dico q non tantum his duobus modis: sed etiam vt pluribus alijs modis: q2 eadem vt in filio est principium operatiuum intellectionis ⁊ principium operatiuum volitionis ⁊ huiusmodi· Sed hoc nihil est· Et cum dicit q Sco· habet pro inconuenienti q filius habeat essentiam duobus modis· Dico q Scotus sic intelligat q non habetur in filio essentia diuina alio ⁊ alio modo habendi vt dans esse filio· hoc patet arguendo contra Henri· vbi dicit q si essentia diuina esset quasi materia ⁊ esset terminus formalis generationis: tunc filius duobus modis habendi haberet eam vt dantem sibi esse essentiale: ⁊ sic filius esset bis deus· vide in presenti·q· ¶ Ad tertium dico q essentia diuina per productionem habet tantum esse cōmunicatum in filio· Et sic patet responsio ad omnia sequentia ipsius Ocham·

Idē pt esse seipso pri⁹ ⁊ posteri⁹·

Idē Ocbā vbi·s·Scoti rōes soluere conat᷑·

Deinde respondet Ochā vbi supra ad rationes doc· ⁊ primo illas auctoritates concedit dicens q potest forma dari cōmunicari siue prestari producto q̄uis non sit terminus formalis talis productionis: sicut si deus crearet materiā sub forma preexistente: illa forma cōmunicaretur tali cōposito per illam productionem: ⁊ tamen non esset terminus formalis talis productionis· ¶ Dico q hec responsio (vt patet ex·s·dictis) non soluit rationem Sco·q2 ex quo essentia diuina vi productionis cōmunicatur filio vt dans eē essentiale filio: sequitur q non potest dari nisi vt terminus formalis productionis· ¶ Si dicatur q etiam ꝓprietas filij habetur in filio vi generationis ⁊ tamen non erit terminus formalis· ¶ Dico primo q illō voco terminum formalem productionis quo productus ex vi productionis est simile producenti: siue similitudine formali: siue similitudine virtuali: que distinctio patet·s·d·3·q·8· Et sic per solam entitatem quiditatiuam vltimate constituentem productum in esse quiditatiuo productum ex vi productionis est simile producenti: ⁊ q2 filius in diuinis ex vi productionis sue non est similis producenti per proprietatem ypostaticam: ideo talis proprietas non potest dici terminus formalis· ¶ Dico secundo q terminus formalis potest capi dupliciter· vno modo pro eo qui est termin⁹ principalis· alio modo pro termino quodāmodo concomitante: ⁊ tunc essentia diuina dicitur terminus formalis primus siue principalis: ⁊ attributa dicunt᷑ termini formales concomitantes siue quodāmodo denominatiui: ⁊ breuiter omne illud qđ fundatur in essentia diuina potest dici terminus formalis concomitanter tamen: ⁊ de hoc·j·patebit· Et qđ dicit d materia· Dico q posito q anima intellectiua Francisci sit creata in instanti·a·⁊ in aliquo tempore sequenti crearetur corpus organicum: ⁊ post communicet᷑ ipsi corpori ex quo corpore ⁊ anima constituitur Franciscus in esse: adhuc illa anima posset dici terminus formalis respectu compositi: q2 per illam habetur vltimate esse quiditatiuum· Et si ipsa anima eadem productione qua Franciscus producitur esset cōmunicata Frācisco: vere diceretur terminus formalis productionis terminate ad Franciscum vt ad terminum totalem· In proposito autem essentia diuina tantum habetur in filio vi eiusdem productionis qua filius producit᷑ vt terminus totalis.

Elidit ꝓlarisio ocb·

Eēntia diuina ē for-lis termin⁹ ⁊ pncipal᷑: attributa vero min⁹ pricipalis·

Grego·tamen vbi·s· respondet ad has auctoritates que responsio parum differt a responsione data ab Ocham· ⁊ dicit q dari per generationem alteri pōt intelligi· Primo sm proprietatem locutionis: ⁊ sic oē quod datur per generationem distinguitur ab eo cui datur: nec est illud siue detur ei vt subiecto· sicut forma datur materie a generante: siue detur ei vt habenti seu toti: vt anima potest dici dari animali· idest q animal per generationem habet animam· Et eodem modo potest dici q materia datur animali q2 a generante habet materiam: ⁊ vtroq3 modo minor est falsa· v3·q essentia sic detur filio per generationem· Secundo modo potest intelligi dari per generationem filio a patre ita q nascendo est filius a patre: ⁊ in huiusmodi sensu maior idem valet ac si diceretur· Omne qđ filius est nascendo a patre siue per hoc q nascitur a patre est ⁊c· Et patet q est falsa: q2 filius non solū habet nascendo vt sit essentia: sed etiam vt sit filius ⁊ persona: non enim est intelligendum q filio detur essentia vt sit aliquid quod sit in eo vt in subiecto: vel vt pars eius intrinseca: sed vt aliquid quod ipse est: ⁊ sic non est aliter intelligendum filium habere essentiam q̄3 ipsum esse essentiam· ¶ Dico q concedendo essentiam dari filio per generationem sic filius

Grego· rn̄det ad auctoritates ·s·

Cōfutatio responsionis Gre·

esse

esse essentiam sive idemptice sive formaliter non cu/ro: non tamen ex hoc saluat quin sit terminus formalis generationis. Ex quo .n. essentia est id quo filius ex vi productionis sue est similis sive idem producenti: sequitur q̄ ipsa erit terminus formalis generationis.

Ochaȝ vbi supra r̄ndet ad .2. argu.

¶ Ad secundum argumentum doc. r̄ndet Ochaȝ q̄ argumentum doc. procedit ac si poneretur q̄ relatio esset terminus formalis sed non ponitur ipsa relatio terminus formalis: sed tantum ipsa persona constituta ex essentia ⁊ relatione.

Ad r̄nsionē Ocham.

¶ Dico q̄ hec responsio non soluit rationeȝ Doc. ratio .n. procedit ex vno supposito .s. q̄ in productione filij detur aliquis terminus formalis: quia ipse filius est terminus totalis generationis: quod suppositūȝ supra probatum est. Et ideo Doc. addit loquendo de termino formali distincto contra terminum totalem: aut essentia est terminus formalis ⁊ habetur propositum: aut relatio. non .n. alius potest haberi. si relatio. Cōtra. quia perfectus qd̄ hr̄ vi pductiōis est terminus formalis: q2 voco terminum formalem illud qd̄ ex vi productionis habetur vt vltimum constitutiuum in esse essentiali ⁊ quiditatiuo. si ergo relatio eēt terminus formalis gn̄atiōis ex vi talis generationis non posset haberi essentia diuina vt supra patuit.

Terminus formalis quid sit.

Idē Ochaȝ r̄ndet ad tertiuȝ doc.

¶ Ad tertium respondet Ochaȝ dicens q̄ talis vniuocatio (qualis est in generatiōe diuina) stat cum hoc q̄ essentia nō sit terminus formalis: quia ad illam vniuocationem que est ibi sufficit q̄ generans ⁊ generatum sint vna substantia: ⁊ q̄ illa substantia non differat nec a generante nec a generato.

Responsio Ocham improbatur.

¶ Dico q̄ ista responsio non soluit rōnem doc. vt patet ex supra expositis: quia sustinēdo q̄ filius ex vi productionis sue dicatur vniuoce generari: sine eē simile producenti ex vi generationis quod idem est: oȝ assignare aliquid in filio quod habeatur vi generationis illius per quod filius sit similis quiditatiue patri: illud non potest esse proprietas vt patet. nec etiam filius vt filius: ergo erit essentia. Si ergo per essentiaȝ dicitur formaliter similis patri ex vi productiōis sue: sequitur q̄ essentia erit terminus formalis generationis. sicut etiam patet in creaturis vbi compositum est simile producenti ratione termini formalis habiti virtute illius productionis. Et ex his que dixi patent alia que dicit Ocham.

Opi. Doc.

Ita tenendo cum doctorib⁹ antiqs. Hic doc. intendit declarare qualiter ista propositio sit vera. filius generatur de substantia patris. Et primo declarat qd sit generatio vt mutatio ⁊ generatio vt productio tantū: ⁊ hec lr̄a clara est. Et hoc idem supra expositum est dist. 2. pte. 2. q. 3. ⁊ sic pȝ quomodo filius non generatur de substantia patris vt de materia vel vt de quasi materia: quia quod sic generatur habet materiā que est subiectuȝ mutationis vel quasi mutationis. ¶ Secundo dico q̄ negata omni materialitate ⁊ quasi materialitate ista est simpliciter vera. filius generatur de substantia patris. vbi per ly de: non tantum notat̄ efficientia vel origo: quia tunc creature essent de substātia dei: quia effectiue sive originatiue sunt immediate a deo. nec per ly de: tantū notat̄ consubstantialitas: quia tunc pater esset de substantia filij: quia sicut pater est consubstantialis filio: ita filius est consubstantialis patri: sed notatur simul origo ⁊ consubstantialitas vt .s. in casuali huius prepositionis de: denotatur consubstantialitas cum dicitur de substantia. sic q̄ filius habet eandem substantiam cum patre: ⁊ per illō quod construitur in genitiuo cum isto casuali: notat̄ principium originans. hoc casuale intelligitur per ly patris: casuale prepositionis de: est substantia cuȝ dicitur de substantia. Et sensus huius propositionis filius est de substantia patris est iste. filius est originatus a patre vt consubstantialis ei. Et sic patet ista littera. ¶ Ibi. Ad intellectuȝ huius affirmatiue qua dicitur filius est de substantia patris: dico q̄ intellect⁹ iste saluat q̄ filius non sit de nihilo: vere etiam saluat q̄ filius erit de substantia patris: sicut requiritur ad filiationem. Et declaratio tam primi quaȝ secundi sic est clara in littera per exempla ibi posita q̄ non oportet eam aliter exponere.

Tertio principaliter ad solutioneȝ difficultatuȝ huius. q. videndū est quomodo relatio ⁊ essentia possunt esse in eadem persona quin essentia sit materiale respectu relationis: cum nullo modo relatio sit materiale respectu eius ⁊c. ¶ Hic Doc. intendit ad maiorē dilucidationeȝ (.s. quomodo relatio est in essentia: ⁊ tamen essentia non sit quasi materia nec denominet eam: ⁊ tamen distinguat vnaȝ personam ab alia) declarare quattuor difficultates. ¶ Prima qualiter persona diuina erit vna nisi proprietas sit actus ⁊ essentia potentia. Hoc declarat per exemplum premittendo aliqua. Primo q̄ quiditas creata est quo aliqd est ens quiditatiue: ⁊ hoc non est imperfectionis: ⁊ sic dicimus q̄ homo humanitate est tale ens quiditatiue. nō sic intelligendo q̄ humanitas sit aliqua entitas vere constitutiua ipsius hominis: cum homo ⁊ humanitas in re sint penitus idem. sed quia esse totale alicuius habentis esse non potest perfectius explicari quā per abstractum illius: ⁊ sic dicimus q̄ homo humanitate quiditatiue est homo. non .n. partes constituentes ita perfecte explicant totum esse hominis ⁊ perfectius explicatur homo quiditatiue per humanitatem q̄ȝ per animam ⁊ corpus. cum humanitas dicat absolute entitatem absolutam realem ⁊ realiter distinctā a partibus tam seorsum q̄ȝ simul sumptis. vt patet a Doc. in tertio dist. 2. ⁊ ibi hanc materiam prolixe exposui. ¶ Secundo ipsa quiditas puta humanitas q2 est imperfecte actualitatis ideo diuisibilis est per illō quod contrahit ipsam ad indiuiduum: puta per proprietatem indiuidualem. Et quomodo dicatur diuisibilis vide expositionem quam feci in secundo dist. 3. ibi. An detur nā habens minorem vnitatem vnitate numerali. Et dicit Doc. q̄ tale contrahens naturam ad esse sortis dicitur actus formalis respectu nature: ⁊ natura est aliquo modo potentiale respectu eius. ¶ Tertio humanitas in sorte est aliquis actus .s. eēntialis ⁊ quiditatiuus: ⁊ precise accipiēdo humanitatē ⁊ .a. .s. proprietatem puta hecheitatem distinguendo contra se: humanitas est perfectior actus q̄ȝ ipsa hecheitas. cum humanitas sit actus quiditatiuus ⁊ eēntialis: hecheitas tamen est actus magis proprius: q2 determinans naturam ad esse hoc. modo applicando hec tria ad diuina relinquatur quod est imperfectionis. ¶ Quo ad primum. deitas de se est qua deus est deus supple adequate: quia adequatum quod vel qo ipsius deitatis est deus vt prescindit ab omni ratione suppositali. vt supra patuit distin. quarta questiōe secunda. Et similiter ipsa deitas est qua persona (cuius proprium est .a. .s. cuius persone actus suppositalis est proprius) est formaliter deus: quia pater deitate est deus. ¶ Quo ad secundum est dissimile: quia deitas ipsa per proprietatem personalem non determinatur nec contrahitur nec aliquo modo actuatur: q2

ipsa est in vltima actualitate etiam vt precedit quancunq3 proprietatem·vt supra patuit distin·2·q̄one·j· partis prime·Si·n·sic posset contrahi hoc esset imperfectionis·¶ Si dicatur·nomine essentia sit ꝓpria patri per proprietatem ypostaticam·¶ Dico q̄ non: quia tunc eadem non est in filio·potest tamen dici ꝓpria patri q̄ntum ad aliquam conditionem: puta sing3 tum est in patre est ratio formalis producendi ⁊ non vt est in filio·Sed hoc sibi accidit: quia si esset in filio vt preintelligeretur non habere productum sibi adequatum: esset ratio formalis producendi ipsi filio·

¶ Quo ad secundum erit dissimile: quia deitas ipsa per proprietatem personalem non determinatur nec contrahitur nec aliquo modo actuatur quia hoc est imperfectionis·Sed deitas de se est hec·i·q̄ ex sua ratione formali est hec·non·n·est ymaginandum q̄ deitas vt deitas sit aliquo modo prior sua singularitate·sic est de humanitate que ex sua ratione formali preintelligitur sua hecheitate·deitas·n·ex se ⁊ intrinsece est singularissima. Et sicut supra ostensum est distin·secunda questione secunda partis prime·q̄ existentia est de essentia deitatis: ⁊ existentia non potest competere nisi nature singulari: ⁊ sic videtur sequi q̄ si existentia est de essentia deitatis singularitas erit intimior existentia·Et sic patet quomodo deitas est de se hec·Et sicut habet vltimam vnitatem de se: ita ⁊ vltimam actualitate3·vltima vnitas nature diuine est tantum singularitas sicut·v·metha·distinguitur vnum in vnum numero: specie: genere: proportione·

Obiectio· ¶ Si dicatur q̄ vnitas incomunicabilis est vltima vt patet in creaturis·quia vnum singulare non videtur habere vltimam vnitatem: quia adhuc est cōmunicabile alteri: vt patet de albedine singulari ⁊ de natura singulari assumpta a verbo·S3 vnitas suppositalis sibi adueniens est vltima vnitas nature: quia tali vnitate natura magis determinatur: quia vt sic fit simpliciter incōmunicabilis quocunq3 modo·

Respōsio· ¶ Dico q̄ nō est simile: quia natura diuina singularissima non potest constitui per quodcunq3 sibi adueniens in esse incōmunicabili: quia tunc vt adueniret sibi proprietas personalis patris nō posset cōmunicari filio·¶ Quo ad tertium est aliquo modo simile: quia relatio etsi sit proprius actus persone: ⁊ essentia non sit proprius actus persone sed aliquis cōmunis actus: tamen essentia est formaliter actus infinitus: relatio autem nō est actus infinitus ex sua ratione formali: vt subtiliter ꝓbat doc·v·q·quolibe·l3 possit esse infinita per idemptitatem non tamen formaliter: quia per impossibile circumscripta deitate: manente tota ratione formali relationis ipsa relatio non erit infinita vt pat3·¶ Si queratur·si relatio non est formaliter infinita: ergo erit formaliter finita·¶ Dico q̄ non sequitur: quia inter infinitum ⁊ finitum datur medium·s·non finitū·erit ergo relatio in diuinis non infinita·Et de hoc patebit infra distin·viij·q·3·respondendo ad primū argumentum·

Inter finiti ⁊ isiniti datur medium·

¶ Sed quomodo possunt ista duo actus·s·essentie ⁊ paternitatis concurrere ad constitutiōe3 vnius puta persone patris: ⁊ neutrum sit actus alterius (actus dico perficiens vel informans: quia non est dubium q̄ paternitas non sit vt actus essentie: nō tamen perficiens neq3 determinās neq3 contrahēs: sed actus personalis non constituens essentiam in eē personali: sed constituens personam in tali esse) de hoc infra patebit distin·xxvj·querit ergo hic de actu tantum perficiente·¶ Respondeo·vnitas compositi necessario est ex ratione actus ad potentiam·sicut p3 ex pho·vij·metha·⁊·viij·metha. sed persona diuina non est composita nec quasi composita sed est simpliciter simplex: ⁊ ita vere simplex sicut est essentia·⁊ nō accipitur hic simpliciter simplex pro non ressolubili in conceptus priores quiditatiuos: quia certum est q̄ persona resoluitur in essentiam ⁊ in proprietatem·

·t·c·liij·⁊· vlti·t·c·xv·

Et vltra·conceptus simpliciter simplex vel totaliter scitur vel totaliter ignoratur: vt supra expositum est·distin·3·q·2·⁊ hoc non contingit dicere de persona·accipitur ergo hic simpliciter simplex pro perfectissime ⁊ summe simplici·¶ Qualiter aute3 stat q̄ ratio relationis in re non sit formaliter eadem ratione essentie: ⁊ tamen in eodem concurrentes non constituunt compositum vel quasi compositum·¶ Dicit Doc·q̄ hec ratio est·quia ista ratio relationis est eadem perfecta ibi·s·relatione essentie·modo perfectio idemptitatis realis excludit omnem compositionem ⁊ quasi compositionem·

Notabilis difficl'tas: ⁊ hic vī ubi doc·3ucere·

Sed circa hoc occurrit

difficultas·q2 non videtur q̄ talis idemptitas realis aliquorum cū qua stat distinctio formalis constituat compositum vel quasi compositum: vt p3 in aliis·¶ Si dicat·non ne hecheitas ⁊ natura in francisco sunt idem realiter ſm Sco·in secundo distin·3·⁊ tamen franciscus cōponitur ex humanitate ⁊ hecheitate. ¶ Secundo genus: color: ⁊ differentia puta disgregare sunt idem realiter respectu albedinis: ⁊ tamen diffinitum dicitur quasi compositum·¶ Similiter ſm Doc·in secundo dist·j·⁊ in tertio·essentia ⁊ existentia sunt idem realiter: ⁊ tamen potest dici homo quasi componi ex essentia ⁊ existentia·¶ Quarto ſm doc·in secundo distin·prima·relatio creature ad deum est idem realiter cum ipsa: ⁊ tamen hoc totum·s·relatiuum potest dici quasi cōpositum ex entitate absoluta creature ⁊ relatione illa. ¶ Quinto distin·3·j·q·3·forma a qua sumitur differentia puta rationale ab anima: ⁊ realitas illa a qua sumitur vltima differentia est realiter ide3 ipsi forme: ⁊ tamen ipsa forma puta anima: dicitur quasi componi ex illa realitate vltima ⁊ entitate in qua conuenit q̄ditatiue·ergo sic in proposito q̄muis essentia diuina ⁊ relatio sint perfecte idem realiter: ex quo tamen distinguuntur ex natura rei vel formaliter persona diuina ꝑt quasi componi ex illis·

Solō ⁊ cōcordantia·

¶ Respōdeo ad omnia simul ⁊ postea singillatim: q̄ essentie ⁊ relationis est simpliciter maior idemptitas realis q̄3 in aliquo istorum: q2 propter suam infinitatem simpliciter ⁊ absolute etia3 circumscripto omni alio quod non est idem realiter illi includit perfectissime illud·⁊ vltra quod est in vltima actualitate ⁊ ex sua ratione formali: ita q̄ nihil actualitatis potest sibi aduenire: ⁊ etiam omnes relationes sunt ibi in vltima actualitate·⁊ sic patet respōsio ad omnia argumenta·¶ Dico tamen ad primum·q̄ natura ex se non est in vltima actualitate: quia contrahitur per hecheitatem·Secundo dico q̄ non sunt sic idem realiter·cum natura ex se includat realiter q̄cq̄d sibi aduenit. nam hec est vera·homo est idem realiter Johi·⁊ differt realiter a frācisco: quia vt in Johāne est idem realiter illi: ⁊ vt in francisco differt realiter ab illo·Tertio·quia idemptitas realis est propter existentiam proprie·modo natura ⁊ hecheitas vt precedunt existentiam proprie non dicuntur realiter idem: sed quia existentia est simpliciter eadem in francisco respectu nature ⁊ hecheitatis: sic natura ⁊ hecheitas dicuntur realiter eadem·Essentia vero diuina ex se dicit totam existentiam realem ⁊ sui ⁊ omnium existentium ibi·

tiam sol·vt pz a Doc·in pluribus locis·¶ Ad secundũ de albedine·s·de colore respectu disgregationis eodẽ modo dico vt dixi ad primum·Et addo q color non est simpliciter idem differentie:nisi tantum quia idẽ perficiatur in albedine·¶ Ad tertium dico q existentia et essentia non faciunt compositionem nec quasi compositionem·Et si etiam sit aliqualis compositio·Dico q essentia suo modo est in potentia ad existentiam:et existentia aduenit essentie non vt accidens:sz vt gradus intrinsecus:et ipsa essentia non est ex se in vltima actualitate:immo vt sic nullam includit existẽtiam·sicut essentia diuina vt huiusmodi que in primo modo includit sũmam existentiam·¶ Ad quartum dico q creatura facit aliqualem compositionem cum relatione:et hoc patet per vnam propositionem Doc·in secũdo et in quol·i·Qualis est ordo inter aliqua si essent realiter distincta talis est vbi tantum ratione distinguũtur·Si ergo creatura esset realiter distincta a relatione que est ipsius creature ad creatorem:faceret compositionem cum tali relatione vt patet·talez etiam vbi nunc ratione distinguuntur vel formaliter·ergo vt sic faciunt aliqualem compositionem: sz hoc non sequitur de essentia et relatione:quia si per possibile vel impossibile talis relatio eẽt distincta realiter (cum sit tantum actus ypostaticus et nullo modo personalis) nullam compositionem faceret cum essentia diuina:et ideo nec nunc vbi tantuz est distinctio ex natura rei vel formalis·Similiter non posset vlterius actuare essentiam cum sit penitus in vltima actualitate vt supra patuit·

Lect⁹ Sco·

¶ Secunda difficultas est·quomodo relatio posset esse distinguens personam et eẽntia non distinguens quin relatio habeat rationez actus:quia actus est distinguere vt patet·vij·metha·t·c·xlix·¶ Respondeo·concedo relationem esse actuz personalem non actum quiditatiuum:quia personaliter distinguit et non quiditatiue·essentia autem est actus quiditatiuus quiditatiue distinguens non personam a persona cum sit eadem in tribus:sed distinguens personaz quiditatiue a creatura·¶ Et si dicaẽ q actus distinguens est actus eius quod non distinguit:et sic actus personalis qui distinguit erit actus essentie que non distinguit·Hoc falsum est vt talis actus comparatur ad essentiam·Sed bene verum est q vt comparatur ad naturam que distinguitur erit actus eius·sicut hecheitas dicitur actus distinguens humanitatem:quia humanitas est distinguibilis in plura singularia·essentia vero diuina singularissima et omnino indistincta est simpliciter eadem in tribus personis·dicitur ergo magis actus persone quia ipsaz distinguit ab alia persona:et nõ actus essentie diuine cum sit omnino indistinguibilis·

Relatio in diuis ypostatica magis dr̃ act⁹ psone q̃z actus eẽntie·

¶ Tertia difficultas est·quomodo potest esse relatio nisi requirat propriã rationem fundamenti·fundamentum·n·videtur esse prius relatione et quasi perfectibile per eam non econuerso·cum ergo essentia sit fundamentum istarum relationum videtur esse quasi materia illarum:et per cõsequens perfectibilis·¶ Respondeo q in creaturis ordo generationis et ordo perfectionis sunt contrarij·vt patet·ix·metha·t·c·xv·et c·¶ Sententia huius littere est·q essentia diuina est simpliciter primum primitate originis·et simpliciter primum primitate perfectionis:ita q vnum infert aliud et econtra:et per consequens ex quo essentia est simpliciter prima entitas in diuinis et primitate originis et primitate perfectionis:etiam vt prior relatione sequitur q sit simpliciter in vltima actualitate:ita q ex sua ratione formali sibi

Essentia diuina nõ est mã nec q̃si mã:sz potius appellari dz fundamẽtuz quasi p modũ forme et c·

repugnat posse actuari vel determinari vel perfici p quodcunq sibi adueniens:et per consequens si ponitur fundamentum relationum non habebit rationez quasi materie:nec quasi potentie:nec quasi determinabilis:nec quasi per modum recipientis:sed magis dicetur fundamentum quasi per modum forme i qua iste relationes nate sunt subsistere:non quidem per informationem:sed sicut subsistens dicitur esse in natura·sicut sortes dicitur subsistere in humanitate qa sortes humanitate est homo·¶ Quia tamen ista littera est aliqualiter obscura ipsam declaro·Cum dicit q illa que sunt priora generatione sunt posteriora p fectione·Hoc debet intelligi in eodem ordine·vt exponit Doc·in quarto in materia de sacramento·et i quolibe·et sic in ordine formarum substantialium posterior generatione erit prior perfectione:et ratio est:quia creature procedunt de potentia ad actum:et ideo de imperfecto ad perfectum·vt patet de generatione hois·

Littere declaratio·

Sequitur·Sed eundo ad simpliciter primuz oportet q idem sit simpliciter primum et origine et perfectiõe: etiam sm pbum ibidem.hoc patet·quia totus ordo originis reducitur ad aliquid primum perfectionis sicut ad primum originis totalis·hoc patet:quia omnes cause secunde inter quas etiaz est origo prioris et posterioris reducuntur ad aliquod primuz ens quod est simpliciter primum primitate originis:et illud erit simpliciter primum primitate perfectionis·Sequiẽ·In diuinis igitur simul debent intelligi ordo generationis et ordo perfectiõis·i·quod est simpliciter primum origine in diuinis illud est simpliciter primum perfectione·Et non debet intelligi primum origine quia ab alio originetur:sed hic intelligitur primuz origine cuius esse est simpliciter prius quocunq alio:et quod est sic primum primitate originis est etiam primum primitate perfectionis·Sequitur·Sicut igitur in creaturis si concurrant isti duo ordines semper vniformiter:puta in francisco quod est primum origine in francisco sit primum perfectione et econtra:tũc nõ quereremus primo materiam que substaret forme et secundo formam:sed quereremus primo formaz que nata esset dare actum materie et secundo quereremus materiam:que nata esset recipere ad se per illam formam·puta si in francisco forma substantialis eẽt prior materia primitate originis et primitate perfectõis: primum simpliciter existens in francisco primitate originis esset forma et posterius origine essz materia·Sequitur·Ita in diuinis incipiẽdo a primo signo nature omnino primo occurrit essentia diuina vt est eẽ per se et de se·i·vt est de se et per se existens:quod non competit alicui nature create:qz nulla natura creata habet esse supple existentie prius naturaliter q̃z in supposito.ipsa autem essentia sm Augustinum·vij·de trini·est qua pater est et qua filius est:supple deus vt ens perfectum lz non sit qua pater est pater:quia primitate est pater et deitate est deus·Sequitur·Isti igitur essentie abstractissime considerate vt priori omnibus personalibus conuenit esse per se:et in isto priori occurrit non vt aliquid receptiuum alicuius perfectionis cum sit in vltima actualitate:sed vt infinita perfectio potens in secundo signo nature cõmunicari alicui·vt quiditas cõmunicatur supposito tanq̃z formaliter existens per eam.et ita pullulant (vt quidã dicit) relationes ex ea z persone in ea et ex ea·Et quomodo dicãtur pullulare infra declarabitur distin·xxviij·q·vltima·dicuntur tamen pullulare ex ea ex hoc q est principium simpliciter primum omnis originatiõis:

⁊ persone dicuntur pullulare in ea ex hoc ꝙ dicuntur subsistere in essentia diuina ⁊ ex ea: ex hoc ꝙ est prima entitas a qua omnis proprietas ypostatica suo modo dicitur habere esse· Sequitur· Nō quasi quedam forme dantes esse sibi·i·ꝙ persone non pullulāt ab essentia diuina vt quedam forme dantes esse sibi: vel vt quasi quedam supposita in quibus ipsa essentia diuina recipiat esse puta existentie· cum sit simpliciter ens·s.per se existens: sed dicuntur pullulare ab essentia huiusmodi supposita siue proprietates vt quibus ipsa essentia dat verum esse existentie· vt quo formaliter illa supposita sunt et quo sunt deus· ⁊ ita relatio pullulans·s·relatio originis cum sit per se subsistens: vel ꝙ magis videtur ratio per se subsistendi: ipsa supple relatio pullulat non vt forma essentie: sȝ vt nata esse deus ipsa deitate formaliter: non ꝙ relatio originis dicatur deus formaliter: quia hec est falsa· paternitas est deus vt est predicatio formalis: lȝ sit vera vt est predicatio identica· persona tamen constituta per huiusmodi relationem erit formaliter deus· Et sic patet lr̄a· ¶ Ibi· Exemplum huius potest accipi in creaturis ⁊c· Doc· in ista littera ponit quattuor exempla que omnia essent ad propositum si non ēēnt cum mutatione· Et quia primum ⁊ tertium sunt cū mutatione ideo relinquit illa· Tertium tamen est aptius· primo quia Sco· intendit probare ꝙ eadē essentia diuina virtute productiua existente in patre est in filio ⁊ in spiritu sancto: ⁊ sic tertium exemplum est magis aptum: quia ponit ꝙ si materia cordis virtute actiua ipsius animati ēēt sub forma capitis ⁊ sub forma pedis: ista duo tota·s·compositum ex forma capitis ⁊ ex illa materia cordis· Et similiter compositum ex forma pedis ⁊ ex illa materia pedis essent vere producta· Secundum autem ⁊ quartum sunt ad propositum: quia non est ibi mutatio· Quartum tamen est magis ad propositum: quia ponit ipsam animam existentem in corde virtute productiua ipsius animati posse esse eandem in capite ⁊ in pedibus: ita ꝙ hoc compositum ex materia capitis ⁊ ex ipsa anima: ⁊ similiter compositum ex materia pedis ⁊ ex ipsa anima essent vere producta· Et si caput ⁊ pes essent duo supposita per se subsistentia: ⁊ non essent partes alicuius totius· Et vltra· si ipsa anima non informaret cor nec materiam capitis nec pedis: sed esset ipsa natura in qua ista tria dicerentur subsistere·s·cor caput ⁊ pes: exemplum esset omnino ad propositum· Nā ipsa essentia diuina ex semetipsa ⁊ non per productionem neqȝ per cōmunicationem sui est in patre: ita ꝙ pater dicitur subsistere in illa ex semetipsa: ⁊ eadem est in filio ⁊ spiritu sancto per generationem ⁊ spirationem· ideo secunda ⁊ tertia persona dicuntur producte ⁊ vere subsistere in essentia diuina ⁊ hoc per ꝓductiones· Et vltra· iste tres persone non dicuntur partes alicuius totius: sed sunt tria supposita penitus incōmunicabilia: nec essentia diuina est in eis sicut forma informans: nec relationes ille sunt in essentia diuina sicut actus perficientes vel forme informantes: sed sicut subsistentia in natura in qua vere dicuntur subsistere· Et sic patent ista exempla·

Nota hanc declaratōē ꝑ diuinis personis·

Obiectio Doc·

Contra istud obijcitur·

quia terminus formalis generationis cōmunicatur: igitur presupponit illud cui cōmunicatur· essentia autem non presupponit relationem sed econuerso· ergo essentia non cōmunicatur relationi· Et potest esse quarta difficultas: quia aliquid ibi cōmunicatur ⁊ illud erit ibi formalis terminus: ⁊ presupponit illud cui cōmunicatur· essentia autem non potest presupponere relationem cui cōmunicetur: ergo econuerso. Et ita relatio cōmunicatur essentie: ⁊ tunc relatio erit terminus formalis relationis ⁊ essentia quasi materia: cuius oppositum probatum est supra· ¶ Respondet Doc· ꝙ productio est alicuius termini primi·i·est alicuius producti primi adequati includentis aliquid in ratione formalis termini ipsius productionis: ⁊ aliquid in rōne subsistentie in tali termino· vt patet in Francisco producto· productio·n· Francisci terminatur ad Franciscum vt ad totale productum in quo natura humana est terminus formalis productionis· ⁊ ratio suppositi siue singularitas est conditio ipsius producti vt supra declaraui· Sequitur· Ideo contradictio est respectu ꝓductionis hec separari·s·terminum formalem ⁊ rationem subsistentie inquantum·s·productione habēt esse· Et ratio· quia generatio terminatur ad compositum vere subsistens· vt patet· vij· metha· quod de necessitate includit naturam ⁊ hecheitatem siue rationē subsistentie· Sequitur· Lȝ absolute prioritas ēēt vnius ad alterum·s·nature ad rationem subsistendi etiā quantum ad separari sine contradictione considerando ipsa absolute: non inquantum per productionem habent esse·i·lȝ·n· natura humana vt natura sit in se prior ratione singularitatis ⁊ ratione subsistendi sic ꝙ nullam istarum includat: vt probat Doc· in secundo distin·3· In productione tamen qua compositum ꝓducitur est impossibilis separatio vnius ab altero· cum productum vtrunqȝ de necessitate includat.

Solu·

Et ex hoc sequitur ꝙ natura est terminus formalis ꝓductionis: quia nulla entitas simpliciter perfectior termino formali productionis potest haberi per productionem· vt supra expositum est· ¶ Tunc ad formā argumenti dico ꝙ cōmunicatum inquantum productione cōmunicatur non presupponit illud cui cōmunicetur nec econuerso· Exemplum· Si deus crearet nunc naturā angeli in angelo creato: natura simplex angeli esset terminus formalis creationis: ⁊ ratio subsistendi esset conditio ipsius producti: ⁊ tunc diceremus ꝙ per creationem cōmunicatur angelo talis natura: ⁊ tamen illa natura non presupponit rationem subsistendi cui cōmunicetur nec econtra· ratio subsistendi presupponit naturam cui cōmunicetur· Sic in proposito· quando dicimus ꝙ natura diuina cōmunicatur filio quia ista cōmunicatio non est alicui iam existenti: sicut est in alteratione vbi forma ſm quā est alteratio cōmunicatur alicui subiecto preexistenti· Sed ista cōmunicatio·s·essentie est alicui vt sit: ideo nec natura cōmunicatur ante productionem suppositi: quia tunc cōmunicaretur non producto nec etiam econuerso: suppositum est anteqȝ natura cōmunicet̄: lȝ absolute cōmunicatum sit prius ratiōe propria suppositi prioritate perfectionis: ⁊ etiam prioritate essendi siue originis· Et hec quia in deo essentia est formaliter infinita relatio autem non· vt vero intelligit̄ cōmunicata producto non est prior ratione suppositi nec econtra· cum productum vt huiusmodi eqȝ simul includat vtrunqȝ·

Cū arguitur ad principale

per Augustinum· vij· de trini·c·vj· Hic Doc· respondet ad argumenta principalia·q· Argumentū primū positum in principio·q· quo probat ꝙ filius non generetur de substātia patris stat in hoc·s· in dicto Augustini qui dicit personas ex eadē eēntia nō dicimus·

¶ Rn̄det

¶ Respondet Doc. q Augustinus ibi subdit q̄si aliud
sit ibi essentia et aliud persona. Similiter concedo q
non proprie dicitur aliquam personam esse de essen-
tia absolute vt supra patuit: sed addendo cum essentia
aliquam personam originantem. Et sic dicimus q fi
lius est de substantia patris vt expositum est supra.
¶ Secundo arguitur. Constructio alicuius cum suo
genitiuo non notat maiorem distinctionem constru-
ctibilium q̄z prepositio cum suo casuali quando addi
tur eidem constructibili: ergo nō maior distinctio no
tatur hic. filius est filius essentia patris: q̄z q filius sit
filius de essentia patris: sed non conceditur cōmuni-
ter q sit filius essentia patris: ergo nec debet concedi
q sit de substantia patris. ¶ Respondet doc. dicens
q lz Augustinus dicat filium esse filiuz substantia pa
S. Bona. pmi distin. tris vt patet. xv. de tri. c. xix. vel. xl. Et lz Doc. quidā
dicat illam esse propriam: tamen videtur probabilius
q quandocunq̄z relatiuum construitur cum aliquo
in tali habitudine casuali in qua aliquid natum est
terminare illaz relationem vt correlatiuum: tunc con
struitur cum illa precise vt cum correlatiuo. vt cū dici
tur filius patris filius: et sic talis constructio tantum
notat habitudinem vt ad suum correlatiuum: et vt sic
non notat consubstantialitatem cum altero. si ergo fi
lius diceretur filius essentie: tunc essentia poneretur
ibi precise vt correlatiuum vt patet. Et ponit exēpluz
Doc. et patet in littera. Debet ergo exponi Augusti-
nus sicut ipse exponit. filij charitatis sue. i. filij sui di
lecti. Et tunc ad argumentum ibidem cum arguitur
q ad illam est de essentia sequitur ista: ergo est essen-
tia. Nego consequentiam. quia consequens notat re
lationem esse inter filium et essentiam sicut suum cor-
relatiuum quod non notat antecedens: sed tantum cō
substantialitatem in essentia cum origine notata in il
la &c. Et sic finis huius. q.

¶ Distinctio sexta. q. vnica.

Utrum deus pater genuit deum filium voluntate? Titulus. q. quo mo do intelligi possit in littera clare exponit a Doc.



In ista qōne. videntur esse due difficulta
tes. Una qualiter pater ge
nerat filium volens. Alia
quomodo saluetur q pater
non generat filium volunta
te vt principio productiuo.
¶ Quantum ad primum.
Hen. in su. arti. lviij. q. 2. et Goff. quolibe. v. q. iiij. Hic ponitur opinio Hen.
in sūma articulo. lviij. q. secūda. qui dicit q pater nō
generat filium volens: sed tantum necessitate natura-
li. sicut ignis calefacit lz actu generandi quasi iam po
sito voluntas patris quasi complaceat in illo. ¶ Et
hoc probatur sic a Goffre. quolibe. v. questione. 4.
Et ratio stat in hoc supponendo vnum. s. q intellectō
patris est generatio filij: ita q intelligere patris sit ip
se filius. modo intellectio est prior volitione. Et q ip
sa intellectio sit ipsa gignitio filij siue ipse filius pro-
bat. Primo quia eiusdem potentie non sunt duo ac-
tus: quia potentie distinguuntur per actus. secundo de
anima. t. c. xxxiij. Sed gignere filium siue dicere ver-
bum in deo est potentia intellectiua et intelligere simi
liter. ergo dicere est formaliter aliquod itelligere et nō
nisi patris et patris. ergo intellectio patris vt patris
est gignitio. ¶ Ista ratio innititur minori false. s. q in
telligere et gignere sunt simpliciter idem: ex quo sequi
tur conclusio falsa. s. q pater non proprie volens di-
cit. Doc. ergo intendit in ista littera quattuor ostēde-
re. primo q hec sit simpliciter falsa. intelligere et gigne
re sunt simpliciter idem. secundo q sequatur tale con
sequens falsum. s. ergo gignitio filij vt filij pcedit quā
cunq̄z volitionem patris. tertio respondebit ad pro-
bationem minoris false. et quarto quomodo debeat
vitari illud consequens falsum et oppositum teneri.
¶ De primo contra illam opinionem. ¶ Hic probat
Doc. q intelligere et dicere non sint idem formaliter.
Et ratio stat in hoc. Illa differunt formaliter quorū
vnum ex sua ratione formali est perfectio simpliciter
et alia non est perfectio simpliciter. hec est nota. Sed
intelligere patris est perfectio simpliciter. patet quia
pater intellectione et volitione est formaliter beatus:
non est autem formaliter beatus nisi in perfectōe sim
pliciter: cum beatitudo sit vltima perfectio patris. gi-
gnere autem non est perfectio simpliciter: quia nulla
relatio dicit perfectionem simpliciter. vt patet subtili
ter a Doc. in quolibe. q. prima et quinta. et patere po
test exponendo auctoritatem Ansel. de perfectiōe sim
pliciter. vt Doc. exponit supra distin. secunda parte
secunda. q. prima. et infra distin. viij. sed prolixius in
v. q. quolibe. Tum etiam si dicere esset perfectio sim-
pliciter: tunc filius et spiritus sanctus non essent sim-
pliciter perfecti: quia non omnis perfectio simpliciter
esset in eis. ¶ Secundo sic. Ista ratio stat in hoc. q
actio differt a factione in hoc q actio est vltimus ter
minus et factio non est vltimus terminus: et per con-
sequens differunt. Uult dicere Doc. q ex quo intelle
ctio dicitur actio et productio in diuinis non potest di
ci actio. ergo ista abinuicem differunt. ¶ Nota tamen
q loquendo de actione de genere actionis de qua di-
citur in predicamentis. Actio est hm quaz in id quod
subijcitur agere dicimur. Et sic accipitur actio pro re
spectu agentis ad passum: et intellectio hoc modo nō
est actio vt supra patuit distin. tertia questione. iiia.
respondendo ad vltimum argumentum principale: sz
in proposito accipitur actio pro operatione cui nō cor
respondet aliquod productum: factioni autem corre-
spondet aliquod productum extra vt patet. Et simili
ter productioni vt productio est: vere correspondet ali
quod productum ad quod terminat: et per consequēs
intellectio patris et productio filij non sunt eadem res
formaliter. Sed de ista differentia actionis et factiōis
vide diffuse in quolibe. questione. xiij. ¶ De secundo.
Littera stat in hoc supponendo vnum concessum a
Magistro: q pater volens generat filium: quo suppo
sito ex illo antecedēte prius facto. s. intelligere patris
et gignere sunt idem: sequitur hoc consequens mani-
feste falsum. s. ergo proprie volens generat filium. q
autem hoc consequens sit falsuz patet in littera: quia
ex quo prima intellectio patris est ipsa gignitio et illa
precedit omnem volitionem: ergo pater tali gignitio-
ne non potest dici gignere filium volens. Si dicatur
q filio genito postea complacet sibi et ex hoc dicatur
volens. Patet q si volitio sequitur gignitionem q
nunquam pater dicitur generare volens. ¶ De tertio
ad argumentum illud de distinctione potentiarū per
actus dici posset q illud veruz est de actibus adequa
tis aliter non: quia potentia illimitata eadem manēs
potest habere plures actus. Sed de hoc supra di. 2.
parte secunda. diffuse expositum est.

Opi·s·tho· ·i·parte su· q·34·ar·i· ꝛ in q̄·quo/ lib·vj·q·z·

Aliter dicit quidam Doc·hic ponitur responsio Henri·quolibe·vj·q·3·q intellectus vt intellectus habet illum actum qui est intelligere·secundo habet istum actum qui est dicere:scḋm q iam factus est in actu per intelligere:sed illud improbatum est supra di·secunda parte secūda·q·iiij·¶ Aliter respondeo·Hic Doc·dat responsionem propriam q eadem potentia potest habere duos actus quorum vnus sit de genere qualitatis sicut est intellectio·alius qui dicatur productio·lʒ ergo eadem potentia habeat tantum vnum actum qui dicatur de genere qualitatis qui dicatur operatio:(ꝛ sic intellectus tantum habet intelligere ꝛ non habet velle nec sentire que sunt operationes distinctarum potentiarum·lʒ·n·actus qui est de genere qualitatis sit cōmunis omni potētie operatiue:)tamen ille potentie per distinctos actus de genere qualitatis sibi adequatos distinguntur·vt potentia visiua distinguitur per actum videndi sibi adequate a potentia auditiua·Et sic est in proposito de intellectu diuino qui tantum habet vnum actum qui dicitur operatio que est qualitas absoluta·ꝛ vltra istum habet alium qui dicitur actus productiuus·¶ De quarto dico·Hic Doc·declarat scḋm intentionem propriam quomodo pater potest dici proprie volens generare filiū:quia pater in primo signo originis intelligit formaliter:ꝛ tunc etiaʒ potest habere actum volendi formaliter·In secundo signo originis gignit filium:nec tantum vult illam gignitionem volitione sequēte illā sed volitione habita in primo signo originis qua volitiōe pater formaliter vult:presupposita aliquo modo intellectione qua pater intelligit:non autem gignitione verbi·sic ergo dico q pater volens generat nō tantum voluntate consequente sed volūtate antecedente·

Dubitatio·

In ista tamen littera occurrit dubiuʒ·ex quo in primo instanti originis non est gignitio filij:ꝛ voluntas non potest velle illam nisi prius ab intellectu cognitaʒ:quomodo tunc ab intellectu cognoscitur nō intuitiue?quia illa est existentis inquantuʒ existens·modo in illo primo signo generatio filij nō est existēs nec abstractiue:quia talis cognitio est imperfecta·ergo nullo modo cognoscit illam:ꝛ per consequens voluntas non vult illam:ꝛ sic pater non generat volens·¶ Ad hoc dubium dic vt infra exposui distin·x·in responsione ad argumenta principalia·Contra tamen hunc modum ponendi de istis signis arguunt Grego·ꝛ Johānes anglicus presenti distin·que argumenta adducam in fine·q·Arguit ꝛ Ochaʒ contra huiusmodi signa distin·ix·primi·ꝛ ad argumenta sua respondi infra distin·xij·vide ibi·

Quantum ad secundum articuli·videtur q pater non producat filium voluntate tāq̄ȝ principio productiuo:quia principium productiuum vnius rationis in diuinis non potest habere duas productiones vnius rationis·vt clare probat Doc·in secunda questione quolibe·nulla·n·productio ibi est vnius rationis nisi vnica quia adequata·ergo cū spiritus sanctus producatur per modum voluntatis vt principij productiui sic non producitur filius·¶ Sed in isto articulo videtur esse difficultas propter verba Augustini:qui videtur attribuere gignitionem voluntati in nobis vt principio productiuo·Et auctoritates clare sunt in littera·¶ Quantum ad istum articuluʒ·

Jo·rodiston Hic Doc·primo ponit opi·Johānis rodiston qui dicit q quando dicitur pater voluntate generat filium·si ly voluntate:teneatur aduerbialiter pro voluntarie·hec est vera.pater voluntate·i·voluntarie generat filium·si vero teneatur ablatiue tunc est falsa:quia vt sic voluntas ponitur principium elicitiuum generatiōnis·Et hanc responsionem doc·non improbat·

li·i·d·vj·q· vnica·

¶ Quicquid sit de ista distinctione non videtur dicēdum q pater filium genuerit voluntate vt principio elicitiuo siue proximo siue remoto·De proximo patet supra quia principium vnius rationis est tantū principium vnius productionis eiusdem rationis·De remoto patet·quia sicut voluntas vt est principium operatiuum aliquo modo posterius operatur q̄ȝ intellectus:ita vt est principium productiuuʒ aliquo modo posterius producit q̄ȝ intellectus:ꝛ ita non erit cā superior neq̄ȝ productiua productione que est ꝓprie intellectus·Et quomodo voluntas dicatur posterius productiua ꝛ operatiua supra patuit distin·secunda·parte secunda·¶ Propter istas tamen auctoritates Augustini expono istam litteram·Dicit doc·q in nobis non est tantum vnicus actus intelligendi qui sit de genere qualitatis·i·q non est in nobis tantū vna intellectio numero neq̄ȝ tantum vna gignitio nūero:ꝛ si actus intelligendi ꝛ gignitio essent idem:tunc voluntas nostra nullam causalitatem haberet in ratiōe actus intelligendi qui est de genere qualitatis:neq̄ȝ in ratione actus gignendi qui est de genere actionis:patet quia actus intelligendi ꝛ actus gignendi si sunt idē ꝛ actus intelligendi est tantum vnus·Et similiter actus gignendi de necessitate precedit omnem actū voluntatis tam illum qui est volitio(quia volitio presupponit cognitionem)q̄ȝ illum qui est gignitio:quia actus gignendi voluntatis presupponit actum volendi:quia potentia prius est operatiua q̄ȝ productiua vt supra patuit distin·secunda parte secunda·ꝛ clare patebit in secundo distin·prima questione prima·Sequitur·In diuinis igitur cum non sit in patre nisi vnicus actus intelligendi·vt supra probatum est distin·secūda parte prima questione prima respectu illius actus voluntas patris non habebit aliquam rationem principij vel cause:patet quia ille actus maxime vt terminatur ad essentiam diuinam est prior omni actu volūtatis·Sequitur·Cum etiam non sit nisi vnicus actus dicendi respectu illius voluntas non habebit rationē principij:quia voluntas sicut operando ita producendo sequitur aliquo modo intellectuʒ·Sequitur·Potest tamen voluntas vt complacēs non vt principiās habere actum respectu illius gignitionis:ex hoc q voluntas vt operans in patre non presupponit gignitionem:sed tantummodo intellectionem illam qua pater formaliter intelligit:lʒ voluntas vt productiua sequatur gignitionem·Sequitur·In nobis autem vere sunt auctoritates Augustini:que omnes debent intelligi non de prima intellectione:quia illa non est in potestate voluntatis vt supra patuit distin·3·q·vi·ꝛ clare expositum est in distin·xiij·secundi Doc·Sʒ q̄ intellectus noster potest habere aliam ꝛ aliam intellectionem respectu alterius ꝛ alterius obiecti:voluntas nostra imperio suo potest intellectum firmare in aliquo obiecto:ꝛ auertere ab vno obiecto ꝛ conuertere ad aliud:ꝛ inquantum imperio suo firmat intellectū in cognitione obiecti intendit illam intellectionem:vt patet a Doc·in secūdo distin·xlij·ꝛ illa intellectio vt sic firmata potest dici verbum amore productum:sic q memoria sit principium proximuʒ ꝛ voluntas principium remotum·inquantum etiam auertit intellectum

De actu intelligendi ꝛ gignitione in nobis·

ctum ab vno obiecto ⁊ conuertit ad aliud obiectum (quod contingit imperando cognitionem illius) talis cognitio sic imperata potest dici verbum amore productum: ⁊ hoc modo exponantur dicta Augu· Sed nullum istorum potest esse in voluntate diuina respectu verbi diuini siue respectu intellectionis vt patet· ¶ Contra istud arguitur q Augustinus non tantum intelligit in nobis sed etiam in verbo: quia nunquam videtur assignare actum volendi voluntati vt est tertia pars ymaginis: nisi illum qui est coniungere parentem cum prole: ⁊ hoc modo habet causalitatem aliquam respectu gignitionis prolis· ergo ista pars vt est pars ymaginis nihil representabit in prototypon nisi voluntas diuina habeat aliquo modo sic coniungere· coniungere·n· parentem cum prole nihil aliud est nisi vel firmare memoriam in cognitione: vel auertere intellectum ab vno obiecto ⁊ conuertere ad aliud vt supra exposui· ¶ Respondeo· Dicit doc· q si Augustinus multotiens assignat voluntati actum illum qui est coniungere parentem cum prole: tamen aliquando sibi assignat alium· vz· dilectionem eiusdem obiecti· Et patent auctoritates in littera· ¶ Ibi· Et concurrunt isti duo actus in voluntate nostra· s· actus intelligendi obiectum ⁊ actus copulandi parentem cum prole: quia ipsa amans obiectum amat etiam notitiam eiusdem obiecti: ⁊ ex amore obiecti prius tamen cogniti ab intellectu mouet intelligentiam· i· intellectum formatum actuali cognitione ad intelligendum illud· supple obiectum copulans ipsam memorie de qua ipsa formetur· i· copulans ipsam intelligentiam memorie· i· obiecto presenti intellectui: quod vt sic ptinet ad memoriam vt supra exposui distin· 5· q· vij· de qua supple memoria ipsa intelligentia formetur: ⁊ tenens eam· supple intelligentiam siue intellectum formatum actuali cognitione in tali coniunctione: ⁊ per hoc in actuali cognitione obiecti· Sequitur· Istorum autem duorum actuum voluntatis in nobis principalior est ille qui est dilectio obiecti: quia ille est causa quandoque dilectionis· actus tamen alius· s· dilectio actus est vniuersalior: quia respectu etiam obiecti mali diligimus actum cognoscendi licet non obiectum· Et quando dicit Doc· q dilectio obiecti est causa dilectionis actus: non debet intelligi de causa effectiua: quia tunc dilectio actus non esset essentialiter libere producta: patet quia dilectio obiecti si poneretur causa esset tantum causa per modum nature· Et vltra· non apparet quomodo vna operatio voluntatis sit causa producti ua alterius operationis· ideo accipitur hic causa magis pro occasione siue pro quadam inclinatione: quia voluntas habita dilectione obiecti cogniti statim inclinatur ad dilectionem cognitionis eiusdem obiecti· Sequitur· Voluntas igitur in nobis vt est pars ymaginis representat voluntatem in deo inquantum voluntas nostra est principium producendi actum diligendi circa idem obiectum: quia voluntas in diuinis que est principium producendi amorem adequatum essentie diuine: est obiectum primum memorie diuine intelligentie ⁊ voluntatis: ⁊ ille amor productus est spiritus sanctus cui correspondet in nobis dilectio producta: que dilectio frequenter ab Augustino vocatur voluntas: sed voluntas proprie in nobis que est potentia non correspondet spiritui sancto: sed vi spiratiue que est in patre ⁊ filio· vt supra patuit distin· tertia questione vltima· Et sic patet ista littera· ¶ Tamen quantum ad intentionem Augustini de dilectione copulante parentem cum prole: dicit quidam Doc· q illa dilectio

Coniungere parentē cū prole·

Diligimus actū noscēdi malum: licet nō obiectum ipsius·

He· quoli· 6·q·5·

copulans loquendo respectu actus sentiendi est inclinatio facta in potentia per speciem sensibilem· Et littera clara est· ¶ Argumenta principalia cum suis responsionibus in textu ⁊ littera patent·

Quidam nunc arguit contra Doc· probando q huiusmodi signa originis que dicta sunt in primo articulo non sunt ponenda· Et dicit q ista verba Doc· non possunt stare: quoniam vel sunt verba sine intellectu· vel penitus falsa· Unde prioritas originis proprie loquendo non est alia quam prioritas causalitatis: extendendo nomen causalitatis quomodo plures sancti dicunt vnam personam esse causam alterius· sicut Augu· Criso ⁊ Damasce ⁊c· Si ergo in hac prioritate volumus assignare primum ⁊ secundum vel prius ⁊ posterius: producens est primum origine: ⁊ productum secundum· Cum igitur dicitur q pater in primo signo originis formaliter intelligit· vel nulla alia prioritas connotatur in predictis verbis· Et sic est sensus q pater in primo signo originis· idest in patre intelligit: ⁊ in secundo signo idest in filio gignit filium quod non est intelligibile· vel est idem quod dicere q pater ex se ⁊ non a filio habet intellectionem· ⁊ hoc est habere in primo signo· ⁊ habet a filio quo gignat filium: ⁊ hoc est gignere in secundo signo originis: ⁊ patet q ista verba aut omnino carent intellectu: aut impossibilitatem implicant: nec sic faciunt ad propositum nostrum· Nullus enim dubitat q pater ex se voluerit gignere filium: quapropter si non aliud intelligitur cum dicitur antecedenter voluisset generasse non est ad propositum· Si vero alia prioritas intelligatur qua· s· non solum intelligatur filius esse a patre ⁊ pater esse principium filij: sed et aliquo modo prefuisse filio: ⁊ prius intellexisse ⁊ voluisse quam genuisse: sic q in illo priori in quo intelligebat vel volebat nec erat generatio nec filius vt verba ⁊ rationes eorum pretendunt: sic ex toto falsum est quod dicunt· quod patet primo· ¶ Nam impossibile est patrem prius intellexisse quam fuerit· si ergo intellexit in primo signo: in primo signo fuit· aut ergo in illo signo fuit pater vel non: secundum dici non potest: quia sequeretur q pater primo fuit quam esset pater: ergo in isto signo fuit pater· ergo in illo signo genuit· nam eo pater quo genuit· ¶ Secundo impossibile est prius fuisse perfectam notitiam patris quam fuerit eius verbum perfectum· ergo impossibile est patrem prius intellexisse quam dixisse verbum· consequentia patet· quia pro nullo priori potest intelligi patris intellectionem fuisse aliquid imperfectum: nec verbum prius esse quam a dicente aliquid sit dictum· antecedens patet per Augustinum 15· de tri· c· 15· qui vult q verbum dei nullo modo possit vere cogitari prius fuisse formabile quam formatum: quod tamen oporteret dicere si intellectio patris aliquo modo precessisset ipsum verbum· Ratione etiam patet· quia si posita perfecta notitia actuali patris non ponitur simul verbum: non apparet qualiter postea verbum formetur· ¶ Tertio Aut in primo signo filius habuit esse aut non: si non: cum postea habuit esse: sequitur q habuit esse post non esse quod est erroneum· si habuit esse: ergo in illo signo fuit generatio eius· ¶ Quarto secundum hanc viam vt patet in reportatis di· 6· q· 2· ⁊ alibi intellectio est prior volitione in ipso patre· Nam vt dicit in questionibus reportatis q intelligere patris precedit velle: ⁊ velle precedit dicere sicut ⁊ intelligere: quia dicere non est intelligere· ⁊ volitio prior est generatione filij· ⁊ sic habemus illa tria signa seinuicem precedentia

Grego· de Ari· in primo di· 6·

ꝛ sequentia: in quorum primo est intellectio: in secun
do volitio: ꝛ in tertio generatio filij: sed eadem ratione ne
quia in patre preueniunt intellectio ꝛ volitio genera-
tionem filij: in filio similiter preueniunt intellectio ꝛ
volitio seiunce ꝛ spiratio spiritus sancti: sicq; erit
alia tria signa post illa tria: et per consequens in di-
uinis erunt sex signa: ꝛ tantum in vltimo erit spiritus
sanctus que omnia absona sunt. ¶ Item non appa-
ret qua prioritate intellectio precedat volitionem ꝛ vo
litio generationem nisi prioritate originis: ex quo se-
quitur quod intellectio patris sit causa volitionis eiusdē
quod est impossibile: nec isti volūt. Et sic similiter vo
litio erit principium generationis quod in eadem .q.
ipsi negant ex toto. ¶ Quinto intellectio patris ꝛ vo-
litio eiusdem sicut eius essentia est ipse filius: igit̄ nul
lo modo ipsum precedunt. ¶ Dicendum igitur quod non
genuit pater filium voluntate antecedenter sicut etiā
dicit magister in littera. Similiter non est dicendum
quod pater voluntate subsequenter genuerit quasi volū-
tate antecedente. cum nulla talis in eo poni possit.
tunc .n. vt arguit Augustinus .xv. de trini. c. xx. muta
bilis esset voluntas diuina quod est impium dicere.
¶ Dico ergo quod voluntate genuit concomitanter: acci-
piendo ly voluntarie non vt libere contingenter sed vo
luntarie .i. complacenter. complacuit .n. sibi summe
pater in generatiōe filij sui predilecti. iuxta illō Mat.
c. iij. Hic est filius meus predilectus in quo mihi be
ne complacui. Et hoc est quod magister dicit cū ait.
quod pater volens genuit filium. Hec ille. Et sic patet
opinio illius.

Ad ratiões Gre. sз pri-
us declarat̄
positio doc.

Respondetur ad illum. Et pri⁹ premit
to aliqua. Primo quod ordo prioris ꝛ posterioris potest
accipi multipliciter. primo quod illud quod dicit̄ prius
vltra entitatem propriam dicat aliquam mensuram
sm̄ quam dicitur prius alio. sicut dicimus quod Franci-
scus est prior tpe Iohāne: quia ponitur in aliquo tē-
pore tanq; in mensura in qua nō ponitur Iohānes.
Et sic dicimus quod vna substantia in se est prior alia nō
tempore: cum per se non mensuretur tempore: vt pa-
tet a Doc. in secundo distin. secunda. sed euo: quia po
nitur in aliquo euo priori in quo non ponitur alia sub
stantia: siue mensura que dicitur euum sit successiua
siue non: de qua doc. in secundo vbi supra. pro nūc nō
est querēdum. Sic ergo ponimus aliquam mensurā
quodāmodo extrinsecam mensurantem entitatem ali
cuius. secundo modo aliquid prius dicitur altero sic
intelligendo: quod vna entitas quantum est ex parte sua
de necessitate presupponitur alteri: sic quod pro aliquo
signo dicitur prior: non quod talis entitas prior dicatur
prior in aliquo instanti distincto a tali entitate ꝛ men
surātiuo eiusdem entitatis: sed sic dicit̄ prior quod si pos
sent dari aliqua instantia que dicerentur instātia mē
suratiua que dicerentur instantia nature vel instātia
originis: siue alia instantia que pro nunc non habent
nomina imposita: vere mensurarentur tali instanti pri-
ori. Et intellectus posset habere cognitionem per pri

Hic vide d̄
multiplici
prioritate: ꝛ
quō diuina
essentia dr̄
prior oī at-
tributo ꝛ ꝓ
pcetate ypo-
statica.

us terminatam ad entitatem priorem ꝛ per posterius
ad entitatem posteriorem. Et ex hoc sequitur quod essen
tia diuina est sic prior omni attributo ꝛ omni proprie
tate ypostatica. Sequitur etiam quod intellectus diui-
nus est prior voluntate: ꝛ quod intellectio est prior voli-
tione: ꝛ quod generatio filij est prior spiratiōe: quia si hu-
iusmodi priora haberent aliqua instantia mensurati-
ua: esset verum dicere quod vnū est prius alio in aliquo
instanti: quia vnum ponitur in aliquo instanti priori
in quo non ponitur posterius. Nec dico (vt alij ymā
ginantur) quod talis prioritas in diuinis sit tantum per
actum intellectus nostri: nec tantum per actum colla
tiuum intellectus diuini: quia si per impossibile nul-
lus intellectus actu consideraret: adhuc essentia diui
na esset aliquo modo prior relatiōe diuina: sic quod si eēt
nata mensurari aliqua duratione in qua essent plura
instantia: per prius mensuraretur q̄ȝ relatio: ꝛ hoc po
nendo nullum sequitur inconueniens. q̄ȝtum .n. est
ex parte sua nata est per prius terminare actum in-
tellectus q̄ȝ relatio. Secundo premitto quod quando di
cimus. pater in aliquo instanti priori intelligit: ꝛ i ali
quo instanti posteriori gignit. non intelligo quod pater ī
seipso formaliter intelligit. Sed sic intelligo quod si dabi
le esset aliquod instans distinctum ab entitate patris
mensurans ipsum patrem: esset verum dicere pater ī
aliquo instanti intelligit in quo non gignit: quia in in
stanti mensurante intellectionem patris. Dicimus er
go patrem in aliquo instanti priori intelligere in quo
non gignit: sic quod intellectio q̄ȝtum est ex se prius inest
patri q̄ȝ generatio. Sicut si per impossibile separaretur
terminus a motu quod est mensura motus: aliqua ps
motus diceretur prior alia: sic quod verum esset dicē ali
qua pars motus est in aliquo priori tempore q̄ȝ alia
.s. quod si haberet tempus extrinsecum vt mensura: vere
esset prius in aliqua parte temporis in quo non esset
alia. Sed quia non possumus ita explicite exprimere
huiusmodi prioritatem ꝛ posterioritatem nisi ꝑ aliud
ꝛ aliud instans vel originis vel nature: ideo magis ad
exprimendum conceptum nostrum dicimus quod pater
in aliquo instanti priori intelligit: ꝛ in aliquo instanti
posteriori gignit: ac si vere essent ibi huiusmodi instā
tia: quod bene nota. Et ideo non sequitur illud quod
dicit Grego. presenti distin. ꝛ distin. ix. Et Iohānes
anglicus presenti di. hm. Et Ocham in primo di. ix.
vз. quod si pater in secundo instanti gignit filiuз: ergo pa
ter gignit in filio: quia non accipitur secunduз instās
pro filio nec pro aliquo distincto a filio. Sed sic dicit̄
filius gigni in secundo instanti ac si esset genitus i ali
quo instanti distincto. Nec similiter sequitur quod si pa
ter in aliquo instanti priori formaliter intelligit: ergo
pater intelligit in patre: quia non pono tale instans
esse essentiam patris nec aliquid distinctum a patre:
sed sic quod si pater possit habere huiusmodi instantia:
esset verum dicere quod pater in aliquo instanti priori i-
telligit. sicut etiam dicimus quod quies alicuius corpo-
ris est prior in aliquo tempore q̄ȝ quies alterius cor-
poris: ꝛ tamen quies non habз tempus pro per se mē
sura: vt patet quarto phisi. Sed si habe et tempus ꝓ
mensura: tunc esset verum dicere quod quies .a. est prior
in aliquo tempore quiete .b. Tertio premitto quod instās
originis aliquando accipitur a doc. pro instanti natu
re sicut in ꝓposito. pater in aliquo instanti priori ori-
ginis formaliter intelligit: ꝛ in aliquo instanti poste-
riori originis gignit. accipitur ibi instans originis ꝓ
instanti nature. Et hoc tamen modo vt exposui supra
distin. prima questione secunda. Et sic non sequitur
quod dicit Grego. quod tunc intellectio est originatiua
filij. Aliquando accipitur instans originis vere origi-
natiue sic intelligendo. quod illud quod habet esse in se-
cundo instanti originis sit vere originatum ab eo q̄d
habet esse in primo instanti originis: ita quod habēs eē
in primo instanti originis vere producit illud quod di
citur habere esse in secundo instanti originis. Sic ta-
men intelligendo: quod tale producens est prius ipso ꝓ-
ducto. Et hoc modo loquitur doc. in secundo distin.

Aliquando
instās origi
nis accipit̄
ꝓ instanti
nē: ꝛ alijs
modis.

pri. nā

prima questione prima. vbi dicit q̄ pater est prior origine filio: quia pater quicquid habet habet a semetipso: et filius est posterior origine: quia quicquid habet habet a patre. Et similiter quando dicit ibidem q̄ pater prius origine spirat spiritum sanctum et filius posterius origine. i. q̄ pater habet a semetipso vim spiratiuam et filius eandem vim habet a patre. Et sic patet quomodo diuersimode accipiuntur instātia originis a Docto. Et ex his patet facilis responsio ad obiectiones Grego.

Ad primam rōnem Gre.

¶ Ad primam quando dicit q̄ tunc sequitur q̄ in patre intelligit etc. et in secundo signo idest in filio gignit. Responsum est supra. Si tamen volumus ponere in diuinis instantia nature et instantia originis aliquo modo distincta non tantum per operationem intellectus: sed ex natura rei. sicut etiam ponimus ibi eternitatem esse mensuram omnium que ponuntur in diuinis distinctam ab ipsis mensuratis. Ex hoc non video aliquod inconueniens. Et sic patet q̄ in aliquo priori instanti nature vel in aliquo alio formaliter intelligit: et in secundo instanti gignit. Et sic sustinendo hanc positionem vel aliam patet responsio ad omnes rationes Gregorij.

Ad secūdā.

¶ Ad secundam rationem Grego. dico breuiter q̄ intellectio patris est prior gignitione filij. ¶ Pro cuius intelligentia est notandum q̄ si intellectio absolute comparetur ad generationem actiuam patris: siue ad paternitatem quod idem est. est prior ipsa generatione: quia omnis perfectio simpliciter est prior proprietate ypostatica: vt supra patuit distinctione prima: secunda. et alibi sepe. et generatio actiua constituit patrem in esse patris. vt infra patebit distinctione vigesimaoctaua questione vltima. et in quolibe. questione quarta. ¶ Deinde notandum est quod eo modo quo essentia diuina et attributa habent ordinem adinuicem: eo modo etiam habent vt sunt in aliqua persona. Sicut enim essentia diuina absolute sumpta est prior attributis: sic etiam vt est in patre et in filio: et sicut intellectio est prior paternitate siue generatione actiua absolute sumpta: sic vt est in patre.

Quare ī diuinis dr̄ prius intelligē q̄ꝫ gignere.

Et quia pater dicitur formaliter intelligens intellectione et formaliter gignens gignitione: sequitur quod prius dicitur intelligere formaliter quam gignere. Et cum dicis pater est tantum pater per generationem illam: ergo pater inquantum pater non prius intelligit. Responsum est et est simile. sicut dicimus homo est prius animal quam rationale: et tamen homo non dicitur homo vltimate nisi per rationale. Dicimus ergo quod homo est prius animal. ex hoc quod animal preintelligitur in homine ipsi rationali. sic in proposito. Et sic patet responsio ad argumentum.

Ad tertiā.

¶ Ad tertiam. Cum querit aut in primo signo filius habuit esse aut non. Dico quod non. Et cum infert. ergo habuit esse post non esse. Dico quod non esse precedere esse potest intelligi multipliciter.

Non eē precedere esse multiplex sensus est.

Primo quod non esse filij precedat aliqua duratione esse ipsius. Et hoc non. Vel non esse filij precedat ipsum esse aliquo instanti originis: et hoc nō est inconueniens. Vel non esse filij precedat esse ipsius filij aliquo instanti nature: loquendo de instanti nature proprie sumpto: de quo Doctor in secundo distinctione prima questione secunda. et in tertio distinctione tertia questione prima. Et quod ponitur habere esse prius in aliquo instanti nature sic sumpto semper precedit aliqua duratione. vt patet a doctore in tertio distinctione tertia. Accipiendo vero instans pro aliquo instanti priori natura non positiue: sed magis priuatiue sic intelligendo: quod ipsum non esse quantum est ex parte sua actu inesset nisi preueniretur ab aliquo agente dante esse: et hoc modo concedo quod si filius non produceretur a patre dante sibi esse: non esse quantum est ex parte sua sibi inesset. Et hoc modo potest concedi quod haberet esse post non esse. Et de hoc satis patere potest a Doctore in isto primo distinctione secunda parte prima. questione prima. et distinctione octaua questione vltima. et in secundo distinctione prima questione secunda. et in tertio distinctione tertia questione prima. et alibi sepe.

Ad quartā.

¶ Ad quartum patet responsio ex his que dicta sunt ad secundam rationem. Ex illa enim responsione non sequuntur tot instantie vt iste ponit. Si etiam ponerentur ille sex instantie non video ex hoc sequi aliquod absurdum vel impossibile. Oporteret enim ipsum probare ipsam impossibilitatem. Quod enim inconueniens est dicere quod intellectus est prior voluntate: et in aliquo instanti intellectio est prior volitione: et in alio instanti generatio est prior spiratione. et post in alio instanti intellectio producit creaturas in esse cognito: et post in aliquo instanti voluntas producit illas in esse volito. Et sic patet responsio ad Grego. Et ex his que dixi si bene intelligunt: omnes alie rationes facte contra hanc positionem docto. facillime solui possunt: et sufficere possunt ista pro responsione ad rationes Johānis anglici Bachonis et Ocham etc. Et sic finis huius distinctionis.

¶ Distinctionis septime questio vnica.

Utrum potentia generandi in patre sit aliquid absolutū vel proprietas patris?

Titulus. q. non intelligitur de principio quod generationis: quia apud omnes certum est q̄ pater est principium quod generans. Sed intelligitur de principio quo pater generat siue de ratione formali generandi.



Hic est opinio talis. Hic ponitur opinio Thome q̄ illō quo pater generat est essentia ꝑpter hanc rationem. quia generans assimilat sibi genitū in forma qua agit: filius autem assimilatur patri ī essentia nō in ꝓprietate. ergo essentia erit ratio formalis generandi.

.S. Tho. pri. pte su. q. xlij. art. v.

Et declaratur ratio: quia sicut in creaturis proprietas indiuidualis non est ratio agendi sed natura in qua indiuidua conueniunt: ita in diuinis proprietas personalis que correspondet proprietati indiuiduali in creaturis non erit ratio agendi vel gignendi. ergo tantum natura diuina. Et ab ista positione non discrepat Doc. nec contra hoc arguit. ¶ Ibi. Contra istud arguitur multipliciter. Hic Doctor recitat aliqua argumenta quorundam qui nituntur improbare positionē Tho. Et quia hec eadem argumenta videntur esse contra positionem doc. qui tenet expresse q̄ essentia diuina vna cum intellectu est ratio formalis generandi. vt patebit in corpore. q. ideo recitando ista argumenta singillatim soluam sicut et doc. soluit in fine questionis. Primū ergo argumentū contra Tho. et Sco.

est tale. Omnis forma sufficienter elicitiua alicuius actionis si per se est per se agit illa actione: patet de calore separato. cum ergo deitas sit aliquo modo prior personis et est per se elicitiua generationis. ergo se sola potest generare.

Hic p ordine p. mutantes facte c Tho. et c. et solutiones earum doctoris.

Quia autem aliqua argumenta contra primã opi. sunt contra me respondeo ad illa. ¶ Hic Doc. respondet ad argumenta facta cõ Tho. quia etiam sunt cõtra positionem propriam. Et ad primum argumentum dat duas responsiones. prima q̃ ista propositio. ois forma elicitiua actus si per se est per se agit illa actiõe habet maiorem euidentiam in essentia diuina q̃ in forma creata: quia deitati correspondet suum proprium et adequatum quod prescindens ab omni ratione suppositali. s. ipse deus per se et actualissime existens. vt supra patuit distin. iij. q. z. Et sicut deus vere intelligit et vere operatur: ita quantum est ex se potest generare. sicut distin. iij. q. z. dictum est q̃ ista est primo vera. deus creat vt prescindit ab omni ratione suppositali. Illa autem maior non est sic vera in creaturis: quia nulla forma que est ratio formalis agendi vt prescindit a ratione suppositorum est per se stans et per se existens: deus autem vt non includit aliq̃d suppositũ est ens infinitum perfectissime et actualissime per se existens: et si posset habere aliquod productum eiusdẽ nature realiter distinctum: posset vere generare illud. Et quia inter generans et genitum est semper distinctio realis: ideo oportet ipsum deum esse in aliquo supposito realiter distincto a producto: et sic requirit suppositum vt sit in potentia propinqua ad agendum. Et hec est secũda responsio. Requiritur ergo suppositum generans vt conueniens huic actioni: quia ista actio est inter aliqua realiter distincta: deus autem a nullo in diuinis realiter distinguitur: ideo vt dicatur ratio formalis agendi proxima oportet vt sit in supposito conuenienti. Et hanc responsionem bene nota.

Contradictio apparens.

Hic tamen occurrit vna difficultas in hoc q̃d dicit doc. q̃ essentia diuina nõ põt habere hãc actionem nisi sit in supposito cõuenienti realiter distincto a producto. Videt. n. primo q̃ sibi cõdicat: q: in. q. quarta quoli. expresse tenet q̃ ipsa actio nõ presupponit suppositũ vide ibi. Tum etiã p rõnem. quia si presupponit suppositũ. ergo suppositum erit prius ista actiõe: cuius oppositũ determinatũ est in quoli. q. iiij. et sustinendo q̃ prima psona constituat in esse p relationem ad secũdã. vt p3 infra dist. xxviij. q. vltima. et in quoli. q. iiij. ergo si relatio siue generatio actio constituit primũ suppositũ: ipse deus nõ presupponit illud ad hoc vt dicatur in potẽtia pxima ad agendum. ¶ Rñdeo conformiter his que dixi supra distin. j. et vide ibi singularem expositionem. ¶ Secũdo arguit cõtra Tho. Producentis et forme qua producens producit eadẽ est relatio ad productum. vt p3. z. phisicorum. t. c. 38. et. 5. methaphisice. t. c. z. et primi. vbi vult q̃ ad idem genus cause et principij ptinẽt ars et edificator. nam edificator est principium quod: ars vero principium quo: siue ratio formalis edificãdi. ergo si essentia sit qua pater generat: habebit essentia relationem realem ad genitum sicut et pater. ¶ Respondet doc. q̃ dictum philosophi est verum de causa et causato vbi causa non tantum realiter distinguitur a causato; sed et forma qua agit: quia causato cõmunicatur alia forma realiter distincta: in diuinis autem eadem essentia per generationem cõmunicatur filio: et ideo licet pater distinguatur realiter a filio non tamen essentia. ¶ Tertio arguitur. quia forma inquantum est in qua assimilãtur generans et genitum non habet nisi vnitatem rationis. vt accipitur a Dama. li. primo. c. viij. ergo nec entitatem nisi rationis. cum ergo essentia diuina sit id in quo assimilantur generans et genitum: non poterit esse ratio formalis generandi: quia vt sic habet tantum vnitatem rationis. ¶ Respondet doctor q̃ vnitas nature create vt prescindit ab omni singularitate habet ex natura rei aliquam vnitatem minorem vnitate numerali. vt diffuse probat ipse in secũdo distin. tertia. nullo. n. intellectu cõsiderante ignis generaret ignem sibi similem in natura. Et illud quod dicit Dama. intelligitur de vnitate numerali qua generans assimilatur genito: que in creaturis tantum est vnitas rationis: sed impossibile est q̃ aliqua vna natura numero secundum esse reale sit in pluribus suppositis: non sic in diuinis. Sed quomodo vnitas numeralis secundum rationem possit esse in pluribus suppositis. vide expositionem quam feci in distinctione tertia questione prima secundi docto. ¶ Quarto arguitur cõtra Thomam. forma non est principium agendi nisi inquantum agens est in actu per eam: non est autem in actu per ipsam nisi inquantum est in ipso: non est autem in ipso agente nisi vt est hec. ergo vt hec est principium: et sic natura vt natura non est ratio agendi. ¶ Respondet Doctor q̃ cum dicitur. forma est principium agendi inquantum est in hoc. dicit quod concludit pro se: quia illud absolutum quod est patri potentia generandi: non est potentia generandi filio: quia si essentia vt essentia esset ratio generandi in potentia propinqua: tunc vt in filio esset ratio generandi: sed quia non est ratio generandi in potentia propinqua nisi vt in supposito patris: patet quod vt in filio non erit ratio generandi ipsi filio. ¶ Quinto arguitur. Hic Doc. intendit probare q̃ ratio generandi sit proprietas indiuidualis in creaturis vel proprietas personalis in diuinis. Et ratio stat in hoc. quia productio per prius est distinctiua quam assimilatiua: patet quia omnis productio est distinctiua non autem omnis est assimilatiua: forma autem que est principium producendi non est distinctiua nisi inquãtum hec: nisi sit assimilatiua inquantum forma. ¶ Respondet Doc. q̃ prius secundum consequentiã non semper est prius secundum causalitatem: p3 quia bene sequitur. ignis: igitur calidus: et non econuerso. ergo calidum est prius secundum consequentiam: et tamen ignis est prius secundum causalitatem ipso calore: et ita concedo q̃ distinguere est prius in generatione quam assimilare. i. cõmunius: sed distinguere non est perfectius in generatione quam assimilare: quia distinguere conuenit et generationi imperfectissime inquantum est forma vt hec: assimilare conuenit sibi inquantum est forma absoluta et perfectior erit ratio forme quam ratio singularitatis vt patet. ¶ Ioi. Concedo tamen argumentum contra opinionem ponentem tantum distinctionem rationis et nõ concludit contra me. sicut patebit in sequenti distin. ¶ Dicit Doctor quod si natura vt prior est singularitate sit tantum ens rationis: statim sequitur q̃ generatio erit perfectior inquantum distinctiua quam inquantum assimilatiua: patet quia est distinctiua secundum singularitatem que dicit entitatem realem: et est assimilatiua secundum naturam absolute sumptam: que vt sic est tantum ens rationis: et sic

sic generans ⁊ genitum vt precise conueniunt in natura que dicit tantum vnitatem rationis tantum ratione distinguuntur. Sed hoc argumentum non est contra Scotum qui ponit naturam absolute sumptam dicere vnitatem realem minorem tñ vnitate nũerali·vt patebit·j·di·viij·q·z·in rñsione ad primũ argumẽtuz principale·⁊ clarius in secũdo dist·3·q·j·❡ Secto instatur ꝯ pbationem quã facit Tho·vbi dicit ꝙ generans assimilat sibi genitũ in forma qua agit. Contra hoc arguitur · Tum quia brutum generans brutum assimilatur ei in spẽ: ⁊ tamen forma specifica bruti non est principiũ generandi sed potentia generatiua· Tum quia in augmentatione carnis calor est principium actiuũ·vt pȝ secũdo de anima·t·c·50·⁊ tñ illo supple calore generat caro animata similis generanti in forma vegetatiua·❡ Respondet Doc·dicens ꝙ iste instantie non valent: quia ibi cõicatur vtraqȝ forma ⁊ forma principalis actiua ⁊ imediata·est·n·caro genita animata ⁊ habens calorem genitum aliqualez naturalem· Sed an caro sit ratio formalis generandi carnem: prolixe videri habet in quarto·in materia de eucharistia·

Aliter dicitur ꝙ generationis in diuinis oportet dare aliquod principium positiuum quia actio est positiua· Hic recitat opinio Henri·qui dicit in sententia ꝙ essentia est principium elicitiuum generationis: sed nõ põt esse principium determinate actionis nisi determinet· ⁊ sic relatio erit principium nõ elicitiuum sed determinatiuuz ad talem vel talem actionẽ·❡ Contra. Jndeterminatio est duplex·quedam est potentia passiua vt indeterminatio materie·⁊ quedam potentie actiue illimitate ad plures effect⁹· Et ista duplex ideterminatio clara est hic in littera·⁊ supra patet dist·3·q·vij·parum añ responsionem ad argumenta principalia·⁊ ibi aliqualiter exposui· Cum ergo indeterminatum potentie actiue illimitate seipso determinat ad agendũ·i·per formam propriam: sequitur ꝙ cum essentia diuina sit indeterminata indeterminatione potentie illimitate ad agendum seipsa hoc est per propriam entitatem põt se determinare·ergo non per relationẽ sibi additam· ❡ Confirmatur·quia talis indeterminatio principij actiui: lȝ sit ad disperata non tamen est ad contradictoria·intelligendo de indeterminatione principij actiui per modum nature vt pȝ de sole: sed non per modum voluntatis: quia voluntas ex sua ratione formali propter sui libertatem est indeterminata ad contradictoria· Et littera clara est·❡ Item secundo·quando aliquod principium actiuum est indeterminatum ad aliquos duos effectus non ex equo·sed fm ordinem naturalem ex se sufficienter determinatũ est ad primum illoꝝ·⁊ posito primo est determinatũ ad secũdũ·essentia aũt diuina est hmõi ⁊ pȝ lr̃a·❡ Iteȝ tertio·relatio est rõ suppositi agentis·igit̃ si est determinatiua principij quo habebit duplicez rationẽ principij respectu generatiõis·vnam inquãtũ est rõ agentis: ⁊ aliam inquantum est rõ determinatiua principij agendi: ⁊ sic ipsa mediabit inter seipsam ⁊ actionem: q: ex quo paternitas est conditio agentis: quia est proprietas prio ⁊ sic est posterior ratione formali agendi: ⁊ ex alia pte ponitur ꝙ sit determinatiua rationis formalis agẽdi· ergo erit prior seipsa vt est conditio agentis: ⁊ actio sequitur ⁊ rationem formalem agendi ⁊ suppositum agens·ergo paternitas mediabit inter seipsam ⁊ actionem quod est falsum· ❡ Item quarto sic·natura vt natura ponitur principiuȝ elicitiuum istius actionis· ipsa autem vt natura non est determinabilis fm Dama·li·3·c·vj· Proprietates determinant ypostases non naturam vt natura·i·ꝙ ipsa relatio que est proprietas personalis est ratio distinguendi personam· filiatio·n·in diuinis est ratio distinguendi filiuȝ a patre: ⁊ ideo est actus persone distinguens vnuz ab alio ⁊ nullo modo est actus nature·non posset autem determinare essentiam nisi esset essentia·❡ Item quinto·relatio fm Henri·tantum ratione differt a fundamento·ergo non potest esse principium determinatiuum ad actum realem: quia nihil concurrit ad rationem alicuius principij respectu actionis realis nisi reale·❡ Item sexto·quod dicitur de relatione determinatiua in creaturis videtur falsum·Et patet lr̃a·

Ad·q·igitur respondeo· Ista littera clara est·Et primo distinguit de potentia primo accipit̃ potentia pro potentia logica ⁊ quid sit patet in littera·⁊ supra patuit distin·secũda parte secunda·q·tertia·in responsione ad argumenta principalia· Secundo accipitur potentia vt distinguitur contra actuȝ sicut dicimus ꝙ ens diuiditur per actuȝ ⁊ potentiaȝ: vt patet quinto methaphisice·⁊ ista potentia non est in deo: quia quicquid est ibi est in vltima actualitate: vt supra patuit distin·secunda·Tertio accipitur potẽtia pro potentia reali que est proximum fundamentũ relationis agendi vel patiendi·Sicut dicimus ꝙ calor est potentia agendi· Et hic in proposito tantum querimus de potẽtia agendi que adhuc distinguitur: quia potest accipi vel pro significato vel pro connotato·pro significato dicit tantum relationem·pro connotato dicit aliquod absolutum·accipiendo potentiã pro significato non est presentis speculationis: sed accipiendo pro connotato siue pro absoluto·tunc queritur quid est illud absolutum in diuinis quo mediante pater posset generare· Accipiendo potentiam ergo pro tali absoluto potest adhuc distingui: aut accipitur illud absolutum in se: aut accipitur illud absolutũ pro omni circũstantia requisita ad actionez· Primo modo tale absolutum potest dici ratio formalis agẽdi potentia tamen remota·Secundo modo potest dici ratio formalis agendi potentia propinqua· Et ista distinctio de potentia pro fundamento propinqua ⁊ remota accipitur a philosopho·ix·methaphisice·t·c·x· Nam ibi habetur expresse de potentia propinqua· inquit·n·ibi· Potentia vero talis quando appropinquant fm ꝙ est possibile eis de actiuo ⁊ passiuo: necesse est vt quedam agant ⁊ quedam patiantur · Et parum infra·Ergo omne quod habet potentiam fm rationem necesse est cum fuerit appetens illud quod habet potentiam non habet illud: ⁊ fm quod habet de appetitu etiam semper erit cum passiuum fuerit propinquum: ⁊ habuerit potentiam actionis in hac dispositione: ⁊ si actio potest ad hoc ⁊ non indigetur addere in sermone: ⁊ si non fuerit aliquod extrinsecum ⁊c· Ibi·Commen·Ergo omne quod habet potentiam idest ergo necesse est cum ratiocinatus habuerit magnum appetitum ad illud quod potest agere: vt agat illud secundum suum appetitum ⁊ suum posse: sed non agat nisi quando patiens fuerit propinquum ei ⁊ habuerit in tempore actionis istam dispositionem quam dicimus ·scilicet appetitum ⁊ potentiam ad agere·Deinde dicit·Et si actio potest ⁊c·i· Et non indigemus cũ hoc ꝙ potentia possit agere ⁊ addere nisi aliqđ extrinsecum impediat: quoniam sufficit in hoc quod dicimus ꝙ potentia potest agere qñ cuȝ fuerit

Margin notes: Hẽ·quoli· 3·q·3·⁊ısũ· ar·lvij·q·7· — Jmprobatio Henri· — De potẽtia multiplici·

illic impediens tunc potentia non poterit. hec ille. Et sic patet expresse quod ibi intendit de potentia que habet omnia requisita ad agendum que tunc vocatur potentia propinqua. Sed de potentia primo modo hoc est de potentia absolute sumpta qua aliquid potest agere: patet a pho. ix. metha. t. c. 2. ubi n. distinguit Aristo. potentiam accipi multipliciter. vide textum cum commen.

Loquendo tunc de potentia. i. de primo fundamento ipsius relationis precise sumpto dico quod potentia generandi patris non est relatio sed aliquid absolutum. Primo ergo Doc. probat quod potentia generandi in patre non est aliqua relatio puta paternitas. Et probat multiplici medio.

Pro parte negatiua.

Primo supponendo vnum communiter concessum quod productio filij et productio spiritus sancti sic distinguntur: quod productio filij est naturalis et per modum nature: et productio spiritus sancti est libera et per modum voluntatis. Sed si relatio esset ratio formalis generandi et spirandi: sequeretur quod vtraque productio esset naturalis et per modum nature. probatur quia omnes productiones que dicuntur per modum nature sunt a principio formali productiuo per modum nature: et omnes productiones que denominantur libere sunt a principio formali productiuo per modum voluntatis. Sed nulla relatio potest esse ratio formalis producendi aliquid libere: patet quia sola voluntas est ratio formalis sic producendi. Et vltra si paternitas in patre est ratio formalis producendi filium per modum nature. ergo et spiratio actiua in patre et filio erit ratio formalis producendi spiritum sanctum per modum nature. probatur consequentia quia omnis relatio eque naturaliter respicit suum correlatiuum. si ergo vna respicit suum correlatiuum per modum nature et reliqua similiter. Secundo si paternitas est ratio formalis gignendi (cum paternitas et generatio actiua sint penitus idem licet nomine differant. vt infra patebit distin. xxviij. q. vltima. et in quol. q. 4.) sequitur quod idem erit principium suiipsius: quia si paternitas est principium generationis et generatio est penitus idem quod paternitas. ergo idem erit principium sui. Tertio quia tunc paternitas esset simpliciter perfectior filiatione. probatur consequentia dupliciter. Primo quia illud quo producens producit si non est eiusdem rationis cum forma producti: continet eam virtualiter et est perfectius ea: patet quia tota perfectio agentis semper sumitur a ratione formali agendi. vt supra exposui dist. prima. q. 2. Cum ergo paternitas sit alterius rationis a filiatione et est ratio formalis producendi filium qui dicitur filius per filiationem. ergo simpliciter erit perfectior filiatione. Secundo quod est ratio formalis alicui agendi dicit perfectionem in illo: sed paternitas per te est ratio formalis generandi filium. ergo erit aliqua perfectio in patre: filiatio autem non est ipsi filio ratio formalis agendi nec ad intra nec ad extra. ergo paternitas erit perfectior generatione. hoc autem est manifeste falsum: quia tunc persone non essent equales in perfectione.

Pro parte affirmatiua.

Partem affirmatiuam sic probo. Hic Doc. intendit probare quod ratio formalis generandi in patre est simpliciter aliquid absolutum. primo sic. Quod est perfectionis in principio productiuo non tollit ab illo rationem principij productiui: sed communicare se in idemptitate numerali et adequata communicatione sibi ponit perfectionem in principio productiuo. ergo hoc non tollit ab aliquo rationem principij productiui. Ista ratio Doc. est satis euidens. Illi. n. qui dicunt paternitatem esse rationem formalem generandi et hoc dicunt: quia videtur impossibile quod idem numero sit ratio formalis generandi et per generationem sit communicatum producto: quia inter rationem formalem generandi et rem communicatam per talem generationem productam: videtur aliqua distinctio. Cum ergo essentia diuina eadem numero que est in patre sit per generationem communicata filio: non videtur possibile quod in patre sit ratio formalis generandi siue communicandi seipsum filio. videtur. n. quod communicari alicui in idemptitate numerali auferat ipsi communicato rationem principij productiui. Hoc ergo intendit principaliter probare quod communicare se in idemptitate numerali non auferat ab eo rationem principij productiui. Et hoc probat ibi. Sed si deus per impossibile generaret alium deum: et ille alius tertium: deitas poneretur principium productiuum alterius et non relatio: et tunc deitas non communicaret se in idemptitate numerali: nec communicaret se communicatione adequata sibi in ratione principij productiui: quia deitas posset esse principium alterius communicationis puta facte per impossibile a secundo deo. ergo cum modo deitas communicetur in idemptitate numerali et communicatione adequata sibi: ita quod deitate non potest esse alia communicatio numero eiusdem rationis cum ista: sequitur quod multo magis modo ponetur absolutum esse principium productiuum quam tunc poneretur. Et breuiter pro clariori intelligentia premitto aliqua. Primum quod idem numero possit esse in pluribus suppositis: ita quod in vno sit ex semetipso et in alio sit per aliquam productionem: sicut nunc de facto essentia diuina ex semetipsa est in patre. vt infra patebit distin. xxviij. q. vltima. et eadem per generationem est in filio et per spirationem in spiritu sancto. Secundum quando aliqua sunt eiusdem rationis si vnum sit principium formale agendi et reliquum. hoc patet quia ratio formalis agendi consequitur entitatem quiditatiuam. vt supra exposui distin. j. q. 2. et dist. 3. q. vj. Tertium naturam simpliciter eandem numero posse diuersis suppositis communicari est perfectionis omnino illimitate. vt. s. notaui di. 2. parte. 2. q. 3. Si. n. communicare pluribus idem specie est maioris perfectionis quam communicare idem genere. ergo communicare pluribus suppositis in perfectissima idemptitate que est idemptitas numeralis: hoc erit tamen infinite perfectionis. vt infra patebit di. xxviij. si ergo idem specie communicare pluribus non aufert ab eo quod communicatur quin sit principium formale productionis per quam communicatur. a fortiori si aliquid eiusdem speciei communicatur in idemptitate numerali non aufert ab eo quin illud quod communicatur in tali idemptitate sit principium formale alicuius productionis per quam communicatur: cum hic modus sit perfectissimus: et sic patet littera Doc. Et exemplum positum ibi de calore in igne satis clarum est. Si ergo deus generaret alium deum ratio formalis generandi esset deitas: a fortiori quando pater generat filium communicando sibi eandem deitatem: ratio formalis generandi filium per quam generatio nem communicatur filio eadem deitas erit deitas ipsa. supple ratio formalis generandi. Secundo probo idem sic. Ista ratio stat in aliquibus dictis. Primum quod terminus formalis generationis est simpliciter perfectior omni eo quod per talem generationem habetur vt supra patuit a Doc. distin. v. q. secunda. et vide ibi expositionem quam feci. Secundum quod essentia diuina est terminus formalis generationis diuine vt supra probatum est distin. v. questione secunda. Tertium quod tota perfectio producentis sumitur simpliciter a ratione formali producendi vt supra patuit. cum ergo in patre nihil sit perfectius essentia diuina: et ipsa eadem in filio est terminus formalis generationis. ergo in patre erit simpliciter ratio formalis generationis. patet quia aliter non potest poni.

Si. n.

Si .n. paternitas ponitur statim sequitur q ratio formalis generandi sit imperfectior termino formali: qđ est impossibile. ¶ Huic rationi instatur q consequētia tantum valet in generatiōe vniuoca .s. ista ꝯsequētia. aliquid absolutū est terminus formalis gn̄ationis ergo aliquid absolutū est rō formalis gn̄atōis. dr̄ q hec consequentia valet tantum in generatione vniuoca: sꝫ generatio in diuinis est tantum equiuoca. ⁊ q sit equiuoca ꝓbatur tribus vijs. Prima sumitur ex pte psonarū. Scđa ex pte ꝓductionū. Tertia ex pte drie specifice. ¶ Ex prima via arguitur sic primo. Paternitas ⁊ filiatio differūt spē: ergo psone cōstitute per eas differunt spē. aņs ꝓbatur. quia differūt sm quiditates: ⁊ talis est dria specifica. Tum qr paternitas ⁊ filiatio sunt puri actus: differētia aūt actus ⁊ forme est specifica. ꝯn̄tia ꝓbatur .s. q pater ⁊ filius differāt spē. Tum quia non maior distinctio est in principijs q̄ꝫ in principiatis. Tum quia eadem est dria formaliū cōstituentium ⁊ constitutorū. Tū qr eadem est differētia eorum secundū que precise aliqua differunt ⁊ ipsorū differentiuꝫ. Tuꝫ qr relationes sunt idem essentie diuine sicut persone. igitur ꝓpter istud nō negabitur dria specifica psonarū sicut nec relationū. ¶ Ex secunda via arguitur sic. ꝓductiones differunt specie ergo ⁊ ꝓducta. antecedens patet. qr in diuinis non est productio nisi vnica eiusdem rōnis. cōsequentia ꝓbatur. Tuꝫ qr aliter nō esset proportio productionuꝫ ad productū: tum qr productiones sunt eiusdeꝫ rōnis cū productis. Tū qr potentie alterius rōnis requirunt obiecta alterius rōnis. ergo si producerent sua obiecta producerent ea alterius rōnis. ergo sicut intellectus ⁊ voluntas presupponunt bonuꝫ ⁊ verū formaliter distincta: ita ꝓducerent terminos formaliter distinctos vel erunt quibus termini sic distincti producunt. ¶ Ex tertia via arguitur sic. qđ est pfectius est simplr ponendū in diuinis: sed dria specifica cū sit de pfectione vniuersi est perfectior dria numerali ergo. ¶ Ad ista dicit doc. primo q siue generatio ponatur equiuoca siue vniuoca rō non infringitur: qr in equiuoca generatione opꝫ principium ꝓductiuū esse pfectius termino formali. ¶ Secūdo dicit q falsuꝫ est dicere generationē diuinā esse equiuocā. Dicit .n. doc. q generatio i diuinis est simplr vniuoca vel equiuoca: aut denominatur talis a termino formali generationis: aut a formali ꝓprio ipsi supposito ꝓducto .i. aut denominatur talis a nā in supposito ꝓducto qui est terminus formalis: aut a ratione suppositali cōstituēte suppositū in esse simpliciter incōicabili. Si a nā: cū eadem sit in pr̄e ⁊ filio. ergo gnātio diuina erit vniuoca. Si a rōne suppositali. nulla generatio erit vniuoca: quia nullum genitum in sua forma indiuiduali assimilatur gignenti. ¶ Hoc ⁊ arguitur alio modo: quia generatio ⁊ est distinctiua ⁊ est assimilatiua: perfectior autem ratio in ea est q sit assimilatiua q̄ꝫ sit distinctiua. Hec ratio patet in lr̄a ⁊ supra exposita est presenti distin. respondendo ad argumenta facta ꝯ opi. Sancti Tho. Si .n. diceretur talis vel talis inquantum est distinctiua quelibet esset equiuoca: qr quelibet distinguit. ⁊ pꝫ lr̄a.

Ad argumenta igitur in oppositū. Hic doctor rn̄det ad argumenta facta pro opi. tenentiū generationē diuinā esse equiuocā. ¶ Ad primū ex prima via premittit duo. Primū q in diuinis nō est ꝓprie nec genus: nec spēs: nec dria specifica. vt infra patebit dist. viij. q. 2. pot tn̄ poni ibi differentia quasi specifica: lꝫ nō vere specifica. sicut dicimus q paternitas magis differt a filiatione q̄ꝫ a pr̄nitate. Secundo premittit q aliqua dicunt magis distingui qr media minus conueniunt in aliquo gn̄e: ⁊ sic homo ⁊ albedo magis distinguunt q̄ꝫ hō ⁊ asinus vel q̄ꝫ Franciscus ⁊ Iohānes: qr hō ⁊ albedo in nullo genere cōueniūt. Aliqua vero dicunt magis distingui ꝓpter maioreꝫ repugnātiā vel incōpossibilitatem: ⁊ sic homo ⁊ asinus magis distinguitur q̄ꝫ homo ⁊ albedo: quia magis repugnāt in eodem. Sed hoc modo non est proprie dictum aliqua magis distingui. proprie .n. illa dicuntur magis distingui que minus in aliquo genere conueniunt: ⁊ ita distincta genere generalissimo plus distinguntur q̄ꝫ contraria que sunt eiusdem generis: lꝫ cōtraria magis repugnent. Tertium est q vniuersaliter quanta ē distinctio .i. repugnantia constituentium tanta est ⁊ constitutorum: quia si albedo ⁊ nigredo sunt incompossibilia ⁊ constituta per ea sunt incompossibilia: ⁊ ita est in proposito. quanta enim est incompossibilitas paternitatis ⁊ filiationis tanta est patris ⁊ filij: ita q sicut paternitas non est filiatio ita nec pater est filius. Quartum loquendo de distinctione proprie dicta dico q constituta minus distinguntur q̄ꝫ constituentia: quia constituentia minus conueniunt in genere ⁊ constituta magis conueniunt: patet quia rationale ⁊ irrationale non conueniunt quiditatiue in genere: ⁊ tamen species constitute quiditatiue conueniunt. sic est in proposito q quāuis paternitas ⁊ filiatō non conueniant quiditatiue in aliqua natura: tamen pater ⁊ filius quiditatiue conueniunt in deo: ⁊ sic paternitas ⁊ filiatio magis distinguuntur .i. minus conueniunt q̄ꝫ pater ⁊ filius. Et ex his patet respōsio ad rationes factas pro prima via. ¶ Sed adhuc pondero argumentum. Hic Doc. intendit probare q tanta differentia sit inter personas quanta inter relationes constituentes: quia ille relationes sunt subsistentes: ⁊ subsistentes sunt persone diuine ergo. ¶ Secundo. persone diuine aliqua differentia formali differunt: ⁊ non nisi differentia illa que est relationuꝫ: quia nullam aliam habent ⁊ ista que est relationum est specifica ergo. ¶ Ad ista respondeo. Doc. ad has duas rationes respondet. Ad primā dicit q lꝫ relationes sint subsistentes ⁊ persone per illas subsistant: vltra tamē illas relationes includunt naturam in qua subsistūt. ⁊ ideo ratione nature magis conueniunt. ¶ Ad secundam dicit q non sequitur. istis precise persone distinguūt. ergo distinguūt specie: non sequitur. qr si tm̄ includerent relationes bene sequeretur: sed vltra illas includunt naturam in qua conueniunt ⁊ pꝫ instantia: quia Franciscus ⁊ Iohānes precise distinguuntur per aliaꝫ ⁊ aliam hecceitatem: sed ille hecceitates sunt primo diuersa .s. in nullo quiditatiue cōuenientia. ergo Frāciscus ⁊ Iohānes sunt primo diuersa: non sequitur. quia Franciscus ⁊ Iohānes vltra hecceitates includunt naturam in qua conueniunt quiditatiue. sic in ꝓposito. ¶ Ad secundam viam de productionibus. Doc. respondet ad rationem factam pro secunda via ⁊ negat consequentiam. non .n. sequitur. productiōes distinguuntur specie ergo ⁊ producta: potest .n. eadem natura ex sua maxima perfectione in se habere principia cōmunicatiua alterius ⁊ alterius rationis puta intellectum ⁊ voluntatem: ⁊ ita propter distinctionem principiorum formalium possunt esse productiones alterius rationis: ⁊ tamen producta erunt vnius rationis propter vnitatem termini formalis .s. nature cui cōmunicatur. Et cum probatur ꝯn̄tia prima p ꝓportionem. Dicit Doctor. q proportio illa productionis

Distinguūt aliqua magis: vł quia minus conueniunt: vł ob eorū maiorem repugnantiam.

ad terminū formalē est q̄ p ipsā cōicat̄ terminus formalis. Sed nō requirit̄ talis ꝓportio q̄ ꝓductio sit vnius rōnis si terminus formalis sit vnius rationis: quia productiones possunt distingui per rōnes suas formales aliter q̄ꝫ ex terminis formalib⁹. vt. j. patebit di. xiij. ¶ Exemplū huius est. q̄ȝ q̄n q̄ꝫ forma eadē pōt acq̄ri mutatiōib⁹ alterius rōis vt apparet. 3. phi. t. c. xxj. ⁊ hoc supra declaratū est dist. 2. pte. 2. ¶ Cū ꝓbat̄ illa ꝯñtia secūda p hoc q̄ ꝓductiones sunt eiusdem rōnis cū ꝓductis. Dicit doc. q̄ sunt eiusdē rōis q̄ꝫtum ad hoc: q̄ȝ sicut ꝓductiōes sunt relationes ita ꝓducta sunt relatiua: sic ⁊ hoc tenendo personas constitui per relationes. Si vero teneat̄ q̄ ꝑsone sint cōstitute p absoluta simpliciter negat̄ ista ꝓpositio. productiones sunt eiusdē rōnis cum productis. ¶ Cum arguitur tertio. de potentiaꝝ distinctione. ꝯ. rñsū est dist. 2. pte. 2. q. 4. sine vltima illius ptis. ¶ De tertia via. s. de ꝑfectione differentie specifice pꝫ lr̄a. quia in creaturis dr̄ia specifica nō dicit ꝑfectionem simpliciter imo limitatā: sed dicit perfectionē supplentē im perfectionem vt pꝫ in lr̄a. Et sic pꝫ responsio ad oēs obiectiones pro gn̄atione equiuoca in diuinis.

Sup. Ocbā in. j. di. vij. q. j. ratiōes doc. studet refellere.

Aduerte tamen

q̄ Ocbā in primo di. vij. q. j. rñdet ad argumenta doc. Primo ad illa qbus ꝓbat q̄ relatio non est ratio formalis ꝓducendi. ⁊ secūdo ad illa quib⁹ ꝓbat q̄ absolutū in patre est rō formalis generandi. Ad primū ergo prime vie dicit q̄ spiritus sanctus eq̄ naliter ⁊ eq̄ necessario producit sicut filius: nec propter hoc dicit̄ spiritus sanctus produci magis p modum volūtatis q̄ꝫ filius. ¶ Sed ista rñsio videtur esse ꝯ doctorē: q̄ȝ spiritus sanctus vt inq̄t Augu. ꝓcedit a patre ⁊ filio nō quomō natus sed quomō datus. Ubi vult ipse Augu. q̄ spiritus sanctus producat̄ per modum volūtatis: ⁊ q̄ talis ꝓductio sit libera. sꝫ de hoc magis patebit infra di. x. Et forte Ocham hoc habet dicere: q̄ȝ ipse expresse tenet q̄ intellectus ⁊ voluntas et in creaturis nullo mō differunt adinuicem: sed hoc pertractare nō est p̄ñtis speculatiōis. hoc. n. pertinet ad secundū librū distin. xvj. vbi q̄rit̄ an potētie aīe differant ab ipsa aīa ⁊ a seinuicem. ¶ Ad secundū argumentū dicit q̄ illa generatio non est totaliter relatio in patre ad filium: sicut nec creatio est aliqua relatio dei ad creaturam: sed illa relatio diceret principaliter p̄ñitatē ⁊ p̄rē connotādo ipsū filium. sicut creare dicit principalr̄ ipsū deū connotādo creaturam cuius esse sequit̄ ad esse dei. ¶ Dico primo q̄ non est simile de creatione ⁊ generatiōe: q̄ȝ impossibile ē deū referri relatiōe reali ad creaturā. vt pꝫ a doc. infra. d. xxx. in diuinis aūt generās relatione reali refertur ad genitū. ¶ Dico secūdo q̄ posito q̄ deus possit referri relatiōe reali ad creaturā qua formalr̄ diceret̄ creās: illa relatio esset de necessitate elicita a principio formali creādi. Sic in ꝓposito. cū semꝑ generans vnitiue per generationem actiuā formalr̄ in ipso existentē attingat ipsum genitum ⁊ sit via in genitum ⁊ terminetur ad ipsū: nō poterit poni rō formalis generatiōnis: sed aliquid aliud erit rō formalis aliter idem esset principium sui. ¶ Ad tertiū dicit Ocham q̄ hoc argumentū doc. minus valet: ⁊ tota rñsio Ocham stat in hoc q̄ in diuinis nō pōt dici perfectius ⁊ iperfecti⁹: nec vna relatio perfectior alia ꝓpter realē idēptitatē cum deo. ¶ Sed hec rñsio nō multū valet. q̄ȝ etsi oīa in diuinis sint vna res: ⁊ p ꝯñs nihil sit ꝑfectius alio realiter: multa tñ in diuinis ex sua rōne formali dicūt perfectionem simpliciter ⁊ formaliter distinctam ab alia perfectiōe. vt. j̄. patebit distin. viij. q. 3. vbi ꝓbat̄ q̄ attributa in diuinis differunt formalr̄: ⁊ tñ quodlꝫ dicit ꝑfectionē simpliciter vt ibi patebit. Et aliqua sūt que ex sua rōne formali nō dicunt aliquam perfectionem nec imꝑfectionē vt relationes in diuis. ¶ Dico vltra q̄ si p impossibile poneretur q̄ lapis esset rō formalis producendi hominem esset tante perfectionis q̄ꝫte est homo. sꝫ ergo paternitas ex sua ratione formali non dicat perfectionem neq̄ꝫ imperfectionem: si tñ poneretur ratio formalis producendi filium: de necessitate esset tante perfectionis q̄ꝫte terminus formalis cōicatus per talem productionem. Et sic pꝫ q̄ responsio Ocham non infringit rationem doc. ¶ Ad aliud de secunda via quo probat Doc. q̄ ratio formalis generandi est aliquod absolutum. Dicit Ocham q̄ si vnus deus generaret alium deum: tunc deitas eēt rō generandi: quia nulla foret relatio talis q̄ posset esse ratio generandi: si tñ eēt ibi relatio eadem realiter cuꝫ essentia posset concedi q̄ tam essentia q̄ꝫ relatio foret ratio generādi. ¶ Sed hec rñsio non euacuat rationē doc. vt pꝫ ex supra declaratis in illa ratione nec oportet hic aliter insistere. Et sic patet quomodo rñsiones Ocham parum valent ꝯ rationes Doc.

Dist. 2d columne, margin: Ad tertiam rōnē rñdet. — Ocbā rñsio n̄ satisfacit. — Elidit̄ eius responsio. — Responsio Ocbā nō ē sufficiens. — Idē Ocbaꝫ vbi supra. — Insuper Ocham rñdet. — Eius rñsio euacuatur.

Ad formam autem. q.

qua q̄ritur de potētia generandi an sit aliquid absolutum. ¶ Hic doc. duo dicit. Primum q̄ potentia generandi loquēdo de fundamēto ꝓximo relationis est qd absolutū: ⁊ hoc ꝓbatū est supra p duas rōnes. Et qd sit illud absolutum supra declarauit distin. 2. pte. 2. q. 3. q̄ est memoria fecūda patris que memoria duo includit. s. intellectum ⁊ essentiam diuinam vt perfecte p̄ñtem in ratione obiecti intelligibilis. hoc idem expresse declarat in secūdo dist. j. q. j. ⁊ in quolibe. q. 2. Secūdū est q̄ potētia generandi notat actum vt egredientem ab eodem supposito cui attribuitur potentia: ⁊ dicitur per hoc mutare talem actum: quia potentia construitur cum gerūdio cum dico potentia generandi. hoc dicit Doc. q̄ licꝫ in filio sit simpliciter eadem memoria que ⁊ in patre: in filio tñ nulla est potentia generādi: quia si fili⁹ haberet memoriam fecundam vt potentiā generādi: tunc posset generare. in solo ergo patre memoria fecūda est potentia generandi. Et ideo dicit doc. q̄ ista si concederetur. filius habet scientiam siue volūtatē generandi: licꝫ ista concederetur. filius scit generationem patris ⁊ vult eam. Et addit q̄ imo videntur ille negāde. s. filius habet scientiam vel voluntatē generandi: sicut etiam iste negarentur. filius scit generare ⁊ vult generare: quia idem videtur importare velle agere ⁊ habere voluntatem agendi. Sed non idem istis videtur esse velle actionem: quia hec non includit eam velle vt actionem voluntatis quod alia videntur significare.

Pe. Aure. arguit ꝯ rōnes doc.

Contra primum arguit

Aureolus ⁊ ꝓbat q̄ in patre nulla est potentia vere productiua vel elicitiua qua generat vel possit generare filium: sed potentia qua dicitur posse generare est solummodo actualis cōnexio ⁊ non repugnantia terminorum: sicut ⁊ potentia qua deus potest esse deus. ⁊ sic non est aliud potentia generandi in patre q̄ꝫ potentia qua pater potest esse pater: ⁊ q̄ potentia generandi in patre non significet aliquod principium productiuum in patre respectu filij probatur multipliciter. ¶ Primo vbi ē principiū ꝓductiuū siue elicitiuū ibi est ꝓductio elicita: sed in deo non est productio elicita g. ¶ Secūdo sic.

posse

·posse esse prem nõ est potẽtia ꝓductiua:ꝫ est posse cõn ex ionis necessarie eo mõ quo hõ põt esse aïal.q2 si talis potẽtia eẽt ꝓductiua ẽt pr̃ in diuinis ꝓduceret in esse pr̃is qḋ est falsũ·Sed eadẽ est potẽtia qua pr̃ põt gnãre ⁊ qua pr̃ põt esse·sicut est idẽ actus gnãre ⁊ pr̃nitas·sicut ẽt dicit magister ꝙ iste sunt idem·pr̃ põt esse pr̃·⁊ pr̃ põt gnãre·Sed filius nõ põt esse pr̃ ⁊ filius nõ põt gnãre·¶ Tertio·si potẽtia gñandi est potentia ꝓductiua aliqua pfectio simplr̃ esset in pr̃e que nõ in filio ergo·¶ Quarto ·cuius negatio nõ est negatio potentie ipsũ nõ est formalr̃ potẽtia:sed fm̃ Augu·negatio potentie generatiue nõ est negatio potentie ꝫ tm̃ possibilitatis terminoꝝ·ait·n·ꝯ Marsi·li·iij·ꝙ filius nõ genuit nõ q2 nõ potuit ꝫ q2 nõ oportuit:qḋ exponẽs magr̃ dicit·nõ q2 nõ potuit·i·nõ ex aliqua ĩpotẽtia fuit:⁊ ꝑ ꝯñs negatio potẽtie gnãtiue nõ est negatio potẽtie·¶ Quinto·in pr̃e nõ põt poni aliqua potẽtia ꝓductiua respectu sui formalis constitutiui alias ꝓduceret in esse pr̃is:ꝫ gnãre est formale ꝯstitutiuũ pr̃is:ergo respectu gnãre nulla est in eo potentia ꝓductiua·¶ Sexto·nulla potẽtia ꝓductiua recipit actũ in se ꝫ ab ea egredit̃ actus:ꝫ gnãre nõ egredit̃ a pr̃e:p3 q2 ipsũ ꝯstituit·¶ Septimo·Si in pr̃e est aliqḋ formale principiũ ꝓductiuũ illud nõ erit pr̃nitas:q2 pr̃nitas ⁊ gnãre idẽ sunt realr̃·Nec erit psona tota:q2 tũc gnãre egrederet̃ a psona ⁊ eẽt aliud realiter ab ea·Nec essentia:q2 actus gnãtionis egrederet̃ ab ea ⁊ esset aliud realr̃ ab eo cum nihil egrediatur a se·hec Petrus Aureolus·

Gre·ꝯ ari· ad ratiões Aureoli·

Ad istas rationes r̃ndet Gre·arimi nen·in·j·dist·vij· q·vnica·Ad primã dicit ꝙ vel ꝑ ꝓductionẽ intelligit ipsũ ꝓductũ sicut in creaturis res que ꝓducit̃ dr̃ ꝓductio:⁊ tũc ista est falsa ꝙ in deo nõ sit ꝓductio elicita·vel intelligit ꝑ ꝓductionẽ ipsũ ꝓducẽs·vel eius hĩtudinẽ ad ꝓductũ:⁊ tũc ista est falsa·vbi est prĩn ipiũ eliciuũ ibi est ꝓductio elicita:alias potẽtia creatiua nõ esset ꝓductiua:cum nec creans vel eius hitudo ad creaturã sit vere ꝓducta·vel intelligit quãdã rem mediã distinctã tam a ꝓducẽte q̃ a ꝓducto:⁊ adhuc ista est falsa:⁊ p3 instantia de potẽtia creatiua:q2 inter ipsam ⁊ creaturã nõ est aliqua res media ꝓducta·¶ Ad secũdã dicit Gre·ꝙ si valeret eq̃ probaretur ꝙ potẽtia creatiua dei nõ esset productiua qḋ est falsum apḋ oẽs·Arguam·n·sic·posse esse creatorẽ nõ est posse eẽ potẽtia productiua alias deus ꝓduceret in esse creatoris:ꝫ est eadẽ potẽtia qua deus põt creare ⁊ qua pt̃ esse creator·sicut idẽ est deum creare ⁊ deũ esse creatorem·ergo potentia creatiua nõ esset ꝓductiua qḋ est falsum·¶ R̃ndet ergo Gre·ad illam rõnẽ cũ dicitur·posse esse prem nõ est posse potẽtia ꝓductiua·Hoc nomen pater aliqñ est nomen ypostasis·aliqñ ꝓprietatis·primo modo esse prem est esse psone que producit filium·alio modo est filium gnãre·hec multum differunt.Nam primo modo concedimus deitatem esse patrẽ nõ aũt secũdo mõ·primo mõ dico ꝙ posse esse patrẽ nõ est posse potẽtia ꝓductiua:sed secũdo modo posse esse patrẽ est posse potẽtie ꝓductiue·sicut·n·ꝑ ꝓductiuã potentiã pr̃ põt filium ꝓducere ⁊ eius esse principium:sic ꝑ eandẽ põt esse pr̃:cum non sit aliud primam psonã esse prem q̃ ipsum filium gignere·¶ Et cum dicitur ꝙ tũc pater ꝓducit̃ ex se in eẽ pr̃ẽ·Negat̃ ꝯsequẽtia·instantia p3 de posse ⁊ esse creatorem·vnde sicut posse esse creatorẽ nõ est posse ꝓducere creatorem ⁊c·Et ad magistrum dicit̃ ꝙ accipit ibi nomen patris vt est nomen ꝓprietatis·¶ Ad tertium dicit Gre·ꝙ si accipiat̃ perfectio simplr̃ vt est significabile incõplexe nulla est perfectio simpliciter nisi deus·Et sic principiũ ꝓductiuũ filij est perfectio simpliciter:quod ⁊ ipse Aureo·habet concedere:nisi velit dicere aut patrẽ nõ producere filium aut prem nõ esse deũ·⁊ sic p3 argumentũ esse ꝯ Aureo·s·ꝙ aliqua perfectio simpliciter deest filio:vł intelligat aliquod significabile tm̃ complexe·sicut si dicat̃ ꝙ esse sapientẽ est perfectio simpliciter·Et sic cum dicit ꝙ potentia productiua filij est perfectio simpliciter:idem est ac si diceretur posse producere filium est perfectio simpliciter·⁊ sic argu·reducit̃ ꝯ Aureo·Nam si posse producere creaturã esset pfectiõis simpliciter·ex hoc sequitur ꝑ locũ a minori:ꝙ posse producere creatorem esset pfectionis simplr̃·¶ R̃ndet ergo ad argumentũ Aureoli dicens si primo mõ accipiat̃ perfectio:tũc potẽtia productiua filij esset pfectio simpliciter:q2 ipe pater est pfectio simpliciter ⁊ tñ filius nõ est minus pfectus: q2 ꝫ ipse nõ sit pr̃ est tñ idipsum:⁊ est eadem bonitas q̃ est ipse pr̃·Si vero accipiat̃ secũdo mõ:sic posse producere filiũ nõ esset pfectionis simpliciter:sicut nec posse ꝓducere creaturam est perfectionis simplr̃·¶ Ad quartũ dicit Gre·ꝙ minor est falsa accipiẽdo potẽtiã ꝑ principio ꝓductiuo:⁊ iõ nõ seq̇tur tenendo expositionẽ magistri·s·nõ q2 nõ potuit·i·nõ fuit ex impotẽtia:ac si dicatur nõ q2 impotens fuit·Sed nõ seq̇t̃ nõ fuit impotens·ergo potuit vel fuit potens ꝓducere filium! Sicut nõ sequit̃·iste puer nõ est iniustus ergo est iustus!¶ Ad quintum dicit Gre·ꝙ non sequit̃·in patre nõ est potentia ꝓductiua respectu gnãre:ergo ĩ eo nõ est potẽtia ꝓductiua!nisi ꝑ gnãre intelligas ipsũ genitũ·nam cum hoc ꝙ in patre non est potentia ꝓductiua respectu alicuius qḋ est in eo:bene tñ stat ꝙ in eo sit potentia ꝓductiua respectu filij·¶ Ad sextũ ⁊ septimum simul r̃ndet ꝙ a potentia productiua nihil egreditur nisi quod ab eo ꝓducitur·Et ideo si per generare intelligas ipsum productum:generare egreditur a potentia productiua que est ipse pater·si vero per generare intelligit aliquid aliud:nõ valet ꝯñtia·ꝙ si respectu illius non sit potentia productiua in patre ergo absolute nõ sit in ea potẽtia ꝓductiua·hec Gre· Et ꝫ iste r̃siones videantur euadere rationes Aureoli sustinendo viam Grego·qui tenet expresse ꝙ idem sit principium quod producens ⁊ principiũ quo siue (ꝙ idem est simpliciter)patrem generare ⁊ patrẽ eẽ potentiam generandi·vt patet ab ipso Gre·pñti dist·

R̃sio ad Aureo·fm̃ viam Sco·

Sustinendo tamen opinionẽ Scoti aliter respõdeo ad rationes Aureoli·Et prius premitto aliqua ex quibus statim patebit responsio·Et primo premitto ꝙ in quocunq̃ producente est reperire rationẽ formalem producendi ⁊ conditionem producentis:ita ꝙ ratio formalis dicitur principium quo producens ꝓducit:⁊ conditio producentis constituit ipsum producẽs vt dicatur principium quod·⁊ hoc satis supra patuit presenti distin·⁊ distin·prima questione secunda·⁊ distin·3·q·vj·Secundo premitto ꝙ etsi in creaturis ratio formalis producendi siue principiũ gnãdi qḋ idem est realiter ⁊ essentialiter:distinguatur a producto propter hoc quia eadem natura numero non potest simul esse in pluribus suppositis.In diuinis tamen principium formale productiuũ non distinguit̃ realiter a producto vt patet·quia sustinendo opinionem doc·ꝙ memoria fecunda sit principium productiuum filij siue potentia generandi est eadem realiter ⁊ essentialiter cum filio producto:ꝫ ex natura rei ⁊ for

te formaliter distinguatur ab illo:⁊ sic non est necesse principium elicitiuum siue productiuuȝ in diuinis eē realiter distinctuȝ a producto:sed sufficit ꝙ producēs cui tale principium productiuum est potentia producendi sit realiter distinctum a producto·vt supra exposui presenti dist·⁊ dist·4·q·2·Tertio premitto ꝙ aliud est aliquid esse principium elicitiuum alicuius productionis siue esse rōnem formalem eliciendi aliquē actum:⁊ aliud est esse principium quod producens·Exēplum·generatio actiua dicitur actus ꝓductiuus siue generatiuus eo modo quo supra exposui· Si cōparetur ad potentiam generandi pōt dici quasi elicita a tali potētia:qꝛ etsi non distinguatur realiter puta a memoria fecunda que est potentia generandi:distinguit̄ tñ ex natura rei ⁊ formaliter:⁊ iō pōt dici actus quasi elicitus·Et hoc pȝ expresse a doc·q·iiij·quolibe· Si vero comparetur ad suppositum generans non dicit̄ actus elicitus a tali supposito:patet qꝛ ipsam constituit·Istis ergo premissis patet responsio ad rationes

Ad primuȝ Aureoli· Aureoli·¶ Ad primam qñ dicitur vbi est potentia generandi ibi est generatio elicita· Si intelligat̄ generatio pro genito:patet ꝙ genitum est vere productum a patre·Si vero intelligatur pro ipsa generatione:dico ꝙ etsi generatio non sit elicita a patre cum ipsum constituat:dicit̄ tamen quasi elicita a potentia generādi

Ad scdm· que est memoria fecunda · et hoc sufficit·¶ Ad scdm negatur ista ꝙ eadem sit potentia qua pater potest generare ⁊ qua pater potest esse pater:quia memoria fecunda vt potentia generandi siue principio formali pater potest generare ⁊ paternitate potest esse pater : qꝛ non eodem pater est deus quo est pater·vt inqt Augustinus·deitate·n·est deus ⁊ paternitate pater· Et quod dicit de magistro ꝙ idem est patrem esse p̄rem: ⁊ patrem generare:concedo hoc esse veruȝ vt ly pater accipitur adiectiue :quod idem est ꝙ generare : siue genuisse quod supra patuit dist·v·q·j·¶ Dico etiā ꝙ ista multum differunt·pater potest generare ⁊ potentia generandi ·per primū notatur principium quod generans siue pōt generare·⁊ per secundum notat̄ rō

Ad tertiuȝ· formalis generandi·¶ Ad tertium dico ꝙ potentia generandi pōt dupliciter accipi · vno modo formaliter

Formalr relatiue ⁊ absolute. vt ē quedaȝ relatio · alio mō fundamētaliter vt est quod dā absolutū quod est fundamentum proximum talis generationis·Primo modo potentia generandi in diuinis nullam perfectionem dicit nec imperfectioneȝ· Secundo modo dicit perfectionem simpliciter : quia vt sic potentia generandi est intellectus ⁊ essentia diuina:⁊ hec eadem perfectio que est in patre est etiam in filio:sed vt in patre est ratio formalis generandi in filio autem non:⁊ quomodo hoc patebit respondēdo ad argumenta principalia doc·¶ Ad quartum patet

Ad quartū. responsio:qꝛ ly non potuit accipitur ab Augu·⁊ a magistro vt nominat in potentiam que notat imperfectōnem ·Dico·n·ꝙ quicquid perfectionis est in potētia generandi in patre illud idem in filio·si·n·eadem memoria fecūda que est in filio non p̄intelligeret̄ habere terminū adequatū:ita ipsi filio esset potētia generādi

Ad quintū· sicut ⁊ patri·¶ Ad quintū pȝ rñsio ex supradictis:qꝛ si accipiat̄ gnātio ꝓ ꝓducto:pȝ ꝙ nō est necesse ipsum distingui realr a potētia gnādi siue a principio formali ꝓductiuo quo:sed sufficit ꝙ realiter distinguat̄ ab ipso ꝓducente · Si vero accipiat̄ pro generatione ipsa actiua:dico ꝙ est quasi elicita a potentia gnandi ⁊ distinguit̄ ex nā rei ⁊ formaliter ab illa·Sed potētia productiua nō est ipse pater:adeo nō sequitur qđ ipse dicit·nā ipsa gnātio vt comparat̄ patri non est actus elicitus ipsius patris:quia constituit patrē·¶ Ad sextum ⁊ septimū patet responsio ex supradictis·

Quia tamen dixi ꝙ necesse est in p̄re distiguere principiū quo ⁊ quod:qꝛ memoria fecunda est principium quo generādi ⁊ pater est principium qđ vt allegaui doc·

Grego·vbi supra·. Grego·vbi·s̄·ꝓbat ꝙ ibi non est aliquod principiuȝ quo aliud a principio qđ ꝓducit·Et arguit sic·Si·n· sit aliqđ principiū quo ꝓducens ꝓducit ⁊ aliud principiū·qđ ipsuȝ ꝓducēs iā nō a seipso primo ꝓducit sȝ alio principio.Si·n·nō ꝓduceret seipso primo cū p se ꝓducat : ꝓduceret p se primo p aliquod sui:⁊ tūc aut per aliqđ extrinsecuȝ aut intrinsecū·Nō primo·quia nihil tale est in diuinis· Nō scđo·qꝛ tūc includeret in se aliquam entitatem:⁊ p ꝯñs in patre adminus eēnt plures entitates:qđ est impossibile cuȝ sit infinite simplicitatis·¶ Scđo arguit·Si pater p aliđ a se aliquo modo ꝓduceret tanq̄ȝ principio quo : eēt aliquo mō illud tale causa patris·ꝓbatur quia omne quod agit per aliquid agit vt aliquo modo habet esse vel tale eē per illud·nam principium quo est forma constituens vel perficiens ipsum principiū quod·¶ Tertio·Si aliqua forma simplex substātialis vel accidentalis per se sepata a diuina virtute ipsa seipsa prima ageret ⁊ nō aliquo alio principio quo·ergo similiter in proposito·

Itē Greg· arguit· ¶ Deinde Grego·in speciali arguit probādo ꝙ essentia non sit principiū quo generandi:quia omne principium generandi est realiter distinctum a generatione vel a generato:patet ista·quia omne principium distinguitur ab eo cuius est principium:sed essentia diuina non sic distinguitur nec a generatione nec a genito·¶ Ad hanc rationem dicit̄ a Sancto Tho·in·j·

Tho·respōdet· dist·vij·ꝙ principiū qđ distinguit̄ a principiato:non aūt principiū quo·Et in hoc Tho·ꝯcordat cū Sco· ¶ Cōtra hāc rñsionē arguit Gre·dicēs·Si hoc eēt verū:nō magis principiū quo esset principiū principiati q̄ȝ ecōuerso·vbi grā·in ꝓposito essentia diuina nō magis esset principiū quo gnātionis vel geniti q̄ȝ ecōuerso·genitū vel generatio eēt principiū eius·similiter essentia ita eēt principiū essentie sicut gnātōis:ex quo tale principiū a principiato nō distinguit̄ sed est ipm· Hoc aūt nullus diceret nisi vocabulis abuteretur· ¶ Confirmat̄·qꝛ principiū inq̄ȝtū principiū est principiū alterius ⁊ nō sui·vt pȝ primo phisi·t·c·viij.ideo dicit̄ ibi ꝙ si tñ vnū est principiū nō est·vel igit̄ principiū quo nō est principiū vel est distinctū ab eo cui⁹ est principiū·¶ Itē sic arguit·Si eēntia eēt pricipiū gnātionis vel filij:eēntia diceret̄ relatiue principium ad illā vel illū:pȝ ꝯñtia·qꝛ principiū inquātū pricipiū

Responsio Scoti· esset aliqd·¶ Ad hāc rōneȝ dr̄ a Sco·p̄nti dist·ꝙ ibi principiū nō distinguit̄ a ꝓducto vbi inter illa nō est realis relatio·vbi vero distinguit̄ relatio est realis:dȝ āt in creaturis semp principiū quo sit realr distinctū a ꝓducto:⁊ p ꝯñs realr referant̄ adinuicē:in diuinis tñ nō est realis distinctio inter illa vñ nec realis rlō sed

Instat gre· rōnis tñ·¶ Dicit Gre·ꝙ hec solō Sco·nulla est·primo qꝛ dicit incōpossibilia·s·aliqđ esse principiū alicuius ⁊ tale nō distingui ab illo vt patuit p̄io phisi· t·c·viij·secūdo qꝛ si nō exigit̄ realis distinctio:qđ ꝓhiberet relationē vt relatio est:esse principiū quo gnātōnis vt est actio vel ꝓductio:⁊ esse tñ indistinctā ab ea realr̄:⁊ cū hoc(vt·s̄·pȝ)impugnauit· Quod ēt dicit nō eē relationē nisi rōnis· Nihil est·nā qđ extra aīaȝ est:est principiū extra aīam ⁊ nō sm̄ rōnem est tñ ad aliquid·si ergo essentia nō realiter referat̄ nec realiter est principium hec Grego·

¶ Rñdendo

Solo rõnū Grego·

Respondendo ad primum quo probat de quo ⁊ q̄ꝺ: dico ꝙ in patre sunt due entitates ex natura rei ⁊ formaliter distincte: non tamen realiter nec essentialiter vt·s̄·patuit·d·z·parte·z·⁊ ille non faciunt aliquam compositionem vt·s̄·patuit·d·5·q·z·⁊ magis·j·patebit·d·26· Tum qꝛ paternitas non est actus perficiens essentiam siue informans: sed magis est act⁹ quo suppositum subsistit in natura diuina · Tum qꝛ propter infinitatem ⁊ simplicitatem essentie diuine transit in perfectam idemptitatem realem in essentiā diuinam: ⁊ ita persona patris constituta ex paternitate ⁊ essentia tanq̄ꝫ ex duobus constitutiuis formaliter distinctis est ita perfecte simplex sicut ⁊ essentia · ¶ Ad secundum concedo ꝙ principium quo constituit ipsum patrem est illud quo pater est: non quo pater est pater: pater enim vere constituitur ex essentia ⁊ paternitate· ¶ Ad tertium dico ꝙ si daretur forma simplex separata adhuc esset distinguere quo ⁊ q̄ꝺ: patet de intelligentia que est forma simplex in q̄ natura est principium quo: ⁊ constitutum ex natura ⁊ proprietate individuali siue suppositali est principium q̄ꝺ: ⁊ similiter si calor eēt separat⁹ ⁊ posset calefacere in ipso distingueretur principium q̄ꝺ ⁊ quo: qꝛ natura caloris siue quiditas esset principium quo : ⁊ constitutum ex tali quiditate ⁊ hecceitate diceretur principium q̄ꝺ· Sic dico in proposito de patre · ¶ Ad primam rationem qua probat Grego·ꝙ essentia non sit principium generandi ⁊c· Patet responsio ex his que dixi in secundo presupposito respondendo ad rationes Aureoli: q̄ responsio in re est eadem cum illa Sancti Thome· ¶ Ad illud q̄ꝺ dicit contra responsionē Sancti Thome dico ꝙ esset difficile tenenti viam Thome soluere hoc argumentum: qꝛ si inter essentiam ⁊ relationem nulla est distinctio ex natura rei siue inter essentiaꝫ ⁊ personam productam : non magis essentia diceretur principium q̄ꝫ persona producta: sed tenēti viā Sco· facilis est responsio: qꝛ ipse vult exp̄sse ꝙ relatio originis sit non idem formaliter essentie diuine vt·s̄·patuit·d·z·parte·z·q·j · Immo vult expresse ꝙ distinguatur formaliter: vt patet·j·d·8·q·3·p̄sona vero constituta: ⁊ si forte non distinguatur formaliter ab essentia diuina qꝛ includit illam in sua quiditate: tamen essentia diuina diceretur distingui formaliter a persona: qꝛ ipsa non includit personam quiditatiue· Et de huiusmodi di·formali satis dixi in·d·ij·parte·ij·q·j· ¶ Ad confirmationem quando dicit ꝙ principium esset alterius principij·dico ꝙ si accipiatur principium pro principio q̄ꝺ: ꝙ illud est alterius principiati realiter distincti: ⁊ sic pater est principium q̄ꝺ respectu filij in diuinis · Si vero accipiatur pro principio quo: concedo ꝙ in creaturis est alterius realiter distincti: sed in deo adhuc distiguo: aut enim principium quo comparatur ad terminum formalem productionis: aut ad terminum totalem productuꝫ· Primo modo non est alterius nisi vt tantum ratione distincti: qꝛ essentia diuina vt in patre est principium quo cõmunicandi seipsum filio vt terminum formalem productionis: ⁊ sic ipsa essentia cõmunicata tantum distinguitur ratione a seipsa vt in filio · Secundo modo est alterius distincti: saltem ex natura rei ⁊ formaliter licet nullo modo realiter· ¶ Ad aliud quando dicit ꝙ tunc essentia diceretur relatiue ad productum patet respõsio per Scotum· Et cum dicit ꝙ solutio doc·nulla ē· Non enim negat Doc· ꝙ principium alicuius nõ distinguatur ab illo loquēdo de principio q̄ꝺ·si vero loquatur de principio quo dic vt·s̄·dixi · Et cum dicit vltra ꝙ si non exigitur realis distinctio: relatio posset esse principium quo· hoc satis·s̄·improbatum ē quo modo nulla relatio potest esse ratio formalis producendi· Et q̄ꝺ dicit ꝙ tale principium quo est extra animam conceditur· Et cum infertur· si ergo essentia nõ referatur realiter non erit realiter principium · Dico ꝙ esse realiter principium q̄ꝺ infert referri realiter: sꝫ non sequitur de principio quo· Et sic patet responsio ad Gregorium·

Ad aliud ꝫ q̄ꝺ instat Grego·

Prīcipiuꝫ dr̄ multiplr̄ ⁊ i creaturꝭ ⁊ i diuinis·

Ad argumenta principalia· Primo arguitur sic per Augustinuꝫ·5·de trini·c·6· Eo pater quo est et filius: ergo eo est pater quo generat : sed paternitate est pater ergo paternitate generat· Respondet doc·ꝙ ly eo debet intelligi formaliter non fundamentaliter·sicut dicimus ꝙ Francisc⁹ est similis Johāni similitudine formaliter: sed albedine fundamentaliter · Sic pater generat generatione formaliter : sed fundamētaliter memoria fecunda vt·s̄·expositum est· ¶ Secundo arguitur: qꝛ actus proprius est a propria forma agentis: sed generare est actus proprius patris·ergo a propria forma: ⁊ illa non potest esse essentie: qꝛ est cõmunis tribus· ergo erit paternitas: probatur maior· Tum qꝛ forma propria dat esse ergo ⁊ agere· Tuꝫ qꝛ effectus ⁊ cā correspondent sibi inuicem·scilicet vniuersalis vniuersali: particularis particulari: patet secundo phisicorum ·t·c·xxviij·vbi inquit Aristo · Genera inquit sunt cā generum ⁊ particularia causa particulariuꝫ·verbigratia quoniam artifex est causa statue: ⁊ iste artifex etiaꝫ causa huius artificiati· Hoc idem·5·methaphisice·c· de causa·t·c·ij· ¶ Respondet doc· In ista responsione aliqua dicit· Primo ꝙ forma dicitur cõmunicabilis dupliciter · Uno modo vt est vniuersalis ad multa inferiora quorum q̄ꝺlibet sit ipsum·sicut vniuersale cõmunicatur singularibus· Alio modo forma dicitur cõmunicari pluribus: ita ꝙ q̄ꝺlibet sit ipso ⁊ non ipsum·sicut forma cõmunicatur materie: nec dicim⁹ ꝙ materia sit forma ignis: sed sicut cuꝫ dicim⁹ anima comunicatur corpori ⁊ tamen corpus non est anima: sed dicitur animatum ipsa anima · Secundo dicit ꝙ a forma cõmuni primo modo est effectus in cõmuni: qꝛ si formam aliquam in vniuersali acceptam consequatur aliqua operatio in vniuersali: quamlibet formam singularem sub illa non sequitur operatio singularis eiusdem rationis : nisi aliqua forma singularis sit imperfecta· sicut animal in cõmuni cõsequitur ista operatio q̄ꝺ est sentire in cõmuni· sic hoc animal (si non est imperfectum) consequitur sentire eiusdē rationis · Non tamen intelligas ꝙ causa in cõmuni producat aliquem effectum in cõmuni· Tum qꝛ actiones sunt circa singularia·ex prohemio methaphisice: Tuꝫ qꝛ in causa duo requiruntur·scilicet ratio formalis causandi: ⁊ conditio agentis que est singularitas vt·s̄·patuit· Debet ergo sic itelligi ꝙ sicut ꝓp̄ria passio inest singularibus per rationeꝫ alicuius cõmunis cui primo inest: vt patet primo posterio · Et hec propria passio singularis inest huic singulari per rationē propriam illius singularis: sicut effectus cõmunis q natus est consequi talem formam cõmunem dicitur prius esse a tali natura cõmuni· Tertio dicit doc· ꝙ si loquamur de secūda cõmunitate que est forme respectu participantium ipsaꝫ: non oportet ꝙ talis forma sit principium operationis cõmunis: maxime quando habetur a pluribus suppositis secundum ordineꝫ: ita ꝙ uni cõmunicatur ab alio: ⁊ hoc cõmunicatione


Cā i cõmūi nūq̄ꝫ ꝓducat effectuꝫ in cõi·

adequata. Et sic ista est falsa q operatio propria sit a forma propria: qz operatio propria ut generare in patre potest esse a forma cõi: loquendo de cõmunitate secundum nomen. ¶ Ibi. Et cum probatur prima ꝓpositio: qz propria forma dat esse ergo dat agere. Negatur consequentia: qz multe sunt forme dantes esse que non sunt actiue. Et quare aliqua forma est actiua ꝛ alia non est actiua. vide litteram quia clara est. ¶ Cum probatur secundo consequentia per philosophum secundo phisicorum: patet q loquitur de vniuersali ꝛ particulari primo modo: ꝛ non secundo modo: prout scilicet eadem forma numero est cõmunis participantibus eam. Ista enim cõmunitas non est in creaturis: qz nulla vna forma singularis potest participari a pluribus: ita vt qõlibet dicatur habere esse per illam formam. nec est cõmunitas vniuersalis ad participantia siue cõmunitate vniuersalis primo modo dicta: non eni natura humana est realiter tota participata a Francisco ꝛ Johãne. Sed quomodo dicat tunc vniuersale predicari de pluribus expositũ in. d. 3. q. j. secundi Doc. ¶ Tertio arguitur. Mediuz ẽ eiusdem generis cum extremis: sed supposita que sunt extrema sunt relatiua. igitur illud quo suppositum agit quod est medium inter ea est relatiuum. ¶ Respondet ad tertium q quoddam est medium per participationem vtriusqz extremi. sicut fuscum qd est medium inter album ꝛ nigrum: ꝛ de tali verum est q est in eodem genere cum extremis. sicut probat Ari. x. methaphisice. t. c. xxiij. Declaratuz est inquit q omnia media sunt in eodem genere: ꝛ q sunt inter contraria: ꝛ q omnia sunt composita ex contrariis. vide ibi. Et ibidem. t. c. ij. ꝛ. xxiij. Si igitur media sunt in eodem genere sicut declaratuz est: ꝛ contraria habent media necesse est vt fiat compositum ex his contrarijs. vide ibi. Aliud est medium aliquo alio modo accidentaliter sumptuz. sicut operatio inter operans ꝛ terminũ: istud non oportet esse eiusdem generis cuz extremis: qz quando anima intelligit se intellectio eius est qualitas: ꝛ tamen operans ꝛ obiectuz sunt substantia: tale autem medium accipitur i proposito. vz. ipsuz quo inter suppositum generans ꝛ generatum loquendo de quo fundamentaliter vt. s. dixi. Uel potest dici q ipsum quo non est mediuz proprie: sed tenet se ex parte alterius extremi. scilicet generãtis vt patet: proprium autem medium (si qd detur) potest dici generatio: ꝛ de illa verum est q est eiusdem rationis cum extremis: qz ipsa generatio ẽ relatio sicut extrema sunt relatiua. Ista tamen vltima responsio non saluaret medium esse eiusdem rationis inter extrema: sustinẽdo q persone diuine sint constitute per absoluta: sicut forte ipse videtur sustinere. j. d. xxvj. Ideo prima responsio est melior. ¶ Ultimo arguitur sic. Potentia est eiusdem generis cum actu immo in diuinis sunt idẽ sed actus generandi est relatio vel relatiuum. ergo ꝛ potentia generandi erit relatio vel relatiuum. ¶ Respondet doc. q ista propositio. potentie ꝛ actus sunt eiusdem generis. vera est de potentia que est differentia entis condiuidens ens contra actum: qz sic ens in cõmuni non tantum diuiditur per actum ꝛ potentiã: sed etiam qdcunqz genus entis ꝛ quecunqz species ꝛ indiuiduuz: qz sic eadem albedo primo est in potẽtia supple obiectiue ꝛ postea in actu: ꝛ hoc modo ad idez genus pertinent actus ꝛ potentia. Et de hac potẽtia ꝛ actu vide in. ij. d. xij. ꝛ. xvj. Et hoc modo proprie loquendo non est potentia generandi in diuinis. qz illa generatio est simpliciter necessaria ꝛ in actu: sed hic ẽ sermo de potentia vt est principium productiuum: ꝛ hoc modo hec est falsa. scilicet q talis potẽtia sit eiusdem generis cum actu: potest enim forma substantialis esse principium actionis de genere actionis: ꝛ actionis de genere qualitatis vt. s. patuit. d. 3. q. vlti. Et sic finis distinctionis.

Multiplex mediũ est.

¶ Distinctionis octaue. q. prima primi.

Utrum deus sit sũme simplex ꝛ perfecte talis? Titulus. q. sic debet intelligi. pro vt sũma simplicitas excludit omnem cõpositionez ex alijs ꝛ oẽm componibilitatem cũ alijs;



Ad questionez respondeo. Hic doc. intendit probare simplicitatem diuinam per media quedã particularia: ꝛ secundo ex medijs cõmunibus. scilicet ex infinitate ꝛ necessitate essendi. Primo modo procedendo primo ostendit deum non posse cõponi ex partibus ẽentialibus. sicut ex materia ꝛ forma. Secundo nec ex partibus quantitatiuis siue integralibus. Tertio q nec ex subiecto ꝛ accidente. ¶ Primum probatur. scilicet q non sit compositus ex partibus essentialibus siue ex materia ꝛ forma. Et ratio stat in hoc. Deus non habet causam efficientez respectu sui cum sit primum effectiuum. sicut ostensum est. s. d. ij. parte. j. q. j. ergo non est compositus ex materia ꝛ forma: patet cõsequentia: qz causalitas materie que est materialiter causare compositum: presupponit causalitatem efficientis: patet qz materia nunqz dicitur causare nisi actu sit vnita cum forma: sed forma inducitur ab agẽte. ergo. Arguitur ergo sic. Deus est omnino ineffectibilis: ergo est incausabilis causalitate materie ꝛ forme: qz a quo negatur pri⁹ necessario negatur ꝛ posterius. Hec etiam ratio. s. patuit di. ij. loco vbi. s. ¶ Secundam. vz. carentiam compositionis quantitatiue videtur philosophus probare octauo phisicorũ. t. c. 78. vbi tex. sic incipit. Nunc autem volumus hoc probare hunc motorem impartibilem esse non habentem magnitudinem: determinãs prius quedam que precedunt hanc propositionez. Et Comen. ibi. In hoc inquit. c. vult Aristo. declarare q hic motor primus non est in materia sed subsistens. Et in eodem loco. t. c. 79. Quoniam autem impossibile est omnino in magnitudine finita esse potentiaz infinitam: ex hisdem manifestum est sic: qz maior potentia agit equaliter in tẽpore minori. vide ibi tex. cũ Comen. Et hoc idem in. 12. methaphisice. t. c. 4. vbi habetur. Quia primum est potentie infinite: potẽtia autem infinita non est in magnitudine neqz finita neqz infinita. ꝛ hoc probat Aristo. qz maior potentia est in maiori magnitudine: ꝛ ita infinita potentia nõ potest esse in magnitudine finita: nulla est autez magnitudo infinita. ergo nec aliqua infinita potentia in magnitudine. ¶ Sed istud argumentum videtur deficere: qz qui poneret potentiam infinitam esse in magnitudine: diceret ipsam esse eiusdem rationis in qualibet parte magnitudinis ꝛ i tota magnitudie: ita q potentia infinita erit tota in tota magnitudine et tota in qualibet parte. nec erit maior maiori: nec minor minori-

De⁹ nõ est cõposit⁹ ex mã ꝛ forã.

De⁹ nõ hȝ quãtitatez finitam.

Alia est opi. affirmatiua in alio extremo que ponit deũ in genere. Et hec est opi. Alberti de Saxonia ⁊ Robert Olchot. Et probant illam opi. per auctoritates ⁊ rões q̃ inferius soluent. Prima auctoritas est Dama. in clemẽta. c. x. Substantia inq̃t que continet supersubstantialiter increatum deitate ⁊c. videtur. n. ibi tenere q' deus sit in genere. ❡ Secunda est Boetij in lib. suo de trini. vbi videtur dicere q' duo genera manent in diuinis. s. substantia ⁊ relatio. Si dicatur ad Boetiũ q' tñ sunt ibi ẜm aliquẽ modum similez predicandi. Hoc nõ põt esse verum vt p3 per Aug. 15. de trini. sic dicentẽ. Si dicam eternus imortalis ⁊c. et spũs. bonum oium nouissimũ qđ posui. s. spiritus quasi tantum videtur significare substantiam. Et sic p3 q' spiritus in deo dicatur vere substantia: ⁊ non tñ ẜ3 modum predicandi. ❡ Ibi. Item. 5. de trini. videt' dicere q' actio ꝓprijssime conueniat deo. ergo nõ tñ manent modi predicandi ⁊c. ❡ Tertio ad hoc videtur auctoritas Auer. x. metha. comen. 7. exponendo istum textum. Manifestũ est igitur q' vnum in quolz genere est nã: ⁊ non est hoc vnum nã alicuius comm. sed sicut in coloribus querere unum colorem est vnũ. Similiter in substantia ẽt querere vnã substantiam est unam. sic dicit Comen. Manifestuz est inquit q' vnũ in quolibet genere est alia nã simpliciter nã illius generis: ⁊ vnum non est nã alicuius coꝝ. s. vnũ vlẽ. D. d. Sed in coloribus ⁊c. Idest q' est principiũ esse substantiarum ⁊ principiũ numeri earum q̃ existit i substantia. Et intendit q' cum huic fuerit vnitum qđ declaratum est in phisicis. s. hoc esse primum motorem eternũ ⁊ absolutum ab oi materia: ⁊ declarauit post q' hoc nõ solũmodo est principium tanq̃ motor sed tanq̃ forma: ⁊ finis declarabit' q' illud est vnum de quo declaratum fuit hoc qđ est principium substanstantie. sicut est declaratum q' est actus vltimus cui nõ admiscetur potentia oino. Hec Comen. Et sic p3 q' iuo Comenta. q' illud vnũ qđ est mensura aliorum sit primus motor. ergo sicut in alijs generibus principium est aliquid illius generis: ita primus motor est aliquid de genere substãtie. ❡ Ad hoc ratio prima ponitur talis. Quia põt concipi substantia creata ⁊ substantia increata ⁊ neuter cõceptus est simpliciter simplex. ergo resoluendo remanebit rõ substantie indifferens ad vtrumq3 contrahens: ⁊ sic indifferenter accepta videtur rõ generis. ❡ Secunda rõ est: q2 multa entia simplicia ponuntur in genere sicut angeli: ẜ3 ponentes eos esse imãles: accidentia etiam ẜm ponẽtes ea esse simplicia. ergo simplicitas dei non excludit ab eo rõnez generis. Et sic patet ista positio. ⁊ primo an tq̃ improbetur r̃ndetur ad argumenta.

Ad argumẽta pro scđa opi. Hic doc. respõdet ad argumẽta facta ꝓ opi. Alberti de saxonia q̃ imediate. š. sunt posita. ❡ Ad primũ. ad auctoritatẽ illam Damas. ⁊c. Et sensus lr̃e talis est. Substantia q̃ est genus gñalissimũ. duo dicit. Primũ q' sit ens p se ⁊ hoc est pfectionis. Secundũ q' possit substare accidentibus pp sui limitationẽ ⁊ hoc est impfectionis. Primũ attribuẽdum est deo. s. q' est substãtia. i. ens p se. ⁊ hoc est qđ dicit Dama. Substãtia que cõtinet supersubstantialr̃ increatuz deitate. i. q' increata deitas põt dici substãtia supsubstãtialr̃. i. q' est ens p se qđ est pfectiõis: vt ãt est limitata ⁊ põt substare accid̃tib⁹ ꝯtinue oẽs creaturã continet. i. q' ipsa vt genus gñalissimũ continet sub se oẽm substantiã: que ẽt continet in se oẽ aliud accidens siue corporale siue spirituale ⁊ hoc p modum subiecti: ⁊ hoc est iperfectiõis. Et sic p3 q' iuo Dama. vult deũ eẽ substantiã. ❡ Ad Boe. dico q' nusq̃ inuenit' in libello illo q' duo gña maneãt in diuinis: nec breuiter gña: nec dr̃e generꝝ: nec ẽt modi coꝝ: nec rõnes coꝝ manẽt ibi ⁊c. Intẽdit ergo q' duo modi p̃dicandi sunt i diuinis. s. p̃dicati relatiui ⁊ essentialis ⁊c. Et accipit' ibi essentiale nõ ꝓ eo qđ est de essentia alterius: sed ꝓ oi predicato dicente aliquã perfectõez: ⁊ tale est semp in deo ens absolutũ: vt bonitas intellectio ⁊ volitio sapia ⁊ hmõi: vt p3 a doc. q. j. quoli. Aliqñ ẽt accipitur essentiale ꝓ oi predicato qđ est cõe tribus psonis ẽt si sit relatiuũ ⁊ ens rõnis: vt creare qđ dicit r̃lõnem rõnis cõem tribus. nã hec ẽ vera. pater creat. filius creat. ⁊ spiritus sanctus vt p3 a Doc. q. j. quoli. ⁊ de hoc ẽntiali nõ intendit hic doc. Alius est modus p̃dicandi relatiuus. ⁊ sub isto cõprehendunt' oia relatiua ⁊ oẽs r̃lõnes q̃ psũt predicari in diuinis.

In diuinis ẽ multiplex ẽntiale.

❡ Ad Auer. dico q' nõ videtur habere intẽtionẽ magistri sui Aristo. Sensus tot⁹ lr̃e stat i hoc. Plato. n. posuit q' gña ⁊ spẽs sunt q̃dam nãe ⁊ substantie separabiles subsistentes: ⁊ q' ipsum genus sic separatũ esset vnũ: itaq' vnitas illa nullo mõ distinguebat' a nã talis gñis imo esset ipsa nã: quã opinionẽ sic improbat Aristo. l. x. methaphi. c. 3. circa principiũ sic. Nullũ vlẽ dictum de multis est substantia p se existens. Sz ens ⁊ vnũ sunt maxime vl'ia dicta de omnibus. ergo ens vel vnum nõ est substantia p se existens. Maior patet: q2 substãtia p se existens nõ est cõis multis cõmunitate predicationis. Querit ergo Ari. an in substantijs sit aliqđ vnum qđ sit mensura aliorum. an ƀ ipsum vnum. idest an sicut in alijs generibus sit aliquid quod sit mensura omnium illius generis de quo predicatur vnum denominatiue: an ipsum vnum? Et probat ipse Aristote. q' non ipsum vnum in se sed aliquid cui conuenit ipsum vnum. Et hoc est qđ cõcludit circa finem. Quare siquidem in passionibus ⁊ qualitatibus ⁊c. Idest q' sicut in alijs predicamentis aliquid illius predicamenti: de quo predicatur vnum denominatiue est vere mensura omnium illi⁹ generis: ita similiter in predicamento substantie est aliqua substantia de qua predicatur ipsum vnum denominatiue: que est mensura omnium illius generis. Et hoc est qđ dicit. Quare siquidem in passionibus ⁊ qualitatibus ⁊ quantitatibus ipsum vnum aliquid vnum supple ipsum vnum. idest aliquid ens qđ dicitur aliquid

tur aliquid vnum: sed non hoc ipsius substantie· idest non ipsum vnum ipsius substantie sine qđ sit ipsi substantie sicut volebat plato· Sed est aliquid supple de quo predicatur vnum denominatiue qđ est mensura omnium ⁊c· Et similiter est in substantijs· Et hoc est qđ dicit· Sed in substantijs necesse est similiter se habere· Si ergo primus motor poneretur mensura ipsius generis substantie vt voluit Auer· hoc ipsum vnū poneretur mensura: patet q̄ꝛ primus motor propter suam simplicitatem multo verius esset hoc ipsū vnū q̄z ydea platonis. idest q̄ ex quo primus motor ē simplicissimus: vnitas dicta de ipso esset eadem natura cum illo: ⁊ cum primus motor sit magis simplex q̄z ydea platonis: sequeretur q̄ ipsum vnum qđ est natura primi motoris esset mensura ⁊c· magis q̄z ydea platonis: qđ est falsum · Et ideo Auer· non intellexit mentem sui magistri· Secundum ergo Aristo· mensura prima ipsius generis substantie est aliqua substantia illius generis prima· scilicet primitate perfectionis cui conuenit vnitas denominatiue· Et hoc loquendo de mensura intrinseca: que dicitur intrinseca non ex hoc q̄ sit formaliter in ipso mensurato: sed q̄ꝛ intrinsece continetur in eodem genere in quo sunt mēsurata· sicut dicimus q̄ in genere animalis homo est mensura omnium animalium intrinseca ex hoc q̄ intrinsece cōtinetur sub animali · Primus vero motor est mensura omnium aliorum a se perfectissime non tamen intrinseca: q̄ꝛ non continetur in aliquo genere in quo continentur mēsurata: imo est extra omne genus: ⁊ sic dicitur mensura extrinseca· Et sic patet ista littera· ¶ Ibi· Per aliam rationem concedo· ¶ Pro intelligentia huius littere nota q̄ aliquid esse in genere contingit dupliciter· Uno modo per se· idest q̄ recipit predicationem illius generis per se in primo modo. ⁊ sic tantum que sunt in recta linea p̄dicamētali dicuntur esse in genere· Alio modo non per se sed reductiue: vt sunt differentie vel partes componentes totum: qđ totum est in recta linea: que partes non recipiunt predicationem illius generis per se· Primo modo aliquid est in genere tripliciter: puta in genere substantie· scilicet compositū ex re ⁊ re sicut homo· ⁊ sic genus ⁊ differentia sumuntur ab alia ⁊ alia re in homine: vt puta a sensitiuo ⁊ intellectiuo: ⁊ sicut sensitiuum in homine vel illud qđ prius fuit sensitiuum in homine est vere perfectibile ab intellectiuo: ita animal sumptum a sensitiuo hominis est perfectibile a rationali sumpto ab intellectiuo: ita animal sumptum a sensitiuo hominis est perfectibile a rationali sumpto ab intellectiuo in homine· Quedam vero non sunt composita ex re ⁊ re· vt angelus in quo non sunt vere due res habentes aliam ⁊ aliam existentiam: sed in ipso possunt esse due realitates quarum vna in primo instanti nature est perfectibilis ab alia realitate. ⁊ si illa realitas vere distingueretur ab alia realiter esset vere perfectibilis ab alia in homine· Et ab illa realitate in primo instanti nature potest sumi ratio generis: ⁊ ab alia realitate potest sumi ratio differētie· Et sic q̄uis angelus sit tantum vna res existens nō includēs plures res: q̄ꝛ tamen in ipsa re sunt due realitates modo preexposito: ideo potest esse in genere· In deo autem nec sunt due res quarum una sit perfectibilis ab alia vt patet: nec due realitates quarum vna sit perfectibilis ab alia: q̄ꝛ ipse deus in illo priori quo precedit omnem relationem: omnem realitatem quam includit includit formaliter infinitam· Et realitas formaliter infinita non potest intelligi esse perfectibilis ab alia realitate: q̄ꝛ hoc est contra rationē infiniti· Et ex his patet responsio ad vltimam rationem illius opi· Et sic patet hec opinio ⁊ eius improbatio·

Mō· de mēsura itrinseca·

Prim⁹ motor ē mēsura oiū aliorū a se sꝫ nō itrinseca·

Qm̄o angelus ē cōposit⁹ ex realitate ⁊ realitate·

In deo nō ē aliq̄ res aut realitas q̄ sit ab alia pfectibilis·

Teneo opinionem meam mediam q̄ cū simplicitate dei stat q̄ aliquis sit conceptus cōmūis sibi ⁊ creature: non tamen cōmunis vt generis· Prima pars ꝓbata est arguendo contra primam opinionem· Secūdam partem probo per Augu· 7· de trini· Manifestū est inquit deum abusiue substantiā vocari· Ratio sua ibi est: q̄ꝛ substantia dicitur qđ substat accidentibus: absurdum vero est q̄ deus alicui accidenti substet· Hec ratio sic tenet · Non enim intelligit q̄ ratio substantie sit substare accidentibus vt substantia est genus: q̄ꝛ tunc vt sic substantia relatiue diceretur: qđ est contra Augu· qui premisit ibi q̄ absurdum est q̄ substantia relatiue dicatur· Sed substantia vt est genus est limitata: ⁊ omnis substantia limitata capax est accidentibus: ⁊ sic potest substare alicui accidenti: deus vero non· ¶ Item arguit Aui· 8· metha· c· 4· Qm̄ genus est pars: deus autem est simplex nō habens partem ⁊ partem· ergo deus non est in genere · ¶ Nunc ostendo propositum duobus medijs · Primo ex ratione infinitatis· Secundo ex ratione necesse esse· Ex ratione infinitatis arguit dupliciter· Primo sic· Conceptus habens differentiam ad aliqua: siue qui ex ratione sua est cōmunis ad aliqua ad que non potest cōceptus generis esse differens siue cōmunis: talis conceptus non potest esse genus · Sed quicquid dicitur cōmuniter de deo ⁊ creatura est indifferens: siue cōe ad finitum ⁊ infinitum loquendo de essentialibus: q̄ꝛ que dicunt perfectionem in diuinis sunt formaliter infinita vt infra patebit. q· imediate sequenti: vel saltē est cōmune ad finitum cuiusmodi est creatura· Et nō finitum cuiusmodi sunt relationes diuine que formaliter non sunt finite nec infinite: vt subtiliter patet a doc· 5· q· quoli · ¶ Secundam partem minoris que ē ista· Nullum genus potest esse indifferens ad finitū ⁊ infinitum probat: q̄ꝛ genus sumitur ab aliqua realitate que s̄m se est potentialis ad realitatem a qua accipitur differentia: sed nullum infinitum est potentiale ad aliquid: q̄ꝛ tunc haberet ratonē partis· Assumptum patet (· scilicet q̄ genus sumatur ab aliqua realitate que s̄m se est potentialis ad realitatem a qua accipitur differentia·) per Aristo· 8· metha· c· 5· ⁊ c· 9· Diffinitio inq̄t est sermo longus· ⁊ pa· · j· Ergo i substātijs est quedā substantia q̄ possibile est vt hēāt diffinitionē ⁊ sermonē: vt s̄ba composita siue fuerit sensibilis siue intelligibilis· Illa āt ex q̄bus est ista s̄ba prīa ipossibile est vt hēānt h̄ꝛ sermo diffinitōis significet aliq̄d de aliquo ⁊ oꝫ esse q̄dam q̄si mā ⁊ q̄dā quasi forā· Et ibi Comē· Illa āt ex q̄bus est ipsa s̄ba: intendit p illa ex q̄bus est substantia primo mām ⁊ formā· s· q̄ ipossibile est vt forma aut mā habeat diffinitōē: q̄ꝛ diffinitio .n· est sermo in quo disponit̄ aliq̄d p aliqđ· Et· j· In diffinitōe oꝫ vt sit aliq̄d qđ significet formā ⁊ aliud significans qđ est q̄si mā· hec ille· Et sic seq̄tur q̄ illud qđ ponit̄ in aliquo gn̄e habeat partē ⁊ partē· ¶ Apparet ēt p rōnē. Hic intendit ꝓbare q̄ illud qđ ponit̄ in gn̄e p se icludat plura q̄ditatiue .s· gen⁹ ⁊ differentiā: pꝫ q̄ꝛ si genus diceret totā q̄ditatē hoīs tunc solū genus cōplete diffiniret: pꝫ q̄ꝛ illud cōplete diffinit qđ explicat totam q̄ditatē diffiniti: ⁊ tūc dr̄ia superflueret · ¶ Hanc rationem aliqualiter pertractando intelligo sic· q̄ in aliquibus creaturis genus ⁊ differentia accipiuntur ab alia ⁊ alia re: ⁊ in aliquibus

ab alia ⁊ alia realitate· sicut·s·exposui respondendo ad rationes pro opi·Alberti de saxonia: ⁊ per ꝯsequens qd ponitur in aliquo genere de necessitate icludit aliquam realitatem que est potētialis ⁊ perfectibilis ab alia realitate:nullum autem infinitum formaliter est in potentia ad aliud vt perfectibile:vt patet· Sed omnis realitas in deo dicens perfectionem quecunqȝ sit illa est formaliter infinita:vt patebit·ī·q·imediate sequenti· Et sic patet quomodo nec deus nec aliquid i deo est aliquo modo in genere· ¶ Secundo ex eodem medio·scilicet ratiōe infinitatis probatur q deus nō sit in genere:⁊ ratio stat in hoc· Quecquid ponit genus respectu aliquorum est contrahibile ad illa p differentias:sed ens non est contrahibile ad deuȝ ⁊ creaturam per differentias:ergo ens non potest poni genus:nec apparet aliquid aliud qd possit poni genus respectu dei ⁊ creature· Maior est nota vt patet:⁊ minor similiter:qȝ ens contrahitur per finitum ⁊ infinitum:contrahitur enim ad deum per infinitatem ⁊ ad creaturam per finitatem:finitum autem ⁊ infinitum sunt tantum modi intrinseci·modo illud qd ponitur species in aliquo genere non est tantum conceptus realitatis ⁊ modi intrinseci eiusdem realitatis: qȝ tunc albedo posset esse genus:⁊ gradus itrinseci albedinis possent esse differentie specifice:qd est falsum ⁊ impossibile· ¶ Ibi· Arguo tertio ex secūdo medio·scilicet ex ratione necesse esse ⁊ est argumentum Aui·8·metha·c·4· Si necesse esse habet genus: ergo intentio generis vel erit ex se necesse esse vel non:si primo mō:tunc non cessabit quousqȝ sit ibi differentia· ¶ Hoc intelligo sic·q genus tunc includeret differentiam qȝ sine illo non est in actu vltimo:⁊ necesse esse est in actu vltimo vt·s·patuit·d·2·q·1· Si autem genus includat differentiam· Si detur secundum membrum·scilicet q non sit ex se necesse esse.sequitur q necesse esse esset constitutum ex eo qd non est necesse esse·

Jo·Angli· Bac·i·j·d· 9·nitit solvere rōnes Sco· q deus nō sit in genere·

Sed Jo·Angli· dictus Bac· in suo·j· d·9·sic dicit· Licet non velim asserere q deus sit in genere:cum non videam rationes que cōmuniter hoc probant concludere· ponitur enim ratio a Sco·d·8·q·ij·⁊ arguit contra rationes doc.ostendendo q non concludant· Prima q̄ sumitur ex ratione potentialitatis· Qȝ infinitum non est in potentia ad aliud·dicit q nō concludit ⁊ hoc sic ostendit· Quia quodlibet genus diuiditur per duas differentias quarum vna se habet vt priuatio alia vt habitus:⁊ illa que se habet per modum priuationis exprimit rem imperfectam:vt inanimatum: ⁊ aliquādo respicit rem perfectiorem:vt imortale ⁊ incorruptibile· Illa vero differentia que conuenit rei ⁊ determinat rem sm q res est perfecta:conuenit rei sm qd est in actu· Sed differentia que conuenit deo vt contentus infra habitum substātie conuenit sibi sȝ qd res ē perfecta:qȝ differentia priuatiua que est imortale independens increatum ⁊ huiusmodi: exprimunt rem vt est perfecta:differentia ergo que cōuenit deo vt cōtento infra habitum substantie conuenit deo sm qd est in actu:sed vt sibi conuenit: determinari per differentiam sic ipsum est res generis·ergo si deus sit i genere substantie deus erit res generis substantie sȝ q in actu non sm q in potentia·hec ille. ¶ Sed hec responsio non soluit rationem doc· vt patet intuenti:dicit enim multa que non credo esse vera· Primo enim posito q aliqua differentia dicat perfectionem: quero tunc quid intelligis per hoc qd dicis q differentia conuenit deo sm q est in actu: aut enim intelligis q

Destruitur rīsio Joā· Angli·bac·

ipsa differentia exprimit ipsum deuȝ sm q est ī actu: aut intelligis q ipsa differentia determinat genus ad deum sm q est in actu: aut intelligis q ipsa dicit conuenire deo sm q est in actu ex hoc q constituit ipsuȝ in vltima actualitate: Si primo modo: hoc nō potest esse:qȝ illud qd ponitur in genere constituitur in esse per genus ⁊ differentiam vt·s·patuit: ergo differētia non presupponit ipsum deum in actu· Non secundo modo:qȝ differentia eo modo exprimit diffinitū quo sumitur a re vel realitate finiti· Nam rationale nō exprimit totam quiditatem hominis sed tantum illam realitatem a qua sumitur:⁊ sic differentia que conuenit deo exprimit aliquam realitateȝ dei a qua sumit: ⁊ genus qd predicatur de deo exprimet aliam realitatem a qua accipitur: ⁊ sic realitas a qua accipitur genus erit in potentia suo modo ad realitatem a qua accipitur differentia· Nec tertio modo: qȝ si talis differentia constituit deuȝ in esse actuali qȝ realitas a qua accipitur constituit ipsum in vltima actualitate: tunc quero aut illa realitas a qua accipitur differentia dicat totum esse quiditatiuum dei: aut tantum aliquaȝ realitatem presupponentem aliquaȝ a qua accipitur genus: Si primo: ergo genus non intrat quiditateȝ illius:qd est contra Ari.8.metha·t·c·9· Si secūdo modo: ergo illa realitas presupposita erit in potentia ad realitateȝ a qua accipitur differentia· ¶ Preterea cū de ratione generis sit determinari per differentiā ad speciem: ⁊ omne determinabile per differentiam est i potentia ad illam:sed eo modo genus est determinabile per differentiam quo accipitur ab aliq̄ re vel realitate:eo enim modo animal est determinabile ad rationale quo sensitiuum in re a quo accipitur ratio animalis est determinabile siue perfectibile ab intellectiuo a quo accipitur rationale: ergo omne illud qd per se ponitur in aliquo genere includit aliquid potentiale ⁊ perfectibile a quo accipitur ratio generis: ⁊ aliqd actuale ⁊ perfectiuum a quo accipitur ratio differentie. Qd etiam dicit q alique differentie contrahētes genus se habent per modum priuationis:itaq vna se habet vt priuatio ⁊c· Si intelligit q tantum sit negatio in subiecto apto nato· illa non potest dici differentia generis:cum omnis differentia generica sit cōstitutiua entis positiui·

Deinde ipse· Jo·Angli·dicit secundam rationem doc· non valere que fundatur in hoc:q ens infinitū non est in genere· Dicit q hoc non concludit:qȝ illimitatio non excludit aliquid in genere simpliciter:qȝ illud non ponit aliquid extra genus simpliciter:quo posito nihilhominus res remanet in genere eodem· Sed posita infinitatione ⁊ illimitatione in aliquo: propter hoc non excluditur a proprio genere in quo collocatur cum multis alijs finitis·verbi gratia· Si linea poneretur infinita:adhuc esset in eodem genere cum corpore ⁊ linea finitis: qd patet:qȝ reciperet predicationem quantitatis essentialiter· ¶ Item qȝ finitum ⁊ infinitum congruunt quātitati· Nec valet dicere q licet quantitas infinita esset in genere quantitatis:q non sequitur deus infinitꝰ erit ⁊c·qȝ quantitas illa non diceret entitatem totalē ⁊ infinitam:sed precise quantitatem infinitam: deus autem dicit entitatem infinitam totalem omniū generum· ¶ Contra· Ideo oportet concedere q quantitas infinita nō effugit genus quātitatis:qȝ recipit essentialē predicationē quātitatis tanqȝ cōcretū p aliā differentiam quātitatis· Sed quamuis deus dicat totalē entitatē infinitā ⁊c·tn̄ qn̄ dicit̄ s̄ba recipit p̄dicationem essentialem

Jo·Angli· ad s̄am rōnem doc·

nē essentialem substantie ⁊ differt specie ab angelo· Confirmatur. Sapientia conceditur in deo ⁊ relatio: ⁊ sic de alijs sed remota limitatione ⁊ imperfectione: quare ergo ratio generis nō potest poni in deo remota limitatiōe ⁊ iperfectione? huius nō potest assignari ratio: nisi q̄ limitatio ⁊ iperfectio sunt de ratiōe generis· Sed hoc est falsum vt probatum est·s·de quantitate: potest enim quecunq̄ ratio generis concipi depurata non considerādo tale esse sicut humanitas potest concipi ꝙ nihil sit nisi humanitas tantum· hec ille·

Ad Jo·Angli· ❡ Respondeo breuiter ꝙ si daretur quantitas infinita extensiue illa esset in genere· sed ens infinitum intensiue non est in genere· vnde Sco·d·8·q·2· sic dicit· Licet esset quātitas infinita in ratiōe quantitatis: cum tamen quantitas non sit perfectio simpliciter nō sequitur ꝙ sit infinitum ens: q̄ nō sequitur ꝙ sit ens qd̄ non potest excedi iperfectiōe· Esset igitur infinita linea in genere quātitatis: q̄ esset limitatum ens simpliciter ⁊ excessum simpliciter a perfectiori ente: sed infinitum ens simpliciter non potest esse in genere: ⁊ ratio est: q̄ prima infinitas non tollit omnem potētialitatem quam requirit ratio generis: sed tantum ponit infinitatem sm̄ quid alicuius imperfecte entitatis: in qua vt illa est bene potest esse compositio in quocunq̄ gradu illa ponatur: sed secūda necessario tollit omnem potētialitatem· hec Sco· Et sic patet responsio ad Jo·angli·

Grego· de Ari· arguit ꝯ Doc· ITem arguit Grego·de Ari·cōtra aliqua dicta Doc·dicens· Hec opinio falsa est tam quantum ad illud quod dicit de genere substātie q̄z ad id qd̄ dicit de accidentibus· Naꝫ siue sint plures forme substantiales in substantia vna composita siue vna tantum: falsum est ꝙ genus significet partem (ut volunt) alioquin non plus predicaretur de specie in quid q̄z differentia: qd̄ est falsum·

❡ Item si significaret partem vel sumeretur a parte speciei· verbi gratia· animal ab anima sensitiua ⁊ rationale ab intellectiua (vt dicunt) nihilhominus res illa a qua sumitur genus non esset potētialis ad reꝫ a qua sumitur differentia: nec perfectibilis per eam (vt dicunt) quoniam nulla forma substantialis est perfectibilis per aliam formam substantialem: sed quelibet (etiam si plures essent simul in eodē) imediate pficit materiam· sicut patebit in 4o de omni forma materiali· ❡ Secundo deficit in eo qd̄ dicit de accidentibus· Nam aut volunt ꝙ realitas generis ⁊ realitas differentie nō sit aliqua res simpliciter: sed precise cōstituunt vnam rem compositam: sicut materia ⁊ forma vnam substantiam compositam: ⁊ tunc non minus in accidētibus res ⁊ res ⁊ compositio rei ⁊ rei q̄z in substantia: nisi ad placitum velint componentia accidētis vocare realitates: ⁊ componētia substātie res: vel volunt ꝙ licet sint diuerse realitates sunt tn̄ vna res simplex per idemptitatem: itaq̄ inter ipsas sit distinctio formalis ⁊ vnitas realis. siue (qd̄ idem est dictuꝫ) ipse sint distincte formalitates ⁊ vna res ad sensum datum in·q·prima huius·d· ❡ Et tūc quero de formalitate vna: an sit eadem aliquo modo ex natura rei illi rei cōmuni vel non? Si non? ergo non est vna res cum alia formalitate· si sic? cum illa formalitas aliquo modo distinguatur ab eo ⁊ per te non est possibile vt eodem penitus aliquid conueniat cum aliquo ⁊ distinguatur ab eo: oportebit dare formalitatem in formalitate in infinitum: vt in preallegatis·q·deducebatur· ❡ Preterea isti quidem alibi expresse contradicunt tam conclusioni quam hic ponit de compositione forme accidentalis q̄z etiam fundamento eius· scilicet ꝙ in tali forma sit alia realitas ⁊ ratio a qua sumitur genus ⁊ alia a qua sumitur differentia· Nam in reportatis parisieñ·li·1·d·33·q·2· volentes ostendere aliqua esse eadem simpliciter: ⁊ tamen non adequate aiunt sic· Nisi etiam multa essent eadem simpliciter que non sunt adequata eidem: sequitur ꝙ forma accidentalis vt albedo esset composita realiter· Nam si ratio cōmunioris a qua sumitur ratio generis esset alia realitas ab illa a q̄ accipit̄ rō differentie specifice albedinis: tunc albedo esset composita ex duabus realitatibus: qd̄ negatur cōmuniter· Sunt ergo vna realitas hec duo in albedine: ⁊ tamen neutrum adequate est realitas albedinis per se: quoniam tunc vnum vel alterum superflueret· hec ipse· Quomodo autem in his verbis dicant contradictoria vtriusq̄ qd̄ proposui non oportet declarare: sed solum legere sufficit·

Gre· putat soluere rōnes doc· ❡ Ad rationes eius dicendum· Ad primam quidem: primo ꝙ illa auctoritas non est vniuersaliter ad propositum suum· cum diffinitio (vt de ipsa ibidem loquitur philoso·) per eundem ibidem sit tantū substātie composite· Et per consequens per illam auctoritatem non probaretur aliqua compositio in accidentibus neq̄ in simplicibus substantijs· ❡ Secundo dico ꝙ non est extimandum ꝙ genus positum in diffinitionibus substantiarum compositarū significet materiam vt partem aliquā substātie (vt isti putant) q̄ genus predicatur in quid ⁊ in recto nomine principali· Et ideo dicendum ꝙ genus non significat tantum partem sed totum: nec philosophus dicit oppositum vbi allegatur: sed ait·8·metha·t·c·15· Quod hoc quidem diffinitionis oportet esse vt materiam id vero vt formam: ⁊ hoc est verum: quoniam lꝫ genus non sit materia nec solam materiam significet: est tamen vt materia· idest simile materie: assimilatio autem stat in hoc ꝙ sicut materia aduenit forme: ⁊ sicut ex vtraq̄ fit aliquid in actu sm̄ speciem: sic in diffinitionibus generi additur differentia: ⁊ sic completur diffinitio que significat rem in actu ⁊ distincte sm̄ propriam specieꝫ· Nec ē proprie intelligendū ꝙ genus sit pars speciei· nam constat ꝙ genus non est pars speciei plusq̄z econuerso: sed sunt intentiones diuerse quarum neutra alteri est intrinseca· Item genus non est pars rei quam significat species: sicut nulla intētio est pars rei extra· Et cū dicitur ꝙ phūs·5·metha·c·de parte·t·c·30· Genus est pars speciei ⁊ Comen·comē·30·ibi ait Gen⁹ est pars formarum speciei· forma eniꝫ speciei diuidit̄ in genus ⁊ drām· Dicit ꝙ phūs sic est intelligendus sicut ibidem Comen·exponit· scilicet ꝙ genus est pars speciei·i·diffinitionis speciei que diffinitio aliquādo vocatur ab eo forma: sicut patet per eundeꝫ·7·metha·phi·c·45· Et hoc modo accipit hoc nomen forme vbi allegatur· vnde ait ꝙ ⁊ illa ex quibus componuntur diffinitiones significātes quiditates cuiuslibet rei dicuntur partes diffiniti ⁊ diffinitionis: qd̄ non est intelligendum ꝙ partes diffinitionis sint partes diffiniti nisi q̄ sunt partes diffinitionis: que idem significant quod diffinitum· ❡ Ad rationem autem que inducitur contra hoc· scilicet ꝙ si genus significet totaꝫ quiditatem rei solum genus complete diffiniret· Neganda est consequentia· Nam ad diffiniendum non sufficit qualitercunq̄ significare essentiam diffiniti· Unde primo phisicoꝝ textu cōmenti quinti· dicitur ꝙ diffinitio diuidit in singula: genus autem etsi significet totam substantiam compositam: non tamen exprimit explicite quamlibet eius partem essentialem·

¶ Item qd adducitur q genus & differentia non diffinirent qz non significarent primo idem quiditati illius rei falsum est. nam licet genus significet totum qd significat diffinitio non tamen eodem modo: qz ipsum implicite diffinitio vero significat explicite & distincte. ¶ Ad aliud de nugatione dicendum q in diffinitione non est nugatio qzuis differentia aliquid explicite significet qd per genus significatur implicite: qz neutrum ponitur in diffinitione alterius. Et ideo si ponantur rationes pro nominibus non dicetur idem nomē bis qd tamen requiritur in nugatione. Hec Grego.

Destruunt oēs rñsiōes & obiectōes Gre. cōtra Doc.

Respondetur ad primum quando dicit: q genus non significet partem. Dico q facio magnam differentiam cum dico aliquid significare partem & per modū partis: & aliquid significare partem per modum totius: que differentia prolixe declaratur a Sco. in suis vniuersalibus i illa. q. an ista sit vera. homo est animal. Dico tunc q genus significat partem sed non per modum partis: qz tunc non posset predicari in recto de specie sed bene per modum totius: & sic cōceditur ista homo est animal. Hoc idem dico de differentia que tantum significat partem speciei: sed non per modum partis sz per modum totius. ¶ Ad aliud quando qritur an animal sumatur ab anima sensitiua & rationale ab intellectiua: dico q sic. Et cum infert q anima sensitiua non est in potentia ad rem a qua accipitur differentia: qz omnes forme substantiales in composito sunt imediate in materia: & vna non perficit aliam vt ipsi dicunt. Dico primo q genus sumitur ab aliqua parte materiali. ¶ Ad qd intelligendum premitto aliqua. Primo q in homine licet sint plures forme substantiales vt patebit a doc. in. 4. in materia de eucharistia: non tamē actu ponitur ibi anima sensitiua nec vegetatiua: qz anima intellectiua continet eas virtualiter. Secundo premitto q generans intendens effectum puta indiuiduum perfectum alicuius speciei: vt quando homo generat hominem: illud indiuiduum cuius generatio procedit ab imperfecto ad perfectum acquiritur sm aliud & aliud eē: ita q vt est sub forma seminis habet tale esse: & postea sub forma sanguinis habet aliud esse: & post sub forma carnis aliud: & sub forma embriōis aliud: & post sub forma organizationis aliud: & post sub forma anime vegetatiue aliud: & post sub forma anime sensitiue aliud: & post sub forma anime intellectiue tunc habet aliud vltimatum esse: & quousqz est in continua generatiōe nunqz ponitur sub aliqua specie specialissima: sed vt tantum habet completum esse vt patebit a doc. in. 4. vbi. s. Ut ergo est sub forma seminis tunc est in potentia ad formam sanguinis: non q semen informetur forma sanguinis sz materia que erat sub forma seminis imediate informatur forma sanguinis & corrumpitur forma seminis: & similiter vt est sub forma sanguinis est in potentia ad formam carnis: & sic illa materia informatur forma carnis & corrumpitur in ea forma sanguinis: et sic deinceps: sustinendo q non possint eē plures forme in composito semper a materia vel a parte materiali: vt est sub tali forma acciperetur tale genus & sub alia tale genus: ab vltima tamen forma sumeretur ratio differentie constituens in vltimo esse specifico. Si vero teneantur plures forme in composito: puta q in homine esset anima intellectiua & anima sensitiua: tunc ab anima sensitiua acciperetur animal & ab intellectiua rationale. Et cum dicitur q anima sensitiua nō est perfectibilis ab intellectiua. Dico sufficit q

Idē cōpositū nāle vt ē sub forma ipfecta & vt ē sub perfecta: hz eē sz aliud & aliud esse.

sensitiuum sit perfectibile ab intellectiuo: licet anima sensitiua non sit ratio formalis recipiendi: & sic a tali sensitiuo acciperetur ratio generis. Et cum dicit q Scotiste asserunt omnes formas substantiales imediate perficere materiam. Hoc est manifeste falsum: qz anima intellectiua imediate perficit corpus organicum vt organicum: & similiter anima sensitiua. ¶ Ad aliud de accidentibus dico q in eadem albedine simplici. i. non composita ex re & re possunt esse plures realitates formaliter distincte: a quarum vna accipitur ratio generis & ab alia ratio differentie. Et cum querit an vna formalitas sit eadem aliquo modo ex natura rei illi rei communi. i. an formalitas a qua accipitur rō differentie sit eadem ex natura rei formalitati a qua accipitur ratio generis. Dico q accipiendo idemptitatem ex natura rei pro vera idemptitate reali vt opponitur vere distinctioni reali: est eadem ex natura rei. idest q vtraqz sunt vna res realiter. Et cum infertur. si sic: tunc cum illa formalitas aliquo modo distinguatur ab eo: & per me non est possibile vt eodem primo aliquid cōueniat cum aliquo & distinguatur ab eo: oportebit dare formalitatem in formalitatem in infinitum. Dico q hoc non sequitur: qz per realitatem a qua sumitur ratio generis vere conuenit cum aliis speciebus: & per realitatem a qua accipitur ratio differentie differt ab alijs speciebus. Sicut si ratio generis & ratio differentie acciperentur ab alia & alia forma: per formam a qua accipitur ratio generis conueniret: & per formam a qua accipitur ratio differentie differret. Sic in proposito. sicut etiam patet a doc. 3. d. 3. q. 3. q anima intellectiua qzuis sit forma simplex realiter tamen includit aliquid siue aliquam realitatem per quam conuenit cū alijs animabus intellectiuis: & aliam realitatem includit per quam vere differt ab illis. sic in proposito. Et sic patet quomodo non est procedere in infinitum in istis formalitatibus siue realitatibus. ¶ Ad illud qd dicunt de contradictione qz in reportatis parisien. &c. ¶ Ista lrā in reportatis debet sane intelligi. Vult. n. ibi doc. q aliqua sunt eadem alicui simpliciter non tamen idemptitate adequata siue conuertibili. sicut diffinitio & diffinitum sunt idem simpliciter & adequate: licet homo & animal sint idem simpliciter non tñ adequate qz non conuertibiliter: homo. n. est idem formaliter animali & non ecōtra: vt. s. patuit a doc. d. 2. pte. ij. q. j. sic realitas albedinis a qua accipitur ratio generis: & realitas a qua accipitur ratio differentie sunt idem simpliciter ipsi albedini non tamen adequate: & si sunt eadem realiter albedini inter se sunt eadem realiter: & sic sunt eadem simpliciter. Dicit ergo q si realitas a qua accipitur ratio generis esset alia ab illa a qua accipitur ratio differentie. tunc albedo esset cōposita ex duabus realitatibus. Hoc verum dicit: qz doc. accipit ibi alietatem pro distinctiōe reali. i. q si iste due realitates in albedine essent realiter distincte tunc albedo esset vere composita: quia ergo non sunt realiter distincte imo simpliciter idem realiter licet sint formaliter distincte: ideo albedo non potest dici vere cōposita. Et sic patet q he due realitates sunt vna realitas realiter & essentialiter: & tamen non sunt vna realitas formaliter. Et sic patet quomodo Doc. non sibi cōdicit si verba & intentio doc. sane intelligantur.

Singlē dictū de pluribus realitatibus i eodē accīte ex ... stētibus.

Doc. n sibi cōdicit vt dicat Gre.

Nunc ostendendum est qualiter responsiōes date a Grego. ad rationes Sco. non euacuant illas. Ad primam ergo responsionem quādo dicit q si philoso. 7. methaphi. t. c. 15. q oportet diffinitionem esse rationem

se rationem longam: itaq; oportet illud esse materiam illud vero formam ꝛc. qd si sic intelligatur vt verba sonant: tunc tantum loqueretur de diffinitione substãtie composite ex materia ꝛ forma: ꝛ sic non probaret aliqua compositio in accidentibus neq; in simplicibus substantijs.

Rñsiones Hen· ad argu. Scot· si bñ facuit· ¶ Dico q responsio non valet: quia eo modo quo res est composita eo modo diffinitio exprimit partes componentes· Si est vere composita ex materia ꝛ forma tunc diffinitio exprimit illas partes· Si vero est composita ex realitate ꝛ realitate eodem modo exprimit illas: ꝛ sic semper genus qd ponitur in diffinitione significat materiã differentiã ꝛ formam· ¶ Et si dicatur q omnes partes diffinitionis sunt forme: vt patet a Comen· co·45. ¶ Dico q dicũtur forme in predicando siue inquantum sunt predicata: predicatum enim habet rationem forme ꝛ subiectum modum materie· de hoc vide Scot· in suis vniuersalibus i illa· q· an ista sit vera· homo est animal· Et qd dicit q genus ꝛ differentia vt ponuntur in diffinitione non significant partes ꝛc· Si ipse intelligat q genus ꝛ differentia vt accipiuntur pro secundis intentionibus ponantur in diffinitione puta hominis: hoc est manifeste falsum: qꝛ sicut diffinitum est aliqd ex natura rei: ita diffinitio que conuertitur cum diffinito erit aliquid ex natura rei· Et sicut hic homo realiter compõitur ex hoc corpore ꝛ ex hac anima: ita homo in cõmuni preter omne opus intellectus dicitur componi ex corpore ꝛ anima in cõmuni: ꝛ de hoc vide doc· in· 3· d· 22· Si vero accipit genus ꝛ differentiam vt sunt partes diffinitionis pro primis intentionibus: patet ex supradictis q genus significat materiam siue partem: licet non per modum partis sed per modum totius· Et ex his patet quomodo responsiones sequentes ad rationem doc· nec euacuant nec soluunt illas·

Gul· ochã in· 1· d· 8· instat ẽt contra doc· Contra istam opi· arguit Ocham in· 1· di· 8· ꝛ arguit contra aliq̃ dicta doc· Et primo qd dicit· In omni specie sũt due realitates a quarum vna accipitur gẽus ꝛ ab alia differentia· Hoc est simpliciter falsum: qꝛ aliqd indiuiduum est simplex simpliciter: ergo non includit tales duas realitates· Confirmatur: qꝛ sicut probatum est prius in creaturis nulla est distinctio a parte rei: nisi sit distinctio rerum: sed sm istos multa sunt indiuidua que non includunt distinctas res· ergo multo fortius nec species includit diuersas res: ꝛ per consequens nec includit tales diuersas realitates· ¶ Preterea· Sicut species se habet ad indiuidua sm istos: ita genus ad species: sed indiuiduum non includit tales realitates duas· ergo ꝛc· Mi· probatur: qꝛ quero de illis realitatibus proprijs diuersorum indiuiduorum: aut sunt eiusdem rationis aut non: non potest dici q sic: quia tunc ab eis posset abstrahi aliquis conceptus cõmunis vniuocus: quod negant isti· Si sunt alterius rationis. ergo indiuidua non sunt eiusdem rationis sed alterius rationis: ergo nõ erunt indiuidua eiusdem speciei· ¶ Si dicatur q quamuis iste differentie sint alterius rationis nõ tamen indiuidua constituta essent alterius rationis: quia constituta minus differunt quam constituentia· ¶ Contra· Quando aliqua tota nata sunt denominari a nominibus partium: illa que conueniunt partibus conueniunt totis: sed nunc est ita q indiuidua distinguuntur per differentias indiuiduales: ergo ille denominationes que conueniunt ipsis differentijs indiuidualibus: conuenient ipsis indiuiduis· ergo sicut ipse differentie sunt alterius rationis: ita ipsa indiuidua erunt alterius rationis·

¶ Preterea· Qua ratione dicitur (non obstante q differentie indiuiduorum sint alterius rationis: tamẽ ipsa indiuidua non sunt alterius rationis) eadem ratione ꝛ facilitate dicetur q quamuis differentie specifice sint alterius rationis: non tamen ipse species constitute erunt alterius rationis: cum sicut natura specifica non distinguitur nisi per differentias indiuiduales: ita ipsa natura generis non distinguitur nec diuiditur nisi per differentias specificas secundum eos· ¶ Si dicatur q non est simile: quia illa differentia indiuidualis non est quiditatiua sicut differentia specifica est· ¶ Contra· Hoc nõ est nisi vocabulis vti ad placitum: cum ita sit de essentia indiuidui differentia indiuidualis: sicut de natura speciei est differentia specifica: nec magis sit intrinseca ipsi speciei differentia specifica: quã differentia indiuidualis ipsi indiuiduo· ¶ Preterea· Dicit q illa natura specifica est potentialis ꝛ perfectibilis ab illo actuali· Hoc non est verum: quia nulla res est in potentia ad seipsam· ergo si· a· ꝛ b· non distinguantur realiter· a· nõ est in potentia ad b· nec ecõuerso· ¶ Si dicatur q sufficit distinctio formalis· hoc non sufficit: quia eadem ratione dicam q essentia diuina est in potentia ꝛ perfectibilis per relationem: vel econuerso propter distinctionem formalem inter essentiam ꝛ relationem· Confirmatur· quia quando aliqua sunt realiter vnum: vnum non est imperfectius alio· quia idem non potest esse perfectius seipso· ergo cum in proposito potentiale ꝛ actuale sint vnum realiter ex hoc q vnum est potentiale respectu alterius: non potest argui q potentiale sit imperfectius actuali· ergo si illud actuale esset infinitum ex hoc q aliud esset potentiale: non posset argui minor perfectio in potentiali: nec per consequens aliqua imperfectio· ergo sine omni imperfectione propter essentiam infinitam posset stare in deo aliquid potentiale respectu alterius dummodo vnum distinguatur formaliter ab alio· ergo cum infinitate diuine essentie stat potentialitas alicuius in deo sine omni imperfectione· sed vbi est potentia ꝛ actus ibi est aliqua compositio: ergo cũ infinitate diuine essentie sine omni imperfectione stat compositio: quod est absurdum· ¶ Preterea· Auctoritas philosophi est ad oppositũ: quia sicut patet ex processu philosophi· oportet diffinitionem esse orationem longam: ita q vna pars significet mãm: ꝛ alia formã· qlr aũt h sit intelligẽdũ post patebit· ¶ Preterea· Scd̃a rõ nõ ↄcludit· Primo: qꝛ p illam rationẽ cum indiuidua non distinguãtur tantum per gradus intrinsecos: sed per differentiam simpliciter alterius ꝛ alterius rationis: ꝛ tanta sit compositio in indiuiduo quanta requiritur ad cõpositum speciei: sequeretur q ille differentie essent specifice: ꝛ omnia indiuidua distinguerentur specie· ¶ Si dicatur q ille differentie non sint quiditatiue: ꝛ ideo non constituunt species quantumcunq; sint alterius rationis· Contra hoc est frequenter argutum: qꝛ eadem facilitate dicetur q differentie hominis ꝛ asini non sunt quiditatiue· ꝛ ideo homo ꝛ asinus nõ sunt alterius rationis· ¶ Preterea arguitur sic· Conceptus speciei non est tantum conceptus realitatis ꝛ modi intrinseci: qꝛ tunc albedo posset esse genus: ꝛ gradus intrinseci albedinis possunt esse differentie specifice· Eodem modo arguo ego sic· Conceptꝰ speciei non est tantum conceptus realitatis ꝛ differentie contrahentis ꝛ componentis cum illa realitate: quia tunc albedo posset esse genus ꝛ differentie contrahẽ-

tes & componentes cum ea possent esse differentie spe
cifice. ergo sicut dicis propter hoc q modi intrinseci
non constituunt conceptum: ita compositum sicut est
conceptus speciei. ita habes dicere q differentie que
distinguuntur formaliter ab illa realitate non constitu
unt conceptum ita compositum sicut est conceptus
speciei. ergo ad constitutionem speciei requiritur dif
ferentia realis inter differentiam & realitatem a qua
sumitur genus: quod tamen ipse negat. ¶ Preterea.
Quero de alijs modis intrinsecis: aut aliquo modo
distinguuntur: vel non sunt omnibus modis idem et
natura rei cum illis quorum sunt modi: aut non? Si
aliquo modo distinguuntur vel non sunt idem omni
bus modis. ergo erit ita aliquid reale vniuocum deo
& creature sicut creaturis inter se: quod tamen ipsi
negant: consequentia patet. q2 vbicunque est aliquid
reale contractum per aliqua realia: quia alterumq3 il
la contrahentia distinguuntur a contracto ibi est ali
quid reale vniuocum. hoc patet: q2 non potest aliqua
ratio assignari quare est aliquid reale vniuocum: vel
est vnum & idem non variatum nec multiplicatum in
vniuocatis: & tale nullum est et secundum istos. Vel
dicitur reale vniuocum q2 est contractum per aliqua
realia: & multiplicatum & variatum per ea: & tunc qua
ratione vnum tale est reale & reliquum: ergo si commu
ne deo & creaturis sit contractum per quoscunq3 mo
dos reales istud commune erit aliquid reale. sicut aliud
commune reale. Confirmatur. quia quantumcunq3 sit
minor distinctio inter naturam specificam & differen
tias indiuiduales q3 inter naturam generis & differe
tias specificas: tamen tanta vniuocatio est speciei ad
sua indiuidua quanta est generis ad suas species. Im
mo eo ipso est maior vniuocatio & magis realis ad in
diuidua q3 ad species. ergo si commune vniuocum deo
& creature sit realiter contractum per modos intrinse
cos reales: qui minus distinguuntur a contracto q3
differentie specifice distinguantur a natura generis:
sequitur q eq3 vel magis erit aliquid reale vniuocu3
deo & creature q3 diuersis speciebus eiusde3 generis.
¶ Preterea secundum eum albedo est aliquid reale
vniuocum diuersis albedinibus: non obstante q con
trahatur per diuersos modos intrinsecos: ergo eade3
ratione si aliquid commune deo & creaturis contra
hatur per diuersos modos intrinsecos reales deo &
creature erit aliquod vniuocum reale. ¶ Preterea.
Quero de illo contracto per modum intrinsecu3: aut
est aliquid reale: aut tantum ens rationis? Non potest
dici q sit ens rationis: q2 nullum ens rationis con
trahitur per ens reale: ergo oportet q sit ens reale:
tunc arguo sic. Nullum contractum est de se illud ad
quod contrahitur: q2 omne tale est commune. ergo tale
contractum per modum intrinsecum diuine essentie est
commune & est reale. ergo aliquid reale est commune vni
uocum deo & creature. Si autem dicatur q ille
modus intrinsecus nullo modo distinguatur ex natu
ra rei ab illo cuius est modus: ergo infinitas non plus
est modus diuine essentie q3 econuerso: & per conse
quens non plus modus est contrahens q3 diuina es
sentia: & ita non erit ibi contrahens & contractum cu
ius oppositum ipse dicit. ¶ Preterea. ratio non con
cludit q2 supponit vnum falsum. scilicet q intentio ge
neris est aliquid intrinsecum speciei constitutiuu3 ip
sius: cuius oppositum probatum est prius. Hec Gu
lielmus Ocham.

Soluuntur rones Occh.

Respondeo ad rationes Ocham. Ad
primam. negatur q ali
quod indiuiduum positum in recta linea predicamenti
tali sit simpliciter simplex: omne enim tale de necessi
tate includit plures conceptus essentiales in quos re
soluitur: vt patere potest a Doc. d. 3. & d. 5. i. 2. d. 3.
¶ Ad confirmatione3 conceditur q multa indiuidua
etiam predicamentalia sunt que non includunt disti
ctas res: vt qualitates idiuiduales: & breuiter omnia
indiuidua accidentalia: q2 nullum accidens est compo
situm ex diuersis rebus: vt patet a doc. in metha. sua
& presenti. d. ij. in. ij. & in quarto. Et cum infertur. er
go in tali indiuiduo non sunt plures realitates a qua
rum vna accipitur ratio generis & ab alia ratio diffe
rentie. Negatur hoc illatum. Et cum dicit q in crea
turis nulla est distinctio a parte rei nisi distinctio re
rum. Dico q hoc est manifeste falsum: nec probatio
nes quas. ō. facit. d. ij. probant propositum suum: vt
patet intuenti illas rationes: nec oportet hic imorari.
¶ Ad aliud quando querit de realitatibus proprijs in
diuiduorum. scilicet de ipsis hecheitatibus: puta de
hecheitate Francisci & Joannis: an ille realitates sint
eiusdem rationis an alterius rationis? Dico q esse eius
dem rationis vel alterius potest dupliciter accipi vel
q sint eiusdem rationis quiditatiue: vel alterius ratio
nis quiditatiue. Dico q nec eiusdem nec alterius: q2
si eiusdem tunc haberent quo conuenirent quiditati
ue & quo differrent. Non secundo: q2 que differunt
quiditatiue dicunt quid. sicut que differunt forma
liter dicunt formalitatem: modo huiusmodi entita
tes proprie non dicunt quiditatem vt patet.
Sunt ergo primo diuerse. & sic conceditur q sunt hoc
modo alterius rationis: quia primo diuerse. Et cum
infertur. ergo indiuidua constituta per eas sunt hoc
modo alterius rationis. Negatur. quia Franciscus &
Jo. conueniunt quiditatiue in homine & in alijs supe
rioribus: & per consequens non sunt primo diuersa. vt
patere potest ex. v. metha. t. non habente commentum:
qui textus incipit. Eadem vero dicuntur hec quidem
secundum accidens &c. hoc idem patet. x. metha. t. c. xij. Et
cum probat q talia indiuidua erunt alterius rationis
per hoc q denominantur distingui per illas realita
tes proprias. Dico q hoc sequeretur si non include
rent aliam entitatem quiditatiuam. Franciscus. n. ra
tione humanitatis est eiusdem rationis quiditatiue cum
Jo. ratione humanitatis Johannis. & sic non sequitur
q sint alterius rationis. & hoc patet a Doc. infra. di.
xiij. & xxvj. & supra patuit distin. vij. Dicimus q pr
& filius in diuinis sunt simpliciter eiusdem rationis
ratione essentie incluse: l3 paternitas & filiatio sint pri
mo diuersa. vt patuit in locis supra allegatis. sic in p
posito. Et concedo q denominantur distingui per illas
realitates proprias: sed ex hoc non sequitur q tanta
distinctione illa indiuidua distinguantur quanta ille
realitates indiuiduorum. Et quando addit q eadem
ratione posset dici q due species essent eiusdem ratio
nis quamuis differentie constituentes sint alterius ra
tionis. Dico primo q non est simile: quia esse alterius
rationis essentialis & quiditatiue non potest esse nisi
per differentias constituentes in esse essentiali & qui
ditatiue: & quecunq3 sunt principia essendi eo modo quo
sunt principia essendi eodem modo sunt principia di
stinguendi & econtra. vt supra patuit in prologo. q. vl
tima. quia ergo realitates indiuiduales non constituunt
indiuidua in esse quiditatiuo vt p3. ideo non sunt prin
cipia distinguendi quiditatiue & essentialiter. Dico se
cundo q sicut indiuidua non distinguuntur tanta distin
ctione quanta eorum differentie indiuiduales. sic &
species

Esse eiusdem vel alterius rationis potest dupliciter accipi.

species non distinguntur tanta distinctione quanta differentie specifice: pz quia differentie specifice non conueniunt quiditatiue in aliquo genere: lz quiditatiue conueniant in ente· vt supra patuit a doc· di· 3· q· 3· sed due species conueniunt in genere quiditatiue· Et cum dicit q ita talis realitas est de essentia indiuidui sicut et differentia e de essentia spei· Si intelligat q constituat indiuiduum in aliquo esse essentiali et quiditatiuo falsum est: quia tunc esset differentia essentialis. et sic indiuiduum esset contrahibile per aliam realitatez indiuidualem· et tunc de illa alia queritur· aut dicit quiditatem aut non? si sic? ergo processus in infinitum· si non? ergo nec prima realitas: cum non sit maior ratio de vna qz de alia· De hoc vide Doc· in secudo dist· 3· Si vero intelligit q sit de essentia· i· de constitutione indiuidui· Conceditur q talis realitas vere constituit indiuiduum: non tamen in esse quiditatiuo sed tantu in esse indiuiduali· et sic patet quomodo non est vis vocabulis ad placitum· ¶ Ad aliud cotra Doc· (qui dicit q natura specifica est perfectibilis a realitate indiuiduali: vt pz a Sco· in primo dist· v· q· z· et di· xxvj·) quia nulla res est in potentia ad seipsam: ergo si· a· et · b· non distinguntur realiter· a· non est in potetia ad · b· ¶ Dico primo q Doc· vult q talis natura que ex natura rei est prior realitate indiuiduali sit vere determinabilis et contrahibilis per illam: et quia illa dicit entitatem positiuam· ideo perficit illam et determinat et actuat· Et cum dicit q non distinguntur realiter· Dico q natura vt prior tali realitate est indifferes ad omnem hecceitatem· vt patet a doc· in secundo di· 3· vt sic dicatur realiter distingui: lz vt facta tali natura propria puta natura humana ipsi Francisco non distinguitur realiter ab ipso: sed transit in realem identitatem ipsius· vt patet a Doc· vbi supra· et ideo doc· in isto primo distin· v· q· z· dicit q essentia diuina ex se et ex sua ratione formali est hec et in vltima actualitate: non sic natura creata· ¶ Secundo dico q quando Doc. dicit q est perfectibilis· Hoc magis debet intelligi sic: q sit actuabilis et determinabilis siue contrahibilis qz perfectibilis: quia proprie perfici est essentialiter vel accidentaliter perfici: sed a tali realitate nec essentialiter perficitur cum non sit de essentia illius nec accidentaliter cum non sit accidens eius· ¶ Dico tertio q ideo potest dici perfectibilis a tali proprietate: quia natura est vere actuabilis cum ex se non sit in vltima actualitate· vt probat Doc· in secundo distin· 3· q· prima· et si talis proprietas realiter distingueretur vere ab illa perficeretur· ergo cum modo non distinguatur realiter sequitur q saltem sm rationem perficiatur: quia qualis est ordo inter aliqua vbi realiter distinguntur talis est vbi tantuz ratione distinguntur· vt pz a doc· supra· q· 3· prologi· et in quoli· et alibi sepe· Si ergo talis proprietas distingueretur realiter esset vere perfectibilis ab illa· ergo vbi modo aliqualiter distinguitur suo modo est perfectibilis ab illa: saltem sm ronem· Sed hoc non sequitur de essentia diuina: quia ipsa est ex natura sua hec et in vltima actualitate nec potest quouis modo intelligi prior et vt determinabilis· Et ideo no adduco contra Ocham illam responsionem: q sufficit q distinguatur formaliter: qr si hec esset sola ratio: argumentum qd facit de essentia diuina et paternitate concluderet· ¶ Ad alia que dicit contra secuda ratione Doctoris sumptaz ex rone infinitatis (in qua dicit q conceptus speciei non tantu est conceptus realitatis et modi intrinseci eiusdem realitatis: sz est conceptus realitatis et alicuius differentie specifice· cum ergo ens contrahatur ad deum et creaturam tm per modos intrinsecos· s· per finitum et infinitum· sequitur q non erit eis genus: nec p ons deus erit in genere) Cuz dicit primo q cu indiuidua no tm distinguntur per gradus intrinsecos sed per drias simpliciter alterius et alterius ronis: sequeretur q ille drie essent specifice: et sic indiuidua distinguerentur spe· Dico q ex illa rone Doc· hoc non sequitur· Et concedo q indiuidua no tm differunt per gradus intrinsecos· sed per aliquid aliud· s· per suas proprietates indiuiduales: sed postea nego q huiusmoi proprietates sint differentie simpliciter alterius et alterius ronis· et hoc loquendo de differentijs essentialibus et quiditatiuis: vt· s· patuit· sunt· n· differetie tm indiuiduales et constituentes tantu in esse indiuiduali et non in esse quiditatiuo: vt ipse arguit· quia bene tunc concederetur q essent differentie specifice· ¶ Ad aliud contra eandem rationez· Dico q non est simile de realitate et modo intrinseco: et realitate et differentia contrahente et componente cuz tali realitate: quia si conceptus speciei esset tantu conceptus realitatis et modi intrinseci: tuc albedo esset genus· pz quia si gradus intrinsecus pertinet ad quiditatem specificam: ergo albedo vt· 4· erit spes: qr includit realitatem albedinis et gradum intrinsecum contrahentem etc· et similiter albedo vt· 6· et albedo vt· 8· et sic de alijs· Albedo· n· pot intendi et remitti sm gradus intrinsecos· Si vero conceptus speciei puta albedo dicat conceptum compositum ex realitate coloris et realitate differentie: tunc albedo non poterit esse genus: quia non possunt reperiri differentie essentiales cotrahentes albedinem ad gradum specificum: qr vt sic tantum nata est cotrahi per differentias indiuiduales: que (vt dixi) nullo modo sunt differentie quiditatiue sed tm indiuiduales: nec alie differentie reperiuntur sub specie specialissima· No sic de gradibus intrinsecis: quia manifestum est q albedo pot addi ad albedinem vt· 4· vt· 6· vt· 8· et si illi gradus ptinerent ad conceptum specificum sub albedine possent esse plures species· et sic patet quomodo gradus intrinseci non constituunt conceptum ita compositum sicut est conceptus speciei: quod tamen sequeretur si pertinerent ad conceptum speciei· ¶ Ad aliud contra eade rationez cum querit de alijs modis intrinsecis· Dico q modi intrinseci aliquo modo distinguntur ab illis quorum sunt modi: non tm realiter nec formalr (nisi forte formaliter negatiue non autem positiue) vt infra patebit respondendo ad argumenta principalia· Cum infertur· q si aliquo modo distinguntur q erit aliquid reale comune vniuocum deo et creature sicut creaturis inter se· Dico q hoc non sequitur· Et cum probatur qr vbi est aliquod reale contractum per contrahentia realia aliquomodo distincta a contracto illud contractum est vere vniuocum· Concedo ad bonu sensum· Sed negatur q aliquid huiusmodi contrahatur: qr non datur aliqua realitas comunis deo et creature: vt· s· patuit· d· z· parte· j· q· j· exponendo illud argumentum de necessitate esse: non enim est comune deo et creature nisi conceptus: qr tantum in comuni conceptu conueniunt et non in aliqua realitate comuni: vt patet presenti· q· et prolixe exposui infra· d· z5· respondendo ad quasdam rationes Ocham contra Sco· ¶ Ad confirmationem concedo q est maior vniuocatio speciei ad indiuidua qz generis ad species: qr species est tota quiditas indiuiduorum non sic genus· Cum etiam qr in specie est proprie comparatio: vt patet per philosophum· 7· phisi· t· c· 24· et· 29· vbi

Vide has cautas rationes d nam specifica qro sit pfectibilis etc·

Indiuidua distinguntur per gradus intrinsecos et per drias indiuiduales·

vult q in specie athoma sit proprie comparatio non autem in genere: qr genus non habet talem unitatem. Et cum infert·ergo si cōmune deo et creature sit realiter contractum per aliqua realia etc. Dico q si ymaginatur aliquod comune reale prius natura ipso deo cōtrahibile etc. hoc non potest ymaginari secundum mentem Sco·nec etiam potest hoc haberi ex verbis ipsius. Si vero ymaginetur aliquid prius supple a quo non convertitur subsistendi consequentia. Conceditur q datur aliquod cōmune deo: illud tamen cōmune deo non pōt dici de essentia dei: cum sit tantum conceptus cōmunis. Species vero et genus non tantum dicunt conceptum comunem: sed etiam aliquam realitatem priorem et de essentia suorum inferiorum: sed hoc negatur de cōmuni deo et creature. Et per hoc patet ad aliud de albedine etc. ¶ Ad aliud quando querit de illo contracto aut est aliquid reale aut aliquid rationis. Dico q reale potest multipliciter intelligi vel reale prius et constitutivum in esse reali: et hoc nō·vt supra patuit: aut conceptus realis et posterior deo sed cōmunior·hoc modo potest concedi·vel vt comparatur ad creaturas sit aliquid reale prius ipsa et constitutivum ipsius·vt vero comparatur ad deum est simpliciter posterius prius tamen secundum cōmunitatem et predicationem: hoc etiam modo conceditur tale cōtractum esse quid reale. Ex his patet responsio ad rationes Ockam.

Dat aliqs cōceptus cōis deo: q tū n est d essentia ipsius·et quō intelligatur hic adūte·

Ibi·Respondeo q ens prius. Quod dicit Doc·q ens prius dividitur in ens finitum et infinitum: non debz intelligi de simpliciter prima divisione entis: quia secundum ipsum in·q·tertia vel quarta quolibe·ens dividitur prima sua divisione in ens quantum et non quantum: Sz sic debet intelligi q ens anteq̄ descendat ad·x·predicamenta prius dividitur in ens finitum et infinitum·et ens finitum tantum dividitur in·x·predicamenta·vt patet per Aristo·v·metha·quia ergo ens predicatur de·x·generibus et de his que sunt formaliter in deo que sunt infinita formaliter: ideo nō potest censeri genus. Cum omne genus et omne genericū sit formaliter finitum intensive·

Dubitatio·

Sed oritur difficultas. An ens prout pdicatur de·x·generibus et de relationibus in divinis dicatur genus: cum ille non sint formaliter infinite sicut nec genera·vt patet a Doc·q·v·quolibe·

Solū·

¶ Dico q non est genus·quia ens vt huiusmodi est magis indifferens q̄z ens qd dividitur imediate in ens finitum et infinitum: patet quia ens reale prius dividitur in ens quantum et non quantum·et accipit ibi ens q̄ztum pro ente habente aliquam perfectionem: et non quantum pro ente non dicente formaliter nec perfectionez neqz imperfectionem·cuiusmodi sunt relationes divine. Nam si paternitas diceret perfectionem: aliqua perfectio esset in patre que non esset in filio. Similiter nec imperfectionem: quia nulla imperfectio est in divinis. ¶ Ibi·Sed tunc est aliud dubium. Quia dicit Doc·q de ratione generalissimi non est habere sub se plures species. Hoc debet intelligi non simpliciter et absolute·nam ipse in suis universalibus vult q sufficit ad rationez generis posse conservari in vnica specie. Et vltra·quia genus diffinitur ex hoc q predicatur de pluribus differentibus specie·de hoc vide ibi diffuse·nam ipse ibi multas difficultates solvit·

Tho·i·pte

Ibi·Alij probāt quarto. Dicit Thoq ideo ens non est in genere quia continet in se perfectiones omniū generum: quasi velit dicere q continens est extra rationem formalem contenti: et sic si continet virtualiter omnia genera de necessitate erit extra illa. Et dicit Doc·q argumentum non valet: quia continens aliqd continet illud per modum sui·i·q sua entitas est ratio formalis continendi illud aliud. Et dicit q si deus causaret individua substantie illa continerent virtualiter omnia accidentia per modum sui et non per modum accidentium: et tamen ille substantie erunt in genere·

su.q·3·art·v·in sol·principali·et vide Un·p̄senti·q·

Obiectio·

Sed videtur mihi q non solvat argumentum Thome·quia et quo·n·substantie causant accidentia aliorum generum: ideo non sunt in genere accidentium. Sic in pposito·Si deus continet virtualiter omnia genera non erit in genere. ¶ Dico primo q argumentum Sco·concludit: quia et si ille substantie sint extra rationem formalem generis accidentis: tamen possūt esse in genere accidentis saltem per accidens et denominative sicut album est in genere qualitatis·hoc idē posset dici de deo quod est inconveniens. ¶ Secundo dico q etsi ille substantie contineant virtualiter illa accidentia: non tamen sequitur ex hoc q non possint substare accidentibus. Et sic idem diceretur de deo. ¶ Tertio dico q etsi contineant virtualiter omnia accidentia: non tamen sequitur et hoc ipsa esse omnino illimitata·hoc idez de deo. Et vltra dico q licet vna substantia contineat virtualiter non tantum accidentia sz etiam plures species substantie·vt patet de sole: non tamen ex hoc sequitur ipsum solem non esse in genere substantie. Sic dico q licet deus per modum·i·per propriam entitatem contineat virtualiter omnes substantias et omnia accidentia non per modum illorum: nō tamen sequitur q ex hoc nō possit esse in genere: quia licet sit extra rationem formalem omnium causatorum: non tamen sequitur ex hoc ipsum non posse contineri in genere substantie: cum non sit extra rationem substantie. Dicit ergo Doc·q hoc est ex absoluta infinitate dei. ¶ Ibi·Sed contra hoc instatur. Ex hoc vult probare q infinita linea possit esse in genere per hoc: quia phus increpat diffinitionem recte linee per hoc q si infinita linea esset posset esse recta: et tamen non haberet medium nec extrema. Non est autē aliqua diffinitio increpanda: quia non convenit illi quod impossibile est esse in genere·i·q ex quo diffinitio competit diffinito et cuilibet contento: et omne tale de necessitate est in genere: et impossibile est diffinitionem competere alicui quod non sit in genere. Si ergo diffinitio aliqua est increpanda non est increpanda ex hoc q non convenit illi quod impossibile est sic diffiniri: sed ex hoc quia non convenit illi quod possibile est diffiniri. Exemplum. Si·n·animal rationale est diffinitio hominis et cuiuslibet contenti: si per impossibile daretur aliquis homo q nullo modo esset in genere: et sic nullo modo posset diffiniri: illa diffinitio nō est increpanda ex hoc q nō convenit illi: sed bene est increpanda si non posset competere cuilibet homini in genere. Sic in proposito. Si infinita linea esset simpliciter extra genus illa diffinitio recte linee non esset increpanda: quia nullo modo competere posset sibi. Si ergo hec diffinitio increpatur ab Arist·quia infinita linea esset recta: et tamen nō haberet extrema neqz medium: sequitur q ipsa possit esse in genere: et sic diffinitio illa est increpanda: quia non competit diffinito·puta recto vel linee recte et cuilibet contento

Ex cōtinentia virtuali alicuius arguit nō pōt illimitatio extra gūs·

quia

quia non potest competere linee recte infinite. Ergo sm Ari. linea recta infinita potest esse in genere ⁊ sic falsum est ꝙ infinitum non possit esse in genere.

Diffinitio linee recte triplex.

¶ Ibi. Respondeo. Primo premitto vnum. ꝙ linea recta est vnum ens per accidens compositum ex subiecto ⁊ accidente. s. ex linea ⁊ rectitudine ⁊ sic potest dici tertia diffinitio. Prima ratione linee. s. linea recta est longitudo sine latitudine cuius extrema sunt duo puncta eq̃ protensa. i. ꝙ medium non sit protẽsum extra puncta: sed directe manet in medio illorum punctorum. ⁊ hec diffinitio non est increpanda ab Aristo. quia tantum competit linee finite. Secunda ratione recti sic. linea recta est longitudo in directum protensa: ⁊ hec similiter non est increpanda quia põt competere cuilibet linee recte ẽt in infinitum. Tertia ratione vtriusq̃. s. rectitudinis ⁊ linee ⁊ est ista. linea recta est cuius medium non exit extrema: ⁊ hec est increpanda ratione recti: quia non potest competere linee recte infinite. Dicit ergo Doc. ꝙ si hoc totum diffiniatur assignabitur vna diffinitio correspondens linee ⁊ alia correspondens recto. illud quod correspondet recto loco diffinitionis (. s. linea recta est longitudo in directum protensa) nõ contradicit formaliter infinito: quia rectum non contradicit formaliter infinito: ⁊ cui repugnat diffinitio formaliter eidẽ repugnabit diffinitum: illud vero quod assignatur prius pro diffinitione recti (. s. quod est habere medium inter extrema formaliter) repugnat infinito: patet quia infinitum in longitudine non habet extrema. Si ergo hec diffinitio data supra quam philosophus increpat eẽt bona: cum ipsa repugnet formaliter infinito: sequeret̃ ꝙ ipsum diffinitum. i. rectum formaliter repugnaret infinito: quod est falsum. quia si daretur linea infinita in longitudine posset esse recta. rectum ergo ratiõe sui ⁊ formaliter non repugnat infinito. i. linee infinite: ⁊ si aliquando repugnat hoc non erit ratione sui s; ratione sui subiecti: puta ratione linee que formaliter repugnat infinito. Non ergo ph'us intendit dicere ꝙ linea ĩfinita pria est in gñe: sed ꝙ ratione recti nõ repugnat formaliter infinitas: ⁊ sic increpat illam diffinitionem: non ex hoc ꝙ ipse velit ꝙ possit dari linea infinita recta que sit in genere cui repugnat talis diffinitio: sed ex hoc increpat quia ipsa rectitudo formaliter non repugnat infinitati si posset dari linea infinita. cetera patet. ¶ Ibi. Sed est alia difficultas. ¶ Tota ista ratio in hoc consistit. quia ens infinitum intensiue non potest esse in genere: quia illud quod est in genere includit aliquid a quo sumitur ratio generis: qđ non potest esse perfectissimum ens cum illud sit in potentia ad aliquid a quo sumitur ratio differentie: ⁊ sic suo modo natum est perfici ab illo: ⁊ vbi distinguitur realiter vere perficitur sicut sensitiuum ab intellectiuo. vbi vero non distinguitur realiter sicut in eadem albedine: illud a quo sumitur ratio generis est talis entitatis: ꝙ si distingueretur realiter ab illo a quo sumitur ratio differentie vere perficeretur. ꝙ modo vere non perficiatur hoc sibi accidit: quia propter identitatem realem ⁊ tamen sue rationi formali non repugnat: modo quicquid est in perfectissimo ente est pfectissimum: ita ꝙ impossibile est sibi aliquid intelligi esse quasi perfectibile ab alio. Vult ergo dicere doctor ꝙ ex quo a perfectissimo indiuiduo entis vel a perfectissimo contento sub ente sequitur absolute perfectissimum ens. Ideo illud a quo sequitur summũ ens non potest esse in genere: quia illud a quo sumitur ratio generis semper est limitatum ⁊ potentiale. Cum ergo ad quantitatem formaliter infinitam extensiue non sequatur simpliciter infinita quãtitas intensiue. ergo nec infinitum ens absolute. nam cum dico infinitum ens absolute: dico ens infinitum in perfectione: quantitas autem infinita extensiue non est infinita ĩ perfectione: quod patet: quia maior extensio non arguit maiorem perfectionem intensiue. vt patet de albedine existente in magno pariete: ⁊ de albedine existẽte in margarita. in tali ergo quantitate posset esse aliquid a quo sumeretur ratio generis: quod esset vere perfectibile vel quasi perfectibile ab aliquo a quo sumeretur ratio differentie. ⁊ sic patet ꝙ etiam ponẽdo esse quantitatem infinitam extensiue non repugnat sibi esse in genere: non sic est de infinito intensiue.

Quidam tamen nouus philosophi

Aug. Sue. respõsio.

interpres volens euadere hoc argumentum dicit. ꝙ perypatetice loquendo ad infinitam quantitatem sequitur ens infinitum absolute. ¶ Sed salua reuerẽtia hoc non est ad mentem philosophi: quia ipse non vult ꝙ ad infinitum extensiue sequatur summum ens siue infinitum intensiue. sicut non sequitur. datur maxima albedo extensa per accidens tantum que p casũ includit tantum duos gradus albedinis intensiue: ergo absolute datur perfectissima albedo? non sequit̃.

Confutatio eius.

¶ Ibi. Ad istud dico ꝙ non sunt contradictoria.

¶ Ex quo. n. Augustinus absolute negat ipsum deũ esse subiectum ⁊ concedit ꝙ est essentia. Si Augustinus vellet ꝙ essentia non esset conceptus cõis eẽntie create ⁊ increate: sed tantum nomen esset cõmune: ita posset dici ꝙ substantia que predicatur de deo ⁊ creatura diceret tantum nomen cõmune: ⁊ sic non esset inconueniens. quia ergo negat deum esse substantiam ⁊ concedit esse essentiam: vult expresse ꝙ essentia dicat conceptum cõmunem essentie create ⁊ increate ⁊ substantia nõ: sumendo substantiã predicamentalẽ. Et si dicatur. nõne deus est verissima substãtia? Dico ꝙ sic: ⁊ expresse habetur a Docto. Sed talis substãtia est transcendens ⁊ vere predicatur quiditatiue de deo. Sed si queratur. An talis substantia transcẽdẽs vere predicetur in quid de substantia creata? Dico absolute ꝙ non: quia aliquod dicitur transcendens per cõmunitatem. sicut essentia: ens: actus ⁊ huiusmodi: ⁊ tale transcendens potest predicari de limitato ⁊ illimitato. Aliud est transcendens nõ per cõmunitatem: sed quia illud est extra omne genus: ⁊ tale tantum predicatur nomine ⁊ re de ente illimitato. quod bene nota: ⁊ sic cum a substantia creata tantum possit abstrahi substantia predicamentalis ⁊ non transcendens. ¶ Ibi. Similiter Aui. viij. metha. c. 4. Aui. vult ꝙ deus dicatur substantia accipiendo substantiam p ente non in alio vult ꝙ deus dicatur ens absolute. Si postea vltra queratur quod ens est? Respõdet ꝙ ens non in alio: ⁊ sic vult ꝙ ens dicatur de ente vniuoce ⁊ similiter de creatura: ⁊ ꝙ accipiat vniuoce patet p illõ quod dicit ꝙ ens in se. i. absolute sumptũ non habz principium: ⁊ sic scientia de ente hoc modo nõ ingret principia entis absolute: sed alicuius entis puta inferioris alicuius vt ens creatum. Si vero ens absolute diceret alium conceptũ de deo ⁊ alium de creatura: ita ꝙ tantum nomen esset cõmune eis: tunc entis sm se esset principium. patet quia entis sm verum conceptum puta sm conceptum qui dicitur de creatura: eẽt ipsum ens principium acceptum sm alium cõceptũ puta sm conceptum dictum de deo. Nam sic primũ ens est principium effectiuũ entis creati: ⁊ sic falsum

Opi· Anthystenicorū qꝫ nulla res proprie esset diffinibilis·

esset entis absolute sumpti non esse principium: qđ est contra Aui· ¶ Ibi· Respondeo et· viij· methaphi sice docet· ¶ Anthystenici volebant omnes res eē simplices ⁊ sic non posse diffiniri diffinitione quid rei: quia dicebant diffinitionem esse rationem longā·i· constare ex pluribus puta ex materia ⁊ forma: ⁊ sic nulla diffinitio proprie dicta poterat indicare qd rei: cum omnis res sit simplex: sed tantum indicabat quale·i·simile·vt si dicatur qꝫ argentū diffinitur: illa diffinitio non indicat quid sit argentum sed aliquid simile puta stagnum: ⁊ sic de alijs· Istam rationem inducit phus contra Pla· Nam Pla·non negauit diffinitionem a rebus: ⁊ tamen posuit res illas simplices quarum ponebat esse diffinitiones·s·quiditates separatas: ⁊ i hoc philosophus approbat Anthystenicos qꝫ dicunt terminum·i·diffinitionem esse rationē lōgam· Et post subdit· Quare substantia est cuius contingit terminum esse ⁊ rationem ⁊ diffinitionem· Respondent qꝫ substantie composite siue sensibiles siue intellectuales· ⁊ in hoc phus improbat opi· Anthystenicorum dicentium omnem rem esse simplicem· Sequitur· Primorum autem ex quibus hec non est supple diffinitio·i·qꝫ earum rerum ex quibus cōstat diffinitio vel diffinitum non est diffinitio: quia tunc esset processus in infinitum· Et subdit rationem·s·qꝫ diffinitio sit ratio longa ibi· Si quidem aliquid de aliquo significat ratio diffinitiua·i·qꝫ ipsa diffinitio significat aliquid de aliquo: puta rationale de animali vel econtra: ⁊ hoc debet intelligi virtualiter ⁊ non formaliter: quia ipsa diffinitio non significat formaliter aliquid esse verum de aliquo sed tantum virtualiter· vt patet de ista· al' rationale· Nō·n·in ista est veritas formaliter que consistit in compositione intellectus: vt alias declaratum est supra distin· tertia questione tertia· ⁊ subdit phus· Oportet hoc quidem esse vt materiam: illud vero vt formam·i·illud quod significat ratio diffinitiua·s·aliquid de aliquo vnum est vt materia: ⁊ reliquum vt forma· ex quo videtur ibi arguere qꝫ ydea si poneretur non esset diffinibilis: patet qꝫ ex quo Pla· posuit ydeam esse rem simplicem separatam: ⁊ diffinitio est ratio longa vt dixi: sequitur ipam non posse diffiniri· Si ergo ratio Arist· aliquo mō valeret propter simplicitatem ydee·s·qꝫ ipsa ydea nō possit diffiniri cum sit res simplex: ⁊ diffinitio sit ratio lōga: multomagis ipse philosophus negaret diffinitionem a deo cuius est sūma simplicitas: ⁊ sic ex auctoritate philosophi nihil est dictum in quid de deo vt diffinitio· Et ex eodem sequitur qꝫ nihil omnino dicitur de deo in quid vt genus: ⁊ patet probatio ⁊c·

¶ Ibi· Est fallatia consequentis· Patet a negatione inferioris ad negationem superioris· Nam sicut bene sequitur· phus hoc dixit esse verum: ergo est verum· per locum ab auctoritate: non tamē sequitur· hoc nō dixit· ergo non est verum: cōmittitur fallatia· ¶ Ibi· Respondeo· phus primo topi· ⁊c· Differētia est inter ista·s·inter propositionem absolute: enunciationem: propositionem probabilem: ⁊ probleumaticam·i·prima attenditur absolute veritas vel falsitas· in secunda affirmatio vel negatio· in tertia probabilitas· in quarta modus specialis interrogandi· vt interrogando sic· An homo sit risibilis vel ne? Nam si quereretur primo sic· An homo sit risibilis: esset tantum questio demonstrabilis vel probabilis· Sed cum queritur· An homo sit risibilis vel ne? tunc est probleumatica· vt pꝫ primo topi. Et nota qꝫ Aristo· primo topi· distinxit pdicata propter distinctionem probleumatum: quia diuersa probleumata habent diuersum medium terminandi et diuersitate predicatorum· Nam terminare probleuma ē determinare que pars sit vera ⁊ que sit falsa: cum probleuma (vt dictū est) sit propositio dubia ad quam probandam ⁊ improbandā possunt haberi rationes probabiles· Et Aristo· enumerat ibi pdicata probleumatum·i·facientia propositionem dubitabilem: ⁊ sunt ista: genus: diffinitio: proprium: ⁊ accidens· Nā quis posset sic dubitare· An homo sit animal vel ne? aut animal rationale vel ne? aut risibilis vel ne? vl' intelligēs vel ne? ⁊ huiusmodi· Et differentiam generalem·i·inter mediam collocauit sub genere: ⁊ tamen differentia specifica habet propriā rationem predicati: species etiam habet propriam rationem predicati aliam a diffinitione ⁊ a genere ⁊ a proprio ⁊ ab accidente: alioquin male poneret Porphiquinqꝫ vniuersalia: ⁊ tamen ista duo ibi Ari· nō enumerat· ⁊ ratio: quia tantum distinxit illa predicata ꝺ quibus probleumata querenda requirunt specialem artem terminandi·i·determinandi que pars est vera vel que falsa· Et quia si quereretur ab aliquo an Franciscus sit homo vel ne? vel rationalis vel ne? hoc respōdenti nō videretur probleuma: quia hoc esset sibi patens ⁊ manifestum· Et ideo probleumata de istis·s· de specie specialissima ⁊ differentia conuertibili cum illa non sunt terminanda per artem specialē: qꝫuis in rei veritate possent terminari·i·determinari que ps vera vel que falsa· Nā probleuma proponit aliquid certum ⁊ querit dubium: vt in ista· an Franciscus sit animal rationale? supponit tamē certū qꝫ sit homo: ⁊ querit hoc dubiū· an sit animal rationale? Et quia transcendentia imprimuntur in anima prima impressione vt ens ⁊ res ⁊ huiusmodi: ideo non fiunt pbleumata de illis· non·n· queritur an homo sit ens? cum sit notum ipsum esse ens: ⁊ dubitatur post quod ens· an animal rationale vel sensibile vl' huiusmodi? Et sic patet quid dicendum ad dubium in quo querebatur omnis conceptus dictus in quid si est conceptus cōis vel est cōceptus generis vel diffinitionis? Dico qꝫ nec hoc nec illud· Et cum infertur· ergo erunt plura predicata dicta in quid qꝫ docuit Ari· primo thopi· Patet responsio ex supradictis: quia Aristo· tantum facit ibi mentionem de predicatis respectu quorum fiunt diuersa probleumata modo preexposito·

Que faciūt ppōnem pbleumaticam·

Nota dria inter ppositionē ⁊ enunciationē: ppōnem probabilem· ⁊ probleumaticam·

Trāscendētia vt ens ⁊ res: nō faciunt pbleumata·

Ad primum argumentum

principale· Nota ibi in principio qꝫ conceptus sunt in duplici genere· Nam quidam dicunt quid·i·qꝫ predicātur in quid: ⁊ isti sunt in triplici differentia: quidā per modum generis: quidam per modum speciei tantum: quidam nec per modum generis nec per modū speciei sed transcendenter· Exemplum primi· Substantia corpus animal de suis inferioribus· Exēplū secundi· vt homo de Francisco· Exemplum tertij· vt ens de deo ⁊ decem predicamentis· Alij cōceptus dicunt quale quia predicantur per modū qualis ⁊ nullo modo in quid: ⁊ isti sunt in multiplici differentia· Quia quidam predicantur vel dicunt quale essentiale· vt differentie constituentes speciem: que predicantur de ipsis speciebus ⁊ de contentis sub illis per modum qualis essentialis· Quidam dicunt quale denominatiue: ⁊ hoc tripliciter· Primo per modum gradus intrinseci· sicut infinitas est gradus intrinsecus dei· vt dicendo deus est infinitus· ly infinitus non dicit quid nec differentiam sed tantum modum intrinsecum: ⁊ similiter finitas· Et hic est duplex· nam quidam

Aduerte hic hāc declarationē de cōceptibus pdicantibus in qd ⁊ in qͣle: ⁊ de gradibus intrinsecis·

dam est gradus intrinsecus specificus: et sic omnis species habet suum modum siue gradum intrinsecū perfectionalem: et quidam est indiuidualis. Exemplū primi. Albedo vt albedo includit gradum specificum .i. intrinsecum nature specifice albedinis. Exemplū secundi. Hec albedo intensa vt quattuor. nam illa intēsio est gradus intrinsecus albedinis sic intense. Secūdo aliquid dicit quale respectu alterius quod non est de essentia illius: nec proprie accidens illius: nec gradus intrinsecus illius: et sic inferius potest predicari in quale de superiori. vt genus de differentia et econtra: et passio de suo subiecto. Tertio modo aliquid dicit quale tantum accidentale. vt omne accidens dicitur in quale accidentaliter de substantia: siue illud accidens sit corporale siue spirituale. Et sicut multiplex est conceptus dicens quale: ita superius dicens conceptum in quid multipliciter potest contrahi per conceptum dicentem quale. Exemplum. Nam animal imediate contrahitur ad hominem per quale essentiale: et ens contrahitur ad hominem per gradum intrinsecum puta per infinitum et isti sunt principales. Et si queratur. nonne ens potest contrahi ad hominem per rationale: Dico q non: quia prius suo modo intelligitur q homo sit ens: et inde substantia q̄ intelligat animal et huiusmodi. Et hoc patet a doc. in quarto. et in isto primo. Similiter potest aliquid intelligi per accidens: puta animal per risibile vel per album. nam hec est vera. aliquod animal est risibile. et aliquod est album et huiusmodi. Dicit ergo doc. q quando conceptus dicens quid contrahitur per conceptum dicentem quale essentiale ille conceptus est conceptus generis. Si vero talis conceptus primo tantum contrahatur per conceptum dicentem quale non essentiale: sed quale per modum gradus intrinseci: talis conceptus non est conceptus generis. ¶ Ibi. Isti etiam cōceptus contrahentes dicunt modum intrinsecum ipsius contracti et non aliquam realitatem &c. ¶ Hic nota bene q differentia est inter differentiam contrahentem et gradum intrinsecum: quia differentia contrahens perficit ipsum genus quod est contractum: et quomodo perficiat illud oportet videre a quo sumitur ratio generis et ratio differentie. Si ergo illud a quo sumitur ratio differentie perficit illud a quo sumitur ratio generis: tunc differentia perficit genus siue ipm contractum. gradus vero intrinsecus non perficit ipsum contractum: quia illud a quo sumitur gradus intrinsecus non perficit illud a quo sumitur ratio contracti puta entis. Exemplū. Deus est formalr infinitus: ipsa infinitas est gradus intrinsecus ipsius deitatis. Nam deitas in quocunq3 instanti non potest perfecte intelligi: ita q habeam conceptum perfectū de ipsa nisi intelligam ipsam habere gradum sibi intrinsecum. Impossibile .n. esset intuitiue videre ipsā deitatem non videndo perfectionem suam intrinsecam. Quia re ergo ratio entis non potest accipi ab aliquo de deo quod sit vere perfectibile: et gradus intrinsecus non potest accipi ab aliquo quod sit perfectiuum illius a quo sumitur ratio entis: cū .n. sit sic intrinsecū illi q impossibile est in re intueri vnum alio non intuito: merito dicimus gradum intrinsecum non dicere realitatem perfectiuam entis contracti. ¶ Ibi. Sed hic est vnum dubium. quomodo potest conceptus cōmunis deo et creature realis accipi nisi ab aliqua realitate eiusdem generis: Et tunc videtur q sit potentialis ad illam realitatem a qua accipitur conceptus distinguens. ¶ Hic nota q realitas in proposito accipitur

Realitas

Dña inter dñia3 ɔ̄h̄n tē3 et gradū intrinsecū.

dupliciter. Uno modo p realitate dicente quid. Alio modo pro realitate dicente quale. Dicit ergo. nā sicut realitas dicens quale sumitur ab aliqua realitate vel re dicente quale. sicut rationale sumitur ab anima intellectiua. Similiter realitas dicens quid debet sumi ab aliqua realitate eiusdem generis .i. dicente quid. sicut animal sumitur a sensitiuo. Dicit ergo doc. quomodo est possibile q sit aliquis conceptus cōmunis deo et creature in quid nisi sumatur ab aliqua realitate eiusdem generis in deo: que realitas sit quodāmodo in potentia ad realitatem dicentem quale: Et sic in deo si ens predicatur in quid erit compositio vel quasi compositio. ¶ Ibi. Respondeo. Hec responsio ē valde ponderanda. nam doc. primo distinguit duplicem realitatem .s. perfectam et imperfectam. perfecta ē ipsa realitas sumpta cum suo modo intrinseco. Imperfecta sumpta sine tali modo. Nota secundo q realitas sumpta sine modo non potest esse aliquod existens: neq3 intelligi existens in re sed tantum in conceptu. Exemplum. Nam deus sumptus cum modo intrinseco est tantu3 vnum obiectum formale terminatiuū cognitionis intuitiue: ita q impossibile est aliquē intellectum intuitiue cognoscere ipsam deitatem vel ipsū ens sūmum non intelligendo gradum intrinsecum. et vt sic nihil est ibi quasi potentiale siue quasi perfectibile ab alio. Si vero intelligatur ipsa realitas sine modo intrinseco quid tunc est: Dico q in re nihil est existens potens terminare intuitiuam cognitionem: sed tantum est conceptus entis cognitus tantum cognitione abstractiua: et exemplum patet de ipsa albedine intensa vt decem: quia ipsa albedo sumpta cum gradu suo intrinseco est tantum vnum obiectum formale terminatiuū cognitionis intuitiue: ita q ipossibile est aliquem intellectum posse intuitiue videre realitatem illius albedinis: quin simul habeat pro obiecto formali gradum intrinsecum illius. potest tamen cognitione abstractiua concipi ipsa albedo vt albedo: et tunc illa realitas imperfecte concipitur. Et sicut realitas albedinis non potest dari in re vt sit in potentia et perfectibilis a gradu intrinseco: quia ipsa realitas vt perfecta: etiam circunscripto quocunq3 alio quod nō est de ratione sua intrinseca includit gradum intrinsecum.

Sed oritur maxima difficultas ex quo realitas dei vt concepta cum modo includit infinitatem vt gradum intrinsecum: et ipsa concepta sine modo nihil est in re preexistens nisi tantu3 conceptus entis. videtur ergo q ipsa infinitas sit de ratione formali ipsius deitatis: quia ex entitate et infinitate habetur realitas pfecta deitatis. ¶ Dico primo q forte non est inconueniens et ad mentē Sco. ponere ipsa3 infinitate3 eē de intrinseca ratione ipsius dei. vt forte patere posset ex intentione eius. q. v. quolibe. Supposito tamen q non sit de intrinseca ratione ipsius: vt multi voluīt intelligere Scotu3. Dico q in aliquo instanti nature potest haberi conceptus quidditatiuus et specificus. non q sit in genere ipsius dei: puta q sit aliqua natura intellectualis ex semetipsa existens et habens esse a quo accipitur conceptus entis: et in secundo signo includit infinitatem et omnem gradum intrinsecum. ¶ Et si dicatur. ergo videtur q sit perfectibilis. ¶ Dico q non: quia in re includit omnem perfectionem: et est impossibile intuitiue videre ipsum non videndo perfectionem sibi intrinsecam vt idem obiectum formale. ¶ Si dicatur. in illo signo abstractiue non intel

dicens qd: et dicēs quale.

Realitas sine mō non est aliquod existens.

Notanda difficultas.

Solū.

ligitur formaliter infinitas·¶ Dico q in illo signo pt
intelligi originaliter ꝛ fundamētaliter infinitas: quia
ab ipsa sic existente pullulant a se ꝛ in se omnes perfe
ctiões· Et bene nota quia hic passus est difficilimus·
Et hec intentio posset elici a multis dictis doc·in di·
prima·viij·q·penul·ꝛ·xxviij·ꝛ·q·prima ꝛ·v·quoli·
ꝛ in alijs locis·¶ Ibi·Si autem tantum esset di::fini
tio in re sicut ꝛc·¶ Uult Doc·q intellectus non pos
sit habere proprium conceptuʒ modi intrinseci: quia
esset impo.ssibile intuitiue videre hanc albedinem qn
intuitiue videret gradum eius intrinsecum siue modū
intrinsecum: ꝛ lʒ ille modus forte non videatur tamē
conciperet rem de necessitate sub modo: sicut ꝛ de sin
gularitate concepta ꝛ modo sub quo debet concipi: qꝛ
lʒ singularitas ipsa concipiatur sub modo vniuersali:
ille tamen modus quando illa singularitas concipit
non conciperetur· haberet ergo intellectus in cognitō
ne rei sub modo vnum obiectum adequatum: ꝛ hic lo
quor de cognitione intuitiua ꝛ de re singulari ꝛ existē
te sub modo intrinseco: secus autem de modo intrin
seco speciei: quia non posset intelligi homo abstracti
ue non intellecto modo intrinseco ipsius: potest bene
concipi sine modo quem habet in inferiori· vt albedo
potest concipi sine modo albedinis inferioris: puta
potest concipi albedo absolute non concipiendo intē
sionem in ista vel in ista albedine: sed non potest con
cipi ista albedo sine modo intrinseco eius·¶ Ibi·Et
si dicas·saltem conceptus cōmunis est indetermina
tus ꝛ potentialis ꝛc·¶ Dictum est supra·q nunquā
conceptus cōmunis est potentiales ad conceptū spe
cialem puta ad conceptum distinguentem: nisi ille cō
munis accipiatur ab aliqua re vel realitate que sit in
potentia ꝛ perfectibilis ad illam rem: vel realitatem a
qua accipitur conceptus specialis siue distinguens: ꝛ
quia ipsa res non est perfectibilis a suo gradu intrin
seco: vt supra declaratum est: ideo ꝛc·¶ Ibi. Uel saltē
non erit infinitus ꝛc·Responsio doc·clara est·s·q il
le conceptus cōmunis deo ꝛ creature: qui tamen non
est potentialis vt perfectibilis a conceptu speciali sum
pto ꝛ modo intrinseco est finitus negatiue tamen·i·
q non est infinitus de se positiue nec est de se finitus
positiue: sed est indifferens ad finitum ꝛ ad infinituʒ·
Cetera patent·¶ Ibi·Sed si arguas·ergo realitas a
qua accipitur est finita non sequitur·¶ Doc·vult hic
in sn̄ia q conceptus est duplex·quidam qui accipit a
realitate perfecta ꝛ vt adequatur· Et sic conceptus pu
ta entis infiniti accipitur ab aliqua re includente infi
nitatem· aliquando accipitur conceptus diminute et
non adequate rei: vt conceptus entis potest accipi ab
ente infinito· non tamen vt adequatum sibi· nam intel
lectus cognitione abstractiua cum sit imperfecta: po
test considerare conceptum entis non considerando
gradum intrinsecum realitatis a qua accipitur conce
ptus entis· sed intuitiue non posset videre ens nisi sub
modo suo intrinseco· ꝛ hoc est quod dicit· ¶ Ibi·
Istud etiam potest vlterius declarari· Hoc exemplū
est multum ad propositum: quia si ponamus propriū
indiuiduum animalis vt hoc animal: ꝛ proprium in
diuiduum hominis vt hic homo: tunc sicut hoc ani
mal est in potentia ꝛ perfectibile ab hoc homine: sic
animal in cōmuni sumptum ab isto est perfectibile a
differentia hominis· quod sic intelligi debet· q in ge
neratione hominis prius hic homo est indiuiduum
substantie: deinde indiuiduum corporis: deinde indi
uiduum viuentis: deinde indiuiduum animalis: dein
de indiuiduum hominis: ꝛ sicut indiuiduum substan

Nō pōt vi
deri intuiti
ue albedo
qn vl' videa
tur modus
eius: vl' sal
tē ꝯcipiat
sub tali mo
do·

tie est in potentia ad indiuiduum corporis·i·vt fiat in
diuiduum corporis: ita substantia sumpta a tali indi
uiduo erit in potentia ad differentiam constituentem
corpus· ꝛ non debet intelligi q vnum indiuiduum ꝑ
fectum alicuius generis fiat indiuiduuʒ alterius: quia
hoc est impossibile ꝛc· Sic dico in proposito· nam in
deo ymaginamur prius indiuiduum entis: puta hoc
ens: quia illud hoc ens non est in potentia ad indiui
duum gradus intrinseci: immo est simpliciter ꝛ abso
lute ipsummet: ita conceptus entis sumptus a tali in
diuiduo non erit in potentia ad gradum vel modum
intrinsecum sumptum ab indiuiduo proprio· ꝛ hoc ē
singulare ꝛ notabile exemplum ꝛc· ¶ Ibi· Respōdeo
q quando aliquid est de se esse ꝛc·¶ Nota singulare
dictum· Nam doc·vult hic q quando aliquid est de
se esse·i·quando aliquid est de se sua essentia ꝛ existē
tia: q etiam sit de se hoc ꝛ de se sit tota sua perfectio q̄
est gradus intrinsecus illius cuius est infinitas· ꝛ di
cit q quodāmodo prius est de se suum esse ꝛ infinituʒ
esse q̄ʒ intelligatur esse hoc: ꝛ sic videtur prius esse in
finitum ens q̄ʒ intelligatur hoc ens·

Unū indi
uiduū nō
mutatur in
aliud· ꝗdo
vide·

Si dicatur·nōne deus includit in sua ratione formali q̄d sit de se singulare? vt patet a doc·distin·secunda dist·
quarta·q·secunda·dist·v·questione secūda·dist·vij·
ꝛ·xxvj·q·prima quolibe·ergo videtur q prius sit sin
gulare q̄ʒ intelligatur infinitum· ꝛ propterea in crea
turis est talis ordo q prius est essentia rei. Secundo
est hoc· Tertio existens· Quarto est gradus intrinse
cus perfectionalis qui consequitur tantum aliquod
indiuiduum· Et q prius sit singulare q̄ʒ existens patʒ
a doc·distin·tertia secundi·¶ Dico ad propositūʒ po
nendo ista signa· q ipse deus in primo signo saltē cō
siderationis includit omnia essentialia in re: ꝛ quia di
cit doc·distin·secunda questione secunda primi·ꝛ·q·
prima quoli· q existentia est de essentia ipsius dei in
illo priori est perfectissime existens: ꝛ quia infinitas ē
magis modus intrinsecus essentie sicut etiam eterni
tas ꝛ necessitas: que sunt existentia vt existens· vt pa
tet a doc. distin·tertia questione quarta· primi· ideo
in secundo signo considerationis potest dici esse for
maliter infinituʒ: ꝛ in tertio signo ex semetipso est sin
gularis ꝛ in vltima actualitate· Et cum dicitur q sin
gularitas est de ratione ꝛc· Dico q hoc non debet in
telligi q sit de ratione quiditatiua ꝛ essentiali: sed q
sit ne sibi intrinseca q in eodem instanti ꝛ forte natu
re sibi cōuenit ꝛ hoc a semetipsa·¶ Si dicat· Si sin
gularitas non inest sibi in primo signo· ergo in primo
signo erit ipse deus quodāmodo determinabilis ꝛ ab
strahibilis: quia per singularitatem dicitur in actuali
tate vltima· hoc autem est contra doc·distin·secunda
parte secunda·distin·v·q·secunda·distin·vij·ꝛ·xxvj·
ꝛ·xxviij·primi·¶ Dico primo q aliquid esse determi
nabile contingit multipliciter· Primo ab alio tāq̄ʒ a
causa productiua: ꝛ sic franciscus producens Iohā
nem producit singularitatem in illo: ꝛ sic determinat
illam naturam ad talem singularitatem· Secūdo for
maliter· ꝛ hoc est quādo hecceitas aliqua aduenit de
nouo ab extrinseco nature determinabili actuando ꝛ
perficiendo illam formaliter: ad quā ex parte sua erat
in potentia· Tertio aliquid dicitur determinari a se
metipso ꝛ non per aduentum alicuius entitatis perfi
cientis vel informantis: sed ex necessitate nature ꝛ ex
ratione perfectissima talis entis: ꝛ ex infinitate perfe
ctissima illius est ex semetipsa singularis: ꝛ hoc tertio
modo possumus dicere ipsum deum sic esse determi
nabilem:

Nota hanc
pulcherri
mā dubita
tionem·

Scot·

Aliquid fi
mlr̄ ꝑiter
determina
ri·

Quo deus vn pōt de terminabilis: absq3 ti imperfectione·

nabilem: ⁊ hoc modo non est imperfectionis imo perfectionis: l3 forte vsus talis vocabuli quod est determinari: sonet aliqualem imperfectionem: ⁊ si possemus habere aliquod vocabulum significans nobis illum tertium modum nullam imperfectionem importaret· Et ꝙ hic tertius modus sit verus patet: quia essentia diuina in primo signo non includit omnia attributa dicentia perfectionem simpliciter ⁊ importantia infinitatem formaliter: quod patet a doc· dist· viij· q· penul· q̄ōne prima quolibe· ⁊ etiam distin· prima primi· Et tamen in secundo signo dicitur habere omnes istas perfectiones attributales quod videtur sonare imperfectionem: ⁊ quia habet omnes illas ex semetipsa ⁊ ex necessitate nature ⁊ ex sua infinita perfectione quodāmodo ab ipsa pullulant: ⁊ in ipsa sunt formaliter: non ꝙ informent nec perficiant: quia sunt

Creatura sic n non pōt hec ex se·

vna res realiter l3 distincte formaliter· ¶ Ad secundū argumentum dico ꝙ non est simile in creaturis· tum quia creatura non potest fieri hec a semetipsa: sed fit hec per agens extrinsecum producens illam in tali indiuiduo· tum etiam quia quelibet natura creata ē diuisibilis ⁊ multiplicabilis in suis singularibus: ⁊ sic in alio ⁊ in alio singulari est alia ⁊ alia natura· ⁊ multa alia possunt assignari propter que non curret similitudo· ¶ Ibi· Ad vltimum de sapiētia dico· ¶ Dico saluo semper meliori iudicio ꝙ sapientia in nobis est indiuiduum sapie que est in predicamēto qualitatis: ⁊ non est indiuiduum sapientie transcendentis· Et quod dicit doc· ꝙ tunc non esset perfectio simpliciter in nobis· Dico ꝙ hoc est verum quia perfectio simpliciter in nobis est limitata· nam omne fundatum ī limitato est limitatum sm̄ ipsum in· q· ista exponendo Boetium·

Obiectio·

Si dicatur ꝙ ipse habet distin· secūda parte prima· q· vltima primi· aliquod dici ens participatum ⁊ reduci posse ad ens per essentiam eiusdem rationis· vt bonitas mea reducitur ad bonitatem per essentiam q̄ est perfectio simpliciter: ⁊ vult ipse ꝙ illa bonitas p̄ essētiam predicetur de bonitate per participationem· Hoc idem in distin· viij· huius questione secunda· in responsione vnius argumenti de capere: ⁊ etiam in multis alijs locis dicit ꝙ sapientia predicatur de sapientia creata ⁊ increata· quod non potest intelligi nisi de sapientia transcendēte· ¶ Preterea ipse distin· tertia questione prima· probat ꝙ si cognoscimus aliquid formaliter esse in deo per aliquid quod formaliter est in creatura: vt puta quia cognoscimus bonitatem formaliter dici de deo propter bonitatem formaliter existentem in creatura: ⁊ hoc non potest esse sm̄ ipsum nisi bonitas creata ⁊ increata sint eiusdem rationis· i· nisi conueniant quiditatiue in conceptu bonitatis dicto de vtraq3: ⁊ talis bonitas cōmunis de necessitate erit transcendens: aliter non transcendēs posset predicari de deo quod falsum est· Et hoc idē vult

Respōsio·

distin· viij· presentis· q· ¶ Unde breuiter respondeo supponendo mihi aliqua· Primo ꝙ transcendens ē

Transcendēs dupl'r·

in duplici genere· nam quoddam dicitur transcendēs quia tantum abstrahibile a deo· Secundo vt est abstrahibile a deo ⁊ a creatura· Exemplum primi· Nā a sapientia infinita abstraho conceptum sapientie: similiter ab intellectu infinito abstraho conceptum intellectus ⁊ de multis alijs· Isti conceptus tantu3 nomine ⁊ re predicantur de his a quibus abstrahūtur· Exemplum secundi· Conceptus entis ⁊ omnium passionum conuertibilium ⁊ simpliciu3: ⁊ multa alia possunt abstrahi ⁊ a deo ⁊ a creatura· vt bonitas potest abstrahi a bonitate increata ⁊ a bonitate creata: ⁊ tale transcendens potest predicari in quid de illis a quibus abstrahitur· ¶ Si dicatur· quare sapientia non potest abstrahi a sapientia creata vt sit transcendēs? ¶ Dico ꝙ tantum illa abstrahuntur vt transcendentia que nata sunt esse indifferentia ad creatum ⁊ increatum· Sicut non potest abstrahi rationale vt dicatur transcendens nec corpus ⁊ huiusmodi· Et similiter nec albedo· Forte dices· Illa non possunt esse in deo formaliter sicut sapientia potest esse· Dico· sicut res habet esse in se ita ordinate abstrahibilia nata sūt abstrahi· Exemplum· Sicut Franciscus sic habet eē ꝙ primo dicit̄ ens: ergo ab ipso abstrahitur conceptꝰ entis· secundo dicitur habere esse substantiale: ⁊ sic abstrahere conceptus substantie: ⁊ sic deinceps vsq3 ad hominem· Et quia conceptus entis includit passiones conuertibiles: ideo est conceptus transcendens cum suis passionibus: non sic conceptus substantie vel corporis· Similiter a sapiētia puta creata abstraho conceptum entis: quia nata est prius esse ens: deinde conceptu3 qualitatis quia prius dicitur qualis· tertio conceptum generis magis proximi qualitati· quarto conceptum sapientie· et quinto conceptum specificum vltimatum· sicut ergo in se habet esse: ideo ordinate abstraho abstrahibilia: ⁊ quia abstrahibilia sunt cōmunia deo ⁊ creature vel pluribus predicamētis: ideo sunt transcendentia· Dico ergo ꝙ a sapientia creata ⁊ increata non potest abstrahi sapientia cōmunis vtriq3 dicta in quid: nec similiter ab intellectu creato ⁊ increato: nec ista videntur inconuenientia attento ordine abstrahibiliū· Et ad instātias prius factas dico ꝙ l3 Sco· aliquando dicat sapientiam esse cōmunem create ⁊ increate ⁊ intellectum similiter: magis dicit exemplificando q̄3 affirmādo illud sic esse· Exempla· n· ponimus non ꝙ ita sint: sed vt magis addiscentes assentiant· primo Prior3· ¶ Ad illud de distin· secūda· ⁊ · viij· de participato· dico ꝙ intelligit de participato ꝙ est eiusdem rationis cum illo quod est per essentiam potest abstrahi a creato ⁊ increato: ⁊ de se est illud cui non repugnat perfectio· Et hoc modo entitas participata reducitur ad entitate3 per essentiā: ⁊ similiter bonitas creata reducitur ad bonitatem per essentiam que sunt cōmunia deo ⁊ creaturis: nec sic sapientia creata potest reduci ad sapientiam per essentiam tanq3 ad aliquid eiusdem rationis: sed bene potest reduci ad sapientiam increatam que est alterius rationis· sicut ⁊ lapis reducitur ad deum· ¶ Ad aliud de distin· tertia quod probat· dico ꝙ doc· intendit ibi probare entitatem posse cognosci dici in quid de deo virtute creature continentis essentialiter entitatem: ⁊ sic aliquod ens creatum non tantum causat cognitionem sui: sed etia3 cuiuslibet superioris· Hoc idem de bonitate: quia bonitas creata causat cognitionem sui ⁊ omnium superiorum: ⁊ sic etiam cognitionem bonitatis conuertibilis cum ente: ⁊ sic dico de omnibus alijs huiusmodi· Et bene verum est ꝙ ens creatum ⁊ ens increatum sunt eiusdem rationis in entitate transcendenti· Et similiter bonitas creata ⁊ bonitas icreata in bonitate transcendenti: sic dico de vnitate ⁊ veritate ⁊ huiusmodi· ¶ Et ad dictum Augustini ꝙ omnis creatura circa nos clamat· Dico ꝙ sic debet exponi· ꝙ creature nō repugnat perfectio simpliciter: imo nulla sibi repugnat vt est suppositum entis: non autē suppositum talis nature: vt exponit Scotus dictum Ansel· distin· secunda primi· ⁊ · viij· ⁊ · v· q· quolibe·

Conceptus eo ordie abstrahuntur quo esse habent in cōposito·

Uerum tamen est ꝙ multe perfectiones sunt in homine propter quas magis fit similis deo ꝙ̄ in aliis creaturis· vt puta sapientia intellectus volutas ⁊ huiusmodi· Et sic patet quid sit dicendum·

¶ Questio·3·distin·octaue primi·

Utrum cum simplicitate dei possit stare aliquo modo distinctio perfectionū essentialium: precedens aliquo modo omnem actum intellectus: Titulus huius·q·clarus est·



In ista questione· Plures quidem ac varie hic recitant opi·quarum prima est·S·Thome dicentis nullam attributorum distinctionem cum dei simplicitate stare: preter ꝙ̄ rationis tantum· Cui quidā alius doctor adherere videtur·quam tamen opi·ad p̄sens non curo recitare: cum in textu doctoris pateat ⁊ clara sit vsqꝫ ibi·Sed inquantum essentia diuina·¶ Sēsus huius littere est·ꝙ essentia diuina in se ⁊ absolute considerata nullam distinctionem attributorum includit ex natura rei: sed vt per intellectum diuersimode comparata ad diuersa attributa in creaturis continet in se distincta attributa: que sola ratione inter se ⁊ ab essentia distinguntur· Et talis comparatio essētie ad attributa non fit in ratione cause efficientis: quia non comparatur ad illa vt efficiens: quia sic non diceremus essentiam diuinam esse bonam quia efficit bonitatem: quia sic posset dici lapis quia efficit lapidez: sed comparatur magis in ratione cause formalis: vt ipsa est quodāmodo vna forma continens integritatem omnis perfectionis: ⁊ hoc eminenter: que perfectiones sunt imperfecte in creaturis: ⁊ sic ipsa essentia vt forma perfectissima comparatur ad diuersas perfectiones attributales in creaturis: que perfectiones sm̄ gradus suos diuersimode imitantur essentiam· Et ex tali comparatione sumuntur plura attributa· vt puta vt comparatur ad bonitatem creatam: veritatem: sapientiam (que distinguuntur in creaturis) dicitur bona vera sapiens ⁊ huiusmodi· Et addit ibi· Ultra·ista opinio ꝙ pluralitas perfectionum attributalium·vt est in essentia diuina est quasi in potentia: ⁊ vt est in conceptu intellectus est quasi in actu·i·ꝙ ante huiusmodi comparationem est ibi sola essentia diuina ⁊ nulla distinctio attributorum nisi in potentia ·i·quia ipsa est apta nata diuersimode considerari ⁊ comparari ad attributa creata: ⁊ vt actu sic consideratur ⁊ comparatur actu est talis distinctio attributorum·Et addit·ibi·In diuino quidem·Q intellectus diuinus ⁊ beatus nulla habita comparatione essentie ad attributa creata: nō est ibi aliqua pluralitas nisi in potentia·vt autem considerant ipsam in se ⁊ vt diuersimode imitabilem a diuersis attributis in creaturis·¶ Ibi·Distingunt diuersa attributa· Intellectus vero creatus ⁊ non beatus econtra distingunt· ¶ Qr primo ꝯsiderat attributa creata ⁊ illa attribuit creatori: ita ꝙ primo habet attributa creata pro obiectis: ⁊ secundo attribuit· Intellectus vero creatus beatus primo habet essentiam considerando eam vt diuersimode imitabilem·Et addit ibi· Unitate autem perfectiones inquantum actu in intelligentia sunt: dicuntur rationes·i·ꝙ ille perfectiones puta attributales inquantum actu in intelligentia sunt·i·in actuali consideratione ⁊ comparatione essentie ad attributa creata dicuntur rationes·i·obiecta conceptibilia· Et hoc est quod dicit· Et dicitur hic ratio conceptio perfectionis determinate ex respectu ad determinatam correspondentem sibi in creatura·

Alij declarant positionem sic·Ista opinio est eadem cum opinione Tho·nisi ꝙ diffusius aliqua declarat que ex supradictis sunt manifesta· ¶ Ibi·Et hec est intentio Comēta·¶ Sensus huius littere est·ꝙ in rebus immaterialibus quando aliqua predicantur per modum dispositi ⁊ dispositionis·i·per modum materie ⁊ forme: quia subiectum se tenet ex parte materie: ⁊ predicatum ex parte forme: tunc sunt vnum in re: ⁊ in intellectu sunt distincta: ⁊ intellectus sic intelligens abstractum a materia per modum dispositi ⁊ dispositionis ·i·per modum subiecti ⁊ predicati intelligit vnum in re tantum: sed diuersum in consideratione: quia vt in predicato quodāmodo differt a seipso in subiecto: ⁊ hoc sola ratione: ⁊ tunc intellectus vtitur vno in re vt duobus·s·in intentionibus: quia considerat illō sub diuersis intentionibus·s·predicati ⁊ subiecti· Et hoc modo dicitur ꝙ deus est bonus: sapiens: vita ⁊ huiusmodi· Nam sapientia ⁊ deitas sunt vnum in re: sꝫ sola ratione differunt sicut predicatum ⁊ subiectum: sꝫ in rebus materialibus puta in lapide: lꝫ materia ⁊ forma sint simul realiter vnita: non tamen sunt vna res sed distincte· Et ideo quando intellectus in rebus cōpositis sic disponit compositum per formam: aut considerat habentem formam·i·subiectum habēs formam intelligit vtraqꝫ vt aliquo modo adunata in intellectu: ⁊ tamen differentia aliquo modo in re: nō sic in rebus materialibus· Et sic patet intentio huius· Hec tamen auctoritas postea a doc·exponetur·

Contra hanc opi· Ibi· Probatio maioris· Aliquid dependere ab alio contingit multipliciter· primo vt a partibus essentialibus· vt compositum· secundo vt a causa efficiente vel finali·tertio vt mensuratū a mēsura·primo ⁊ secundo modo perfectum non potest dependere ab imperfecto· Et doc· supponit ꝙ attributū in deo sit ibi sub ratione perfectissima ⁊ infinita· Et quia Tho·dicit ꝙ attributa in deo sunt tantum ibi per respectum ad attributa in creaturis: ita ꝙ si aliquis intellectus non comparat essentiā diuinam ad attributa creata: in ipsa essentia non posset distinguere aliqua attributa: sed tantum esset ibi essentia nuda: ⁊ sic vult ꝙ ipsa attributa in diuinis ⁊ in essendo ⁊ in distingui sint tantum ibi per respectum ad attributa ad extra· Stante ꝫ supposito Sco·ꝙ ipsa attributa sūt perfectissima in deo: sequeretur ipsam dependere in essendo ⁊ in distingui ab attributis creatis: ⁊ sic simpliciter perfectum dependere in essendo ab imperfecto·quod est inconueniens· ¶ Ibi· Minor declaratur sic·

Nota ꝙ quando dicit ꝙ quelibet perfectio essentialis entis limitati est illimitata· Contra· quia ens est de essentia hominis: ⁊ tamen sm̄ eum est illimitatū· Dico ꝙ perfectio essentialis creature potest dupliciter considerari· Uno modo in esse vere reali ⁊ existente· Alio modo in esse conceptibili· Exemplum· Hic homo includit multa esse·nam primo dicit hoc ens·secundo dicitur hoc substantia·tertio dicitur hoc corpus·quarto hoc viuens·quinto hoc animal·Sexto hoc homo· Iste perfectiones existentes in Francisco q est omnino

Goffre· quolib·vi· q·i·

·S· Tho· i primo scri pti· dist·2·

Herue· na tulis·⁊ De· quoli· v·q· j·⁊·3·

Perfectio alicuius i est reali: ⁊ in esse cōceptibili·

est omnino limitatus sunt limitate: licet non semper conceptus sumpti ab istis perfectionibus sint limitati: vt patet de conceptu entis qui sumitur ab hoc ente in Francisco: nec conceptus substantie vt dicit ens per se tantum: qui sumitur ab hoc ente per se. Alij vero conceptus sequentes. vt puta conceptus substantie predicamentalis et corporis et viuentis et huiusmodi: sunt limitati. Loquitur ergo Doctor quod quelibet perfectio essentialis creature est limitata modo preexposito. ¶ Ideo a nulla tali sumitur attributum. Pari enim ratione a qualibet essentia creata assumeretur attributum: sed ab illo quod est perfectio accidentalis creature: siue in bene esse eius sumitur attributum: quod dicit perfectionem simpliciter in subiecta substantia: quia licet vt natura quedam habeat gradum limitatum: tamen vt perficiens aliud in bene esse eius nullam limitationem importat: et sic est attributum: sic et in deo non notat perfectionem primam: sed quasi accidentalem in bene esse.

Pro maiori dilucidatione

huius littere Scoti hic sunt plura notanda. Primo quod attributum in creatura dicitur attributum: quia alteri attribuitur. sicut sapientia dicitur attributum puta homini: et tale presupponit id cui attribuitur habere esse suum essentiale et quidditatiuum. nam attributum dicitur quia perficit id quod in se prius est perfectum essentialiter. Et similiter dico in essentia diuina quod attributum dicitur quod quasi secundo perficit essentiam diuinam: que in se est perfectissima essentialiter. Ideo illa que pertinent ad essentiam diuinam non dicuntur attributa: nec etiam omnia que non sunt de essentia illius dicuntur attributa. vt gradus intrinseci dicentes perfectionem vt infinitas: quia illa sunt sic intrinseci essentie quod non potest haberi conceptus perfectus de ea sine illis. vt supra declaraui. Sed bene omnia alia dicentia perfectionem in diuinis sunt attributa.

Infinitas vel aliquis gradus intrinsecus non dicitur attributum.

Secundo nota quod attributum in creaturis: puta bonitas creata vel veritas dupliciter potest considerari: aut inquantum est quedam essentia creata: et sic importat limitationem: aut inquantum perficit subiectam substantiam que in se est perfecta substantialiter. Et sic vt perficit potest dici illimitata. Nam perficere vt perficere non includit imperfectionem aliquam: licet in creatura perficiens non inquantum huiusmodi: sed inquantum informans dicat aliqualem imperfectionem. vt patet a doctore distinctione secunda primi. et distinctione quinta questione secunda. Accipitur ergo vt attributum in creaturis attribuitur deo: secundum illam rationem que tantum dicitur perficere et non vt informat. Et est sensus. quod bonitas in deo est ibi secundum illam rationem qua dicitur perfectio secunda illius quod in se substantialiter et essentialiter est perfectum: non tamen est ibi nec vt informans nec vt actuans nec vt determinans: quia omnia ista dicunt imperfectionem respectu essentie: sed est ibi realiter et essentialiter eadem cum essentia: licet formaliter distincta.

Attributum in diuinis dicitur secundum illam rationem que est perficere: et non vt habens informare.

Tertio nota quod perfectiones in creaturis que secundo perficiunt sunt in duplici genere. Nam quedam sunt perfectiones quibus sumptis in suis rationibus formalibus non repugnat infinitas: et sic sunt perfectiones simpliciter. vt bonitas veritas inquantum huiusmodi: et tales sunt transferende ad diuina in summo. Quedam sunt quibus sumptis in rationibus suis formalibus repugnat infinitas: et sic non possunt esse perfectiones simpliciter. vt albedo color lux: et huiusmodi accidentia corporalia: et talia formaliter non sunt transferenda ad diuina: nec in summo: nec aliquo modo. quia hec esset falsa. deus est summa albedo. vel summus color. possunt tamen transferri non formaliter: ita quod non dicatur formaliter de deo: sed proportionaliter: que proportio requirit dissimilitudinem. Et sic dicimus quod in deo est perfectio albedinis eminenter solum. idest quod deus habet tantam perfectionem quanta est in albedine et in infinitum maiorem. Et sic patet quomodo perfectiones attributales in creaturis attribuuntur in summo ipsi creatori.

Que perfectiones transferantur ad diuina et que non.

¶ Ibi. Item secundo sic. Illa non distinguuntur per respectum ad extra: quorum quodlibet continet essentiam diuinam secundum omnem rationem ydealem. Sed quodlibet attributum continet essentiam diuinam secundum omnem rationem perfectionis ydealis. ergo et cetera.

In ista ratione sunt plura

notanda. Primo. Ydea nihil aliud est nisi esse cognitum creature in mente diuina. vt tenet doctor distinctione trigesimaquinta primi. Et talis ydea correspondet perfectioni creature in esse quidditatiuo: esse autem quidditatiuum creature est simpliciter limitatum: et sic secundum diuersas perfectiones limitatas in creaturis diuerse ydee distinguuntur in mente diuina. vt puta esse cognitum lapidis representat ipsum lapidem in perfectione quidditatiua: et esse cognitum asini representat ipsum asinum in perfectione quidditatiua vt quattuor: et sic ascendendo vel descendendo. Et ydea siue esse cognitum creature non representat aliquam creaturam siue aliquam essentiam vt est perfectio simpliciter. Et ideo ydea bonitatis create non representat ipsam bonitatem vt est quedam perfectio simpliciter que inquantum perficit dicitur limitata: sed representat ipsam in sua perfectione quidditatiua limitata.

Ydea representat essentiam cuius est: vt est tamen limitata perfectio.

Nam si ydea sapientie create et ydea bonitatis create et veritatis et virtutis et huiusmodi (que dicunt perfectionem simpliciter) representaret ipsa vt perfecta simpliciter: tunc eis tamen corresponderet vnum attributum in diuinis. puta perfectio simpliciter vel bonitas essentialis: et sic non possent huiusmodi distincta attributa in diuinis per comparationem ad distincta attributa in creaturis vt dicebat Henricus. quia vt sunt perfectiones simpliciter et sub illa ratione que sunt perfectiones simpliciter: tamen vnum attributum correspondebit eis in diuinis: ergo si plura attributa debent sumi in diuinis per comparationem ad plura ad extra: oportet quod illa ydeata accipiantur in suo esse quidditatiuo et limitato. Secundo declaro quod quando dicit doctor quod attributa continent essentiam diuinam secundum omnem perfectionis ydealis rationem debet sic intelligi. quod sicut essentia diuina (que formaliter infinita) eminenter continet omnem rationem perfectionis ydealis. i. omnem perfectionem ydealem correspondentem perfectionibus ydeatis. Et sic eminenter continet omnem perfectionem ydeatorum: sic attributum cum sit formaliter infinitum et eadem res realiter cum essentia diuina: continet omnem rationem perfectionis ydealis modo preposito. Tertio suppono quod quando aliquid equaliter respicit plura non magis sumitur ab vno quam ab alio: nec magis dicitur tale ab vno quam ab alio. Cum ergo attributum in diuinis puta bonitas infinita equaliter respiciat omnia ydeata. ¶ Nam ita eminenter continet perfectionem lapidis sicut et perfectionem asini et perfectionem sapientie: et omnia respicit vt sunt quedam essentie limitate: et ita respicit essentiam lapidis sicut essentiam bonitatis vel veritatis create et huiusmodi ergo non magis debet accipi bonitas vt attributum diuinum ab essentia bonitatis create quam ab essentia lapidis: cum equaliter contineat omnia illa. Sicut et essentia diuina equaliter continet et respicit omnia ydeata vt perfectiones limi-

In diuinis non sunt attributa p re spectu ad creaturam tm·vt dicit Tho·

tatas· Stat ergo tota ratio Scoti in hoc · quod sicut essentia diuina que propter suam infinitatem equaliter continet omnia ydeata et equaliter respicit illa: non magis debet accipi ab vno ydeato quam ab alio· Et sic falsum est quod Thomas dicit quod bonitas que est attributum in deo accipitur per respectum ad bonitatem creatam: ita quod si talis bonitas creata non esset: non posset accipi bonitas in diuinis vt attributum distinctum ab alijs· ¶ Ibi· Item tertio sic· Diffinitio attributorum fundamentum est respectu distinctionis emanationum personalium: quia filius procedit naturaliter nascendo: tanquam verbum in intellectu: spiritus sanctus procedit liberaliter spirando tanquam amor in voluntate: et non vt verbum etc. Hec sunt formalia verba Scoti·

In presenti ratione sunt aliqua notanda· Primo quod emanationes in diuinis: puta generatio passiua per modum nature: et spiratio passiua per modum voluntatis: sunt in diuinis ex natura rei et preter operationem intellectus collatiui: aliter per se constitute non essent ibi ex natura rei: quia si productio vel emanatio non est realis nec etiam productum· Secundo quod filius dicitur naturaliter procedi nascendo tanquam verbum conceptum in intellectu· idest tanquam verbum vere productum ab intellectu tanquam a principio formali productiuo: et dicitur concipi in intellectu: quia intellectus vna cum essentia dicitur vere memoria fecunda· Hoc dico de spiritu sancto respectu voluntatis· Tertio suppono quod diffinitio attributorum est fundamentum diffinitionis emanationum· idest quod ipse emanationes que sunt ibi distincte ex natura rei: de necessitate presupponunt aliqua attributa distincta ex natura rei: a quibus dicuntur distingui· Non enim est possibile imaginari quod vna productio sit per modum nature: et alia sit simpliciter per modum voluntatis: et quod principia productiua non distinguantur inter se ex natura rei: quia videtur impossibile quod vnum· videlicet omnino re indistinctum sit principium productiuum et per modum libertatis et per modum nature· Et sic cum in diuinis emanationes sint ex natura rei: et non sint ibi per respectum ad extra: multo fortius attributa a quibus sumuntur erunt ibi ex natura rei et non per respectum ad extra·

Volutas et intellectus non sunt attributa·

Quarto nota quod licet Scotus hic nominet intellectum et voluntatem attributa: nominat ea generali nomine et improprie· Et quia Thomas dixit quod attributa sumuntur per respectum ad extra: et vult quod intellectus et voluntas et huiusmodi sint ibi distincta tantum per comparationem ad extra· Ideo Doctor quantum ad hoc nominat ea attributa: tamen ipse absolute negat ipsa esse attributa· vt patet in ista questione infra et questione prima quolibe· ¶ Ibi· Item quarto sic· Deus intelligit essentiam suam· ¶ Licet secundum Doc· intellectus diuinus intelligat essentiam inquantum vera et etiam inquantum bona: tamen hoc quod dicit hic quod intelligit eam inquantum vera non inquantum bona: hoc concludit contra Thomam: qui tenet essentiam sub ratione veri esse obiectum intellectus et non sub ratione boni· Hoc stante· formo sic argumentum supponendo mihi primo quod intellectus prima intellectione qua intelligit aliquid: non fabricat ens rationis nec comparat illud intellectum ad aliud· nam primo intelligit obiectum et intellectum: postea comparat· hoc stante· intellectus diuinus intelligit essentiam inquantum vera et non inquantum bona: et hoc prima intellectione· ergo est ibi veritas et non per comparationem ad extra· Et similiter voluntas prima volitione vult eam inquantum bona et non absolute vera· ergo est ibi bonitas sine comparatione ad extra· ¶ Ibi· Ab eterno etiam intellexit· ¶ Potest formari aliud argumentum supponendo aliqua· Primo etsi idem omnino in re possit se intelligere: et sic esse obiectum et potentia: tamen quod idem omnino in re intelligat seipsum intellectione: et quod talis intellectio qua se intelligit sit omnino idem in re: hoc non est intelligibile: quia operatio semper distinguitur ab operante· Cum ergo intellectus diuinus intelligat essentiam suam vel seipsum· Et vltra intelligat etiam se intelligere propter suam immaterialitatem naturalem· Queritur tunc· aut intelligit intellectione reali et non sumpta per respectum ad extra: aut intellectione rationis que sit tantum ens rationis: et hoc per respectum ad extra? Si primo: habeo intentum · scilicet quod est ibi intellectio ex natura rei aliquo modo distincta ab ipso intelligente· Si secundo: ergo tantum est ibi intellectio rationis et per respectum ad extra· Et sic intellectus diuinus non posset seipsum intelligere nec essentiam suam realiter: nec diceretur intelligens realiter: sed tantum secunde intentionaliter· Et vltra· remoto omni ente ad extra: sequeretur quod non esset ibi intellectio: et sic remota omni creatura ad quam sit talis comparatio: deus formaliter nihil intelligeret · que omnia sunt absurda: et sicut dixi de intellectione: eodem modo potest formari argumentum de volitione·

Deductio de intellectione et volitione contra Thomam·

¶ Ibi· Item quinto sic· Suppono primo quod deus sit ex natura rei in seipso beatus obiectiue: et intellectione et volitione deitatis formaliter beatus: et hoc a semetipso: etiam omni respectu extrinseco circumscripto: patet quia beatitudo dei ad nihil extra dependet: sed est ibi ex natura rei· Tunc sic· Beatitudo formaliter sumpta consistit in actibus secundis et non primis· Cum ergo deus sit formaliter beatus in seipso· ergo beatitudo sua formaliter consistit in actibus secundis· scilicet in perfectissima visione et volitione sui· Quero tunc· aut illa visio et volitio sui est ibi ex natura rei· et aliquo modo distincta ab ipso: cum non sit intelligibile actum secundum esse omnino idem cum actu primo: aut est ibi tantum ens rationis et per respectum ad extra? Si primo: habeo propositum· Si secundo: ergo erit formaliter beatus aliquo ente rationis et aliquo respectu sumpto ab extra: et sic remota omni creatura ad quam sit talis comparatio: non erit aliquo modo formaliter beatus: que omnia videntur absurda· ergo sequitur quod erit ibi visio beata et volitio similiter ex natura rei· Et addo vltra quod ex quo omnia attributa diuina se se mutuo respiciunt in perficiendo actus illos (Nam quedam attributa respiciunt et quodammodo presupponunt actum intellectus · vt sapientia: scientia: et huiusmodi· Quedam actum voluntatis: vt charitas bonitas et huiusmodi) ergo sicut illi actus sunt ibi ex natura rei: et non per respectum ad extra: ita attributa perficientia illos actus: non tamen quod illi actus realiter perficiantur· ¶ Ibi· Contra rationem eius· ¶ Quia sanctus Thomas asserit quod illa que distinguuntur ratione in vno extremo cui correspondent aliqua distincta realiter in alio extremo: semper sumuntur ab illis realiter distinctis· Et quod hoc sit falsum· ostendit Doctor hic: quia essentia diuina distinguitur ratione ab attributo: puta a sapientia

a sapientia: et tamen in creaturis correspondet distinctio realis inter essentiam et attributum: ut homo distinguitur realiter a sua sapientia: ergo si essentia divina distinguitur ratione a sapientia: et talia sumuntur a distinctis realiter: ergo essentia divina erit in deo tantum per respectum ad extra: quod non est intelligibile. ¶ Ibi. Quia bonum et verum etc. Hoc concludit contra Thomam qui bonum et verum ponit tantum ratione distingui in creatura. et est ratio ad hominem: quia secundum Scotum bonum et verum in creatura formaliter distinguuntur. ¶ Ibi. Tum tertio. Ubi est mera distinctio rationis non requiritur respectus ad aliquid extra: sicut est in diffinitione et diffinito.

[Dubitatio.] **Sed in ista littera Docto.** occurrunt aliqua dubia. Primum quia omnis relatio rationis fit semper ex comparatione unius ad alterum. ergo sicut talis relatio rationis requirit rem ad extra comparatam: ita et distinctio rationis requirit respectum ad aliquid extra. [Responsio.] ¶ Dico quod licet omnis relatio rationis sit causata vel saltem derelicta per aliquem actum collativum intellectus: vel alterius potentie comparantis unum obiectum ad aliud: et sic non possit fieri sine tali re comparata: tamen multa sola ratione distinguuntur sine respectu ad extra. idest quod ut intelligantur distingui ratione: non habent hoc per respectum ad extra. Immo per impossibile remoto omni respectu ad extra adhuc distinguerentur. Nam licet intentio generis et speciei sint causate suo modo per actum intellectus comparantis unum obiectum ad aliud. tamen quod inter se distinguantur non habent hoc per respectum ad ipsa comparata. ¶ Secundum dubium est de diffinitione et diffinito: quia videtur quod [Aliud dubium.] non tantum ratione distinguantur: immo magis ex natura rei. ¶ Dico quod capiendo diffinitionem et diffinitum pro vocibus: realiter distinguuntur ut patet: [Responsio.] quia sunt diverse voces realiter distincte. Similiter capiendo pro conceptibus non sunt idem. Tum quia conceptus diffiniti est incompletus: et diffinitionis completus. Tum quia conceptus diffiniti importatur confuse et diffinitionis distincte. Et similiter accipiendo diffinitum pro re extra: et diffinitionem pro actu intellectus diffinientis distinguuntur: patet quia in demonstratione non supponunt pro eodem ut patet. Aliquando accipiuntur secunde intentionaliter: et sic tantum ratione differunt. Aliquando accipitur diffinitum pro conceptibili confuso: et diffinitio pro conceptibili distincto: et sic forte ex natura rei differunt. [Diffinitum et diffinitio aliquando realiter distinguuntur: quandoque ex natura rei: interdum vero ratione tantum.] Aliqui tamen exponentes Sco. dicunt quod diffinitio proprie est ens rationis: similiter et diffinitum. Nam intellectus diffinit effective. idest rem conceptam in conceptus dividit qualiter in re non est divisa: ideo totum aggregatum ex illis conceptibus in quo est res divisa: est ens rationis. Et quia diffinire est dupliciter. scilicet effective quod est actus realis diffiniendi. et formaliter quod est declarare distincte quid sit res: que fundatur in illis conceptibus in quos est divisus conceptus diffiniti. ideo diffinire secundo modo est precise ens rationis et relatio rationis: quia etiam diffinitum ut tale est tantum in conceptu: ideo etiam diffinitum ut tale est tantum ens rationis. Non tamen negandum est quin res realis per diffinitionem explicetur: que diffinitio est tantum ens rationis formaliter: et fundamentaliter est illi conceptus diffinientes: ut homo cognoscitur primo confuse idest sub ratione totius. Postea intellectus dividit ipsum formando duos conceptus de eo. scilicet animalis et intellectualis: qui duo conceptus distincte declarant quid sit illud confusum quod est homo. homo conceptus est in re ens reale: et in intellectu solum ens rationis: et non dividitur ut in re sed ut in intellectu. Similiter animal et intellectuale sunt conceptus et ipsi declarant hominem conceptum. illa declaratio quia est entium rationis. idest conceptuum diffinientium est tantum relatio rationis. hec illa opinio. Ex his patet solutio ad dubium. ¶ Ibi. Et talis est distinctio in attributis qualia sunt obiecta intelligentie divine. Idest intellectionis divine differentia ratione. idest quod qualia sunt obiecta differentia ratione respectu intellectionis divine (que tantum est una) talis est distinctio in attributis: que attributa sunt huiusmodi obiecta que tantum ratione distinguuntur: et hoc secundum S. Tho. ergo non per respectum ad extra: quia quando requiritur respectus ad extra: tunc non dicuntur sola ratione distingui: sed partim ab intellectu et partim aliunde. et hoc vel a diversis circunstantibus extra diversimode. ut intellectus qui distinguit dextrum et sinistrum in columna per respectum ad diversas partes animalis. Et similiter distinguit in puncto principium et finem per respectum ad diversas lineas diversimode circunstantes: ita quod respectu unius dicitur principaliter et respectu alterius dicitur finis: vel ab eodem diversimode circunstante. ut intellectus distinguit puta in lapide ut diversimode circunstante bonum et verum. nam ut presentatur in ratione intelligibilis et in ratione appetibilis ibi distinguit verum et bonum. Hic tamen non loquor de bonitate et veritate ut sunt passiones entis. et hoc bene nota. ¶ Item contra minorem. Tota vis rationis in hoc consistit supponendo aliqua. Primo quod persone divine producte realiter distinguuntur et non per respectum ad extra: quoniam non sunt ibi per respectum ad extra. et ipse persone presupponunt intellectum et voluntatem que sunt principia emanationum sive productionum earum: ita quod productio filii que est per modum nature: presupponit intellectum ut productivum per modum nature. et productio spiritus sancti que est libera: presupponit voluntatem ut principium productivum per modum libertatis. Secundo suppono quod attributa quedam pertinent ad intellectum absolute. ut sapientia scientia noticia etc. quedam ad voluntatem absolute. ut charitas dilectio amor et huiusmodi. [Que attributa pertinent ad intellectum: et que voluntatem.] Sicut ergo intellectus habet respectum ad generationem verbi: ita et omnia attributa que pertinent ad intellectum: habent respectum ad generationem verbi. Similiter voluntas habet respectum ad spirandum spiritum sanctum et omnia attributa pertinentia ad illam. Similiter sic potest sumi distinctio attributorum per respectum ad productiones realiter distinctas. Ergo intellectus beatus poterit illas distinguere per respectum ad distincta realiter in divinis: puta per respectum ad productionem filii et spiritus sancti que distinguuntur realiter.

Contra istam opi. In ista ratione sunt plura notanda. Primo quomodo distinctio perfectionum attributalium sit fundamentum respectu distinctionis emanationum: de hoc vide in tertia ratione contra Tho. supra. Secundo nulla distinctio realis preexigit necessario distinctionem que tantum est rationis. ¶ Sed hic est difficultas: quia distinctio creaturarum realis [Bona dubitatio.] puta hominis et asini realiter existentis preexigit de

Solo· necessitate distinctionem ydearum in deo·s·esse cognitum vtriusqz: quod tamen est ens rationis·¶ Dico q sic debet intelligi: q distinctio realis non preexigit necessario distinctionem rationis vt rationem distinguendi: quia nulla relatio rationis potest esse ratio distinguendi aliqua realiter vt patet· Et sic dico de ydeis q quauis preexigantur: non tamen preexiguntur vt rationes distinguendi: quia si per impossibile non esset ydea lapidis ꝛ hominis: adhuc inter se vere realiter distinguerentur· In proposito autem intellectus ꝛ voluntas que improprie dicuntur attributa (vt dixi supra) sunt ratio distinguendi generationem filij ꝛ spirationem spiritus sancti: quia ipsis circumscriptis vna productio non diceretur magis per modum nature qz alia: nec vna magis per modum libertatis qz alia· si ergo intellectus ꝛ voluntas essent ibi tantum ens rationis: tunc ens rationis esset ratio distinguendi aliqua realiter·s·generationem ꝛ spirationem que distinguuntur realiter quod est inconueniens ꝛc·

Alia difficultas· Ibi·Sicut nec aliquid quod est pure reale ꝛc·¶ Hoc videtur difficile· Primo quia creatura realiter habens esse necessario preexigit suum esse cognitum in mente diuina·vt patet a doc·distin·tertia questione quarta·ꝛ distin·xxxv·ꝛ·xxxvj·primi·ꝛ dis· prima questione prima secundi·ꝛ in quoli· Secundo quia creatura non potest fieri de aliquo simpliciter· vt ly simpliciter excludit omne ens: quia vt excludit esse cognitum ipsius non posset fieri: quia modo presupponit suum esse cognitum: vt declarat doc·in secundo dist·xviij· Tertio quia in intellectu diuino ante participationem cuiuscumqz creature sit aliqua relatio rationis: puta comparando seipsum ad alia vel ad suum essentiam·vt patet a doctore distin·xxx·primi·

Responsio· ¶ Dico ad omnia ista q dictum doc·sic debet intelligi·q purum ens reale non preexigit aliud quod est mere ens rationis: ita q ens rationis sit ratio essendi entis realis· Sicut in proposito intellectus diuinus est ratio essendi productionis filij per modum nature: ꝛ voluntas est ratio essendi productionis·s·per modum libertatis: ꝛ sic si essent entia rationis: tunc ens rationis esset ratio essendi entis realis·¶ Ad primum ergo de ydea dico q etsi presupponatur: non tamen est ratio essendi ipsius creature: quia per impossibile circumscripto tali esse: adhuc voluntas diuina posset producere· Nam ponitur tale esse ydeale: quia intellectus diuinus ante omnem actum voluntatis de necessitate intelligit omnia possibilia·vt patet a doctore distin·tertia questione quarta·ꝛ distin·xxxv·xxxvj·xxxix·ꝛ·xlj·ꝛ·xliij·primi·ꝛ in secundo distin·prima questione prima·ꝛ in quolibe·¶ Dico secundo q posito q tale esse preexigatur: non tamen est simpliciter purum ens rationis: quia sibi non repugnat verum esse realis existentie· patet quia homo ab eterno habuit esse cognitum ꝛ sibi non repugnauit verum esse reale: ens autem tantum rationis cuiusmodi sunt secunde intentiones ꝛ comparationes rationis: sic sunt entia rationis q eis repugnat aliquando esse ens reale·¶ Tertio dico q etiam homo vt habet esse cognitum in intellectu diuino est simpliciter perfectius, ꝛ verius ens qz in sua actuali existentia: lz non verius tale·vt patet a doctore distinctione prima questione prima quarti· Responsio tamen prima est magis ad propositum·¶ Ad secundum patet ex dictis ꝛ ad tertium similiter·quia quamuis talia entia rationis preexigantur: non tamen preexiguntur vt rationes essendi·¶ Ibi· Confirmatur ista ratio·aliquid esse posterius alio conuenit multipliciter· Primo compositum naturale est posterius suis partibus· Secundo forma naturaliter est posterior suo perfectibili· Tertio effectus naturaliter est posterior sua causa· Quarto mensuratum naturaliter est posterius sua mensura· Quinto imperfectum absolute est posterius ente perfecto absolute·ꝛ hec omnia dicunt posteriora in essendo· *Aliqd alio eẽ posteri' multis modis dicitur·* Posterius primo modo est perfectius suo priori· Similiter secundo modo vt patet de forma substantiali respectu materie· Sed tertio ꝛ quarto ꝛ quinto modis posterius est imperfectius: lz tertio modo possit esse eqz perfectum quando est causa vniuoca: sed imperfectius quando est causa equiuoca· Quando ergo dicit doctor qd est posterius naturaliter non potest esse perfectius eius ente priori naturaliter· Hoc debet intelligi tertio ꝛ quarto ꝛ quinto modis: non autem primo ꝛ secundo· Cuz ergo ens rationis non preexigatur enti reali: nec primo modo quia non est pars essentialis eius: nec secundo modo quia non est subiectum perfectibile ab ente reali· Si ergo preexigitur enti reali preexigitur aliquo trium modorum sequentium·sed hoc non: quia ens reale de necessitate est perfectius ente rationis· Cuz ergo distinctio emanationum sit realis ꝛ posterior puta intellectu ꝛ voluntate: ꝛ intellectus ꝛ voluntas sunt principia distinguendi illa duo modo predicto. ergo nō sunt ibi ens rationis: sed sunt ibi vere ex natura rei. ꝛ hoc est quod intendit doctor·¶ Ibi· Contra·in illo initanti· Ueritas licet consistat in hoc· *Arguit doc· ꝯ h rẽ·quolib·3·q·3·ꝛ li·1·arti·39·q·vij·* Quia Henri·ad euadendum q intellectus ꝛ voluntas non sunt in deo ex natura rei vt distincta principia productiua: dicit q ipsa essentia sub alia ꝛ alia relatione est principium distinctarum productionum·puta q essentia diuina vt est determinata per paternitatem est principium generationis filij: ꝛ vt determinata per spirationem actiuam est principium spirationis spiritus sancti·

¶ Doctor arguendo ꝯ eum querit·an ipsa essentia sub paternitate sit principium filij eo modo quo est principium spiritus sancti? aut alio modo? Si primo? non magis filius erit ymago patris ex vi productionis sue qz spiritꝰ sanctus· Nā dr̄ filius ymago pr̄is qr ꝑducit per modum intellꝰs·ꝛ spūs sanctus non dicitur ymago patris: quia ex vi productionis sue nō producitur per modum intellectus· Si secundo? ergo sequitur q ante omnem actum intellectus erit aliqua distinctio principiorum respectu filij ꝛ spiritus sancti· Sed quia Henri·diceret q bene verum est quia essentia sub vna relatione est principium filij et sub alia spiritus sancti· Ideo Doctor contra eum arguit·¶ Ibi· Nec valet attribuere istam distinctionem relationum·¶ Uult dicere in sententia· Aut essentia vt essentia est principium productiuum filij ꝛ spiritus sancti? ꝛ tunc vterqz eo modo ꝑduceretur: ꝛ stat ratio· Aut intellectus est ratio producendi filium vt videtur dicere? vt patet supra distinctione secūda ꝛ sexta·ꝛ volitio respectu spiritus sancti: adhuc stat ratio: quia intellectio illa est tantum ratio producendi per modum nature: ꝛ similiter volitio: quia licz voluntas sit principium liberum: tamen actus eius si est principium non erit per modum nature·vt patet a doctore in pluribus locis: ꝛ sic filius ꝛ spiritus sanctus erunt producti per modum nature· Aut relatio in essentia est ratio ꝑducendi? adhuc sic stat argumentum contra eum. quia si aliqua relatio est ratio producendi: hoc erit per modum nature· Nam omnis relatio eque naturaliter respicit suum correlatiuum·ideo est

est si aliquę relationes sunt rationes producendi suuz
correlatiuum erunt rationes producendi per modum
nature· Et sic ita spiratio actiua erit ratio producen
di spiritum sanctum per modum nature:sicut ⁊ pater
nitas siue generatio actiua respectu filij· Et sic filius
⁊ spiritus sanctus erunt producti tantum per moduz
nature· Relinquitur ergo ꝙ principia productiua
sint in deo ex natura rei:quorum vnum est per mo-
dum nature ⁊ reliquum per modum libertatis·
❡ Ibi·Hoc etiam arguitur contra istam positionez·
❡ Ista duo argumenta patere possunt ex glo· supra
quarto ⁊ quinto argumentis contra Thomam quaz
vide·Dico tamen vnum ꝙ si deus ab eterno ex sui im
materialitate intelligit ⁊ vult se:dico ex immateriali-
tate:propter potentias materiales ⁊ organicas puta
visiuam:que licet videat alia:tamen non potest vide-
re nec se nec suam visionem·Similiter appetitus sen
sitiuus lz appetat alia:non tamen appetit se quia sunt
potentie naturales·Intellectus vero non tantum di-
uinus sed etiam creatus propter sui immaterialitatez
non tantum intelligit alia:sed etiam intelligit suam in
tellectionem ⁊ seipsum·Similiter voluntas non tan-
tum potest velle alia:sed etiam potest velle ⁊ volitio-
nem suam ⁊ seipsam· Si ergo deus intelligit se pri-
ma intellectione et vult se prima volitione:⁊ hoc sub
ratione boni ⁊ veri:ita ꝙ ratio veri sit ibi ratio intel-
ligendi:⁊ ratio boni ⁊ ratio volendi·ergo ibi est distin
ctio veri ⁊ boni ex natura rei·Sequitur. Rationū for
malium in obiectis·idest ꝙ veritas ⁊ bonitas sūt due
rationes formales obiectales:siue duo obiecta forma
lia ante omnem actum intellectus· Et quod dixi pri
ma intellectione vel volitione·non debet referri ad se-
cundam:cum tantum ibi sit vna intellectio ⁊ vna vo-
litio·vt patet supra distinctione secunda:sed prima in
tellectione idest precedenti quodāmodo seipsam vt cō
paratiuam ⁊ negociatiuam· ❡ Ibi·Hoc etiam con
firmatur· Nota ꝙ idem actus intellectus diuini s̄m
diuersos respectus potest diuersificari·Nam vt ter-
minatur ad essentiam absolute dicitur actus beatifi-
cus·vt vero terminatur ad creaturas relucentes i mē
te diuina non dicitur actus beatificus:quia tūc deus
esset beatus in creaturis·vt etiaz ille actus est cōpara
tiuus siue negociatiuus non dicitur actus beatificus:
quia tunc in tali negociatione siue comparatione eēt
beatitudo formaliter:vel saltem non posset sine illis
esse·Cum ergo beatitudo s̄m eos consistat in vera co
gnitione ⁊ dilectione essentie diuine:erunt ibi ista ex
natura rei·⁊ distincte etiam·patet quia talis beatitu-
do requirit obiectum proprium ⁊ potentiam propriā
⁊ operationem propriam·

Materiali-
tas ē rō q̄r
nulla sensiti
ua potentia
pt se sup se
reflectere·

Act⁹ diuini
intellect⁹ vt
terminat̄ ad
ydeas crea-
turaꝝ non
dr̄ act⁹ bea-
tificus·

Quia igitur diuersimode po-
test
intelligi dicta opi·❡ Hic Doctor intendit vltra ratio
nes quas supra fecit contra Henri.alias specialiores
adducere·⁊ textus clarus est vsqꝫ ibi· Tunc quia ali-
ter non esset deus simpliciter perfectus·❡ Hoc sic de
bet exponi supponendo aliqua· Primo quia perfe-
ctioni simpliciter non repugnat formaliter infinitas:
enti autem rationis repugnat formaliter infinitas:qr
etiam relationi reali·vt patet a doctore hic ⁊ questio-
ne prima quolibe·⁊ quinta· Secundo suppono ꝙ lz
deus in se sit formaliter infinitus:tamen perfectius ē
ipsum intelligere non tantum esse in se infinitum rea
liter ⁊ formaliter:sed etiam intelligere ipsum include
re plures perfectiones formaliter infinitas easdem si-
bi realiter:licet s̄m suas rationes formales distinguā
tur·Nam eminentius est esse in se perfectissimum ⁊
quodāmodo innumeras perfectiones reales ⁊ forma
liter infinitas continere in se·Si ergo non haberet il-
las ex natura rei:non esset deus id quo maius excogi-
tari non potest·Et sic intelligitur illa ratio· ❡ Ibi·
Tum tertio.Participare aliquid ab alio pro nunc cō
uenit dupliciter· Uno modo s̄m proportionem que
requirit dissimilitudinez participantis ⁊ participati·
idest ꝙ non conueniunt in aliqua forma que predice-
tur de participante ⁊ participato·Exemplum·Nam
lapis est ens participatum a deo : ⁊ tamen nec lapis
nec deus habent formam communem in qua conue-
niunt in ratione participantis ⁊ participati· Secun-
do aliquid dicitur participari vniuoce·idest ꝙ partici
pans ⁊ participatuz conueniant in forma communi·
vt bonitas creata dicitur participata a bonitate incre
ata:⁊ vtraqꝫ conuenit in bonitate communi que est p
fectio simpliciter:sed in nobis finita:in deo vero infi-
nita·Et hoc secundo modo intendit Doctor ꝙ est val
de inconueniens in creatura esse formaliter bonitatē
participatā q̄ est finita:⁊ in deo nō esse formalr̄ ⁊ rea
liter a qua est talis participatio:cum vtraqꝫ formalite
re conueniat in bonitate·Si ergo bonitas creata est re
aliter ex natura rei in creatura participata:a fortiori
bonitas a qua sit talis participatio est in deo ex natu
ra rei ⁊ non tantum ens rationis · vt dicit Henri·⁊
hoc intēdit doctor·❡ Ibi·Quia intellectus actu suo
non pōt causare nisi relationem rationis·

Liblibet re-
latioi repu-
gnat infini-
tas formali
ter·

Hoc videtur contra Hoc·quia ip
se vult distin·
tertia questione quarta primi·⁊ distin·xxxvj·primi·
ꝙ intellectus diuinus actu suo producat omne ens in
esse cognito:⁊ tamen illud esse cognitum non est sola
relatio rationis.vt patet per eum·⁊·xxxv·⁊·xxxvj·di·
primi·⁊ in secundo distin·tertia·⁊·xviij· Item ipse
vult expresse distin·xliij·primi·ꝙ intellectus diuinus
actu suo producit quodlibet ens in esse possibili:⁊ ta
men illud ens possibile non est sola relatio rationis:
immo est ens quidditatiuum:vt patet per ipsum distin·
tertia questione quinta primi contra Henri·⁊ distin·
xxxvj.primi·⁊ distin·tertia secundi· ❡ Dico breuiter
ad hoc omnia ⁊ ad similia ꝙ actus intellectus diuini
potest dupliciter considerari· Uno modo vt tantum
respicit obiectum in se·Alio modo vt respicit obiectū
inquantum cognitum·Et hoc secundo modo non po
test causare nisi relationem rationis : quia obiectum
inquantum cognitum dicitur tantum habere esse di-
minutum·⁊ vt sic in ipso tantum sunt nata causari en
tia rationis·⁊ hoc patet a doctore expresse distinctiōe
secunda huius primi·Debet ergo sic intelligi:ꝙ intel
lectus actu suo·s·collatiuo vel comparatiuo q̄ actus
collatiuus est respectu obiecti cogniti cōparati ad aliū
obiectum cognitū inquātū huiusmodi·cetera patent·
❡ Ibi· Preterea intellectus intuitiuus· ❡ Ista ra-
tio plura tangit·Primo ꝙ intellectus intuitiuus id-
est intuitiue cognoscens:de necessitate terminatur
ad rem existentem inquantum existens in existentia
reali·Secundo ꝙ talis intellectus qui respicit obie-
ctum existens vt existens:non potest distinguere in
illo aliqua plura·idest non potest cognoscere in illo
aliqua distincta nisi inquantum est existens · et est
sensus · Nam intellectus abstractiuus potest cogno
scere in obiecto vt cognito aliqua plura distincta so-
la ratione:puta in homine cognito potest cognosce-
re intentionem speciei predicabilis inferioris superio
ris subiecti ⁊ huiusmodi·Sed intellectus intuitiuus

Videt̄ sibi
contradice-
re Doc·

Concordan
tia·

qui tantum respicit obiectum existens vt existens et non vt cognitum: non potest cognoscere in illo sic existente aliqua plura distincta: nisi illa plura sint existentia in tali obiecto secundum q existens est· Et ideo non potest cognoscere intuitiue relationes rationis in aliquo obiecto existente· patet quia ille tantum fundantur in obiecto inquantum cognito vel inquantum cōparato: et non inquantum existente· Tertio suppono q intellectus diuinus cognoscit omnia attributa intuitiue in essentia diuina existente vt existens est: ergo cognoscit illa vt sunt ibi ex natura rei· Si vis dicere q illa attributa sunt entia rationis causata ab actu collatiuo intellectus diuini: et q cognoscit illa in essentia diuina· Quero tunc· aut cognoscit illa in essentia diuina inquantum existens est? ergo entia rationis sunt in existente inquantum existens est: et quicquid est in existente inquantum existens: de necessitate est ex natura rei· aut cognoscit illa in essentia inquantum cognita vel inquantum comparata? ergo non cognosceret intuitiue: quia cognitio intuitiua est ad existens inquantum existens· Relinquitur ergo q cognoscit illa in essentia diuina existente: inquantum sunt quedam obiecta formalia distincta preter omnem operationem intellectus collatiui· Et sic patet ista ratio &c·

Difficultas·

Sed oritur difficultas· Quomodo intellectus diuinus cognoscit creaturas ab eterno? quia non fuerunt existentes in propria existentia· Secundo· quomodo secundas intentiones causatas in creaturis? cum in se nec existant: quia existentia est entis realis: nec fundantur in aliqua re existente inquantum existens: sed in re cognita vel comparata inquantum huiusmodi· Tertio· quomodo intellectus diuinus cognoscit relationes rationis causatas ab ipso ab eterno? vt patet a doctore distin·xxx· primi· Non est dandum q cognoscat ista abstractiue propter imperfectionem cognitionis· Nec intuitiue: quia non sunt existentia &c·

Responsio·

¶ Respondeo supponendo mihi aliqua· Primo q intellectum diuinum posse cognoscere intuitiue conuenit tripliciter et hoc actu recto· primo vt obiectum primarium in se formaliter existens virtute propria suo modo mouēs siue quasi mouens: et sic cognoscit intuitiue essentiam suam· secundo tamq̄ obiectum non primarium nec eminenter contentum in essentia diuina: nec ex sua ratione formali aliquo modo mouens intellectum diuinum ad cognitionem sui· vt proprietates ypostatice et relationes diuine ad intra cognoscuntur virtute essentie intuitiue: et non dicuntur eminenter contineri in illa propter perfectam identitatem eorum realem cum essentia diuina· tertio tamq̄ obiectum secundarium eminenter contentum in essentia diuina: et sic omnes creature cognoscuntur intuitiue in essentia diuina: quia ipsa est perfectissima ratio cognoscendi omnem creaturam maxime in esse quiditatiuo: licet existentia earum (cum sit mere contingens et sequatur determinationem diuine voluntatis) dicatur sic cognosci vt ostenditur ab essentia diuina: et hoc post determinationem diuine voluntatis· vt patet a Doctore·xxxix· primi· Et sic cognitio intuitiua terminatur ad aliquod existens in propria existentia: aut ad aliquod quod licet non sit existens in propria existentia eminenter: tamen secundum totam suam entitatem continetur in alio vere existente quod erit causa talis cognitionis: et sic creature cognoscuntur quiditatiue ab intellectu diuino ab eterno: et hoc virtute essentie diuine eminenter continentis illas· Et sic patet responsio ad primum argumentum·

Quomodo diuinus intellectus potest cognoscere tripliciter actu recto: et actu reflexo·

Secundo suppono q intellectus diuinus cognoscit aliquid actu reflexo· nam primo cognoscit cognitionem suam qua cognoscit essentiam· secūdo cognoscit illam cognitionem vt terminatam ad essentiam cognitam: et sic cognoscit essentiam vt cognita est: et hoc simpliciter eadem cognitione cognoscit essentiam nude: cognoscit eandem cognitionem absolute: cognoscit essentiam vt terminum illius cognitionis absolute: et sic talis cognitio diuersificatur propter diuersos respectus· tertio cognoscit omnes relationes rationis causatas ab ipso· Tertio suppono q aliquid cognosci intuitiue contingit tripliciter· primo vt est in propria existentia· secundo vt eminenter continetur in aliquo existente· tertio vt quando nec habet propriam existentiam in se nec in alio nec eminenter continetur in alio: tamen perfectissime cognoscitur secundum totam suam entitatem quantum est natum cognosci: et cognitione perfectissima que nata est haberi de illo· Et hoc tertio modo dico q relationes rationis et omnia entia rationis ab intellectu diuino perfectissime cognoscuntur quantum ad earum totalem entitatem: et impossibile esset aliquo modo perfectius cognosci· Cognitio ergo intellectus diuini vt terminatur ad essentiam diuinam dicitur perfectissime intuitiua· vt vero terminatur ad relationes reales in diuinis non ita perfecte· vt vero ad creaturas eminenter contentas (cū nullam existentiam dicāt ibi) minus perfecte· vt vero actu reflexo terminatur ad seipsam erit perfecta: cum terminetur ad perfectionem simpliciter· vt vero terminatur ad essentiam cognitam vt huiusmodi: adhuc minus perfecte quia ad ens diminutum· vt vero terminatur ad relationes rationis adhuc erit minus perfecta: quia tantum ad entia diminutissima· Ipsa ergo intellectio diuina semper erit intuitiua licet secundum diuersas terminationes alio et alio modo dicatur diuersificari: non in se sed in respectibus· Et sic patet solutio argumentorum.

Aliquod cognosci pōt intuitiue tripliciter·

Quomodo diuina notitia dicitur perfectissima: perfectior: et minus perfecta quando ad diuersa obiecta cōparatur·

Obiectio·

¶ Si dicatur· ergo positio Henrici· potest stare: quia poterit dicere q cognoscat illa attributa intuitiue modo preexposito: et tamen esse tantum ens rationis·

Solutio·

¶ Dico q argumentum Scoti ad hominem concludit: quia ipse Henricus· vult cognitionem intuitiuam terminari ad rem existentem inquantum existens: et sic fiat argumentum vt prius· Secundo quia si tantum sunt entia rationis: et similiter cognitio diuina sit tantum ibi ens rationis vt aliquo modo distinctum ab essentia: quomodo ergo dicetur intuitiua? Similiter sequeretur q omnia attributa tantum actu reflexo cognoscerentur· Similiter sequeretur q intellectus diuinus et intuitiuus tantum cognosceret illa vt relationes rationis: et sic nō ad perfectiones simpliciter: que omnia sunt absurda· ¶ Ibi· Item arguitur contra illam expositionem: quia si de aliquo obiecto tantum natus haberi vnus conceptus realis· Vide glo· supra distin· tertia questiōe prima· ¶ Ibi· Contra conclusionem in se· Tota vis huius rationis in hoc consistit· Primo q actus intellectus diuini potest dupliciter considerari· Uno modo absolute vt terminatur ad obiectum absolute: et talis actus non dicitur negociatiuus nec causatiuus entis rationis· Alio modo vt est comparatiuus obiecti cogniti ad obiectum cognitum: et vt sic dicitur causatiuus entis rationis: et sic causando diuersa entia rationis dicitur quodāmodo distinctiuus illorum quia producit distincta: et similiter intellectus dicitur causatiuus

Actus diuini intellectus dicitur absolutus et negociatiuus·

satiuus entis rationis non in se:sed per actum intellectus secundo modo dictum. Similiter volitio potest considerari absolute vt terminatur ad essentiam. Secundo modo vt est comparatiua obiecti voliti ad aliud volitum:⁊ vt sic potest esse causatiua entis rationis:vt patet a Doctore supra distin. prima huius. Cum ergo intellectus absolute ⁊ intellectio absolute ⁊ natura absolute precedant aliquo modo intellectionem vt comparatiuam siue distinctiuam entium rationis:distinguentur inter se ⁊ non per talem intellectionem. ergo ex natura rei:patet quia precedunt distinctiuum eorum que sola ratione distinguntur. Ergo distinctio nature ⁊ intellectionis vel volitionis nõ erit per intellectum.s.vt habentem cognitionem cõparatiuã vt supra. ¶ Si dicatur ꝙ ista vt precedunt huiusmodi cognitionem nullo modo distinguũt:tũc sequeretur ꝙ ista attributa nõ magis distinguerentur ista intellectione ꝗ̃ natura vel volitione quod est falsum. ⁊ sic non esset ibi fallacia accidentis dicendo sic. ista intellectione attributa distinguuntur. ista intellectio est natura diuina. ergo natura diuina distinguitur. conclusio falsa. Quia si natura diuina distingueretur:tunc ipsa esset ratio distinguendi vnum attributum ab alio quod est falsum: immo est ratio conueniendi. Si ergo in isto syllogismo est fallacia accidentis:oportet ꝙ ratio intellectionis extraneetur rationi nature diuine inquantum comparantur ad tertium.idest ꝙ inquantum intellectio est ratio distinguendi attributa extraneatur nature diuine inquantum natura diuina comparatur ad rationem distinguendi attributa. sicut animal extraneatur homini inquantum animal ⁊ homo comparantur ad genus:⁊ si essent omnino idem non possent extraneari respectu tertij. Cum ergo intellectio diuina ⁊ natura diuina extraneentur adinuicem vt comparantur ad rationem distinguendi:sequitur ꝙ erit ibi aliqualis distinctio preter opus intellectus:quia si essent omnino idem non extranearẽtur adinuicem respectu rationis distinguendi:⁊ sic in tali syllogismo non esset fallacia accidentis. Cetera patent.

Ad questionem. ibi. Quia si infinita sapientia esset formaliter infinita bonitas:⁊ sapientia in cõmuni esset formaliter bonitas in cõmuni. ¶ Nota primo ꝙ hic Doctor vult ꝙ bonitas infinita distinguatur formaliter a sapientia infinita:quia ratio formalis bonitatis infinite non est de ratione formali sapientie infinite nec econtra. Ideo sunt distincta obiecta formalia ⁊ formaliter distincta ex natura rei existentes in essentia diuina. Et nota ꝙ gradus intrinsecus. scilicet infinitas bonitatis non est ratio distinguendi bonitatem a sapientia nec econtra infinitas sapientie:patet quia gradus intrinsecus presupponit quiditatem contractam cuius est gradus: nec dicit formalitatem propriã:immo talis infinitas est ratio ꝙ quodlibet natum est dici de ente infinito realiter sibi idemptificetur sed non formaliter:hoc patet de essentia diuina ⁊ de infinitate. ratio ergo ꝙ vnum attributum formaliter distinguatur ab alio nõ est infinitas:sed magis quiditas cuius talis est infinitas. sicut etiam hec albedo intensa vt octo distinguitur ab alia intensa vt octo. illa intensio non est ratio distinguendi vnum ab alio: sed hecceitas huius quam consequitur intensio. vt gradus intrinsecus est ratio distinguendi. Nam intensio vtriusq3 presupponit illas esse in se distinctas. Sic est in proposito. ꝙ infinitas attributorum presupponit ipsa esse distincta sm proprias quiditates:quod patet quia gradus intrinsecus aduenit quiditati:nec variat rationẽ formalem eius:vt patet de intensione albedinis vt octo. que adueniens sibi non variat rationem formalem albedinis:secus est de gradu specifico: quia adueniens relationi variat rationem formalem eius. vt si gradus specificus adueniret homini iam homo non esset: sed esset alia species. Si ergo sapientia infinita esset formaliter bonitas infinita:sequeretur ꝙ ratio formalis bonitatis in cõmuni esset formaliter ipsa sapientia in cõmuni:cum infinitas vtriusq3 non variet rationem formalem illarum.

Rõ distinguẽdi vnum attributum ab alio est q̃ditas: seu hecceitas.

Si dicatur ꝙ hoc non videtur valere. Primo quia non sequitur. sapientia infinita est idem realiter bonitati infinite. ergo sapientia in communi est realiter idem bonitati in communi? non sequitur. Similiter intellectio infinita est realiter idem volitioni infinite. ergo in communi sunt idem realiter? non sequitur. Similiter paternitas in diuinis est realiter idem essentie diuine. ergo paternitas in communi et essentia in communi sunt idem realiter? Similiter essentia infinita est formaliter intellectus infinitus. ergo essentia in communi est formaliter intellectus in cõmuni? non sequitur. ¶ Dico ad primum ⁊ ad secundũ ꝙ ex quo infinitas vtriusq3 non variat rationem formalem cuius est:⁊ quia ratio formalis bonitatis est alia formaliter a sapientia:ideo si sunt idem formaliter etiam sequitur ꝙ in communi sunt idem formaliter:quia tamen infinitas propter suam perfectionem idemptificat realiter quicquid potest esse in illo ente infinito:ideo non sequitur ꝙ si sapientia infinita sit naturaliter idem bonitati infinite ꝙ etiam in cõmuni sint idem realiter:quia in communi non est talis ratio idemptitatis realis quia non infinitas. Hoc idem ad tertium dico ꝙ infinitas essentie diuine est ratio idemptificandi sibi realiter quicquid potest esse ibi: non tamen formaliter:quia (vt dixi) talis infinitas non variat rationem formalem cuius est. Ad quartum dico ꝙ non est simile:quia intellectus infinitus est de ratione formali essentie diuine:⁊ quando aliquid est de essentia alicuius sm specialem rationem:non sequitur ꝙ illis sumptis in generalibus rationibus: vnum sit de essentia alterius vt patet. Nam intellectus vt intellectus non est de ratione formali essentie vt essentia est. ¶ Si dicatur ꝙ idem posset dici de sapiẽtia ⁊ bonitate infinita:⁊ ꝙ bonitas infinita l3 sit de essentia sapientie infinite:⁊ per consequens idem formaliter:tamen non sequitur ꝙ bonitas vt bonitas sit de diffinitione illius vel econtra. ¶ Dico primo ꝙ si bonitas infinita inquantum huiusmodi esset vere de essentia sapientie infinite:⁊ hoc sub ratione illa speciali qua infinita:non sequeretur ipsam in communi esse de essentia sapientie in communi ⁊c. ¶ Ibi. Ista etiam opinio confirmatur. Hic Doctor confirmat hanc opinionem multis auctoritatibus. scilicet ꝙ attributa distinguantur formaliter abinuicem:⁊ aliquo modo distinguantur ab essentia diuina preter omne opus intellectus. ¶ Prima auctoritas est Dam. c. quarto. ⁊ c. nono. qui dicit ꝙ esse dei dicit quoddam pelagus infinite substantie:cetera autem circumstant naturam. ¶ Dicit doctor ꝙ hoc non esset nisi esset aliqua distinctio ex parte rei. p3. Si enim bonitas ⁊ sapientia essent tantum relationes rationis: tunc non essent perfectiones secunde ex parte rei.

Aduẽte hãc obiectiõe3.

Solõ.

Obiectio.

Respõsio.

Si ergo omnia attributa essent tm̄ vna res omnibus
modis idem preter operationem intellectus·ergo nō
dicuntur plures perfectiones simplr̄ ex parte rei:⁊ sic
non sunt pfectiones circūstantes naturaꝫ·ꝛ relatio·n·
rationis non potest dici perfectio aliqua nec simplr̄
nec ſm quid· Sequit̄ etiaꝫ ꝙ si hmōi attributa sūt
tm̄ relationes rōnis:ꝙ ita bn̄ possent dici pfectiones
vt causate ibi p actum intellectus creati: imo ⁊ circa
quodlibet obiectū possent hmōi pfectiōes causari.nō
·n·ens rōnis est magis pfectio per hoc ꝙ diuersimo/
de causat̄ ab alio ⁊ alio intellectu· Si ēt attributa di/
uina non distinguerent̄ aliquo modo preter opus in
tellectus ab essentia diuina:tūc nō diceretur ex nā rei
pelagus omniū p̄fectionū intrinsecarum·patꝫ quia si
dicunt̄ circumstare essentiaꝫ vt pelagus substantie in
finite·ergo ex nā rei presupponunt ipsam essentiam:
⁊ tūc aliquo modo distinguunt̄ preter opus intellectus:
⁊ multa alia incōuenientia vident̄ seq· ¶ Secūda est
Augustini qui ꝓbat ꝙ nō est aliqd maius due perso
ne ꝙꝫ vna:qꝛ non aliquid verius·que ꝯntia esset ista·
Si tm̄ esset distinctio rōnis inter sapientiā veritateꝫ
⁊ magnitudinē:nō videret̄ aliud argumentū ꝙꝫ si pro
baret̄·sapientia ergo sapiens vel ecōuerso· ¶ Vult di
cere ꝙ si magnitudo·s·virtutis ⁊ veritas ⁊ sapientia⁊
cetera attributa tm̄ rōne distinguerēt̄:⁊ sic essent tm̄
relationes rōnis:due persone nō dicerent̄ maius ſm
magnitudinē si magnitudo esset tantū relatio rōnis:
qꝛ neqꝫ verius·vult·n·probare Augusti·ꝙ psone sint
omnino equales in oī perfectione·eqꝫ·n·cōuenit vni
persone magnitudo virtutis sicut duabus:cum sim/
pliciter sit tota in tribus ⁊ indiuisibiliter:sicut etiā sa
pientia ⁊ veritas ⁊ cetera attributa· ¶ Tertia est Au
gustini ꝯ Maximinū· Si potes deum patrē conce/
dere simplicem:⁊ tn̄ sapientem ⁊ bonum ⁊c·quanto
magis vnus deus potest eē simplex· ¶ August·n·ibi
ꝙ si in eodem sine compositione ⁊ partialitate possūt
esse plures perfectiōes simplr̄·ergo multo magis pnt
esse tres psone in deitate·i·si pfectiones distincte at/
tributales nō faciūt compositionē in deo:imo stant
cū summa simplicitate:sequit̄ ꝙ relationes ypostatice
multo magis possunt esse in deo sine vlla compositio
ne:que tn̄ relationes ypostatice sunt ibi ex natura rei
⁊ distincte preter omne opus intellectus·Arguit ergo
sic·Si plures pfectiones ex natura rei ⁊ absolute nō
faciunt cōpositionē in deo·ergo nec relationes yposta
tice·si ergo perfectiones attributales essent tantum
relatōes rōnis:nō esset argumentū a minori:qꝛ rela/
tio rōnis nō facit cōpositionē cū aliquo ⁊ multe rela/
tiones reales faciunt cōpositionē· Si ergo magis vr̄
ꝙ plures pfectiones simplr̄ in aliquo faciūt cōpositō
nem aliquā ꝙꝫ relationes reales ⁊ tn̄ nō faciūt:ergo
nec multo minus relatiōes reales· ¶ Quarta est Au
gustini·xv·de trini·c·3·qui dicit ꝙ oīa ista sunt sibi
equalia·nihil·n·est ꝓpue sibiipsi equale vt pꝫ·si ergo
filius est equalis patri in oī perfectione ⁊ eq̄litas est
ibi relatio realis·vt·ī·patebit·d·xix·⁊·d·xxxi·⁊·q·vj
quoli·ergo ⁊ hmōi pfectiones ſm quas dicunt̄ eq̄les
sunt ibi ex nā rei·Dicimus·n·ꝙ filius realiter est eq̄/
lis patri in omni perfectione simpliciter:puta in sapi
entia:magnitudine virtutis:⁊ huiusmodi: sed si ista
essent tantum relationes rationis nulla esset ibi equa
litas ex natura rei·Ex his ⁊ multis alijs auctoritati/
bus:patet expresse quomodo ista attributa que di/
cunt perfectionem simpliciter sunt ibi ex natura rei·

Contra istam solutionē sunt tria
dubia· Primum quia si ponantur iste perfectiones — *Primum dubium·*
distincte preter opus intellectus ab essentia diuina ⁊
ipsam ex natura rei circūstare:videt̄ sequi ꝙ se hēant
per modū actus respectu essentie diuine:⁊ sic compo
sitio·Rn̄det doc·ꝙ sapientia est ibi ſm illam rōnem
que non includit impfectionem·s·vt est id quo hn̄s
sit tale:quia deus dicitur sapientia sapiens:non tn̄ est
ibi ſm illam rationem includentem necessario imp/
fectionem·s·esse formam informantem ⁊ partem rei·
¶ Si obijcias·quomodo aliquid est formaliter sapi/
ens sapientia si sapientia non est forma eius? ¶ Re/ — *Aīa corpori cōpata dr̄ illi⁹ forma· toti vero cō posito dicit̄ illius essen tialis pars.*
spondet doc·p aliqua dicta· Primū·ꝙ aīa vt compa
ratur ad corpus dicitur informare illud:⁊ sic denomi
natiue dicitur corpus animatum ab anima informā
te illud·vt vero comparatur ad totuꝫ compositum ex
anima ⁊ corpore:tunc non est forma informans com
positum:sed tantum pars essentialis illius: ⁊ ex hoc
homo dicitur animatus non denominatiue sed essen
tialiter:quia est pars essentialis illius:⁊ tamē anima
non informat hominem·Secūdū dictū est·ꝙ ex quo
sapientia inest essentie diuine veriori modo ꝙꝫ anima
corpori ⁊ ꝙꝫ toti:quia vt sapientia comparatur ad eēn
tiam nullo modo est pars eius· sed est perfecte idem
illi idemptitate reali·ergo essentia poterit ab ea deno
minari absqꝫ omni informatiōe· ¶ Et tunc si queres
vtrum a primo actu posset esse aliqua abstractio for/
me.Dicit doc·ꝙ non est abstractio forme vt informā
tis:quia ipsa sapientia non informat essentiam·neqꝫ
vt partis:qꝛ in deo non est pars:sed est abstractio for
me inquantum per eam aliquid est tale precise acce/
ptum:non considerando idemptitatem eius ad illud
quod est tale per ipsam·Cum·n·dicitur deus est sa/
piens·tunc consideratur sapientia vt idem ipsi deo ⁊
vt denominans·cum vero consideratur sapientia in
vltima abstractiōe:vt sic non est nata predicari de ali
quo denominatiue:quia hoc est contra rationem vl/
timate abstracti:vt supra patuit distin·v·questione
prima·Nam vt vltimate abstracta est tantum nata
predicari:puta de deitate per idemptitatem:siue pre/
dicatione idemptica:vt supra patuit distin·quinta que/
stione secunda·

Secundum dubium· quia Aug· septimo de — *Secundū·*
trinitate·c·v·vbi negat idemptitatem deitatis ⁊ pa/
ternitatis·Non eo inquiens pater quo deus ē. sicut
nec eo verbum quo sapientia:ita concedit idemptita/
tem magnitudinis ⁊ bonitatis ⁊ perfectionum essen/
tialium:quia dicit eo magnus quo deus ⁊c·ergo sicut
ibi idemptitatem negat:ita concedit hic:non autē ne
gat ibi nisi idemptitatem formalem:ergo illam conce
dit hic·Respondet Doc·ꝙ simpliciter eodem deus est
sapiens ⁊ magnus:non tamen sic eodem est deus ⁊
pater· Primo quia sapiētia ⁊ magnitudo sunt pfectio
nes essentiales non·s·dantes esse essentiale sed essen
tiales:quia cōmunes tribus personis:vt patet a doc·
questione prima quoli·sed paternitas non est essen/
tialis·Secundo quia sapientia ⁊ bonitas sunt pfectiō
nes simpliciter:sed paternitas non·vt probat doc·q·
v·quoli· Tertio quia bonitas sapiētia ⁊ magnitudo
sunt eadem idemptitate mutua:quia omnia sunt for/
maliter infinita:⁊ ideo ratione infinitatis vnum tran
sit in aliud in perfectam idemptitatem realem ⁊ econ
tra·sed paternitas non idemptificat sibi realiter diui/
nam essentiam:quia non est infinita sed ecōtra·essen
tia ratione sue infinitatis idemptificat sibi realiter pa
ternitatem·Et sic patet differentia·

¶ Tertium

Tertium.

Tertium dubium est: qꝛ sicut non esset bonitas realiter infinita nisi esset realiter eadem sapientie: ita videtur ꝙ ratio bonitatis non sit infinita formaliter nisi sit formaliter eadem rationi sapiētie: ergo propter eādem rationem propter quam ponis veram idemptitatem inter ista: deberes ponere idemptitatem formalem rationis ad rationem. Respondet concedendo ꝙ ratio sapiētie est infinita ⁊ ratio bonitatis: ⁊ ideo hec ratio est illa per idemptitatem: qꝛ oppositum non stat cum infinitate alterius extremi: tamen hec ratio non est formaliter illa: non enim sequitur. est vere idem alteri. ergo formaliter idem eidem: est enim vera idemptitas. a. ⁊. b. absq; h ꝙ. a. includat formaliter rationem ipsius. b.

Ad argumenta pricipalia. Arguit doc. sic probando ꝙ attributa ex natura rei sint omnino idem. Augu. 15. de tri. c. 5. Nō sicut in creatura sapientia ⁊ iustitia sunt due q̄litates ita in deo: sed que iustitia ipsa est ⁊ bonitas. ex hoc arguit predicatio in abstracto nō est vera nisi sit per se primo modo. ergo ista sapiētia est veritas. est p se primo modo: ⁊ ita nullo modo est distictio iter subiectum ⁊ predicatum: quia hoc pertinet ad per se primo modo. ¶ Respondet Doc. ꝙ in creaturis nulla ē predicatio in abstracto per idemptitatem que non sit formaliter. Et ratio. qꝛ concipiendo abstractum vltia abstractiōe concipit q̄ditas absq; habitudine ad qd cunq; qd est extra propriā rationem quiditatis vt. s. patuit. d. v. q. j. Ut concipiendo humanitatem: ⁊ sic concipiendo extrema nulla erit veritas vniendo: ea nisi precise quiditas vnius extremi sit eadem quiditati alterius extremi: ⁊ h non contingit in creaturis: qꝛ ibi abstrahendo illas realitates que sunt in eodem: puta realitatem generis ⁊ differentie considerando eas precisissime: vtraq; est finita ⁊ neutra perfecte eadem alteri: non enim sunt modo eade; inter se nisi propter tertium cui sunt eadem: ⁊ ideo si abstrahātur a tertio nō remanet causa idemptitatis eorum: ideo nec causa veritatis propositionis vnientis extrema illa. hec igitur est falsa. alitas est rationalitas ⁊ econtra. Oppositum est in deo: ⁊ h propter infinitatē vel vtriusq; extremi vel vnius tantum. Et ideo abstrahendo sapientiam a quocunq; qd est extra rationem sapientie: ⁊ bonitatē similiter abstrahendo a quocūq; qd est extra eius rationem formaliter: remanet vtraq; quiditas precise sumpta formaliter infinita: ⁊ ex quo infinitas est ratio idemptitatis eorum: ideo hec est vera idemptice: sapientia est bonitas ⁊ econtra: similiter ista: sapientia est paternitas. Et ꝙ infinitas sit causa talis veritatis ⁊ idemptitatis patet: qꝛ ista si cōceditur. ḡratio actiua est spiratio actiua: l; ista sint in eodē supposito.

Difficultas.

Occurrit tamen difficultas: qꝛ dicit Doc. ꝙ concipiendo abstractum vltima abstractione concipitur quiditas absq; habitudine ad quodcunq; qd est extra propriam rationem quiditatis: ⁊ sic animalitas non est rationalitas nec econtra. Videtur ex hoc concedere ꝙ ista possit esse vera ꝙ humanitas sit animalitas: qꝛ humanitas vt humanitas non excludit illa que sunt de rōe eius q̄ditatiua: cū ergo alitas sit de q̄ditate hominis: ista erit vera humāitas ē alitas.

Respōsio.

¶ Dico ꝙ nō sequitur: qꝛ animalitas vt animalitas nullum suppositum concernit: ⁊ ideo nullo modo potest verificari de aliquo inferiori vt. s. exposui. d. 5. q. j. vide ibi multa de ista materia. Non enim dicit Doc. ꝙ illud qd est de quiditate alicuius possit predicari de eo vltimata abstractione: sed si predicaretur ⁊ predicatio esset vera non posset esse vera nisi in primo modo dicendi p se: nullo enim modo posset esse vera predicatione idēptica: qꝛ vnum extremum non includeret aliud p realem idemptitatem.

Alia difficultas.

¶ Item dubitatur quare infinitū sit precisa causa ꝙ abstractū vltima abstractione possit verificari de alio abstracto predicatione idemptica?

Solō.

¶ Dico ꝙ si illud qd ponitur formaliter in ente infinito non transiret in perfectam idemptitatem realē: non posset euadi compositio ex actu ⁊ potentia: ⁊ sic infinitum posset aliquo modo habere rationem partis: qd est contra rationem infiniti sm virtutem vt. s. patuit presenti. d. q. ij. Patet ergo ꝙ omne ibi existens sit perfecte idem illi non idemptitate formali sed idemptitate reali: qꝛ ergo includit oē qd natum est de ipso verificari perfecta idemptitate reali: ideo ibi conceditur predicatio idemptica.

Obiectio.

¶ Si dicatur. Nōne humanitas continet risibilitatem vere realiter? patet ꝙ sic a doc. in pluribus locis: ⁊ tamen ista non conceditur. humanitas est risibilitas. Similiter sm Doc. in ij. d. 16. anima intellectiua cōtinet suas potentias. puta intellectum ⁊ voluntatem per realem idemptitatē. concedit enim ibi perfectam idemptitatem realem q dicit. n. sic ad litteram. Sic ergo possumus accipere de intellectu ⁊ voluntate que nō sunt partes essentiales anime: sed sunt vnitiue contenta in anima: quasi passiones eius propter quas anima est operatiua: non ꝙ sint essentia eius formaliter: sed sūt formaliter distincte: idem tamen idemptice ⁊ vnitiue. vt in primo hoc probatum est de attributis diuinis: hec ille. Ex his ergo videtur sequi ꝙ ista possit esse vera. anima ē intellectualitas: siue quiditas anime est quiditas intellectus: que tamen cōmuniter non conceduntur.

Respōsio.

¶ Respondeo ꝙ nulla istarum propositionum est vera nec predicatione formali: vt patet: nec predicatione idemptica. Nam humanitas vt considerata in vltima abstractione non habet ex sua entitate ꝙ idemptificet sibi realiter risibilitatē. Si enim ponitur risibilitas idē sibi realiter: hoc ideo erit qꝛ est causa necessaria risibilitatis ⁊ causa receptiua eiusdem: est enim impossibile hominem esse sine risibilitate non ꝙ repugnet homini ratione sue entitatis: sed propter hoc ꝙ necessario causat in se talem passionem. Similiter dico de anima intellectiua ꝙ entitas eius vt talis entitas: nō habet vnde idemptificet sibi realiter intellectu; ⁊ voluntatem: sed qꝛ tales potentie necessario pullulāt ex ea ⁊ in ea: ideo realiter illi idemptificantur. Sed non est simile de bonitate diuina ⁊ sapientia diuina: quia bonitas diuina includit vere formaliter infinitatem vt gradum intrinsecū ⁊ ratione infinitatis realiter sibi idemptificat quicquid sibi competere potest. Et si infinitas circumscriberetur ab ea: non haberet vnde realiter sibi idemptificaret sapientiam. Ista ergo idēptitas realis nō est qꝛ ē causa necessarie vnius: vel ꝙ necessario bonitas pullulet sapientia;.

Infinitas ē rō idēptificādi sibi oīa q̄ sūt i diuinis.

Obiectio.

¶ Si dicatur. nōne omnia attributa suo modo pullulant ab essentia diuina? Dico ꝙ sic vt patet a Doc. presenti. q. ⁊. s. d. j. q. ij. ⁊ in quoli. q. j. Nonne etiam est causa saltē; sm rationem omnium attributorum? Dico ꝙ sic vt. s. patet in prolo. q. de subiecto theologie: ergo cum necessario pullulet ⁊ suo modo causet omnia attributa: videtur ꝙ ex hoc idemptificet sibi illa.

Solō.

Dico ꝙ hec nō est causa precisa realis idemptitatis: s; infinitas intensiua. Unde si per impossibile omnis ratio pullulationis ⁊ causationis circumscriberetur a deitate: stante

ratione formali infinitatis intensiue perfectissime sibi idemptificaret quicquid ibi posset esse.

Dubitatio notanda.

Item dubitatur in hoc q Doc. vult q attributa sint formaliter infinita & abinuicem formaliter distincta: qr tunc videtur sequi q in deo sint plures existentie formaliter distincte. Tu qr quiditas & existentia sunt idē realiter. Tum qr infinitas intensiua est conditio existentis: si enim infinitas extensiua .s. durationis vt eternitas: necessario est conditio existentis vt patet a Doc. i.d.3.q.4. vt patet etiam .d.35. a fortiori ergo sequitur q infinitas intensiua sit conditio existentis. Tum etiam si a sapientia per impossibile circumscriberetur: essentia diuina & esset formaliter infinita: propria existentia existeret. ergo si attributa distinguūtur formaliter: sequitur q in deo erunt plures existentie ex natura rei. ¶ Respondeo qr hic nullum video inconueniens esse: imo hoc est simpliciter necessarium ponere in deo plures existentias ex natura rei distinctas: esset tamen inconueniens ponere plures existentias realiter & essentialiter distictas vt alias exposui.

Respōsio.

Tho. Ga de vio. primo arguit.

Contra Scotum arguit noster expositor Sancti Thome tripliciter. Et primo sic. Distinctio formalis ex natura rei est maior distinctio distinctione reali. ergo perfectiones diuine non distinguuntur formaliter ex natura rei: consequentia tenet & antecedēs probatur sic. Distinctio per intimiora est maior illa que fit per ea que sunt extra intima rei: distinctio autem realis per ea que sunt extra intima rei ergo &c. Minor patet ex Sco. in primo sen. d. ij. dicente q distinctio formalis ex natura rei fit per predicata primi modi que insunt rei in primo signo: distinctio autem realis fit per ea que insunt post. Maior probatur. Distinctio per aliqualiter intima est aliqualiter distinctio: distinctio per magis intima est maior distinctio: ergo distinctio per maxime intima est maxima distinctio. Si enim simpliciter sequitur ad simpliciter & magis ad magis: maximum necessario sequitur ad maximum &c.

Scdo.

¶ Secundo arguitur sic. Perfectiones diuine abstracte abstractione precisissima sunt formaliter infinite: ergo sunt idem formaliter ex natura rei. antecedens est Sco. in i.d.8.q.5. in responsione ad argumentum principale. consequentia probatur supponendo fm duplicem infinitatem (in responsione ad primum declarandā) dupliciter posse intelligi illud antecedens. scilicet de infinitate infra propriam rationem: & de infinitate infra entis latitudinem: tunc sic. Aut intelligas illud antecedens verificari de infinitate prima: & hoc non. qr nullum prius includit formaliter suum posterius: perfectio autem diuina puta sapientia est prior infinitate illa quia modus eius intrinsecus est &c. Aut intelligitur de secunda infinitate: & tunc sequitur intentum: quia si sapientia diuina precise & formaliter sumpta est ita infinita q ad nullam entis perfectionē simpliciter est formaliter terminata: oportet q infra sue rationis formalis ambitum omnem perfectionem simpliciter contineat: & q nullam a ratione sua perfectionem formaliter excludat: & consequēter q a nulla formaliter distinguatur ex natura sua. statim enim q ab alijs perfectionibus distingui ponitur: coarctata formaliter infra entis ponitur latitudinem qd est oppositum antecedentis sic intellecti: ponitur enim talē & tantam entis perfectionem formaliter importare: ita q non omnem. Verbi gratia. ponitur q sapiētia formaliter ex natura sua eam perfectionem ponit quam enti sapientia addit: ita q non eam quam iustitia seu bonitas enti addit &c. ¶ Tertio sic. Perfectiones diuine distinguntur formaliter ex natura rei: ergo inter eas est relatio realis. tenet consequentia: qr distinctio illa cum sit relatio existens i rerum natura: necesse est q sit realis sicut & quodlibet aliud existens in rerum natura reale est: consequens autē contra Aui. dicentem q eiusdem ad seipsum non est relatio realis.

Tertio.

Responsio Tho. Ga. ad ratiōes Scoti.

Pro responsione ad primum & destructionem fundamenti Sco. nota' q aliquid esse infinitum contingit dupliciter. Uno modo fm propriam rationem. Alio modo fm q ens seu simpliciter. Illud est infinitum fm propriam rationem q nullis sue proprie latitudinis clauditur terminis: licet sit ad talem entis gradum definitum q non omnem essendi perfectionē habeat. Illud vero est infinitum fz qd ens seu simpliciter qd nullis infra totius entis latitudinem terminis limitatur: sed omnem habet perfectionem essendi. Exēplū in quantitate molis: Quantitas si daretur infinita esset fm quantitatis rationem infinita: esset enim infinita quantitas non tamen esset fm esse infinita: esset nam qz ens finitum & limitatum ad quātitatis gen⁹. Similiter in quantitate virtutis albedo si esset infinita intensiue esset infinita fm propriam rationem: esset enim infinita albedo non tamen esset infinitum ens: qr ad speciem esset definita. ¶ Non parum autē refert qua quis infinitate dicat esse aliquid infinitum. Prima enim infinitas cum attendatur penes ea que infra rei illius latitudinem sunt: rationem rei formalē in ea qua inuenit formali limitatione relinquit: vt patet in exemplis datis. Secunda autem infinitas quia attenditur penes ea ad que totius entis latitudo se extendit: rem & eius rationem formalem illimitat & eleuat ad hoc vt ipsa omnis sit perfectio in ente possibilis: & non magis sit ipsa qz quecunqz alia perfectio simpliciter: ac per hoc distinctionem & formalem limitationem qua ab alijs formaliter ex natura rei absolute sumpta distinguebatur eam comitari non sinit. ¶ Ad propositum ergo descendendo: Dico q licet sapientie & sapientie infinite prima infinitate sit eadem omnino ratio formalis: tamen sapientie infinite secūda infinitate est longe altior ratio formalis. Concludit enim in sua ratione formali omnem perfectionem simpliciter: & sic cum in deo sint perfectiones omnes infinite secunda infinitate: oportet omnem vnam esse simplicem rationem formalem. ¶ Ad argumentū sub quacunqz forma fiat: respondeatur attendendo equiuocationem infinitatis: qm (vt dictum est) infinitas prima est illa que non variat rationem formalem: & que attenditur penes gradus perfectionales proprie latitudinis rei: non autem secunda. Unde si perfectiones diuine non essent infinite nisi prima infinitate argumentum concluderet: qr autem habent secūdam ante omnem actum intellectus. ideo nihil cōcludit. ¶ Nec obstat qd forte infinitas prima cuiuscūqz perfectionis simpliciter inferat secundam. Sufficit enim q ratione distinguantur vt aliquid secunda fiat q non prima. ¶ Similiter non obstat. Si quis perfectiones cōmunissimas puta esse bonitatem & similes &c. vtranqz infinitatem habere negaret: nesciens in eis imaginari primam: propterea qr propria latitudine careant. Hoc enim magis nostro fauet proposito: quoniam si vtranqz infinitatem habent (qd alibi discutiendū est) .d. supradicta opus est. Si autem secundam tantum absqz distinctione aliqua negandū est esse

est esse & esse infinitum habere omnino eandem rationem formalem: & sic ruit totum Scoticum edificium. ¶ Ad secundum loquendo de distinctione actuali quacunque negatur minor. Et ad eius probationem dicitur negando omnia assumpta: sufficit enim ad hoc quod aliqua distinguantur intellectione vt intellectio est & non natura: distinctio rationis fundamentaliter inter naturam & intellectionem. Unde quando dicitur. Quicquid distinguitur intellectione vt omnino indistincta est a natura: distinguitur etiam natura. Distingue (li indistincta) actualiter vel fundamentaliter. Et primo modo dic esse falsum. Secundo modo verum: Sed tunc negato minorem subsumendam. scilicet sed intellectio & natura sunt indistincte fundamentaliter ante omnem actum intellectus. habet enim distinctionem rationis fundamentaliter (vt declarauimus). ¶ Ad tertium negatur minor: licet enim deus intueatur perfectiones suas ab eterno distincte: non tamen ab eterno distinctas actualiter. licet ponere distinctionem rationis actualiter causari per actum intellectus diuini: non sit a philosophia alienum. ¶ Ad quartum negatur consequentia. Sufficit enim quod obiecta intellectus & voluntatis predistinguantur fundamentaliter: nec est opus distinctione actuali pro tunc: sicut nec intellectus & voluntas dei pro tunc distinguuntur nisi fundamentali distinctione rationis. ¶ Ad quintum negatur consequentia. Si nomineitas enim cum sit passio nominum: non attenditur penes idempteitatem rationis formalis rei secundum se: sed penes idempteitatem conceptus formalis seu mentalis. Uoces enim sunt note earum que sunt in anima passionum. vnde cum veritas & bonitas dei habeant diuersos conceptus in nobis non sunt sinonima. ¶ Ad probationem ergo dicitur quod licet significent eandem rem formaliter secundum se: & solum illam vt rem significatam: tamen significant etiam distincte conceptus mentales vt rationes significandi. Et hoc destruit sinonimeitatem (vt dictum est). ¶ Ad sextum dicitur quod ex parte rei sufficit ad omnia illa distinctio rationis virtualiter seu fundamentaliter cum distinctione rationis actuali ex parte nostri. Loquimur enim vt concipimus. Formamus autem distinctos conceptus quorum vnus ex alio oritur: & de alio non predicatur: & habet aliquam habitudinem quam alius non habet. Et ideo demonstrationes predicationesque formales & idempticas fingimus. Negamusque de deo sub vno conceptu: quod affirmamus de ipso sub alio. Implent ergo libros doctores balbuciendo vt possunt excelsa dei humano more resonantes simplicissimam illam rationem formalem: omne quod in deo est formaliter complectentem: non nisi particularis conceptibus inspicere: tradereque potentes: & non propter distinctionem que ibi sit ex natura rei. Equalitas autem inter perfectiones diuinas ante omnem actum intellectus: non est nisi fundamentalis non excessus inter se qui inter eas virtualiter tantum distinctas saluatur. ¶ Ad septimum dicitur quod quia ante omnem actum intellectus non inuenitur contradictio formaliter: sed fundamentaliter tantum: quia alterum contradictoriorum est formaliter negatio que non est nisi per opus intellectus. ideo sufficit pro tunc inueniri distinctionem rationis fundamentaliter: quod conceditur: nec aliud exigitur vt patet de se. ¶ Ad vltimum dicitur quod emanationes diuine distinguuntur & realiter & formaliter: & licet distinctionis formalis earum fundamentum sit distinctio intellectus & voluntatis: non tamen distinctionis realis earum. Non enim ideo processiones diuine distinguuntur realiter: quia altera est ab intellectu: altera a voluntate: sed quia habent realem oppositionem relatiuam: (vt Boecius tradidit). Falsum ergo assumitur quod. scilicet distinctio perfectionum diuinarum fundet distinctionem realem emanationum diuinarum. Ad fundandam autem distinctionem formalem inter ea sufficit distinctio fundamentalis inter intellectum & voluntatem: sicut etiam ipse processiones diuine non distinguuntur formaliter ex natura rei seclusa distinctione reali: sed distinctione rationis virtualiter tantum ante omne opus intellectus: ita quod absque reali oppositione relatiua non magis distinguuntur ex natura rei quam intellectus & voluntas. ¶ Potest autem breuius ad hoc & similia argumenta dici: quod in diuinis est ante omnem actum intellectus distinctio formalis non formaliter sed virtualiter. idest eminenter contenta hoc modo: quia quodlibet diuinum propria exequitur: ac si esset distinctum formaliter ab alio. Intellectus enim ita intelligit & non vult: & voluntas ita vult & non intelligit: ac si esset distinctio formalis formaliter inter intellectum & voluntatem. Et sic de alijs. Fundatur autem talis modus habendi distinctionem formalem supra deitatis eminentem vnitatem formalem formaliter. Et sufficit ad omnia saluanda que per distinctionem formalem formaliter saluanda inducuntur: quia illi eminenter equiualet. Hec ille nouus expositor. S. Thome.

Deinde ponitur opinio Ocham. Et primo ponuntur alique rationes pro via Scoti quarum prima est talis. Gul. ocham. i. d. z. q. i.

¶ Primo sic. Distinctio emanationum diuinarum necessario presupponit distinctionem principiorum elicitiuorum: sed non presupponunt distinctionem rationis. ergo principia elicitiua distinguuntur ex natura rei. ¶ Preterea. si illa distinctio ex natura rei precedit distinctionem emanationum personarum. ergo non est vna productio in diuinis per modum intellectus factiue & alia per modum libertatis: quia nullum principium precedit quod de se aliter se habeat ad hanc productionem quam ad illam: & iste productiones in quibus est prima distinctio omnino vniformes sunt in naturalitate. vt iam potestate sunt in esse. ¶ Preterea arguitur sic. Quicquid vnum & idem formaliter ens est principium producendi plura supposita eiusdem nature: ipsum non determinatur ex se ad certam pluralitatem producendorum. Hoc patet inductiue tam in agente equiuoco quam vniuoco: ergo si essentia diuina pro vt est intellectus & voluntas est vna & eadem formaliter: & est principium producendi plura supposita in natura diuina: ipsa non determinatur ex se ad certam pluralitatem producendorum. Assumptum patet: quia si aliquid vnum & idem formalis existens sit principium producendi plura supposita vnius nature: virtus sua productiua non est adequata per vnam productionem nec per vnum productiuum: quia principium productiuum quod est vnum formale: si habeat vnam productionem adequatam non potest simul in aliam productionem eque perfectam: quia tale principium producit productum toto conamine suo & secundum omnem gradum actiuitatis sue. ergo principium productiuum sibi adequatum non potest in aliam productionem: & per consequens si potest in aliam productionem: virtus sua productiua non est adequata per primam productionem. Sed cuiuscunque principij vnius rationis formaliter virtus non est adequata per vnum productum: nec erit adequata per aliud productum eiusdem rationis: nec per tertium: & sic

in infinitum: cum eodem modo se habeat in se ⁊ ad illud principium productiuum·ergo q̄situm est ex se p̄t in infinita·Confirmatur: qꝛ si illud principium producat duo producta ordine quodam: aut eadem virtute aut alia: si alia: habetur propositum: si eadẽ: ergo virtus illa non fuit totaliter exhausta in prima ꝓductione: nec per consequens productio fuit adequata·¶ Preterea·si aliqđ principium producat distincta producta pluribus productionibus eiusdem rationis: nullum illorum adequabit virtutem productiui principij·ergo si producet plura pluribus productionibus alterius rationis nullum illorũ adequabit virtutem productiui principij·Cõsequentia patet: qꝛ nõ maior virtus requiritur ad producendum aliqua alterius rationis q̄ȝ ad producendum illa productionibus eiusdem rationis: si neutra productionum eiusdẽ rationis sit imperfectior alijs productionibus·ergo si virtus principij producentis aliqua supposita productionibus eiusdem rationis non sit adequata per aliqđ illorum: sequitur ꝙ nec erit adequata: ⁊ si producantur productionibus alterius rationis: Arguitur ergo sic·nullum producens eodem principio formaliter vno potest simul producere plura producta in perfectione sibi adequata: qꝛ omne productum adequatũ producenti in perfectione entitatis adequatur sibi in perfectione sue actiuitatis: ⁊ per consequens sua actiuitas non potest simul se extendere in alium terminũ eq̄ perfectum· Sed deus pater simul producit filiũ ⁊ spiritum sanctum quorum vterqꝫ adequatur patri in perfectione·ergo pater non eodem principio formaliter vno producit filium ⁊ spiritum sanctũ·Producit autem filium siue verbum per intellectum: spiritum autem sanctum producit per voluntatem·ergo ĩtellectus ⁊ voluntas in deo patre non sunt formaliter idem·Confirmat̃: qꝛ voluntas vt est potentia dei operatiua non potest habere duo obiecta sibi adequata: q̄ȝuis possit habere vnum obiectum primariũ sibi adequatum: ⁊ aliud secundarium virtualiter inclusum in primario·ergo voluntas vt productiua potentia non habet duo producta sibi adequata·¶ Item ad principale arguitur·filius dei non libere sed naturaliter producitur: econuerso autem spiritus sanctus non naturaliter sed libere spiratur· Unde Augu·5·de tri·c·3· Spiritus sanctus ideo nõ est filius quia exit non q̄̃o natus sed quomodo datus· Sed spiritus sanctus nõ potest dici libere productus propter libertatem intrinsecam in productione sua que nõ est in productiõe filij·Tum qꝛ productiones que terminãtur ad spiratũ ⁊ natum sunt eq̄ naturales ⁊ eq̄ naturaliter respiciunt oppositas relationes· Tum qꝛ actus voluntatis create non est libere formaliter: sed solum denominatiue a libertate voluntatis·ergo spiritus sanctus producitur libere ⁊ non virtualiter ⁊ filius econuerso: qꝛ voluntas diuina ẽ formaliter libera ⁊ nõ intellectus· ¶ Preterea·productiones nõ possunt esse diuerse rationis nisi principia non sint idem formaliter: vel termini formales non sint idem formaliter: sed essentia que est terminꝰ formalis vtriusqꝫ est vna formaliter ergo ⁊c·Confirmatur: q: q̄̃uis productiones i deo seipsis formaliter distinguãtur: oportet tamen vt earum distinctio reducatur ad modum aliquem nõ idẽptitatis in principijs productiuis aut terminis formalibus productionum·Tum qꝛ circumscriptis earũ terminis formalibus ⁊ principijs non distinguuntur· Tum qꝛ ille productiones sunt beatitudines ⁊ relationes que non distinguuntur nisi penes terminos: aut penes fundamenta: aut penes vtrunqꝫ· ¶ Item si essentia diuina tantum potest in duas productiones: aut determinatur ad eas ex se prout est eadem realiter ⁊ formaliter: aut per proprietates relatiuas: aut per aliqua in essentia que non sunt idem formaliter: Non primo modo: qꝛ illud qđ est omnino idem realiter ⁊ formaliter ex se non determinatur ad diuersa: qꝛ ex se non habet qđ magis determinatur ad vnũ q̄ȝ ad aliud: cum s̃m se vniformiter se habeat ad vtrunqꝫ· Nec secundo modo: qꝛ proprietates relatiue originis vel non differunt ab originibus vel sequuntur actus originis: sicut sua fundamenta· Si tertio modo: habetur propositum· Confirmatur·qꝛ quicquid vnius rationis formaliter est principium diuersarum productionum non determinatur ex se ad determinatũ ordinem illarum productionum: sed vel ex ordine passorum vel ex ordine passi in recipiendo formam· Exemplum primi·si idem obiectum moueat intellectũ primo ⁊ secundario voluntatem· Exemplum secundi.si idem ignis calefaciat ⁊ rarefaciat aerem· ¶ Preterea ·8·metaphysice: si materia fuerit vna ⁊ agens vnum effectus erit vnus: sed productiones diuine sunt diuerse ⁊ passa sunt distincta·ergo est aliqua distinctio in principijs productiuis· ¶ Preterea·si aliqua sint idem realiter ⁊ formaliter: quicquid ꝑ se conuenit vni sine cõnotatione ⁊ respectu ad extrinsecum per se conuenit alteri: qꝛ idem inquantum eidem realiter ⁊ formaliter non conueniunt opposita: sed aliquid conuenit intellectui diuino qđ non conuenit formaliter voluntati·Tum qꝛ actus dicendi verbum est actus memorie· Sed actus dicendi verbum non est actus voluntatis sub ratione voluntatis: qꝛ per actum voluntatis producitur spiritus sanctus·Tum qꝛ verbũ producitur per actum intelligendi non per actum voluntatis: ⁊ spiritus sanctus spiratur per actum voluntatis non per actum intellectus· Tum qꝛ deus ex natura rei intelligit per intellectum non per voluntatem: ⁊ vult per voluntatem non per intellectum: qꝛ si vellet per intellectum sequeretur ꝙ naturaliter vellet quicquid vellet·sicut naturaliter intelligit quicquid intelligit·Tum qꝛ voluntas ex se determinatur ad volendũ aliqđ obiectum esse: intellectus ex se non determinatur ad intelligendum illud obiectum esse· Tum qꝛ intellectus diuinus intelligit mala: voluntas diuina nõ vult mala·ergo ista non sunt idem formaliter·

Contra istam opinionem arguo per vnum argumentũ· qđ est equaliter contra distinctionem vel non idemptitatem formalem vbicunqꝫ ponitur: ⁊ arguo sic· Ubicunqꝫ est aliqua distinctio vel nõ idemptitas ibi possunt aliqua contradictoria de illis verificari · Sed impossibile est contradictoria verificari de quocunqꝫ nisi illa vel illa pro quibus scilicet supponunt: sint distincte res vel distincte ratiões vel res ⁊ ratio· Sed si omnia illa sunt ex natura rei non sunt distincte rationes nec res ⁊ ratio·ergo erunt distincte res· Maior est manifesta: qꝛ si·a·⁊·b·non sunt idem omnibus modis: tūc sunt iste ambe vere·a·est idem·a·omnibus modis ⁊ ·b·non est idem·a·omnibus modis: ita ꝙ esse idem ·a·omnibus modis ⁊ non esse idem·a·omnibus modis verificantur de·a·⁊·b· Et ita ipsi concedunt ꝙ sapientia diuina est formaliter sapientia diuina: ⁊ bonitas diuina non est formaliter sapientia diuina: ita ꝙ esse formaliter sapientiam diuinam verificatur de sapientia diuina: ⁊ vere negatur de bõitate diuina: ⁊ ita vniuersaliter vbicunqꝫ est aliqua distinctio vel non idemptitas

Gul. ockā arguit ꝯ·

identitas ibi vere contingit aliquid vere affirmari de vno ⁊ vere negari de reliquo: Minorem probo: q̄ omnia contradictoria habent equalem repugnantiā inter se: tanta enim est repugnantia inter animam ⁊ non animam: asinum ⁊ non asinum: quanta est inter deum ⁊ non deum: siue ens ⁊ non ens. Nisi forte dicatur esse maior repugnātia inter ista q̄z illa propter maiorem perfectionem alicuius partis in vna contradictione q̄z in alia. Sed hoc nō est ad propositū. Nunc autem ex aliquibus contradictorijs contingit inferre ꝙ illa de quibus verificātur sunt distincte res vel distincte rationes: vel res ⁊ ratio. ergo vniuersaliter nūq̄z idē vere affirmatur ⁊ vere negatur nisi propter distinctionem rerum vel rationum: vel rei ⁊ rationis. Assumptum patet: q̄ sequitur formaliter. a. est ⁊. b. non est. ergo ibi est aliqua distinctio rerum vel rationis: vel rei ⁊ rationis. Exemplum primi. vt si substantia est: ⁊ accidens non est. sequitur ergo non sunt vna res sed distincte res in actu vel in potentia. Similiter si vnum ens rationis intelligitur puta. a. ⁊. b. qđ est ens rationis non intelligitur: sequitur ꝙ sunt distincta entia rationis. Similiter si. a. est extra animam ⁊. b. non est extra animam sed obiectiue tantum in anima: sequitur ꝙ. a. ⁊. b. distinguuntur sicut ens reale ⁊ ens rationis. ergo (vt videtur) ex affirmatione ⁊ negatione eiusdem de entibus realibus contingit inferre non identitatem realem. ergo si esse idem formaliter sapientie vere affirmatur de sapientia ⁊ vere negatur a bonitate: oportet ꝙ sapiētia diuina ⁊ bonitas diuina importent aliqua que non sunt idem realiter. Confirmatur ista ratio: q̄ qua ratione tu dicis aliqđ posse vere negari de sapientia diuina: ⁊ vere affirmari de bonitate diuina non: obstante reali identitate propter solam distinctionem formalem eadem facilitate dicam vniuersaliter ꝙ esse ⁊ non esse verificantur de. a. ⁊. b. propter distinctionem formalem: non obstante ꝙ sint idem realiter ⁊ ita perit omnis via ꝓbandi aliquam distinctionem uel non identitatem realem inter quecunq̄z. Si enim dicas ꝙ asinus non est rationalis ⁊ homo est rationalis. ergo distinguunt realiter homo ⁊ asinus. Dicam ꝙ non sequit: sed sufficit ꝙ distinguātur formaliter. ¶ Ad istud argumentum posset dici ꝙ quando aliquid idem vere affirmatur ⁊ vere negatur simpliciter ⁊ absolute sine additione alicuius modi: tunc contingit inferre non identitatem realem. ⁊ ideo bene sequitur simpliciter. a. non est ⁊. b. est. ergo est ibi non identitas realis. Similiter sequitur. sapientia diuina est sapientia diuina: ⁊ bonitas diuina non est sapientia diuina. ergo distinguuntur realiter: vel non sunt idem realiter. Sed quando aliquid cum aliquo modo sincathegorematico affirmatur ⁊ negatur non requiritur non identitas realis: sed sufficit non identitas formalis: ita est in ꝓposito. Nam hec est vera. sapientia diuina est formaliter sapientia diuina: ⁊ hec similiter: bonitas diuina non est formaliter sapientia diuina. Sed hoc non sufficit: q̄ ita sunt ista contradictoria. esse formaliter sapientiam diuinam ⁊ non eē formaliter sapientiam diuinā: sicut illa: esse sapientiam diuinam ⁊ non esse sapientiam diuinam. ergo ita ex illa contradictione contingit inferre non identitatem realem sicut ex illa. vel qua ratione tu dicis ꝙ ex ista non contingit inferre non identitatem realem: eadē ratione dicam ego ꝙ nec ex illa.

Gul. ocbā nic rōnes

Ad primam rōnem prime opi. Respondeo ꝙ ista consequentia non valet. infinita sapientia est formaliter infinita bonitas. ergo sapientia in cōmuni est formaliter bonitas in cōmuni: q̄ ſm istos ens dicit conceptum cōmunem deo ⁊ creaturis: ⁊ tamē hec est vera. sapientia infinita est formaliter ens infinitum: ⁊ hec non est vera. sapientia in cōmuni est formaliter ens in cōmuni. Similiter hec est vera. sapientia infinita est realiter ens infinitum: ⁊ tamen sapientia in cōmuni non est realiter ens in cōmuni: q̄ ista cōmunia etiam ſm istos non sunt nisi quidam conceptus: ⁊ conceptꝰ ſm istos vel tantum est ens rationis (q̄ aliter aliqua res esset cōmunis deo ⁊ creaturis: ⁊ certū est ꝙ vnū ens rationis non est aliud ens rationis) vel cōceptus est realiter actus intelligendi: ⁊ certum est ꝙ vnꝰ actꝰ intelligendi non est realiter alius actus intelligendi. ergo quamuis sapientia infinita sit formaliter ens infinitum: non oportet ꝙ sapientia in cōmuni sit ens in cōmuni. Ad probationē quādo dicitur. infinitas nō destruit rationem formalem illius cui additur. Concedo. ⁊ ideo q̄ infinitas precise additur conceptibus ⁊ non additur alicui rei sic dicendo. sapientia infinita est formaliter bonitas infinita. ideo concedo ꝙ illi cōceptus simpliciter distinguuntur nec sunt vnus. Ista tamen diuersitate non obstante hec est vera: sapientia infinita est formaliter bonitas infinita: q̄ in illa termini non supponunt pro conceptibus diuersis quibus adderetur infinitas: sed pro ipsa re que diuinitas est: cui nulla infinitas nec aliquid additur. sed seipsa ē infinita ⁊ non per aliquid additum: ⁊ ideo si in illa: sapientia infinita est bonitas infinita. termini supponunt pro seipsis: sicut in ista: sapientia in cōi est bonitas in cōmuni: ita esset vna falsa sicut reliqua falsa est. ¶ Si dicatur ꝙ quando aliqua cōmunia distinguuntur qđlibet contentum sub vno a quolibet contento sub alio aliquo modo distinguitur. ergo omne contentū sub sapientia in cōmuni aliquo modo distinguitur ab oī contento sub bonitate. Confirmatur: q̄ in libro ꝑdicamentorum dicitur. Diuersorum generum ⁊ nō subalternatim positorum diuerse sunt species ⁊ differentie. ergo eadem ratione diuersorum generum in cōmuni ⁊ non subalternatim positorum diuersa sunt cōtenta. Sed sapientia in cōmuni ⁊ bonitas in cōmuni sunt diuersa cōmunia. ergo habent distincta contenta. Nec valet dicere ꝙ sufficit ꝙ aliqua contenta sint diuersa q̄uis non omnia: q̄ diuersorum generum ⁊ cōmunium subalternatim positorum aliqua contēta sunt diuersa ⁊ non omnia. ¶ Ad istud respondeo ꝙ non oportet si sint aliqua diuersa cōmunia. ꝙ qđlibet contentum sub vno ab omni contēto sub alio aliquo modo distinguatur: q̄ idem omnibus modis potest esse contentū sub vtroq̄z. ſm philosophum libro topicorum. Ad Confirmationem dico ꝙ philosophus intendit de diuersis generibus ordinatis in eadem predicamentali coordinatione: ita ꝙ primo vnum primū diuidatur in aliqua inferiora: quorū qđlibet immediate negatur de alio: ⁊ vnum eorum vel qđlibet eodem modo diuidatur in alia: quorum vnum vniuersaliter negetur a reliquo: ⁊ sic semper procedendo. sicut substantia diuiditur primo in substantiam corpoream ⁊ incorpoream: ⁊ hec est diuisio immediata: nulla substantia corporea est substantia incorporea ⁊ ecōuerso. Ulterius substantia corporea diuiditur eodem modo in corpus animatum ⁊ corpus inanimatum: ita ꝙ negatio vnius ab alio est immediata: ⁊ sic vlterius procedendo. Consimili modo si substantia incorporea continet multa genera sub se potest fieri consimilis diuisio. Et

Scoti refellere studet.

Obiectio.

Responsio.

Ideo in talibus generibus verum est q quodlibet contentum sub vno distinguitur a quolibet contento sub alio: quod contingit probare per illam propositionem immediatam in qua negatur vnum diuidentium genus primo de alio diuidentium: quando autem genus primum non diuiditur proprie per aliqua duo quorum vnum vniuersaliter negatur ab alio: non oportet q omne contentum sub vno vere distinguatur ab omni contento sub alio. Et hoc est quod dicit philosophus·4·Topi· q quando aliquid continetur sub diuersis generibus oportet q vnum illorum generum contineatur sub altero vel ambo duo sub tertio: sicut ponit exemplum de prudentia que continetur sub scientia et virtute tanquam sub diuersis generibus: quorum neutrum continetur sub alio: sed ambo continentur sub tertio· puta sub habitu et dispositione. Hec est etiam intentio philosophi secundo Poste· vbi docet vnum modum diffiniendi per diuersa communia quorum quodlibet est in plus quam diffinitum: et tamen totum agregatum est equale diffinito: quod non esset possibile nisi aliquod idem contineretur sub differentijs communibus non subalternis. Ideo dico q aliquid vnum potest contineri sub diuersis communibus non subalternis: et illa deitas potest contineri sub diuersis communibus in communi: vt sub sapientia in communi et sub bonitate in communi tanquam sub communibus quiditatibus sicut post patebit: quamuis illa communia non sint subalterna: quia ambo continentur sub ente.

Ad secundam dico q non debet proprie concedi q sapientia infinita includit formaliter bonitatem infinitam: sed proprie debet dici et veraciter q sapientia infinita est formaliter bonitas infinita. Et ideo dico q si sapientia infinita que deus est diffiniretur: non poneretur in sua diffinitione bonitas infinita que deus est: sed esset omnibus modis ipsa sapientia infinita. Et quando dicitur q si sapientia infinita esset diffinibilis: et similiter bonitas infinita q essent diffinitiones distincte. Hoc est simpliciter falsum. Sed tantum esset vna diffinitio que comprehenderet sapientiam in communi et bonitatem in communi: cuius quelibet pars esset in plus et totum equale. Et si proteruiatur quod aliud est quid nominis sapientie infinite et aliud bonitatis infinite: sicut aliud est quid nominis sapientie in communi et bonitatis in communi· ergo si sapientia infinita et bonitas infinita haberent quid rei· aliud esset quid rei sapientie infinite et aliud bonitatis infinite. Dico q non sequitur: quia proprie quid nominis: non est nisi conceptus vel vocis vel signi. Et ideo quia hic sunt conceptus distincti et distincte voces: sapientia infinita bonitas infinita: quia hic ponuntur conceptus communes vel voces communes quibus additur infinitum· ideo possunt esse distincta quid nominis. Sed nec talis distinctio nec aliqua consimilis reperitur inter sapientiam infinitam que haberet quid rei: et bonitatem infinitam que haberet quid rei· ideo non sunt ibi distincta quid rei sed tantum vnum. ¶ Ad aliud concedo cum doctoribus antiquis q de deo est aliqua predicatio per identitatem que non est formalis nec in quid· cuiusmodi est ista predicatio· essentia est paternitas· essentia est creatiua: et sic de alijs· Quelibet autem talis· essentia est intellectus voluntas sapientia bonitas· vno modo accipiendo predicata est predicatio formalis et in quid· ¶ Ad aliud de Dama· Dico q non intelligit q hoc nomen qui est dicatur de diuina essentia in quid: et non hoc nomen sapientia: et tamen q sapientia dicatur in quid de sapientia diuina: quia vtrumque dicitur in quid de essentia diuina. Sed intelligit q secundum proprietatem vocis magis dicitur in quid quam sapiens iustum: et sic de alijs: quia qui est non importat aliquod accidens cuicunque alteri adueniens: etiam quando accipitur in communi. Sapiens autem iustum: et sic de alijs in communi accepta: important aliquod accidens alicui alteri adueniens. Et quando dicitur vltra q esse dicit quoddam pelagus substantie infinite. Hoc intelligi debet intransitiue· idest quod est quoddam pelagus quod est infinita substantia: non q sit quoddam pelagus continens vel includens infinitam substantiam: vel infinitam perfectionem: vel infinitas perfectiones: sed est infinita substantia et infinita perfectio. Et proprie loquendo nec est infinite perfectiones realiter nec formaliter: nec includit vel continet infinitas perfectiones: nisi forte creabiles (si infinite sint creabiles) quas continet virtualiter tanquam res distinctas saltem in potentia: quia potest eas producere. Et quando dicitur vltra q alia nomina non dicunt substantiam sed que circumstant substantiam. Dico q intentio Dama· est q vniuersaliter nullum nomen dictum de deo dicit immediate ipsam substantiam deitatis scilicet q apprehendendo nomen possumus immediate apprehendere ipsam substantiam dei: vel habere cognitionem propriam dei vel equiualentem. Sed dicunt immediate conceptus aliquos predicabiles de deo qui non sunt ipse deus: sed circumstant naturam dei non per inherentiam vel informationem: sed per predicationem. Et precise a nobis potest talis conceptus apprehendi immediate pro statu isto: et nullo modo ipsa diuina essentia secundum vnam opinionem: vel non potest haberi cognitio propria de deo: vel equiualens secundum aliam opinionem. Et q hec sit intentio sua patet per ipsum·c·4· vbi dicit sic· In deo quod est impossibile est dicere secundum substantiam. Et post subdit· Quecunque autem dicimus affirmatiue in deo non naturam ipsius: sed ea que sunt circa naturam eius ostendunt·· Et si cum bonum et si iustum et si sapiens et si quodcunque aliud dixeris: non naturam dicis dei: sed ea que sunt circa naturam. Ex ista auctoritate patet q vniuersaliter negat quodcunque nomen dicere naturam dei: quia quocunque nomine dicto non possumus apprehendere diuinam essentiam. sed tantummodo conceptum qui circumstat diuinam essentiam per predicationem. Vel non possumus habere cognitionem propriam de deo vel equiualentem. Et ideo concedo q diuina essentia non dicitur pelagus infinite substantie propter hoc q multe relationes rationis circa ipsam possunt causari: sed propter causam dictam. ¶ Ad aliud Augustini.8· de trini· Dico q contingit probare q non est maius duo per omne quam vna: quia non est verius propter solam distinctionem conceptuum quantumcunque in deo nulla sit distinctio: tamen ista distinctio est alia quam inter sapientiam et sapiens sicut post patebit. ¶ Ad aliud q non distinguuntur secundum respectus rationis: sed tantum distinguuntur ratione: et illa distinctio sufficit ad probandum vnum per aliud. Et quando dicitur q tunc eque perfecte cognosceretur deus cognoscendo ipsum sub vno attributo: sicut sub ratione omnium attributorum. Dico q consequentia non valet: quia secundum istos etiam deus non potest cognosci nisi sub aliquo conceptu: et tamen perfectius cognoscitur quando cognoscitur sub pluribus quam sub vno. Vltra dico q non est talis ordo: ita q vnum realiter sit propinquius essentie quam aliud. vnum tamen potest nobis esse prius notum predicari de deo: vel de pronomine demonstrante deum:

te deum q̄z aliud. Et ad hoc sufficit distinctio talis cõceptuum. ¶ Ad vltimam auctoritatem dico q̄ nõ accipit equalitatem proprie: sed pro non inequalitate. Nec tamen dico q̄ aliquid sub vna relatione ratiõis est sibi equale sub alia relatione rationis. Nec etiam aliquid sub vno conceptu est sibi equale sub alio proprie: sed illud est sibiipsi equale improprie: hoc est nõ inequale.

Gul. ad rõnes Scoti r̄ndet.

Ad primam rationē pro illa opi. dico q̄ distinctio emanationum diuinarum non presupponit distinctionem principiorum elicitiuorum: nec ex natura rei: nec distinctionem rationis. Sed sicut videmus in creaturis q̄ idem principium totaliter est principium elicitiuum diuersorum: ita est in diuinis. ¶ Ad aliam dico q̄ proprie accipiendo libertatem ⁊ stricte: s̄m q̄ distinguitur contra principium actiuum vel productiuũ naturale: non est cõcedendum q̄ vna emanatio sit per modum intellectus siue nature: ⁊ alia per moduz voluntatis siue libertatis: q: hoc esset dicere q̄ vna ꝑsona produceretur naturaliter: ⁊ alia non produceret naturaliter sed libere. Sed hoc est impossibile: q: proprie loquendo nihil producitur libere ⁊ non naturaliter: nisi qd̄ producitur contingenter ⁊ potest produci ⁊ non produci: sed quelibet persona necessario ⁊ naturaliter producitur. Nam ita ex natura habet pater ꝓducere spiritum sanctum sicut filium: ⁊ ita necessario producitur spiritus sanctus sicut filius. Tamẽ methaphorice loquendo ⁊ large potest aliquo modo concedi q̄ vna persona producitur per modum nature siue intellectus: ⁊ alia per modum voluntatis siue libere. Et hoc sic intelligendo: q̄ intellectus ⁊ voluntas vno mõ prout vsitantur a sanctis cõnotant actum generandi: ⁊ actum spirandi: ita q̄ intellectus dicit ipsaz diuinaz essentiam elicitiuam actus generandi: ⁊ voluntas dicit ipsam diuinam essentiam elicitiuam actus spirandi. Et isto modo concedi potest q̄ filius producitur ꝑ modum intellectus: ⁊ spiritus sanctus per moduz voluntatis. Alius tamen intellectus potest haberi sicut post declarabitur. Concesso etiam cuz eis q̄ filius ꝓducitur naturaliter: ⁊ spiritus sanctus libere: ⁊ q̄ principium elicitiuum aliter se habet ad productionem filij: ⁊ ad productionem spiritus sancti. Dico q̄ nõ opz propter istam diuersitatem ponere talem distinctiõez inter principia elicitiua: q: sicut dictum est distinctione precedenti. Idem totaliter indistinctum re ⁊ ratione: potest esse principium naturale respectu vnius: ⁊ principium liberum respectu alterius. Et idem principium potest se habere aliter ad vnum ⁊ aliter ad aliud: ⁊ ita omnis talis alietas vel diuersitas ita p̄t saluari per vnum principium elicitiuuz sicut per plura. ¶ Et si dicatur q̄ oppositi modi principiandi nõ possunt conuenire eidem formaliter. ¶ Dico q̄ tales modi principiandi scilicet naturaliter ⁊ libere non possunt simul competere eidem respectu eiusdem. Quod tamen conueniat eidem respectu diuersorum non est inconueniens. ⁊ forte non est inconueniens q̄ competat eidem diuersis temporibus: aliter ⁊ aliter disposito etiam respectu eiusdem. sicut tactum est in distinctione precedenti. ¶ Ad aliam rationem quando accipitur. Quicquid vnum ⁊ idem formaliter ens est principium producendi plura supposita eiusdem nature non determinatur ex se ad certam pluralitatem ꝓducendorum. Dico q̄ h̄ propositio non est vniuersaliter vera. Si tamen accipiatur q̄ sit principiuz producendi plura supposita eiusdem nature numero: non potest inueniri instantia: nisi in proposito: q: nunq̄z alibi possunt esse plura supposita in certo numero possibili eiusdem nature. Si autem accipiat̄ q̄ sit principium producendi plura supposita eiusdem nature specie ⁊ non numero: sicut potest propositio concedi: q: in nulla specie possunt a quocunq̄z agẽte ꝓduci tot supposita quin possint plura produci. Si autem producta sunt eiusdem generis ⁊ non eiusdez speciei. potest tale principium ex se determinari ad certam pluralitatem s̄m speciem. sicut sol est principium producendi plures effectus s̄m speciem: ⁊ ex se determinat̄ ad istos: ita q̄ alios s̄m speciem non potest producere. Ita dico in ꝓposito: q̄ q: ista supposita non sunt omnino eiusdem rationis: quin sit maior distinctio inter patrem ⁊ filium ⁊ spiritum sanctũ: q̄z esset inter istas personas. sic quelibet earum esset pater: vel quelibet filius: vel quelibet spiritus sanctus sicut post dicetur. Ideo idem principium potest determinari ex se ad certam pluralitatem. sicut s̄m opinionem Aui. Eadez intelligentia est principium imediate producendi aliam intelligentiam: ⁊ corpus celeste: ⁊ determinatur ex se ad certam istam pluralitatem. Ita in essentia diuina vnica existens est principium producendi filium ⁊ spiritum sanctum: ⁊ ex se determinatur ad istam pluralitatem. Ad probationem quando accipitur q̄ talis principij virtus productiua non est adequata per vnaz ꝓductionem: nec per vnum productũ. Dico q̄ virtutez productiuam adequari per aliquam productionez p̄t intelligi multipliciter. Uno modo q̄ productum sibi adequetur s̄m perfectionem: itaq̄ sit eq̄z perfectum. Alio modo q̄ productum sit perfectissimum productum in qd̄ potest: ⁊ hoc potest intelligi dupliciter. vel positiue: q: ē perfectius omni alio: vel negatiue: q: nihil est illo perfectius producibile ab illo principio. Alio modo accipitur q̄ producatur s̄m totam virtutem: ⁊ s̄m vltimum potentie ⁊ toto cõamine illius virtutis. Quarto modo potest intelligi ista adequatio q̄si extensiua: q: potest in istam productionem ⁊ in nullam aliam. Primo modo dico q̄ talis virtus productiua potest adequari per primam productionem: q: primum productum potest esse equale sibi i perfectione. Et quando dicitur. ergo non potest in aliam eq̄z perfectam. Nego consequentiam. Ponatur enim q̄ sit aliquis calor qui in aliquo passo possit producere caliditatem sibi equalez. iste calor simul ⁊ semel i alio passo equaliter disposito: ⁊ equaliter sibi approximato producet equalem calorem sibi ⁊ alij calori. Cuius ratio est: q: virtus productiua caloris per hoc q̄ producit istum calorem: in nullo penitus impeditur ad ꝓducendũ alium calorem eq̄z perfectum: nisi forte per accidens: q: in agendo diminuitur a re agente. Et quando dicitur q̄ tale principium productiuum producit toto conamine: ⁊ s̄m omnem gradum actiuitatis sue. Concedo: q: calor producendo hunc calorem producit toto conamine ⁊ s̄m omnem gradum. Sed ex hoc nõ sequitur: q̄ non possit alium eq̄z perfectum producere. Ita etiam sol s̄m totum conamen suum: ⁊ s̄m omnem gradum perfectionis sue: ⁊ s̄m omnem gradum actiuitatis sue producit aliquid imperfectius: ⁊ tamẽ per eandem virtutem totaliter potest producere aliud non tamen eq̄z perfectum: sed etiam aliquid multo ꝑfectius. Ita dico in proposito: q̄ pater secundum omnem gradum perfectionis sue ⁊ toto conamine producit filium: ⁊ eadem virtute ⁊ perfectione producit spiritum sanctum eq̄z perfectum. Et ita isto modo intelligendo adequationem: virtus productiua est per quā

libet adequata: ⁊ ita per primam sicut per secundaꝫ· Secundo modo intelligendo adequationem ⁊ hoc positiue· Dico ꝙ virtus productiua adequata per vnum productum non potest in aliud eqꝫ perfectū. Sed isto modo virtus diuina non adequatur per aliquā vnaꝫ productionem: qꝛ nec per primam: nec per secundaꝫ· Sed per illas duas simul: qꝛ scilicet illa duo producta sunt perfectiora omnibus alijs producibilibus a deo: ⁊ ibi est status: nec est possibilis tertia· Et hoc ē ex natura rei que ex se determinatur ad istas· Si autem intelligatur illa productio negatiue· sic dico sicut prius: ꝙ virtus productiua adequata per vnum productum potest in aliud eqꝫ perfectum. sicut declaratū est de calore· Si dicas ꝙ hoc est propter diuersa passa· Hoc nihil refert quantum ad adequationeꝫ: qꝛ eq̄liter adequatur si producatur per se: sicut si produceretur in passo: ⁊ econuerso· Et ita semper habetur ista propositio: ꝙ virtus productiua adequata per vnum productum potest in aliud eqꝫ perfectum· Tertio modo dico ꝙ virtus adequata per vnum productum nō tantuꝫ potest in eqꝫ perfectum: sed etiam potest in ꝑfectius· Sicut sol in producendo calorem virtus sua adequatur: qꝛ producit ſm vltimum sue potentie ⁊ toto conamine: ⁊ tamen potest producere vermeꝫ qui ē multo perfectior calore· Si dicas ꝙ hoc est ꝑpter diuersitatem passi· Dico ꝙ nihil refert quin semper sit illa propositio vera: ꝙ virtus adequata isto modo potest in perfectius· Similiter si esset aliqua voluntas que posset contingenter producere diuersas volitōes diuersarum specierum per se subsistentes: illa voluntas ſm vltimum sue potentie posset producere vnuꝫ indiuiduum speciei imperfectioris: ⁊ per consequens virtus sua productiua esset adequata: ⁊ tamen posset producere aliud perfectius· Quarto modo dico ꝙ virtus productiua adequata per vnum productum non potest in aliud eqꝫ perfectum· Sed isto modo virtus productiua diuina non est adequata per vnam productionem nec per aliam sed per ambas simul· Et ideo in nullam aliam intrinsecam potest· ¶ Ad confirmationem dico ꝙ eadem virtute producuntur ista duo supposita ordine quodam: qꝛ scilicet primum productum est productiuum ſi producti· Et quando dicit̄· Ergo in prima productiōe virtus illa non fuit exhausta· Concedo ꝙ nec in prima nec in secūda est exhausta· Sicut nihil exhauritur de sole per hoc qđ ꝑducit vnum effectum vel alium· Unde illud est verbuꝫ methaphoricum ⁊ improprie dictum. Et quādo dicitur· Si non est exhausta ergo non est adequata: Pꝫ quomodo est adequata ⁊ quomodo nō· Per predicta patet ēt quomodo virtus productiua si ꝑducat pluribꝰ productionibus eiusdem rationis vel alterius rationis: quomodo vnum illorum productorum adequat virtutem productiuam: ⁊ quomodo non adequat. ⁊ quomodo idem potest producere plura producta adequata sibi ī perfectione· Et quādo dicitur· Omne ꝑductum adequatum producenti in perfectione entitatis: adequatur sibi in perfectione sue actiuitatis· Dico ꝙ aliquid adequari alicui in perfectione sue actiuitatis potest intelligi dupliciter· Uel qꝛ est eqꝫ perfectum cum illo principio actiuo: ⁊ sic concedo: qꝛ idem est· Uel quia est omne productum vel productibile ab illo principio actiuo· Et hoc est nihil aliud posse correspondere illi principio actiuo· Et sic dico ꝙ aliqđ adequatur alicui in perfectione entitatis: ⁊ tamen non ī ꝑfectione sue actiuitatis· Et ita est in proposito: sicut patet de vno calore producente duos calores sibi equales in perfectione: quorum tamen neuter est sibi equalis in perfectione actiuitatis sue isto secūdo modo· Primo modo si vnum productum adequat virtutem productiuam in perfectione actiuitatis sue· illa virtus poterit se extendere in aliud terminum eqꝫ ꝑfectum: ⁊ sic est ī diuinis· Secundo modo non. Ad cōfirmationem dico ꝙ pater habet filiuꝫ tanq̄ꝫ obiectū primarium ⁊ adequatum: ⁊ similiter spiritum sanctū: ⁊ seipsum: ⁊ ita sunt ibi duo ꝑducta quorum vtrūqꝫ est obiectum adequatum voluntatis diuine· Et si dicatur· Ergo sunt duo obiecta primaria· Non sequit̄· Sicut non sequitur· pater est ens infinitum· filius est ens infinitum· ergo sunt duo entia infinita: tamē sunt duo supposita quorum vtrumqꝫ est obiectum primarium ⁊ adequatum vno modo: igitur sunt duo producta adequata vno modo· ¶ Ad aliam rationem patet ꝙ omnis libertas respectu spiritus sancti que nō est respectu filij· etiam si per impossibile eēt ibi libertas contradictionis ⁊ contingentie siue indifferentie: posset saluari per vnum principium formaliter qđ respectu vnius esset naturale ⁊ respectu alterius liberum: sicut per duo quorum vnum esset naturale ⁊ alterum liberuꝫ· ¶ Ad aliud dicitur ꝙ productiones sunt seipsis distincte: ⁊ si requirant aliquam distinctioneꝫ: sufficit distinctio terminorum productorum· Ad confirmationem dico ꝙ non oportet ꝙ distinctio productionum reducatur ad aliquam distinctioneꝫ: nec in principijs productiuis nec in terminis formalibus· Et qñ dicitur ꝙ circumscriptis earum principijs productiuis ⁊ terminis formalibus non distinguūtur· Dico ꝙ si circumscribantur realiter verum est: ex hoc tamen non sequitur ꝙ distinctio earum reducatur ad illaꝫ distinctionem tanq̄ꝫ primam· Si autem circumscribantur per intellectum remanebunt distincte· Unde si ꝑ impossibile vel possibile viderentur manifeste productiones ille: non visa aliqua persona nec visa essentia· Dico ꝙ talis intellectus videret illas productiōes distingui· Et quando dicitur ꝙ relationes non distinguuntur nisi penes fundamenta vel terminos ⁊c· Dico ꝙ seipsis distinguuntur formaliter: nunq̄ꝫ tamen sine distinctione fundamentorum vel terminoruꝫ: non tamen tanq̄ꝫ precua: ⁊ hoc saltem verum est quando ipse relationes sunt constitutiue ⁊ essentiales ipsis sicut ī proposito vt post dicetur· ¶ Ad aliud ꝙ aliquod determinari ex se ad diuersa potest intelligi dupliciter· Uel ꝙ determinetur ad vnum: itaꝙ respiciat vnuꝫ ⁊ non aliud: ⁊ fiat proprium vni· Et isto modo essentia diuina nec ex se nec ex alio: nec quocūqꝫ modo potest determinari ad duas productiones: qꝛ includit cōtradictionem· scilicet ꝙ essentia sit propria vtriqꝫ ⁊ neutri· Aliter potest intelligi ꝙ determinatur ex se ad diuersa: qꝛ ex se respicit illa diuersa ⁊ qđlibet illorum illo modo quo natum est respicere: ⁊ sic essentia diuina ex se determinatur ad duas productiones: ⁊ cuꝫ h̄ stare ꝙ vniformiter se haberet ad vtrunqꝫ· Isto modo enim calor approximatꝰ equaliter diuersis passis eqꝫ dispositis ex se determinatur ad producenduꝫ diuersos calores: ⁊ tamen ad quemlibet se habet vniformiter· ¶ Ad confirmationem dico ꝙ non plus possunt diuersa prin. ipsa formaliter determinari ad determinatum ordinem productiuum q̄ꝫ idem principium formaliter: qꝛ inter productiones vel producta nō potest esse ordo: nisi qꝛ vnum est pars vel causa alterius vel perfectius alio· Sed omnia illa poterunt contingere si producantur ab vno principio formaliter sicut si producantur a duobus· Ita enim poterit idem principium

principium formaliter producere primo partem secũdo totum ·sicut eadem virtus generatiua primo ꝓducit partem corporis humani: secundo totum: sicut si essent distincta principia productiua. Sicut sol eadeȝ virtute formaliter illuminat partem aeris ⁊ totum aerem· Et similiter eadem causa poterit primo producere aliquem effectum: ⁊ postea cuȝ illo tanq̃ȝ causa partiali poterit producere alium effectum· Ita est in proposito ꝙ pater producit filium: et pater ⁊ filius producunt spiritum sanctum per eandem virtutem· Et si queratur: que est causa: Dico ꝙ ita est: sed sola fide ē hoc tenendum: nec est possibile aliquem in via ista scire quare ita est· ¶ Ad aliud ꝙ auctoritas philosophi ⁊ Comenta·est intelligenda de formis incompossibilibus ⁊ agentibus naturalibus· ¶ Ad aliud concedo maiorem· Et ideo concedo ꝙ quicquid conuenit illi rei que est intellectus diuinus: conuenit illi rei que ē voluntas diuina: ⁊ econuerso: tamen aliqui termini possunt eandem rem principaliter importare: ⁊ alia distincta cõnotare: propter que distincta cõnotata potest aliqđ vere predicari de vno ⁊ vere negari de reliquo: sicut dictum est prius· Et ita est in proposito: ꝙ intellectus diuinus ⁊ voluntas diuina: hec est isti termini cõnotant determinato modo grãmaticali vel logicali aliqua distincta secundum vsum sanctorum ⁊ doctorum·ideo potest aliquid cõuenire vni ⁊ non alteri· ¶ Per hoc ad primã probationẽ· Si debeat cõcedi ꝙ actus dicendi est actus memorie ⁊ non actus voluntatis: debet concedi sub isto intellectu: ꝙ actus dicendi est actus memorie: hoc est actus elicitus ab essentia diuina tanq̃ȝ actus generandi: ita ꝙ memoria totum istud importat·scilicet essentiam diuinam elicientem actum generandi: ⁊ voluntas totum illud· scilicet essentiam productiuam actus spirãdi: ⁊ ita ex modo significandi secundum vsum loquentiuȝ sequeretur: ꝙ si actus generãdi esset actus voluntatis ꝙ esset ille actus quo essentia est elicitiua actus spirandi ⁊ ita esset actus spirandi: quia actus spirandi est principium spirandi spiritum sanctum· Similiter dico ꝙ deus intelligit per intellectum ⁊ per illam rem que ē realiter ⁊ formaliter voluntas. Dicitur tamen non intelligere per voluntatem: quia non omne quod intelligit: intelligit vniuersaliter per voluntatem: ⁊ que sit causa istius post dicetur· Si dicis ꝙ circumscribendo omnia talia cõnotata ⁊ loquendo precise de ipsa re h̃ est vera· Actus dicendi est actus memorie ⁊ non act⁹ voluntatis· Et similiter deus intelligit per intellectuȝ ⁊ non per voluntatem·ergo in ipsa re est aliqua distinctio vel non idemptitas· Dico ꝙ circumscribendo omnia cõnotata: ita ꝙ per ista nomina intellectus voluntas intelligere velle nihil cõnotetur: sed precise significetur hoc nomine intellectus illa res que est formaliter intellectus: ⁊ hoc nomine voluntas precise illa res absoluta que est formaliter voluntas: ⁊ sic de alijs nominibus: ⁊ non plus hac institutione noua vocabuli facta ita hec erit vera· actus dicendi est actus voluntatis: ⁊ deus intelligit per voluntatem· sicut homo intelligit per intellectum: quia tunc termini de nouo instituuntur ad significandum· Et ideo non est mirum si illa propositio est vera: que prius falsa erat· Si dicis· volo circumscribere omnia cõnotata sine noua institutione vocabuli· Respondeo ꝙ hoc non est possibile· Unde si ista vox homines: precise significaret illud qđ hoc nomen homo significat: ⁊ non haberet aliũ modum grãmaticalem: puta ꝙ nõ plus esset pluralis numeri q̃ȝ homo ⁊ sic ð alijs grãmaticalib⁹: qđ non esset bene possibile nisi de nouo instituendo ad significandum: qua institutione facta ita hec esset vera. homo est homines· sicut hec homo est homo· Si dicas· nolo loqui de vocibus sed tantum de rebus· Dico ꝙ quamuis velis loqui tantum de rebus: tamen hoc non est possibile nisi mediantibus vocibus vel cõceptibus vel alijs signis· Et ideo secundum ꝙ illa signa quecunq̃ȝ fuerint: aliter significant ⁊ cõnotant vel non cõnotant aliter ad propositiones respondendum erit modo predicto· ¶ Per idem patet ad aliam probationem: ꝙ deus intelligit mala ⁊ non vult: non propter aliquam distinctionem vel non idemptitatem a parte dei: sed propter non idemptitatem a parte creature: sicut deus beatificat petrum ⁊ non damnat petrum· hoc non est propter aliquam distinctionem formalem inter virtutem diuinam beatificantem ⁊ damnantem: sed propter distinctionem inter penam eternam ⁊ vitam eternam: quia per istaȝ· deus beatificat petrum: importatur totum istud· deus dat petro vitã eternam: ⁊ per istam· deus non damnat petrum· denotatur totum istud· deus non punit petrũ pena eterna· Et ita possunt verificari sine omni distinctione a parte dei propter non idemptitatem vel varietatem a parte creature: quia deus per eandem virtutem omnibus modis dat petro vitam eternam: ⁊ non dat sibi penam eternam· Similiter deus potest creare aliqua ⁊ non creat illa: et hoc non sequitur ꝙ posse creare ⁊ non creare distinguãtur formaliter in deo· Ista in proposito deus vult.a· per istam importatur ꝙ·a· sit· hoc autem non importatur per istam· deus intelligit·a· ⁊ ideo ista possunt verificari sine omni nõ idemptitate dei: sicut ⁊ ista· deus potest creare·a· deus nõ creat·a· Similiter per istam· deus vult malum: nihil importatur nisi ꝙ deus facit aliquid qđ facere nõ debet: ⁊ per consequens eo ipso importatur ꝙ sit creatura: ita ꝙ per faciens malum importatur res faciens aliquid qđ non debet: quod potest soli creature conuenire· Per istam autẽ· deus intelligit malum: non importatur nisi qđ deus facit vel permittit aliquid fieri ab aliquo creato: qđ non deberet illud facere: ⁊ ita aliud cõnotatur per vnaȝ ⁊ per aliud· Et propter hoc sine omni nõ idemptitate a parte dei possunt ista verificari· ¶ Per idem patet quomodo sine omni non idemptitate a parte dei possunt ista verificari· quicquid deus intelligit naturaliter intelligit: non quicq̃d deus vult naturaliter vult: q: quicq̃d deus intelligit necessario est aliquid: siue ens reale: siue ens rationis· ꝙ modo sibi conuenienti vel est vel potest esse: ⁊ tamen non quicquid deus vult necessario potest inesse· Et ideo non necessario nec naturaliter vult· Eodem modo põt alie consimiles ꝓpositiones (que videntur contradictorie) concedi: que tñ ꝑm rei veritatem non sunt contradictorie propter talem cõnotationem: ⁊ hoc est ꝙ dicit Magister libro primo distin. 35· ꝙ deus propter diuersos effectus sortitur diuersa vocabula sicut prudentiam predestinationem prescientiam· Et sic de alijs· Et propter talem diuersam connotationem conceditur ꝙ deus aliquos predestinat ⁊ alios prescit ⁊ non predestinat: ⁊ sic de alijs siue omni non idemptitate a parte dei· Et ideo si ista nomina intelligere velle: ⁊ sic de alijs: non essent connotatiua sed precise qđlibet istorum importaret illam rem absolutam que deus est: sine omni cõnotatione: nõ plus h̃ esset vera deus intelligit mala: q̃ȝ illa deus vult mala· Et sic argumentis Scoti respondet· In corpore tamen questionis sic ponit opi· suaȝ: dicens·

Ideo propter istam rationem dico ꝙ sapientia diuina omnibus modis est eadem essentie diuine quibus essentia diuina est eadem essentie diuine: ⁊ sic de bonitate diuina ⁊ iustitia: nec est penitus aliqua distinctio ex natura rei· vel etiam non idemptitas· Cuius ratio est: quia quamuis talis distinctio vel non idemptitas formalis possit poni eque faciliter inter essentiā diuinam ⁊ sapientiam diuinam: sicut inter essentiam ⁊ relationem: quia tamen est difficillima ad ponendum vbicunque ponatur: non credo eam esse faciliorem ad tenendam quam trinitatem personarum cum vnitate essentie· ideo non debet poni nisi vbi euidenter sequitur ex traditis in scriptura sacra vel determinatione ecclesie: propter cuius auctoritatem debet omnis ratio captiuari· Et ideo cum omnia tradita in scriptura sacra: ⁊ determinatione ecclesie ⁊ dictis sanctorū possint saluari non ponendo eam inter essentiam ⁊ sapientiam. ideo simpliciter nego talem distinctionem ibi possibilē: ⁊ eam vniuersaliter nego in creaturis. quamuis posset teneri ī creaturis sicut ī deo ⁊c· Et multa alia dicit iste Doc· que prolixitatis vitande causa omitto·

Ad rōnes Sco· Ad primā istorum primo reduco rōnem contra suum auctorē dupli· sic primo· Si infinita sapiā esset realiter infinita bonitas: sapientia in communi erit realiter bonitas in cōmuni: consequens est falsum: igitur ⁊ antecedens· si ratio sua sit bona: qđ tamen est falsum ⁊ cōtra eum· consequentia probatur sicut ⁊ sua: quia infinitas non destruit realiter rationem illius cui additur sicut nec formaliter: qđ patet etiam per probationem suam: quia in quocunque gradu intelligitur esse aliqua perfectio que tamen est gradus illius perfectionis: non tollitur ratio realis illius perfectionis: propter illum gradum: sicut nec formalis: ⁊ ita secundum eum si non includit realiter vt in cōmuni: nec vt infinitum· Forte dicetur ꝙ sapientia ⁊ bonitas in cōmuni non sunt idem: nec distincta realiter quia non sunt entia realia: sed rationis tantum· Ista tamen euasio est nulla propter duo· Primo quia ita diceretur sibi ꝙ sapientia ⁊ bonitas in cōmuni non sunt idem nec distincta formaliter: accipiendo formalitatem ex nature rei sicut nunc loquimur· Secundo quia ista communia iuxta doctrinam suam ⁊ suorum sunt vere realia ⁊ non rationis tantum· Reduco igitur rationem secundo sic· Perfectiones attributales in primo secundum istum Doc· nō sunt infinite nisi propter idēptitatem cum essentia: igitur eodem modo: que sunt idem essentie diuine sunt infinite ⁊ non aliter: sed non sunt idem ei formaliter secundum eum sed solum realiter: cuius oppositum sumit in ista ratione: vel si sunt infinite formaliter vt ipse dicit· sequitur ꝙ sint idem essentie diuine formaliter: ⁊ per consequens inter se qđ est intentum· Ad formam igitur rationis nego consequentiam: quia non sequitur· infinita sapientia est formaliter infinita bonitas· igitur sapientia in cōmuni est formaliter bonitas in communi: sicut nec sequitur· sapientia infinita est realiter bonitas infinita: igitur bonitas in cōmuni est realiter bonitas in communi· Ratio huius est· quia sapientia infinita ⁊ bonitas infinita sunt aliquid in re circumscripta operatione intellectus: sapientia autem in cōmuni ⁊ bonitas in cōmuni non: quia ista cōmunia non sunt nisi quidam conceptus vel entia rationis· Constat autem ꝙ non est bona consequentia sm̄ eos ex idemptitate formali que est ex natura rei inferre idemptitatem rationis: cum distinctio ratiōis sit minor distinctione quacunque ex natura rei· sicut non est bona consequētia per eos ex idemptitate reali inferre idemptitatem formalem: quia distinctio vel non idemptitas formalis (ut dicunt) est minor distinctione reali· ¶ Et ad probationem quando dicitur ꝙ infinitas non destruit rationē formalem illius cui additur· ¶ Dicunt aliqui ꝙ infinitas precise additur conceptibus ⁊ non alicui rei sic dicendo· sapientia infinita est formaliter bonitas infinita· Et ideo concedunt ꝙ isti conceptus semper distinguuntur: nec sunt vnus· Ista tamen diuersitate nō obstante hec est vera· sapientia infinita est formaliter bonitas infinita: quia in ista termini non supponunt pro conceptibus diuersis quibus additur infinitas: sed pro ipsa re que deitas est: cui nulla infinitas nec aliquid additur sed seipsa est infinita ⁊ non per aliqđ additum: ⁊ ideo si in illa· sapientia infinita est bonitas infinita: termini supponunt pro seipsis sicut in ista· sapientia in cōmuni est bonitas in cōmuni: ita erit vna falsa sicut reliqua· Sed ista euasio est nulla: quia nō est realis sed tantum vocalis· Non est enim intentio arguentis ꝙ infinitas sit nullus modus realiter superadditus sapientie ⁊ bonitati diuine: cum sit modus eius intrinsecus secundum eum: sed intelligit ꝙ sapientia infinita quia infinita non perdit rationem formalem sapientie: quia hec est vera (vt termini suppōunt pro re non pro seipsis) sapiētia infinita est formaliter sapientia: ⁊ simpliciter hec· bonitas infinita est formaliter bonitas· Et ex hoc videtur eis ꝙ si sapientia in cōmuni ⁊ bonitas in cōmuni formaliter distinguātur: ꝙ sapientia infinita ⁊ bonitas infinita formaliter distinguerentur: sic intelligunt ꝙ infinitas non destruit rationem formalem illi cui additur: ⁊ ad istum intellectū nihil dicitur· ¶ Et ideo dico aliter ⁊ concedo ꝙ infinitas non destruit rationem formalem illius cui addit: sicut nec realem: quia sapientia infinita est formaliter ⁊ realiter sapientia ⁊ similiter bonitas: sed ex hoc non sequitur: ꝙ si bonitas in cōmuni nō est formaliter sapientia in cōmuni: ꝙ bonitas infinita non sit formaliter sapientia infinita: sicut nec sequitur· sapientia in cōmuni non est realiter bonitas in cōmuni· igitur sapientia infinita non est realiter bonitas infinita· Ratio huius est: quia sapientia ⁊ bonitas in cōmuni non solum predicantur de sapientia ⁊ bonitate infinita: quia realiter ⁊ formaliter distinguuntur· Et ideo sapientia ī cōmuni nec realiter nec formaliter est bonitas in communi: ⁊ poterit tamen hoc non obstante sapientia infinita esse bonitas infinita formaliter sicut ⁊ realiter ¶ Ad sm̄ nego minorem: quia si sapientia infinita que deus est: ⁊ bonitas infinita essent diffinibiles non haberent diuersas diffinitiones sed vnam precise: ⁊ hec esset diffinitio diuinitatis· Et ad probationem dicitur ꝙ non est bona consequentia. Alia est diffinitio bonitatis ⁊ sapientie ī cōmuni: ergo ⁊ bonitatis ⁊ sapientie infinite· Responsio patet ex dictis: quia bonitas ⁊ sapientia in cōmuni dicuntur de sapientia ⁊ bonitate creata: que realiter ⁊ formaliter distinguuntur· Et ideo earum diffinitio non est vna: non obstante ꝙ diffinitio infinite bonitatis ⁊ sapientie sit vna tantū· ¶ Ad tertium dico ꝙ perfectio attributalis quantum ad rem significatam dicit precise illam diffinitionem que est in re: quia dicit precise rem que est diuinitas per exclusionem omnis distinctionis ⁊ non idemptitatis ex natura rei· Et quando dicitur· nomina igitur attributa sunt sinonima· Nego: quia colligitur ab eis rō sinonimorum: quia ista vna res ponitur indistincta equipollet distinctis rebus: vt patet ex dictis Sco· vbi· s·

¶ Contra

Ocham vbi ·s· scilicet i ·j·d·z·q·j·

¶ Contra tertiam conclusionem idem Doc. arguit. Primo sic. Omnis distinctio que cognoscitur intuitiue ab intellectu est ex natura rei. distinctio attributorum est huiusmodi: igitur &c. Maior patet: quia notitia intuitiua non terminatur ad rem nisi secundum suam existentiam realem. Minor probatur: quia distinctio attributorum cognoscitur ab intellectu diuino: cuius omnis notitia est intuitiua: cum omnis alia notitia ab intuitiua sit imperfecta. ¶ Preterea. vel perfectiones attributales in primo distinguntur ex natura rei: vel per actum intellectus diuini. Si detur primum: habetur propositum. Si detur secundum: queritur quomodo differt intellectus diuinus a natura diuina: vel ex natura rei: vel secundum rationem: vel nullo modo: si primum: habetur propositum vt prius: quia idem iudicium est de omnibus. Si detur secundum: Contra. Distinctio precedens rationem principij distinctiui non est per illud distinctiuum: sed distinctio nature & intellectus precedunt intellectionem: que est principium distinctiuum eorum que distinguuntur secundum rationem: igitur distinctio eorum non est secundum rationem siue per intellectum. Si detur tertium: adhuc habetur propositum: quia tunc distinctio per intellectum esset distinctio per naturam siue ex natura rei: quia quicquid distinguitur intellectione vt est omnino indistincta a natura: distinguitur realiter a natura. Igitur &c. ¶ Preterea. distinctio emanationum necessaria presupponit distinctionem attributorum: sed non presupponit necessario distinctionem que tantum est rationis: igitur distinctio attributorum non est tantum rationis sed aliquo modo ex natura rei. Maior patet: quia distinctio emanationum necessario presupponit distinctionem principiorum elicitiuorum: sed huiusmodi principia sunt intellectus & voluntas. ergo. Minorem probo: quia nulla distinctio realis preexigit necessario distinctionem que tantum est rationis: sicut nec aliquod quod est vere reale preexigit aliquod quod est vere ens rationis. Sed distinctio emanationum diuinarum est vere realis. igitur. Et confirmatur: quia si nulla distinctio ex natura rei precedit distinctionem emanationum diuinarum personarum: sequitur quod non sit vna productio in diuinis per modum intellectus siue nature: & alia per modum libertatis siue voluntatis: & per consequens filius non magis erit quomodo natus quam spiritus sanctus: quod est contra Augustinum quinto de trinitate capitulo tertio dicentem. Quod ideo spiritus sanctus non est filius quia non erit non quomodo natus sed quomodo datus. consequentia patet: quia stante supposito nullum principium precedit quod se habeat aliter ad vnam productionem quam ad aliam.

Rationes Landulphi pro opinione Scoti.

Landulphus in prolo. in questione prima articulo tertio. Istam rationem Doc. deducit primo sic. Emanationum distinctarum & oppositarum oportet esse aliquo modo principia non eadem. Sed in diuinis emanatio qua procedit filius & emanatio qua procedit spiritus sanctus sunt distincte & opposite: quia vna per modum nature & necessario: & alia per modum voluntatis & libere: igitur oportet quod principia istarum emanationum aliquo modo non sunt eadem. scilicet memoria in producendo filium & voluntas in producendo spiritum sanctum. ¶ Preterea. quando aliqua sunt idem omnibus modis ex natura rei quicquid conuenit vni ex natura rei conuenit alteri. Sed aliquid conuenit vni perfectioni attributali: quod non conuenit immo repugnat alteri ex natura rei: igitur iste perfectiones non sunt idem ex natura rei omnibus modis. Maior est nota: quia contradictoria non possunt de eodem omnimode verificari.

Ad has rationes Scoti Respondet Alphonsus vbi supra.

¶ Respondeo ad rationes Scoti. Istis tamen omnibus & similibus non obstantibus: adhuc non videtur mihi quod perfectiones attributales in deo inter se vel ab essentia distinguantur ex natura rei. ¶ Ad primum igitur primo reduco rationem contra eum sic. Omnis distinctio que cognoscitur intuitiue ab intellectu est ex natura rei. Sed omnis distinctio rationis cognoscitur intuitiue & ab intellectu: igitur omnis distinctio rationis est ex natura rei. maior est sua: & minor est vera per probationem minoris sue: quia constat quod omnis distinctio rationis cognoscitur ab intellectu diuino: cuius omnis notitia (vt dicit) est intuitiua: & tamen conclusio est falsa & contra eum: & per consequens ratio nulla. Ad formam igitur rationis nego maiorem: quia non solum entia realia sed entia rationis possunt intuitiue cognosci: & presertim a deo: supposito quod omnis eius notitia sit intuitiua (vt dicit). Et quando dicitur quod notitia intuitiua non terminatur ad rem sicut est &c. Dico quod probatio est ad oppositum: quia notitia intuitiua terminatur ad rem sicut est: & quia distinctio rationis non est ex natura rei sed per actum intellectus: deus cognoscit quod distinctio attributorum non est in ipso ex natura rei: sed per actum intellectus: sicut cognoscit quod relatio identitatis que est idem sibi non est ex natura rei sed per actum intelligendi. Posset etiam dici supposito quod deus non cognoscat aliquid extra se sed omnia in seipso quod videtur satis rationale: quod huiusmodi distinctionem deus non cognoscit intuitiue: sed superintuitiue quia in seipso. vt patet ex prima questione prologi articulo primo. Sed ex hoc vero sequitur quod sit ex natura rei ita modicum: sicut si cognoscat ipsam intuitiue. ¶ Ad secundum potest vno modo dici: quod perfectiones attributales in primo non distinguuntur ex natura rei nec per actum intellectus diuini: sed per actum intellectus creati: licet intellectus diuinus cognoscat distinctionem qua per actum intellectus creati distinguuntur: & tunc diceretur quod distinctio nature: & intellectus in ipso non precedit actum intellectus creati. Secundo si conceditur quod huiusmodi distinctio rationis fiat per actum intellectus diuini: adhuc diceretur quod distinctio nature & intellectus non precedit actum siue intellectionem intellectus diuini: quia natura & intellectus nullo modo distinguuntur ex parte rei sed solum ratione: quia deus intelligit ipsa posse concipi a creatura diuersis conceptibus: & ex hoc dicuntur distingui per actum intellectus diuini. ¶ Ad tertium dico quod emanationum distinctio non presupponit distinctionem attributorum: nec ex natura rei quia nulla est talis: nec secundum rationem quia talis est posterior emanatione per Aristotelem. Ad probationem: quando dicitur quod distinctio emanationum necessario presupponit distinctionem principiorum elicitiuorum potest tripliciter responderi. Primo per interemptionem maioris: quia videmus etiam in creaturis quod idem principium totaliter est elicitiuum diuersorum. sicut sol per eundem calorem numero desiccat lutum & liquefacit ceram. Secundo potest dici quod maior non est vera vbi principium penitus indistinctum equipollet distinctis principijs realiter: quia tunc potest quicquid possunt distincta principia realiter: & per conse

Ideo propter istam rationem dico q sapientia diuina omnibus modis est eadem essentie diuine quibus essentia diuina est eadem essentie diuine: ⁊ sic de bonitate diuina ⁊ iustitia: nec est penitus aliqua distinctio ex natura rei· vel etiam non idemptitas· Cuius ratio est: quia q̄zuis talis distinctio vel non idemptitas formalis possit poni eq3 faciliter inter essentiã diuinam ⁊ sapientiam diuinam: sicut inter essentiam ⁊ relationem: quia tamen est difficillima ad ponendu3 vbicunq̄3 ponatur: non credo eam esse faciliorem ad tenendam q̄3 trinitatem personarum cum vnitate essentie· ideo non debet poni nisi vbi euidenter sequitur ex traditis in scriptura sacra vel determinatione ecclesie: propter cuius auctoritatem debet omnis ratio captiuari· Et ideo cum omnia tradita in scriptura sacra: ⁊ determinatione ecclesie ⁊ dictis sanctorũ possint, saluari non ponendo eam inter essentiam ⁊ sapientiam. ideo simpliciter nego talem distinctionem ibi possibilẽ: ⁊ eam vniuersaliter nego in creaturis. q̄zuis posset teneri i creaturis sicut i deo ⁊c· Et multa alia dicit iste Doc· que prolixitatis vitande causa omitto·

Ad rõnes Sco· Ad primã istorum primo reduco rõnem contra suu3 auctorẽ dupli· sic primo· Si infinita sapiã esset realiter infinita bonitas: sapientia in communi erit realiter bonitas in cõmuni: consequens est falsum: igitur ⁊ antecedens· si ratio sua sit bona: qđ tamen est falsum ⁊ cõtra eum· consequentia probatur sicut ⁊ sua: quia infinitas non destruit realiter rationem illius cui additur sicut nec formaliter: qđ patet etiam per probationem suam: quia in quocunq3 gradu intelligitur esse aliqua perfectio que tamen est gradus illius perfectionis: non tollitur ratio realis illius perfectionis: propter illum gradum: sicut nec formalis: ⁊ ita secundu3 eum si non includit realiter vt in cõmuni: nec vt infinitum· Forte dicetur q sapientia ⁊ bonitas in cõmuni non sunt idem: nec distincta realiter quia non sunt entia realia: sed rationis tantum· Ista tamen euasio est nulla propter duo· Primo quia ita diceretur sibi q sapientia ⁊ bonitas in cõmuni non sunt idem nec distincta formaliter: accipiendo formalitatem ex nature rei sicut nunc loquimur· Secundo quia ista communia iuxta doctrinam suam ⁊ suorum sunt vere realia ⁊ non rationis tantum· Reduco igitur rationem secundo sic· Perfectiones attributales in primo secundum istum Doc· nõ sunt infinite nisi propter idẽptitatem cum essentia: igitur eodem modo: que sunt idem essentie diuine sunt infinite ⁊ non aliter: sed non sunt idem ei formaliter secundum eum sed solum realiter: cuius oppositum sumit in ista ratione: vel si sunt infinite formaliter vt ipse dicit· sequitur q sint ide3 essentie diuine formaliter: ⁊ per consequens inter se qđ est intentum· Ad formam igitur rationis nego consequentiam: quia non sequitur· infinita sapientia est formaliter infinita bonitas· igitur sapientia in cõmuni est formaliter bonitas in communi: sicut nec sequitur· sapientia infinita est realiter bonitas infinita: igitur bonitas in cõmuni est realiter bonitas in communi· Ratio huius est· quia sapientia infinita ⁊ bonitas infinita sunt aliquid in re circumscripta operatione intellectus: sapientia autem in cõmuni ⁊ bonitas in cõmuni non: quia ista cõmunia non sunt nisi quidam conceptus vel entia rationis· Constat autem q non est bona consequentia s̃m eos ex idemptitate formali que est ex natura rei inferre idemptitatem rationis: cum distinctio ratiõis sit minor distinctione quacunq3 ex natura rei· sicut non est bona consequẽtia p eos ex idemptitate reali inferre idemptitatem formalem: q2 distinctio vel non idemptitas formalis (ut dicunt) est minor distinctione reali· ¶ Et ad probationem quando dicitur q infinitas non destruit rationẽ formalem illius cui additur· ¶ Dicunt aliqui q infinitas precise additur conceptibus ⁊ non alicui rei sic dicendo· sapientia infinita est formaliter bonitas infinita· Et ideo concedunt q isti conceptus semper distinguuntur: nec sunt vnus· Ista tamen diuersitate nõ obstante hec est vera· sapientia infinita est formaliter bonitas infinita: q2 in ista termini non supponunt pro conceptibus diuersis quibus additur infinitas: sed pro ipsa re que deitas est: cui nulla infinitas nec aliquid additur sed seipsa est infinita ⁊ non per aliqđ additum: ⁊ ideo si in illa· sapientia infinita est bonitas infinita: termini supponunt pro seipsis sicut in ista· sapientia in cõmuni est bonitas in communi: ita erit vna falsa sicut reliqua· Sed ista euasio est nulla: q2 nõ est realis sed tantum vocalis· Non est enim intentio arguentis q infinitas sit nullus modus realiter superadditus sapientie ⁊ bonitati diuine: cum sit modus eius intrinsecus secundum eum: sed intelligit q sapientia infinita q2 infinita non perdit rationem formalem sapientie: q2 h̃ est vera (vt termini suppõunt pro re non pro seipsis) sapiẽtia infinita est formaliter sapientia: ⁊ simpliciter h̃· bonitas infinita est formaliter bonitas· Et ex hoc videtur eis q si sapientia in cõmuni ⁊ bonitas in cõmuni formaliter distinguãtur: q sapientia infinita ⁊ bonitas infinita formaliter distinguerentur: sic intelligunt q infinitas non destruit rationem formale3 illi cui additur: ⁊ ad istum intellectũ nihil dicitur· ¶ Et ideo dico aliter ⁊ concedo q infinitas non destruit rationem formalem illius cui addit̃: sicut nec realem: q2 sapientia infinita est formaliter ⁊ realiter sapientia ⁊ similiter bonitas: sed ex hoc non sequitur: q si bonitas in cõmuni nõ est formaliter sapientia in cõmuni: q bonitas infinita non sit formaliter sapientia infinita: sicut nec sequitur· sapientia in cõmuni non est realiter bonitas in cõmuni· igitur sapientia infinita non est realiter bonitas infinita· Ratio huius est: q2 sapientia ⁊ bonitas in cõmuni non solum predicantur de sapientia ⁊ bonitate infinita: q̃ realiter ⁊ formaliter distinguuntur· Et ideo sapientia i cõmuni nec realiter nec formaliter est bonitas in communi: ⁊ poterit tamen hoc non obstante sapientia infinita esse bonitas infinita formaliter sicut ⁊ realiter ¶ Ad s̃m nego minorem: q2 si sapientia infinita que deus est ⁊ bonitas infinita essent diffinibiles non haberent diuersas diffinitiones sed vnam precise: ⁊ hec esset diffinitio diuinitatis· Et ad probationem dicitur q non est bona consequentia. Alia est diffinitio bonitatis ⁊ sapientie i cõmuni: ergo ⁊ bonitatis ⁊ sapientie infinite· Responsio patet ex dictis: quia bonitas ⁊ sapientia in cõmuni dicuntur de sapientia ⁊ bonitate creata: que realiter ⁊ formaliter distinguuntur· Et ideo earum diffinitio non est vna: non obstante q diffinitio infinite bonitatis ⁊ sapientie sit vna tantum· ¶ Ad tertium dico q perfectio attributalis quantum ad rem significatam dicit precise illam diffinitionem que est in re: quia dicit precise rem que est diuinitas per exclusionem omnis distinctionis ⁊ non idemptitatis ex natura rei· Et quando dicitur· nomina igitur attributa sunt sinonima· Nego: q2 colligitur ab eis rõ sinonimorum: q2 ista vna res ponitur indistincta equipollet distinctis rebus: vt p3 ex dictis Sco· vbi· s·

Ocba3 vbi ·s· scilicet i ·j·d·2·q·j·

¶ Contra

¶ Contra tertiam conclusionem idem Doc· arguit· Primo sic· Omnis distinctio que cognoscitur intuitiue ab intellectu est ex natura rei· distinctio attributorum est huiusmodi: igitur ⁊c. Maior patet: quia notitia intuitiua non terminatur ad rem nisi secundum suam existentiam realem· Minor probatur: quia distinctio attributorum cognoscitur ab intellectu diuino: cuius omnis notitia est intuitiua: cum omnis alia notitia ab intuitiua sit imperfecta· ¶ Preterea· vel perfectiones attributales in primo distinguntur ex natura rei: vel per actum intellectus diuini· Si detur primum: habetur propositum· Si detur secundum: queritur quomodo differt intellectus diuinus a natura diuina: vel ex natura rei: vel secundum rationem: vel nullo modo: si primū: habet̄ propositum vt prius: quia idem iudicium est de omnibus· Si detur secundum: Contra· Distinctio precedens rationem principij distinctiui non est per illud distinctiuum: sed distinctio nature ⁊ intellectus precedunt intellectionem: que est principium distinctiuum eorum que distinguuntur secundum rationem: igitur distinctio eorum non est secundum rationem siue per intellectum· Si detur tertium: adhuc habetur propositum: quia tunc distinctio per intellectum esset distinctio per naturam siue ex natura rei: quia quicquid distiguitur intellectione vt est omnino indistincta a natura: distinguitur realiter a natura· Igitur ⁊c· ¶ Preterea· distinctio emanationum necessaria presupponit distinctionem attributorum: sed non presupponit necessario distinctionem q̄ tantū est rationis: igitur distinctio attributorum non est tantum rationis sed aliquo modo ex natura rei· Maior patet: quia distinctio emanationum necessario presupponit distinctionem principiorum elicitiuorum: sed huiusmodi principia sunt intellectus ⁊ voluntas· ergo· Minorem probo: quia nulla distinctio realis preexigit necessario distinctionem que tantum est rationis: sicut nec aliquod qd̄ est vere reale preexigit aliqd̄ qd̄ est vere ens rationis· Sed distinctio emanationū diuinarum est vere realis· igitur· Et confirmatur: q: si nulla distinctio ex natura rei precedit distinctionē emanationum diuinarum personarum: sequitur ꝙ non sit vna productio in diuinis per modum intellectus siue nature: ⁊ alia per modum libertatis siue voluntatis: ⁊ per consequens filius non magis erit quomodo natus q̄ʒ spiritus sanctus: qd̄ est contra Augustinum quinto de trinitate capitulo tertio dicentem· Quod ideo spiritus sanctus non est filius quia non exit non quomodo natus sed quomodo datus· cōsequētia patet: quia stante supposito nullum principiū precedit qd̄ se habeat aliter ad vnam productionem q̄ʒ ad aliam·

Landulphus in prolo· in questione

Rōnes Lādulphi pro opi. Sco· prima articulo tertio· Istam rationem Doc· deducit primo sic. Emanationum distinctarum ⁊ oppositarum oportet esse aliquo modo principia non eadem· Sed in diuinis emanatio qua procedit filius ⁊ emanatio qua procedit spiritus sanctus sunt distincte ⁊ opposite: quia vna per modum nature ⁊ necessario: ⁊ alia per modum voluntatis ⁊ libere: igitur oportet ꝙ principia istarum emanationum aliquo modo non sint eadem· scilicet memoria in producendo filium ⁊ voluntas in producendo spiritū sanctū· ¶ Preterea· quando aliqua sunt idem omnibus modis ex natura rei quicquid conuenit vni ex natura rei conuenit alteri· Sed aliquid conuenit vni perfectioni attributali: qd̄ non conuenit immo repugnat alteri ex natura rei: igitur iste perfectiones non sunt idem ex natura rei omnibus modis· Maior est nota: quia contradictoria non possunt de eodem omnimode verificari·

¶ Respondeo ad rationes Scoti· Istis tamen omnibus ⁊ similibus non obstantibus: adhuc non videtur mihi ꝙ perfectiones attributales in deo inter se vel ab essentia distinguantur ex natura rei· ¶ Ad primum igitur primo reduco rationem contra eum sic· Omnis distinctio que cognoscitur intuitiue ab intellectu est ex natura rei. Sed omnis distinctio rationis cognoscitur intuitiue ⁊ ab intellectu: igitur omnis distinctio rationis est ex natura rei· maior est sua: ⁊ minor est vera per probationem minoris sue: quia constat ꝙ omnis distinctio rationis cognoscitur ab intellectu diuino: cuius omnis notitia (vt dicit) est intuitiua: ⁊ tamen conclusio est falsa ⁊ contra eum: ⁊ per consequens ratio nulla· Ad formam igitur rationis nego maiorem: quia non solum entia realia sed entia rationis possunt intuitiue cognosci: ⁊ presertim a deo: supposito ꝙ omnis eius notitia sit intuitiua (vt dicit)· Et quādo dicitur ꝙ notitia ītuitiua nō terminatur ad rem sicut est ⁊c· Dico ꝙ probatio est ad oppositum: quia notitia intuitiua terminatur ad rem sicut est: ⁊ quia distinctio rationis non est ex natura rei sed per actum intellectus: deus cognoscit ꝙ distinctio attributorum non est in ipso ex natura rei: sed per actum intellectus: sicut cognoscit ꝙ relatio identitatis que est idem sibi non est ex natura rei sed per actū intelligendi· Posset etiam dici supposito ꝙ deus nō cognoscat aliquid extra se sed omnia in seipso qd̄ videtur satis rationale: ꝙ huiusmodi distinctionem deus non cognoscit intuitiue: sed superintuitiue quia in seipso· vt patet ex prima questione prologi articulo primo· Sed ex hoc vero sequitur ꝙ sit ex natura rei ita modicum: sicut si cognoscat ipsam intuitiue·

¶ Ad secundum potest vno modo dici: ꝙ perfectiones attributales in primo non distinguuntur ex natura rei nec per actum intellectus diuini: sed per actum intellectus creati: licet intellectus diuinus cognoscat distinctionem qua per actum intellectus creati distinguuntur: ⁊ tunc diceretur ꝙ distinctio nature: ⁊ intellectus in ipso non precedit actum intellectus creati· Secundo si conceditur ꝙ huiusmodi distinctio rationis fiat per actum intellectus diuini: adhuc diceretur ꝙ distinctio nature ⁊ intellectus non precedit actum siue intellectionem intellectus diuini: quia natura ⁊ intellectus nullo modo distinguuntur ex parte rei sed solum ratione: quia deus intelligit ipsa posse concipi a creatura diuersis ꝯceptibus: ⁊ ex hoc dicuntur distingui per actum intellectus diuini· ¶ Ad tertium dico ꝙ emanationum distinctio non presupponit distinctionem attributorum: nec ex natura rei quia nulla est talis: nec secundum rationem quia talis est posterior emanatione per Aristoteles· Ad probationem: quando dicitur ꝙ distinctio emanationum necessario presupponit distinctionem principiorum elicitiuorum potest tripliciter responderi· Primo per interemptionem maioris: quia videmus etiam in creaturis ꝙ idem principium totaliter est elicitiuum diuersorum· sicut sol per eundem calorem numero desiccat lutum ⁊ liquefacit ceram· Secundo potest dici ꝙ maior non est vera vbi principium penitus indistinctum equipollet distinctis principijs realr: q: tūc p̄t quicquid possunt distincta principia realr: ⁊ p cōse

Ad has rōnes Scoti Rn̄det Alphō· vbi. s.

quẽs potest esse principium distinctarum emanationum non minus q̃z si essent distincta principia realiter: ⁊ sic est in proposito: vt declaratum est supra. ideo ratio nulla. Potest etiam dici tertio distinguendo de diuinis emanationibus: quia possunt accipi actiue ⁊ passiue. Si actiue: patet ex dictis q minor est falsa quicquid sit de maiore: quia ĩ diuinis non sunt aliqua principia elicitiua talium emanationum: cum emanationes huiusmodi in diuinis nõ sint actus eliciti. vt patet ex quarta distinctione. ⁊ per consequens propter distinctionem talium emanationuz non oportet ponere distinctionem aliquam inter attributa. Si passiue: adhuc idem dico q ad distinctionem ipsarum sufficit q emanationes actiue que sunt ab aliquo eorum principia: non quidem sicut potentia: sed sicut actiones non idem conuertibiliter ⁊ adequate: sic est in proposito. Cum generatio actiua sit in solo patre ⁊ spiratio actiua in patre simul ⁊ filio. ¶ Ad confirmationem quando dicitur. q si vna distĩctio ex natura rei precedat distinctionem emanationum diuinarum personarum: non erit vna productio per modum intellectus ⁊ alia per moduz voluntatis. Est tamen aduertendum q in diuinis non dicit̃ vna productio per modum intellectus ⁊ alia per modum voluntatis: quia principium productiuum vni⁹ emanationis vel vnius persone. puta filij sit intellectus ⁊ non voluntas. Alterius vero puta spiritus sancti voluntas ⁊ non intellectus: prout isti doctores imaginãtur. quia principium productiuum diuinarum personarum non solum habet esse formaliter sed realiter: ⁊ per consequens si intellectus sic esset principium ꝓductiuum verbi q non voluntas: ⁊ voluntas spiritus sancti q non intellectus: intellectus ⁊ voluntas in deo non solum distinguerentur formaliter sed realiter. qđ est falsum etiam per eum. Sed vna istarum emanationum dicitur per modum intellectus ⁊ alia per modum voluntatis: quia essentia diuina est principium quo productiuum vnius persone: quia est intellectus ⁊ non quia est voluntas: alterius vero quia est voluntas ⁊ non quia est intellectus: ⁊ istud est possibile sine omni distinctione ex natura rei intellectus ⁊ voluntatis: sicut est verum q diuina natura intelligit quia est intellectus ⁊ non quia est voluntas: quia si per impossibile esse: voluntas ⁊ non intellectus nec haberet intellectum nec intelligeret. Et vult quia voluntas ⁊ non quia intellectus: quia si esset intellectus ⁊ non voluntas: nec habens voluntatem non posset velle. Et similiter potest concedi q intellectus est principium productiuum spiritus sancti non quia intellectus sed quia voluntas: ⁊ voluntas est principium productionis verbi: non quia voluntas sed quia intellectus: ⁊ sic de alijs. ¶ Ad quartum concedo q quicquid ex natura rei sine cõnotatione ⁊ respectu ad aliquod extrinsecum conuenit vni eorum que sunt idem omnibus modis ⁊c. ex natura rei conuenit alteri: ⁊ sub isto sensu minor est falsa: quia quicquid conuenit ex natura rei illi rei que est bonitas: conuenit illi rei que est sapientia in primo: ⁊ sic de singulis attributis: quia omnia sunt precise vna summa res que est essentia vel diuina natura: aliqui tamen termini possunt istam rem primo ⁊ principaliter importare: ⁊ aliqua distincta ⁊ extrinseca cõnotare: propter que distincta cõnotata potest aliquod vere affirmari de vno ⁊ vere negari de reliquo. vt patebit statim.

Opi. Gre. de Ari.

Quantum ad secundum articulum pono duas cõclusiones. Prima est. q nulla perfectio attributalis seu nomine attributi significata est in deo aliqua entitas parua vel magna: siue dicatur formalitas: siue ratio quiditatiua vel formalis: aut alio quouis nomine appelletur: extra animam distincta a diuinitate ipsa precise secundum se sumpta. Secunda. q non sunt in deo alique perfectiones attributales inter se distincte vel plures: quarum hec non est illa.

Cõclusio .j. quã primo ꝓbat Gre. de Ari.

Primam conclusionem probo primo sic. Sumo ipsam diuinitatem precise secunduz se absque alio aliquo quo quomodo ab ea distincto aut ipsa est sapientia aut non: si sic: ergo vel nulla sapientia vel sapientie formalitas est in deo distincta a diuinitate: quod est propositum: vel in deo sunt plures sapientie: vt dicit Augustinus septimo de trinitate ⁊ idem sententialiter libro quinto. Si diuinitas non est sapientia cum deum esse sapientem nullus nedum christianus: sed nec gentilis negauerit: sequitur q deus non est sua sapientia quia ipse sapiens est. Sed hoc est falsum: dicente Augustino .15. de trinitate. Ipse deus sua est sapientia: quia non est aliud sapientia eius: aliud essentia: cui hoc est esse qđ sapientem esse. Et eodem modo loquitur de bonitate ⁊ magnitudine ⁊ ceteris libro quinto. ¶ Confirmatur: quoniam secundum hoc deus esset sapiens per aliquam aliam entitatem sibi inherentem: ⁊ iustus per iustitiam ⁊ bon⁹ per bonitatem que essent in eo tanq̃z in subiecto: ⁊ nõ esset ipse. Et patet consequentia: quia ex quo ipse nõ est sapientia si sapientia non inheret illi sed esset per se stans: ipse vtique non esset sapiens. Et idem iudicium est de ceteris. Sed vt dicit Augusti. septimo de trini. Nephas est dicere q vt sapiẽs subsistat: ⁊ subdit. Deus bonitatis sue atq3 illa bonitas non substantia sit vel potius essentia: nec ipse deus sit bõitas sua: sed in illo sit tanq̃z in subiecto. ¶ Ad hanc rationem forte diceretur iuxta cõmunem modum respondendi defendentium illam opini. q deitas vtiq3 est sapientia sua per idemptitatem seu ideptice: ⁊ per consequens non subest illi: cum idem eidem non subsit: sed non est sua sapientia formaliter. Contra. Aut per hanc negatiuam vis dicere q diuinitas non est formalitas sapientie: nec eadem sibi: sed alia ab illa: ⁊ tunc cum formalitas sapientie secundum istos non sit aliud q̃z ratio quiditatiua: seu quiditas ipsa sapientie quam exprimeret propria diffinitio sapientie. Et cum secundum Philosophum septimo methaphisice: ⁊ secundum veritatem quiditas rei non sint aliud ab ipsa: alioquin diffinitio rei non exprimeret ipsam sed aliud: quod implicat: sequitur q deitas non est sapientia: sicut non est formalitas sapientie: ⁊ q sicut deitas non est formalitas sapientie per idemptitatem eo q non est eadem sibi: ⁊ ipossibile est hoc esse illud per idemptitatem: nisi hoc sit idem illi. Uel si hoc sit distinctum ab illo: alias posset dici q albedo est dulcedo per idemptitatem seu idemptice: quod non est nisi abuti vocabulis ⁊ inintelligibiliter loqui. Sequitur q deus non est sapientia per idemptitatem: aut si est: non est tamen illa a qua distinguitur. Et sic vt prius plures sapientie erunt in deo. Et rursus ista sapiẽtia distincta a deitate superuacue ibi ponitur ex quo deitas est quedem alia sapientia: qđ dicere nephas est. Aut per illam negatiuam non vis denotare talem distinctionem inter deitatem ⁊ formalitatem sapientie: sed tantummodo significare q ista

predicatio

predicatio non est formalis. deitas est sapientia: ita
q lr formalitas sit determinatio compositionis: ⁊ tūc
habetur propositum quantum ad hoc: q nulla plura
litas (qualis distincta est) ponitur in deo: quicquid
sit de illa predicatione an sit formalis vel non: quia
Probat secundo. de hoc non inquiritur pro nunc. ¶ Secundo aut for
malitas sapientie precise secundum se sumpta est ip
sa sapientia: Aut aliquod intrinsecum sapiētie: quasi
sapientia includat suam formalitatem ⁊ aliquid aliud
iuxta imaginationem aliquorum distinguentium sa
pientiam in formalitates ⁊ realitatem tanq̄ȝ intrinse
ca sibi. Aut est aliqđ extrinsecum sapientie: Ultimum
dici non potest: alias nec sapientia ⁊ simili ratione
nec aliqua alia res esset sua quiditas seu illud qđ ip
sa est: qđ implicat contradictionem: patet consequen
tia: quoniam interroganti de aliqua re quid ipsa est.
Respondetur per diffinitionem eius: ⁊ per conse-
quens illud ipsa est qđ significat diffinitio. Sed per
formalitatem secundum istos intelligitur ratio quidi
tatiua quam significat proprie diffinitio rei. ergo si
res non est sua formalitas: res non est illud qđ ipsa
est. Si autem detur primum vel secundum. nisi dei-
tas sit illa formalitas sapientie: siue sit realitas sapien
tie siue non: sequitur q deitas non est sapientia.
Probat tertio. ¶ Tertio ad idem argui potest per rationem Ansel.
de incarnatione verbi: qua probat potestatem dei a
deo non distingui. Arguit enim sic. Aut potestas est
deo accidentalis: aut substantialis non accidentalis:
quia cum omne subiectum sine accidente aut esse aut
intelligi possit: deus sine potestate nec esse nec intelli
gi potest. Si vero substantialis est deo potestas: aut
est pars eius essentie: aut est idipsum qđ est tota eius
essentia: pars autem non est: quia supradictum est q
partes habens actu vel intellectu est dissolubile: qđ
omnino est extraneum a deo. idem ergo est essentia
dei ⁊ potestas eius. hec ipse. Sicut arguit de potesta-
te: ita de sapientia ⁊ iustitia argui potest. ¶ Si dica-
tur q potestas sit deo substātialis (vt substātiale di-
stinguitur contra accidentale: non autem vt accipitur
pro essentiali vt distinguitur contra quodlibet qđ est
contra quiditatiuam rationem alicuius) sic potestas
non est deo substantialis. ¶ Istud non impedit ratio
nem in aliquo: quia adhuc sequitur q deus possit in-
telligi sine potestate: cum res quelibet possit intelligi
sine quocunq̄ȝ extraneo sue quiditati. Et certe qua ra
tione posset intelligi sine potestate: eadem ratione si-
ne bonitate ⁊ sapientia ⁊ vita ⁊ intellectu ⁊ omni per-
fectione significata per aliquod attributum. Sed hoc
est absurdum. Tum quia secundum hoc diuinitas
ipsa non esset aliqua perfectio essentialiter: quod est
absurdum: cum aliqua creatura sit essentialiter viua
⁊ aliqua essentialiter vita ⁊ intellectus. ¶ Item ali-
qua creatura est sua potestas: ⁊ sua virtus: vt calor
qui est virtus sua calefactiua: ⁊ sic de alijs. Absurduȝ
autem est vt creatura sit aliqua perfectio ⁊ deus non.
Probat quarto. ¶ Quarto sic. Si detur talis distinctio sequitur q de
us non eo est sapiens quo est deus: ⁊ per consequens
neque eo quo est: sed alio ⁊ alio: patet quia diuinitate
est ⁊ est deus: sapientia vero seu formalitate sapien-
tie que non est deitas: sed alia ⁊ distincta ab illa est sa
piens: ⁊ si sic: sequitur vlterius q deus non est omni-
no simplex: qđ est erroneum: vt patet extra. de sum-
ma trinitate ⁊ fide catolica cap. firmiter: ⁊ cap. etiam
sequenti: ⁊ secunduȝ omnes sanctos ⁊ philosophos.
Consequentia patet per Augusti. 7. de trinita. vbi di-
recte hanc conclusionem ex intentione probat sic. di-

cens. Si patri non est hoc esse qđ sapere non ibi erit
iam summa simplicitas: ⁊ mox destruit consequens:
sed absit inquit vt ita sit: quia ibi est vere summa sim-
pliciter essentia: ⁊ ex hoc statim nullo interposito in-
fert oppositum antecedentis di. Hoc ergo ē ibi esse qđ
sapere: ⁊ paulopost exponit qđ dixit inconueniens.
Quid enim aliud dicimus cum dicimus: hoc illi est
esse qđ sapere: nisi eo est quo sapiens est: hec omnia
ita clare continent propositum: vt nulla sit expositio
necessaria. ¶ Quinto. sequitur q aliquid de deo di- Probat quinto.
ctum ad se: seu non relatiue significaret aliquid qđ ipsa
deitas in se haberet: ⁊ illud ipsa non esset: nam sapi-
ens dicitur de deo ad se: ⁊ significat dei sapientiā: seu
sapiens formalitatem qua deus sapiens est: hanc au
tem formalitatem deitatis habet: ⁊ secundum hypo-
tesim non est ipsa. ergo ipsa deitas non est summe
simplex: patet consequentia per Augustinum vndeci-
mo de ciuitate dei: ⁊ allegatur eius dictum in distin.
presenti: ait enim. In quo pater ad semetipsum dici-
tur non ad alterum hoc est quod habet: ad semetip-
sum dicitur viuus habendo vitam: ⁊ eadem vita ipse
est: propter hoc vtique natura dicitur simplex: cui nō
sit aliquid habere vel quod possit amittere: vel aliud
sit habens aliud qđ habet. Et Isydo. (vt etiam ma-
gister allegat) Deus dicitur simplex quia non aliud
est ipse: ⁊ aliud qđ in ipso est. ¶ Sexto. Si hec enti- Probat sexto.
tas non est illa vt dicit ille Doc. demonstrata in sub-
iecto formalitate sapientie: ⁊ in predicato ipsa diuini-
tate. ergo hec entitas est creatura: ⁊ sic aliqua creatu-
ra est in deo ⁊ eterna: que erronea ⁊ falsissima sunt:
consequentia patet: quia omnis entitas que deus nō
est: creatura est: ⁊ patet per Augustinum primo de tri
nita. Ubi volens probare filium dei esse verum deū:
probat primo ipsum non esse factum: ⁊ tunc arguit
sic. Si factus non est: creatura non est. Si autem cre-
atura non est: eiusdem cum patre substātie est: omnis
autem substantia que deus non est: creatura est: ⁊ q̄
creatura non est: deus est: ⁊ si non est filius eiusdem
substantie cuius est pater: ergo facta substantia est
⁊c. Accipit autem substantiam pro essentia commu-
niter vel entitate: alias vt patet non sufficienter pro-
baret eum esse vnum cum patre deum. Item idem
de moribus ecclesie. Omne inquit qđ est: aut deus
aut creatura est. ¶ Septimo. Idem probo ex dictis Probat septimo.
proprijs opinantis: ipse nanque in suis reportatis pa
risiensib9 lib. primo dicit expresse q vita intellectualis
seu intellectualitas est de per se quiditatiua ⁊ formali
ratione essentie diuine: ⁊ probat per hoc: quoniaȝ qđ
potest inquit idem esse alicui non est perfectissime in
illo nisi sit de ratione quiditatiua ⁊ sit intrinsece sibi
idem. Intellectualitas autem perfectissime deo con-
uenit igitur ⁊c. ergo intellectualitas secundum euȝ: nō
est formalitas distincta a diuina essentia: ⁊ per conse-
quens nec intellectus aut sapientia aut aliquid huius
modi: alias non perfectissime deo conueniret vt ipse-
met fatetur. ¶ Item. d. 45. eiusdem repor. in respon-
sione ad secundam questionem. dicit q nunq̄ȝ predi-
catio in abstracto est vera nisi sit primo modo per se:
⁊ per consequens quiditatiua secundum eum: ergo vt
illa non est vera. diuinitas est sapientia: qđ nec ipse
nec aliquis thco. diceret: vel est quiditatiua ⁊ primo
modo per se: ⁊ per consequens sapientia non est alia
formalitas a diuinitate. Hec conclusio probatur au-
ctoritatibus adhuc preter allegatas in rationibus iaȝ
factis. Ait enim Augu. 15. de tri. Non. n. percepit de-
us sapientiam qua esset sapiens: sed ipse sapiētia est.

Item Gregori·16·moralium super primo. Qui autem nouerunt eum ignorant dies illius. ait sic·Deus nanque hoc est qd habet: eternitatem quippe habet: sed ipse est eternitas: lucem enim habet·idest sapientiam: sed lux sua illa est·claritatem habet: sed ipse est claritas sua·Non est ergo in deo aliud esse et aliud habere· Huic concordat Ansel·Mono·Si ergo summa natura nõ est iusta nisi per iustitiam: nec iusta pt esse nisi per se: quid magis perspicuum? quid magis necessarium qȝ q eadem natura est ipsa iustitia? Et subdit·Quapropter si queratur quid sit illa summa natura quid verius respondet qȝ iustitia? Sed constat q omnes tales predicationes in abstracto essent false posita tali distinctione formali: cum nihil sit illud a quo distinguitur·ergo et c· ¶ Confirmatur quia tunc non proprie deus diceretur esse iustitia vel sapientia: sed habere iustitiam econtra clamante Ansel·vbi proxime·Sũma natura non proprie dicitur quia habet iustitiam: sed quia existit iustitia·Ad hoc etiam est auctoritas Comen·xij·methaphi·vbi dicit q deus est sapiens et viuus: et scientia et vita proprie dicuntur de deo: et infra dicit in eodem commen· q in talibus predicationibus nullus modus est quo distinguatur predicatum a subiecto: et disposito extra intellectum·scilicet in essentia rei·Verba omnia sunt sua·

Cõclusionẽ secundam primo probat·

Secundam conclusionem probo· Primo sic·si essent tales perfectiones in deo distincte alique entitates: deus non esset summe simplex· Probo consequentiam primo ex intentione Ansel·mono·sic arguentis·Cum summa natura nullo modo composita sit: et tamen omni modo tot illa bona sit necesse est vt illa omnia non plura sed vnum sint· Idem ergo est quodlibet vnum eorum qd omnia siue simul siue singula·Et cum dicitur iustitia vel essentia idem significat quod alia: vel omnia simul vel singula·Ex his patet q hac consequentia vtitur Ansel· Si summa natura est simplex: illa bona non sunt plura: ergo ex opposito consequẽtis: si sunt plura: illa natura non est simplex·

Secũdo pbat·

¶ Probatur etiam ratione: quoniam de ratione simplicis inquantum simplex est: est non includere plura: et non posse actu: aut etiam intellectu in plura diuidi: vt dicit Ansel·de incarna·verbi· et Philosopho nono methaphi·capitu·de vno: et Comen·12. methaphi·dicit q simplex absolute significat indiuisibile actu et potentia· ergo si aliquid est diuisum in plura·seu si est plura quorũ scilicet non qdlibet est ipsum nec aliquid vnum: indiuisum omnino est quodlibet illorum· Hoc enim modo tantum vere dicitur aliquid esse diuisum in plura· Unde non obstante q deus sit trinitas personarum: non tamen diuisus est in personas cum quelibet sit ipse: et ipse omnino indiuisus quelibet est earum·Si ergo inquantum aliquid est diuisum: ipsum non est simplex: sed si sit talis multitudo perfectionum diuinarum extra animam comprehendens illas est diuisum in illas: ergo go illud non est simplex· Nisi forte ad hoc dicatur q licet quelibet a qualibet alia sit diuisa: quelibet tamen est ipse deus: vel aliqd vnum in se indiuisum est quelibet illarum· Sicut dicimus de personis que inter se distincte existentes sunt diuinitas et vna simplex essentia dei· Sed istud opinio ista dicere non potest vt statim patebit·Et quamuis aliquis hoc diceret: irrationabiliter loqueretur· Nam secundum hunc modum in qualibet persona esset vere trinitas: Immo quaternitas: Immo et millenarius non minoris inter se distinctionis qȝ sit distictio personalis trinitatis: quod abhorreret auris humana: et patet cõsequentia·quia non minor est distinctio absolutorũ qȝ relatiuorum· Unde et doctores cõmuniter refugiunt assignare distinctionem personarum per aliqua absoluta·Et preterea·Cur sapientia non erit vnum suppositum et iustitia aliud: et sic de ceteris? ¶ Tertio probo consequẽtiam ex dictis opinantis·Et sũmo.verbi gratia·sapientiam et iustitiam·Iste per te distinguuntur· Aut ergo se totis primo? aut non se totis primo? Si se totis primo? ergo per opinantem. xxvj.distinctione contra propositum sunt primo diuersa: et non aliquid idẽntia·Sic enim arguit ipse de personis aduersus eum cõtra illum· Et si sic? ergo in se comprehendens sapientiam et iustitiam non est simplex· Quomodo enim simplex est qd plura includit quorum vnum non est aliud alterum: nec ipse sunt aliqd idem qd sit singulum eorum? Sic enim quodlibet compositum posset dici simplex·Si vero non se totis primo: et tamen distinguuntur? ergo secundum tuam argumentationem aliquo sui sapientia est eadem iustitie: et aliquo alio sui distinguitur· Et iuxta modum loquendi aliquorum huius opinionis: dicitur q est eadem sua realitate et distinguitur propria formalitate· Et tunc quero de formalitate quam ponis distinctam a realitate. An se tota primo distinguatur a sua realitate? et tunc sapientia non erit in se simplex: aut aliquo sui tantum et aliquo alio sui distinguitur? et sic erit procedere in formalitatibus formalitatum in infinitum. Nec potest dicere q sapientia se tota primo sit eadem realiter: et se tota primo distincta formaliter: quia sic ei dicet Prepositiuus: q vna persona se tota primo eadem est alteri essentialiter: et se tota primo ab ea est distincta psonaliter: et non concluderet iste contra illum pluralitatem aliquam intrinsecam in persona vt intendit.

Tertio probat·

¶ Ad hanc rationem dupliciter videtur responderi ex dictis opinantis· Primo quidem q non omnis pluralitas facit compositionem: sed pluralitas illorũ tantummodo quorum vnum est potentiale respectu alterius: sicut habetur ex octauo Methaphisi· In pposito autem nulla formalitas est potentialis: sed quelibet summe actualitatis·ergo non componunt· Secundo dicitur q vitatur compositio et saluatur simplicitas vbi tales entitates vel formalitates habent summam et perfectam identitatem inter se: quia idem non componit nec aggregatur cum seipso: hoc autem contingit vbi huius formalitates sunt infinite· Nam propter infinitatem rationis quicquid potest esse cũ ea: est idem sibi·

Grego·de Ari·rõnes Scoti qrit soluere·

Hee rationes sententialiter ponuntur ab eo dist·5·questione vltima et distin·8·questione·4·Sed neutra sufficit· Nõ quidem prima: quoniam etsi per illam forte vitaretur compositio non saluatur tamen simplicitas: quia (vt probatum est) nihil includens plura modo premisso est simplex: tantoqȝ plus a simplicitate recedit quanto illa inclusa minus faciunt vnum· Constat autem q minus faciunt vnum plura quorum qdlibet est in actu: et nullum in potẽtia respectu alterius qȝ ea quorum vnum est in potentia ad aliud·sicut minor ẽ vnitas solius aggregationis qȝ cõpositionis vere: vt ipse etiam fatetur distin·ij·questione vltima· ¶ Secunda etiam responsio non valet: quoniam aut illa infinitas permittit secum aliam distinctionem vel pluralitatem formalitatum seu talium entitatum? et tunc non saluat simplicitatem· vt patet ex dictis·

¶ Quod

¶ Quod etiam confirmatur ex dictis eius: ponit enim quod realitas generis ⁊ realitas differentie in specie non composita ex diversis rebus: qualis est albedo aliquo modo componunt adinuicem: ⁊ species talis est composita aliquo modo quomodo secundum eum repugnat summe simplicitati: ut deo esse compositum: ⁊ tamen secundum eum distinctio tantum formalis est generis ⁊ differentie. ut patet distin. 2. questione ultima: ⁊ distin. 8. in illa questione utrum deus sit in genere: ⁊ lib. 2. d. 3. q. 6. ait. Illa infinitas nullam pluralitatem aliquorum permittit secum: tunc habeo propositum: ⁊ ipse recedit a proprio dicto. ¶ Ad hanc etiam conclusionem probandam bene potest applicari ratio Ansel. de incarnatiõe verbi quam facit contra quendam dicentem tres personas esse tres res distinctas: earum tamen esse unam voluntatem ⁊ potestatem. Sed propter breuitatem omitto. ¶ Auctoritatibus confirmatur conclusio. Ait enim Augusti. 6. de trinita. q in deo eadem est bonitas que sapientia ⁊ magnitudo: ⁊ eadem veritas que illa omnia: ⁊ non est ibi aliud beatum esse: ⁊ aliud magnum esse: aut sapientem: aut verum: aut bonum esse: aut omnino ipsum esse. Item. 15. de trini. Una in qua eademqz res dicitur siue dicitur eternus deus: siue imortalis: siue incorruptibilis: siue incõmutabilis. Itaqz cum dicitur uiuens ⁊ intelligens q est utiqz sapiens: hoc idem dicitur: non enim percepit sapientiam qua esset sapiens: sed ipse est sapientia. Et licet vita eademqz virtus siue potentia: eademqz species qua potens ac speciosus dicitur. Et infra eodem capi. Hec quattuor: scilicet: vita: sapientia: potentia: species: non equalia diuidenda sunt: nomina enim quattuor: res autem una est. Neqz valet dicere q Augusti. non dicit eam esse unam formalitatem sed unam rem. Dicendum q verum est q non utitur hoc vocabulo formalitas: quoniam nec suo tẽpore forte erat in usu ad hanc significationez in qua iste Doc. utitur. Sed in sententia idem dicit: cum tales predicationes in abstracto det que non possunt esse vere stante mutua formalitatis distinctione: seu entitatum earum que per predicatum ⁊ subiectum importantur. quod etiam iste Doc. habet concedere ut est ostensum sapenius. Ad hoc est alia aucto. Augusti. in primo dialo. ad seipsum: qui dicitur inquisitiones de trinita. Ibi enim inter cetera interogat sic. An aliquid differt i deo esse uiuere: ⁊ intelligere posse. ⁊ respondet nullatenus aliud est in deo esse ⁊ aliud intelligere: vel aliud uiuere ⁊ aliud posse: quia deus eo ipso quo est uiuit: ⁊ eo quo intelligit potest: ⁊ eo quo potest est: quia simplex diuinitas et natura unum habet esse uiuere ⁊ intelligere ⁊ omnino posse: sed non ita est in nobis: duz aliud est in nostra natura uiuere: aliud intelligere: aliud posse. In deo vero hec omnia unum atqz idem sunt. Ad hoc etiam est intentio Ansel. mono.

Gre. s rñdet ad rões Scoti ⁊ primo ad primam.

Ad rationes opini. respondeo. Ad primam dico q ita posset argui contra eum dicendo. Si infinita sapientia esset realiter infinita bonitas: sapientia in cõmuni esset realiter bonitas in cõmuni: quod cõsequens est falsum ut suum. Et consequentia probatur sicut sua: quia infinitas sicut non destruit formalem rationem eius cui additur: sic nec realitatem destruit. Respondeo tamen ad rationem negando consequentiam que etiam secundum dicta eius habet instantiam. Nam dicit q summa essentia. idest diuina est formaliter vita intellectualis ⁊ intellectualitas infinita. ergo essentia est formaliter intellectualitas infinita ⁊ vita infinita: nec tamen essentia in communi est formaliter vita vel intellectualitas in cõmuni: ⁊ similiter de alijs posset poni exemplum. Non enim inconueniens est aliquid esse de ratione inferioris qd non est de ratione superioris: nec ex hoc destruitur ratio superioris: ⁊ per hoc patet ad probationem illius. ¶ Ad confirmationem dicendum q loquendo de diffinitione dicente quid rei. Si diffiniretur sapientia diuina: diffinitio eius esset diffinitio bonitatis ⁊ econuerso: quicquid sit de diffinitionibus dicentibus quid nominis utriusqz secundum presentem institutionem. ¶ Ad secundam. Mihi est leue respondere: Ad scdam. qui non do aliqd principium emanationum preter ipsas personas. ut patet in precedenti distinctione: patet enim diuersitas principiorum per hoc q solus pater est principium filij. pater vero ⁊ filius sunt principium spiritus sancti: ⁊ secundum hoc q unus procedit ab uno alter a duobus: assignat rationem Augusti. 15. de trinita. quare filius est natus ⁊ verbum: non autem spiritus sanctus. Sed est datus ⁊ donum. Et similiter Ansel. Mono. Utrum tamen hec sit sufficiens ratio: an possit sufficientior assignari videbitur distinctione. 13. Secundo si detur principium quo (ut communiter datur) adhuc ratio non valet. Unde negabo tunc antecedens: quoniam non impossibile est diuersarum productionum idem esse principium: sicut patet q voluntas diuina secundum istum Doc. est principium spiritus sancti ⁊ principium creaturarum. Item nostra voluntas principium est diuersorum actuum. Lux quoqz principium illuminationis ⁊ calefactionis: ⁊ innumera exempla possent ad idem dari. ¶ Ad id qd dicitur non posse saluari sine distinctione principiorum q filius naturaliter. spiritus vero scilicet libere producatur. dico q hoc nõ impeditur ex unitate principij: quoniam ⁊ idem principium aliquorum potest esse principium aliquorum naturale liberum: patet de voluntate nostra. ⁊ similiter deus pater generat naturaliter ⁊ causat libere: ⁊ si voluntas sit principium spiritus sancti (ut vult iste Doc.) adhuc necessario erit principium: ⁊ libere ⁊ cõtingenter principium creature. Assumitur autem ⁊ unum falsum. scilicet q spiritus sanctus non naturaliter producatur ut infra patebit. Cur autem filius verbum non autem spiritus sanctus puto non esse nobis comprehensibile in vita ista de lege communi: siue ponatur talis distinctio principij siue non ut infra dicetur. ¶ Ad aliam probationem dico q sicut illa natura ex se determinata est ad tot supposita: ita ad tot productiones: nec alia causa querenda est: nec alia potest dari. ¶ Ad tertiam rationem. Dico q non Ad tertiaz. video in quo sensu illud antecedens possit esse verum: nisi forte in uno. videlicet. Si ly inquantum teneatur specificatiue: itaq specificet rationem dicentem quid nominis boni ⁊ veri: ⁊ denotetur predicatum esse de ratione illius cui additur: ⁊ de illo predicari in primo modo dicendi per se: ⁊ de alio non sic: sicut diceremus q homo inquantum unus est indiuisus ⁊ non inquãtum animal: eo q indiuisum primo ⁊ per se verificetur de uno: quoniam ponitur in ratione unius ⁊ non de animali: cum in eius ratione non cadat. Sic ergo in hoc sensu: quia secundum unum modum diffiniendi nomina predicta intelligibile cadit in ratione veri ⁊ non tamen in ratione boni. econtra vero diligibile in ratione boni ⁊ non in ratione veri. Unde hec videtur per se in primo mõ hz q in talibus ẽt pleitas.

intueiri verum est intelligibile:⁊ similiter ista bonum est diligibile:⁊ ſm hoc concedendo antecedens neganda est consequentia:sicut ⁊ hec neganda est:homo inquantum vivus est indiuisus ⁊ non inquantum animal:⁊ inquantum animal est substantia ⁊ non inquantum vivus:ergo in homine sunt ex natura rei distincte rationes animalis ⁊ vivus:cum vivum nullam entitatem vel formalitatem penitus addat supra entitatem que dicitur vna·vt patet·4·metha·atqꝫ·x·⁊·j·pbabitur·d·24·q·j.Si vero non sic accipitur:antecedens negandum est:q: in nullo alio sensu de virtute sermonis habet veritatem·❡ Ad auctoritatem Dama·dico q si iuxta sonuꝫ accipiatur sequeretur plusqꝫ iste velit concludere·videlicet q sapientia non est natura diuina:sed aliquid circa ipsam·Dicit autē iste q sapientia est nā diuina per identitatem:⁊ per consequens est ipsa ⁊ non circa ipsam·Dicendum ergo q non intendit Dama·q talia nomina significent aliqua existentia in deo a dei natura distincta:sed intentio eius est q ista ſm formam vocis videntur significare non ipsam naturam sed aliqua circa ipsam:q: sic etiam significant in nobis:licet autem sic videatur tamen nō est ita·Et hec responsio confirmatur per augustinum similiter loquentem ⁊ se statim exponentem·15·de trini·vbi ait·Si dicatur deus eternus imortalis incorruptibilis imutabilis vivus sapiens potēs speciosus iustus bonus beatus spiritus:horum omnium nouissimum qd posui·s·spiritus:quasi tātūmodo videtur significare substantiam:cetera autem huius substantie qualitates:sed non est ita in illa ineffabili simplicique natura:quicquid enim ſm qualitates illic dici videtur:ſm substantiam vel essentiam est intelligendū·Absit enim vt spiritus ſm substantiam dicatur deus ⁊ bonus ſm qualitatem:sed vtrunqꝫ ſm substantiaꝫ:sic omnia cetera queqꝫ cōmemorauimus·Et i fine·c·dicit q in deo idem est iustum esse qd bonum qd beatum:idemqꝫ spiritum esse qd iustum ⁊ bonum ⁊ beatum esse·Qd vero inducitur ex Dama·Dicenduꝫ esse methaphorice dictum:hoc dictum esse pelagus infinitum propter infinitam vel aliquantam multitudinem perfectiōum distinctarum in deo:sed ꝓpter vnice perfectionis ⁊ substantie infinitatem·❡ Ad auctoritatem Augu.de·8·de tri·Dicendum q ad illud sufficit distinctio conceptuum correspondentium his nominibus.verum:magnum:que tamen est alia qꝫ distinctio horum sapiens sapientiaꝫ:vt patebit in·q.sequenti:Nec propter illam argumentationem oportet ponere aliquam distinctionem veritatis ⁊ magnitudinis in deo:nec hoc intendit Augu·qd patet ex eo qd ait ibidem·Non enim illi maior est que verior nō est vbi est ipsa trinitas magnitudo:q: in essentia veritatis:hoc est verum esse qd est esse:⁊ hoc est esse qd est magnum esse ⁊c·❡ Ad rationem sumptam ex dicto Augu·contra Maxi·Dico primo q ita deducitur ad probandum tantam distinctionem esse attributalium perfectionum quanta est diuinarum personarū adinuicem qd iste Doc·non vellet concedere·❡ Respondeo tamen ⁊ dico q Augu·non facit dictam comparationem attendens maiorem vel minorem distinctionem personarum adinuicem qꝫ bonitatis ⁊ sapientie patris:sed attendens maiorem ⁊ minorem similitudinem ad esse partem ⁊ componere·Certum eniꝫ est q in creaturis tales perfectiones magis habent rationem partis ⁊ componibilium qꝫ supposita subsistentia:⁊ tamen in deo non componūt nec sunt partes:multo enim minus per seipse sunt partes aut cō-

ponunt:⁊ istud expresse patet intuenti sibi verba Augusti·que recitare propter breuitatem omitto:ponuntur autem a magistro·d·19·primi lib·capi·Non est aliqua trium personarum in fine·❡ Ad quartum·primo dico q per illam rationem pariter probaretur q distinguerentur realiter sic arguendo·De quibuscunqꝫ idem predicatum reale ⁊c·illa distinguuntur realiter·Et si dicas q sufficit distinctio formalis:tunc tibi dicetur sicut ⁊ tu dicis:q tunc non poterit ꝓbari aliqua distingui realiter aut plusqꝫ formaliter:⁊ iterū alius dicet eadem facilitate q sufficit distinctio rationis·❡ Respondeo tamen ad rationeꝫ q qualitercunqꝫ maior habeat veritatem (q: de hoc in·33.d·videbitur) minor est falsa:⁊ dico q sicut est verum dicere q diuinus intellectus intelligit:ita est verum q eius voluntas intelligit:⁊ sicut voluntas vult:ita intellect⁹ vult:qꝫuis tales predicationes:intellectus·vult voluntas intelligit:non sint per se in primo modo:qd tamē non infert aliquam distinctionem intellectus ⁊ voluntatis ex natura rei:⁊ similiter dico de alijs·Unde si ista sit vera·pater dicit memoria vel dicit intellectu (qd ego non habeo concedere) nisi memoria vł intellectus staret appropriate pro patre:q: non do principium quo aliud a principio qd·Si tamen inquam illa esset vera·hec esset etiam vera·pater dicit voluntate·et econtra si ista detur:pater spirat voluntate:hec etiam esset danda·spirat intellectu:q: intellectus ⁊ voluntas in deo sunt idipsum omnino ex parte rei·❡ Preterea·Cur talia non concesserim cum concedā q voluntas creata intelligit seu homo intelligit voluntate:⁊ vult intellectu: propter identitatem intellectus ⁊ voluntatis in eo:❡ Ad quintuꝫ·dico primo q si ratio illa aliquid valeret:ita probaret distinctioneꝫ rerum intellectus ⁊ voluntatis sicut formalitatuꝫ (nisi ad placitum qs loquatur) ⁊ tamen illud tu non concedis·Respōdeo tamen negando consequentiaꝫ:que etiam nullam habet apparentiam ex forma:cum nec subiecto conueniant nec predicato licet in vna parte conueniant predicati·Ad rem autem vlterius eundo dico q eadem entitas indiuisa omnino ⁊ simplicissima in deo est intellectio ⁊ volitio atqꝫ essentia:est tamen aliquorum obiectiue intellectio:quorum ipsa nō est volitio:⁊ quorum non est essentia·Nam nullius creature ipsa est essentia:⁊ tamen cuiuslibet ipsa est intellectio:⁊ omnium intelligibilium siue malorum siue bonorum est intellectio:nec tamen est maloruꝫ volitio·Ex hoc autem non sequitur aliqua distinctio inter intellectionem dei ⁊ eius uolitionem extra animā:quia cuiuscunqꝫ diuina intellectio est intellectio:eiusdeꝫ ē diuina volitio:⁊ similiter diuina essentia est intellectio:⁊ cuiuscunqꝫ diuina volitio est volitio:eiusdem diuina essentia ⁊ diuina intellectio est volitio:et cuius diuina essentia non est essentia:eiusdem nec intellectio nec volitio diuina est essentia·Exēpla patēt tam in deo qꝫ in creaturis·Constat·n·secundum omnes q vnica intellectiōe omnino indiuisa nouit deus tam preterita qꝫ futura:⁊ per consequens dei prescientia ⁊ dei intellectio sunt idipsum omnino a parte rei:⁊ tamen hoc non obstante illa intellectio aliquoꝝ est intellectio:quorum ipsa non est prescientia:puta preteritorum:quorum tamen intellectio est intellectio ēt eorundem prescientia est intellectio:⁊ quorum prescientia non est prescientia:nec eorum ipsa intellectio est prescientia·In creaturis autem certum est q intellectio qua·verbi gratia·Sortes nouit lapidē est aliqua essentia que nullatenus a seipsa est distincta:ita q

absqꝫ

absqꝫ nulla distinctione a parte rei illa intellectio est illa essentia: ꝛ illa essentia est illa intellectio: ꝛ tamen illa est intellectio lapidis: ꝛ non est essentia lapidis. Ex his patet ad confirmationem dicendum esse ꝙ illa maior sit vera: accipiẽdo significare cõmuniter etiã ad consignificare: alias nõ: vt patet in exemplis adductis. ❡ Ex quibus etiam potest argui contra aliam opi. ꝛ vlterius concedendum est ꝙ hoc verbū diligit aliquid connotat quod non connotat hoc verbum intelligit. Et similiter aliud cõnotat hoc nomen volitio: quod non connotat hoc nomen intellectio. Connotat enim volitio ꝛ dilectio: ꝛ similiter vult ꝛ diligit bonū .s. existens vel apparens. Naꝫ nomine volitionis in cõmuni intelligimus consensionem in bonum vel apparens bonum: sicut prescientia connotat futurum: quod tamen non cõnotat nomen intellectionis. Et quia omne quod deo apparet bonum est bonum: vtiqꝫ sequitur: deus diligit malum: ergo malum est bonum. quia vero nomen intellectionis illud non connotat: non sequitur. Deus intelligit malum: ergo maluꝫ est bonū. Tota ergo causa quare vna illarum est vera ꝛ reliqua falsa: est diuersitas terminorum quantum ad cõnotata: non auteꝫ diuersitas horuꝫ que significant in deo: seu pro quibus supponunt illa nomina: intellectio dei ꝛ volitio dei. Que diuersitas in connotando si tolleretur: ita ꝙ per nouam institutionem essent nomina nullatenus connotatiua: aut idipsum vnum cõnotaret quod aliud: ꝛ econuerso. vel vtraqꝫ illarum esset vera vel vtraqꝫ falsa: sicut etiam per nouam institutionem fieret: vt nomen prescientie nõ cõnotaret futurū neqꝫ aliquid quod non cõnotat nomen intellectiõis: nec econuerso: aliquid cõnotaret nomen intellectiõis quod non etiam cõnotaret nomen prescientie: tunc sicut hec esset vera: deus intelligit preterita. ita hec foret vera: deus prescit preterita. ꝛ sic ad ibidem.

Solruntur argu. Tho. Haruei facta ꝯ Scotuz.

Respondeo per ordinem ad omnes istas opi.

Et primo ad opi. Noui expositoris diui Thome. Et primo respondeo ad argumenta facta contra Doc. Ad primum negatur antecedens .s. ꝙ distinctio formalis sit maior reali. Ad probationẽ negatur ista propositio absolute sumpta .s. ꝙ distinctio per intimiora sit maior ꝙ̃ illa que fit tamen per non ita intima: sed per magis extrinseca. ❡ Unde pro intelligentia aliqua sunt notãda. Primo ꝙ aliqua magis distingui potest dupliciter intelligi. vel quia magis repugnant. vel quia minus conueniunt: vt patꝫ a doctore in isto primo. ꝛ in secundo. ꝛ in tertio ꝛ in quarto. ꝛ in quolibe. Et sic petrus ꝛ Jo. magis distinguunt ꝙ̃ petrus ꝛ albedo: accipiendo distinctionem pro repugnantia: magis .n. repugnant pe. ꝛ Jo. in eodeꝫ ꝙ̃ albedo ꝛ petrus: albedo tamen ꝛ petrus magis distinguntur quia minus conueniunt. Sunt .n. diuersoruꝫ pdicamẽtorū non sic Jo. ꝛ Pe. Et sic que magis conueniunt in predicato in quid minus distinguntur.

Aliqua distingui magis distingui. vel eo ꝙ magis repugnãt. vel eo ꝙ minus cõueniunt.

Secundo est notandum ꝙ distinctio realis in creaturis fundatur in alia ꝛ alia existentia reali: ita ꝙ illa que realiter distinguntur habeant aliam ꝛ aliam existentiã realem ꝛ realiter distinctaꝫ. Et ex hoc infero ꝙ .s. que realiter distinguntur in creaturis: de necessitate distinguntur formaliter si illa habent formalitatem. pꝫ quia quiditas rei ꝛ existentia ipsius sunt vna res. vt patꝫ a doc. infra in isto primo distin. xxxvj. ꝛ in secundo di. prima. q. secunda. ꝛ distin. 3. q. prima. ꝛ in tertio di. secunda. sic tamen intelligendo ꝙ quiditas est prior existentia. patet quia prior singularitate. vt pꝫ a doc. in secundo distin. 3. ꝛ singularitas de necessitate est prior existentia. vt patet a doc. vbi supra. Humanitas ergo Jo. ꝛ humanitas Petri in illo priori quo preintelliguntur ipsa existentia vere distinguntur: ꝛ nõ nisi quiditatiue siue formaliter: tamen vt sic non distinguũtur realiter: cum distinctio realis sit tantum reꝝ actu existentium: econtra tamen si realiter distinguntur. ergo ꝛ quiditatiue ꝛ formaliter. Tertio est notandum quia etsi Petrus ꝛ Jo. vt prescindunt ab existẽtia cõueniant quiditatiue in homine ꝛ in primo modo dicendi per se: nõ tamen vt existentes: quia vt sic tãtum per accidens conueniũt: ꝛ sic Pe. ꝛ Jo. actu existentes magis distinguntur ꝙ̃ vt non actu existentes: sed vt tantum considerati sm eorum quiditatem: quia vt sic minus in pdicato in quid minus conueniunt. Nõ sequitur ergo illa distinctio est maior que datur per intimiora. vt patet in exemplis supra. Immo illa distinctio est maior que infert alia ꝛ non econtra. vnde bene sequitur. distinguntur realiter. ergo ꝛ formaliter non tamen econtra: vt patet in multis: quia homo ꝛ risibile distinguntur formaliter non tamen realiter. Absolute ergo loquendo ista propositio est falsa. illa distinctio est maior que datur per intimiora. Si .n. bonitas ꝛ sapientia in diuinis cum sint entia absoluta realiter distinguerentur: a fortiori ꝛ formaliter siue quiditatiue. non tamen ecõtra. ❡ Dico etiã ꝙ aliqua distingui per extrinseca potest dupliciter intelligi .s. vel per extrinseca alterius predicamenti aduenientia enti post suum esse completum ꝛ vltimatum. vel per aliqua extrinseca eiusdem predicamenti: que etsi sint extra rationem formalem: sic tamen quiditatem rei cõsequuntur ꝙ dicunt eandem rem. Loquendo de huiusmodi extrinsecis negatur etiã ꝙ illa distinctio sit maior que datur per minus extrinseca. plus .n. distinguũtur Petrus albus ꝛ Jo. pater: ꝙ̃ Petrus ꝛ Jo. adinuicem: patet quia vt sic minus conueniũt. Nam ratione talium extrinsecorum predicatorum nõ cõueniunt in eadem specie nec in eodem genere vt patet. et tamen Jo. ꝛ Pe. in se considerati conueniunt in specie specialissima. Nec .n. proprie loquendo accipit maior vel minor distinctio ratione maioris vel minoris intimitatis: immo multotiens distinctio que datur per intimiora alicui erit minor. Minus distinguntur intellectus ꝛ voluntas ꝙ̃ intellectio ꝛ volitio: ꝛ tamen intellectus ꝛ voluntas sunt magis intima ipsi anime ꝙ̃ intellectio ꝛ volitio vt patet. Et similiter intellectus agens ꝛ possibilis minus distinguũtur ꝙ̃ operatio intellectus agentis ꝛ possibilis: supponendo ꝙ agens tantum causet speciem intelligibilem: ꝛ possibilis actum intelligẽdi. Immo si ista propositio esset vera .s. illa distinctio est maior que datur per intimiora profecto innumerabilia inconuenientia sequerentur que non oportet ad presens adducere. ❡ Dico vltra ꝙ applicatio sua non est ad propositum: quia cum dico aliqua intimiora ꝛ aliqua minus intima. ista loquutio debet accipi per comparationem ad tertium cui dicantur magis vel minus intima: ꝛ si hoc modo sumatur ꝙ illa magis inter se distinguntur que sunt magis intima .a. ꝙ̃ illa que sunt minus intima. propositio est manifeste falsa: immo sequitur ꝙ intimiora minus distinguntur vt exemplificaui: ꝛ patere potest ex dictis Sco. in primo distinctione secũda questione prima. vbi probat quomodo actus volendi in diuinis sit idem realiter ꝙ deus vide in illis corolarijs. Hic autem arguit de quiditate que oĩno supponit vt prima. ❡ Ad secundum argumentum premitto aliqua. Pri

Distinguũt aliqua dupliciter per extrinseca.

Esse formaliter infinitum dupliciter intelligi pōt·

mo esset formaliter infinitum potest dupliciter accipi· Uno modo q infinitas intensiua sit de formalitate siue de ratione quidditatiua illius cuius est. Secundo modo q tantum insit formaliter et denominatiue predicatione accipiendo denominatiua: vt distinguitur contra quidditatiuam: ita tamen q sit gradus intrinsecus illius cuius est· Si primo modo intelligit q sapientia abstracta abstractione precisissima sit formaliter infinita: patet esse falsum: quia infinitas non est de ratione quidditatiua diuine sapientie· Si secundo modo: ad hoc dico q sapientia sic abstracta non dicitur formaliter infinita: quia vt sic tantum includit predicata essentialia formaliter· vt supra patuit distin· v· q· prima· et in secundo distin· 3· questione prima· Nec Sco· asserit q vt sic omnino abstracta: eo modo quo dicimus secundum Aui· q equinitas est tantum equinitas sit formaliter infinita· Sed ipsa sapientia vt diuina bene est formaliter infinita accipiendo formaliter secundo modo· Secundo premitto q sicut talem entitatem consequitur necessario talis proprietas: vt ad humanitatem de necessitate consequitur risibilitas: ita ad talem entitatem consequitur a fortiori proprius gradus intrinsecus: cum sit intimior omni passione vel quasi passione· vt patet a doc· vbi supra distin· 3· questione prima· et in quolibe· questione· v· et sic ad humanitatem statim consequitur tanta perfectio intrinseca et ad lapidem tanta· Ita ad sapientiam diuinam statim vt gradus intrinsecus consequitur infinitas intensiua: ita q nihil perfectionis in entitate deficit sibi: cum infinitam perfectionem includat· Sapientia tamen quidditatiue accepta vt tantum includens predicata essentialia siue quidditatiua: non includit formaliter infinitatem: impossibile est tamen poni in esse quin necessario sit infinita actu et intrinsece· ratione ergo quidditatis formaliter distinguitur a quidditate bonitatis: et vt sic implicat ipsam formaliter includere bonitatem: immo vt sic nec realiter includit ipsam nec econtra· Cum ergo dicit q ipsa est formaliter infinita concedo modo preexposito: et concedo q ad nullam entis perfectionem simpliciter est formaliter terminata sic intelligendo· q ratione sue infinitatis omnem entis perfectionem simpliciter realiter includit nec plus concludit ratio· Si vero intelligat q omnem entis perfectionem simpliciter formaliter· i· quidditatiue includat· Hoc indiget probatione· Et cum probat quia si ab aliis perfectionibus distinguitur formaliter ponitur q coartata formaliter inter entis latitudinem ponitur· Patet responsio ex supradictis q si intelligatur quidditatiue vt sic: non est inconueniens poni infra entis latitudinem: cum vt sic tantum predicata quidditatiua includat realiter: tamen ratione sue infinitatis omnem perfectionem simpliciter sibi identificat· ¶ Ad tertium quando dicit si distinguuntur formaliter ex natura rei· ergo inest relatio realis: negatur consequentia: quia relatio realis est tantum inter extrema realiter distincta: et si aliquando sit inter extrema non realiter distincta· sicut est relatio voluntatis vt mouentis ad voluntatem vt motam: vt patet a doctore infra dist· xxvj· et in secundo distin· xxv· et in quolibe· hec tamen relatio non potest inesse nisi ratione alicuius tertij realiter distincti ad quodlibet in potentia receptiua et in actu virtuali ad illud producendum· vt exposui in secundo distin· xxv· nulla talis relatio potest esse inter perfectiones diuinas· vt patet intuenti· Dico etiam q forte distinctio formaliter non oritur ex natura rei inter extrema realiter distincta: quia licet illa extrema fundamentaliter distinguuntur: non tamen aliqua formali distinctione que sit relatio realis· Prima tamen responsio est sanior· Et ex his patet responsio ad rationes istius expositoris·

Infringit responsiones Gaie· date rationibus Scoti·

Ad responsiones quas facit Romus expositor Sancti Tho· ad rationes Sco· Cum dicit ad primam distinguendo de infinitate etc· q argumentum Scoti concluderet si sapientia diuina esset tantum infinita infinitate que attenditur penes gradus perfectionales proprie latitudinis rei: et sic formaliter distingueretur a bonitate· Dico q quamuis hec responsio sit ad propositum Doc· quia sapientia est etiam sic formaliter infinita: et certe talis infinitas concludit identitatem realem omnium perfectionum diuinarum: quia vt sic est perfectio simpliciter et formaliter infinita: et ideo ratione infinitatis identificat sibi omnem perfectionem simpliciter· Et hoc modo ista prima infinitas infert secundam: licet non ad illum sensum quem ipse ponit· Et quando dicit q sapientia diuina est infinita infinitate secunda· Si intelligit formaliter: patet esse falsum ex his que supra dixi· Si realiter: conceditur· sed tunc stat argumentum Doc· Uidetur etiam q sibi contradicat: quia dicit q si perfectiones diuine essent tantum infinite prima infinitate: q argumentum Scoti concluderet· s· q distinguerentur formaliter preter omne opus intellectus· et post concedit q prima infinitas tantum ratione distinguitur a secunda infinitate· Tunc sic· Prima infinitas et secunda infinitas sunt idem penitus ex natura rei preter omne opus intellectus· ergo si sapientia vt primo modo infinita distinguitur formaliter ex natura rei a bonitate· ergo vt etiam infinita secunda infinitate· patet consequentia: quia prima et secunda sunt simpliciter idem ex natura rei: et sic contradicit sibi·

Tho· Gai· et eius dictis videtur ad contradictionem·

¶ Preterea per te sapientia diuina vt secundo modo infinita tantum ratione distinguitur a bonitate· ergo etiam vt infinita primo modo· patet consequentia: quia iste due infinitates tantum ratione distinguuntur: et ex alia parte sapientia vt primo modo infinita ex natura rei distinguitur a bonitate et non tantum ratione· ergo manifeste sibi contradicit· ¶ Ad secundam responsionem quando negat istam minorem · s· q intellectus et voluntas precedunt rationem primi distinctiui: et ad probationem Doc· dicit q sufficit ad hoc q aliqua distinguantur intellectione vt intellectio est non vt natura: distinctio rationis fundamentaliter inter naturam et intellectum· Sed certe ista responsio nihil est: quia ex quo intellectus et voluntas precedunt rationem primi distinctiui secundum rationem: aut intellectus et voluntas sunt penitus idem ex natura rei: aut distinguuntur: Si secundo modo: habetur propositum· Si primo modo: ergo sicut intellectus intelligit et voluntas vt voluntas intelligit: et sicut voluntas vult ita intellectus vult· Et sicut intellectus est ratio producendi per modum nature· ergo et voluntas erit ratio producendi per modum nature· Et sicut pater producit filium intellectu vt principio formali productiuo· ergo etiam producit voluntate filium: que omnia sunt absurda· ¶ Preterea tu dicis q intellectus et voluntas tantum ratione fundamentaliter distinguuntur: et actu distinguuntur intellectione· Tunc sic· Intellectus et voluntas aliquo modo sunt priores intellectione· ergo aliquo modo distinguitur intellectus ab intellectione et non ratione vt patet: quia preintelligitur intellectio actualis intellectione vt negotiatiua· Et multa alia inconuenientia sequuntur ex data responsione· ¶ Ad aliam responsionem cum dicit q licet

dato

deus intueatur ab eterno perfectiões suas distincte: nõ tamen ab eterno distinctas actualiter· Adhuc ista responsio est debilior: quia quero si intellectus diuinus vt precedit omnem actum negociatiuum: aut intelligit perfectiones simpliciter simplices circunstare essentiam diuinam ex natura rei: aut vt tãtum quasdam relationes rationis: Si primo modo: habetur intentum q distinguitur ab essentia diuina seipsis· vt patet supra exponẽdo auctoritatẽ Dam· Si secũdo modo: Contra· quia relatio ratiõis etiam sm eos est tãtum per actum negociatiuum intellectus: sed talis intellectus precedit actum negociatiuũ· ¶ Preterea aut intellectus vt precedit actum negociatiuum vere ⁊ ex natura rei intuetur essentiam diuinam ⁊ omnem perfectionem simpliciter vt oĩno indistincta ex natura rei: aut aliquo modo distincta: Si secundo modo: habetur propositum· Si primo modo: ergo ista ẽ ita vera· essentia diuina intuetur omnem perfectionem simpliciter· sicut ista· intellectus intuetur· Et similiter ista erit vera· cognitio intuitiua intuetur siue intelligit· Item intellectio intuitiua terminatur ad rem existentem vt existens est· ergo talis noticia si terminatur ad essentiam ⁊ ad alias perfectiones simpliciter· vt intellectum voluntatem ⁊ huiusmodi· ergo iste perfectiones sunt ibi ex natura rei existentes· Tunc quero· aut sunt ibi vt omnino indistincta ⁊ re ⁊ ratione: aut vt distincta re vel ratione: Si primo modo: ergo hec erit falsa· intellectus diuinus intelligit essentiam: q2 tunc intellectus non est nisi per actum negociatiuum: ⁊ similiter hec erit falsa· intellectus diuinus intelligit intellectione: quia tunc intellectio non est nec in re nec in intellectu: ⁊ tũc oĩa ista intellectus: volũtas: eẽntia: intellectio: volitio: essent tantum synonima: imo vt tunc non possent nominari intellectus nec voluntas· Si secundo modo: aut intelligatur pro primo mẽbro: ⁊ tunc habetur propositum: quia distinguuntur ex natura rei: Si pro secundo membro: hoc nõ potest dici: quia in illo priori nõ habetur actus negociatiuus intellectus· ¶ Ad quartam responsionem· quãdo dicit q sufficit q obiecta intellectus ⁊ voluntatis distinguantur fundamentaliter· Contra hanc responsionẽ S· Tho· vult q obiectum siue ratio formalis obiecti voluntatis sit bonum siue bonitas: ⁊ obiectum intellectus siue ratio formalis obiecti intellectus sit verũ vel veritas· Tunc arguo sic· quandocũq3 due potẽtie respiciunt idem obiectum sub alia ⁊ alia ratione formali obiectiũi vere respiciunt ergo in tali obiecto erũt necessario distincte rationes: alioquin nõ vere respicerent sub alia ⁊ alia rõne: sed intellectus diuinus respicit essentiam intelligendo vt veram: ⁊ volũtas respicit amando illam vt bonam nõ vt veram· ergo tales rõnes formales erunt ibi: aliter nõ vere aspicerẽt· Sicut si aspicerem parietem vt album ⁊ tamen nõ esset albus: tunc false aspicerem · Et tũc quero: aut sunt ibi ex natura rei: ita q vna nõ est precise alia: ⁊ habetur propositum: aut sunt ibi tãtum per actum intellectus diuini: ⁊ hoc nõ: quia actus rectus intellectus precedit omnem actum comparatiuum siue negociatiuũ· Sequitur ergo q si intellectus diuinus intelligit eẽntiam vt veram ⁊ nõ vt bonam: ⁊ hoc ante omnem actum collatiuũ intellectus diuini· q bonitas ⁊ veritas erit ibi ex natura rei ⁊ distincte preter omne opus intellectus· ¶ Ad quintam responsionem· cum dicit q ad hoc vt non dicantur synonima sufficit distinctio conceptuum: quia synonimeitas est passio nominuz· ideo non attenditur penes idemptitatem rationis formalis rei sm se: sed penes idemptitatem conceptus: quia voces sunt note earum que sunt in anima passionum· Contra hanc responsionem arguo· Primo q2 falsum est q synonima tantuz attendantur penes vnitatem conceptus· Tum quia voces principaliter significant res· vt probat Doctor in primo Perhyer· Tuz quia concesso q sit penes vnitatem conceptus: tunc sequitur q etiam synonima erũt apud intellectum diuinum qui non potest habere nisi tantum vnum conceptum de omnibus perfectionibus diuinis: patz q2 tantum vnicam ⁊ simplicissimam intellectionem· Et sic in illo priori tantum erunt synonima · Tum quia etiam apud intellectum nostrum erunt synonima: q2 intellectus noster non poterit habere nisi vnum conceptum: ⁊ hoc negando vniuocationez entis· vt supra patuit distin· 3· questione prima ⁊· 3· ⁊ distin· viij· q· secunda· Et ipse Tho· S· negat ens dici vniuoce de deo ⁊ creatura· Tum quia quero cum intellectus meus intelligit deum sapientem vel vt bonum: ista intellectio ad quid terminatur: aut ad bonitatem ex natura rei: ⁊ habetur propositum: aut ad bonitatẽ que sit relatio rationis: ergo nullum conceptum realẽ possumus habere de aliqua perfectione diuina: cui9 oppositum probatum est supra distin· 3· questione prima· ⁊ distin· viij· 2· ¶ Ad sextam responsionem ⁊c· Cum dicit Doctor q inter perfectiones diuinas est ordo demonstrationis quo Doc· vnam demonstrãt ex alia: ⁊ q est distinctio inter pdicationes vt ista ẽ vera· sapientia non predicatur formaliter de bonitate ⁊c· Dicit q ex parte rei sufficit ad omnia illa distinctio rationis virtualiter vel fundamentaliter· S3 hec responsio minime soluit rationem Doc· vt supra patuit: nec oportet hic eam alter improbare: cum sit sufficienter supra improbata· Ridiculum· n· est q sancti demonstrent vnam relationem rationis per aliam: ⁊ impleant tot quinternos indagando ⁊ inquirendo diuinas perfectiones: ⁊ concludere vnam ex alia: ⁊ negare vnam ab alia formaliter: si tantum essent entia rationis que eq3 primo possunt formari nedum ab intellectu diuino: sed etiam ab intellectu creato· ¶ Ad septimam responsionem, quando dicit q in diuinis nulla est contradictio formaliter sed fundamentaliter tantum: quia alterum contradictoriorum est formaliter negatio. Patet q ista responsio parum valet· Tũ quia idem concluderetur de omni contradictione in creaturis· vt lapis ⁊ non lapis: ⁊ sic tantum per opus intellectus lapis ⁊ non lapis contradicũt· Quicquid sit de hoc an negatio sit tantum per opus intellectus: ⁊ similiter non esse precedens vel sequens non sit tñ per opus intellectus: nõ est presentis speculationis· Loquendo tamẽ de ꝯtradictorijs fundamentaliter· i· de his que possunt fundare cõtradictoria: nõ potest saluare multa ꝯtradictoria in diuinis nisi ponatur distinctio aliqua a parte rei· Ista est vera preter omne opus intellectus· Deus intelligit essentiam suam intellectu ⁊ intellectione: ⁊ nõ vult ipsam intellectu ⁊ intellectione: ⁊ similiter volũtas diuina diligit essentiaz diuinam preter omne opus intellectus voluntate ⁊ volitione: ⁊ nõ vult intellectu ⁊ intellectione· ergo ibi necessario pter oẽ opus intellectus erit distinctio iter intellectum ⁊ voluntatez: inter intellectionem ⁊ volitionem· Et multa alia possunt inferri: ⁊ certe nõ opz fugere ad distinctionem rationis: quia ante omnem actum negociatiuum intellectus diuinus vere intelligit essentiam suam: ⁊ nullo mõ intelligit volũtate aut volitione· ¶ Ad vltimam responsionem. Cum dicit q

emanationes non ideo realiter distinguntur qz vna
est ab intellectu ⁊ altera a voluntate:sed quia habent
realem oppositionem relatiuam· Contra hanc respō
sionem arguo presupponendo mihi vnum verum·vz
ꝙ emanatio verbi in diuinis fit per modum nature:
⁊ emanatio spiritus sancti fit per modū voluntatis·
primum patuit supra distin·2·parte·2·q·3·⁊·iiij·⁊
specialiter distin·vj·⁊ infra distin·xiij·secundum pa-
tebit infra distin·x·⁊·xj·⁊·xiij·Secundo presuppono
ꝙ emanatio spiritus sancti seipsa formaliter distin-
guit̄ ab emanatiōe verbi.vt infra patebit distin·xiij·
⁊ in quolibe·Tertio presuppono ꝙ iste emanatiōes
sunt in deo ex natura rei ⁊ distincte pter omne opus
intellectus· His presuppositis arguo sic·Emanatio
verbi dicitur realiter emanatio per modum nature:⁊
hoc non habet ex se:sed quia est a principio producti
uo per modum nature:qui cōmuniter assignatur in-
tellectus ·emanatio spiritus sancti est realiter emana
tio per modum libertatis:⁊ nullo modo per modum
nature:⁊ hoc nō habet ex se vt patet·ergo a principio
formali productio quod cōmuniter assignatur volun
tas·ergo intellectus ⁊ voluntas distingitur preter
omne opus intellectus:quia intellectus tātum pdu-
cit per modum nature:⁊ volūtas per modum liberta
tis·Isti·n.sunt modi omnino oppositi·vt patuit su-
pra dist·secūda parte secūda·questiōe vltima·⁊ infra
dist·x·Si·n·nulla distinctio preter omne opus intel
lectus nō poneretur inter intellectum ⁊ voluntatem:
tunc spiritus sanctus ita esset per modum nature si-
cut per modum voluntatis ⁊ econtra·ita filius esset
per modum voluntatis sicut per modum nature· Se
queretur etiā ꝙ spiritus sanctus·ita econtra primo
esset ab intellectu paterno sicut ⁊ filius:⁊ sic spiritus
sanctus non esset a filio· Ideo·n·nunc est a filio quia
intellectus patris sicut est prius operatiuus ꝙ volū-
tas:ita ⁊ prius productiuus· vt supra patuit distin·
secūda parte secūda·q·3·⁊ distin·vj·⁊ in illo priori cō
municatur volūtas filio vt principium productiuū:
⁊ sic spiritus sanctus procedit a filio· Si vero intelle-
ctus ⁊ voluntas essent penitus idem a parte rei:eque
primo spiritus sanctus esset a patre ⁊c·

Soluuntur rōes Gul· Ochā quas fecit contra Doc·

Secundo principaliter respon-
deo ad
rationem Ocham quam facit contra Doc·de distin-
ctione formali attributorum·Dico primo ꝙ illa pro-
positio est sufficiens·s·vbi est aliqua distictio ibi pos
sunt aliqua contradictoria verificari· Cōcedo·n·istā
absolute:sed negatur ista·vz·ꝙ impossibile est cōtra-
dictoria verificari de quocumqz nisi illa pro quib⁹ sup
ponunt sint distincte res:vel distincte ratiōes:vl' res
⁊ ratio:quia ad verificandum contradictoria de aliq-
bus sufficit ꝙ sint distincte formalitates:vel ꝙ sint n̄
idem formaliter:vel ꝙ vnum dicat veram formalita-
tem ⁊ aliud non dicat eandem:sed tantum dicat mo-
dum vel gradum intrinsecum illius formalitatis· si-
cut supra patuit ꝙ modus intrinsecus non dicit di-
stinctam formalitatem ab eo cuius est modus : ⁊ ta-
men est non idem formaliter· Sufficit etiā ad verifi
candum contradictoria preter opus intellectus de ali
quibus:ꝙ illa sint due realitates que tantum distin-
guntur ex natura rei:sicut forte intellectus possibilis
⁊ intellectus agens ⁊ animal ⁊ homo· Non est ergo
necesse ad verificandum duo contradictoria preter
opus intellectus de aliquibus ꝙ illa sint duo res acci
piendo rem proprie·Et cum infert ex ista propositio-
ne falsa·Ergo si esse idē formaliter sapientie verifica

Ad verificādū duo ꝯdictoria nō sēper requirit̄ ꝙ illa cē duas res·

tur de sapientia ⁊ vere negatur de bonitate:oportz ꝙ
sapientia diuina ⁊ bonitas diuina importent aliqua
que non sunt idem realiter· Negatur ista consequen-
tia:quia de intellectu possibili vere affirmatur ꝙ est
receptiuus realiter speciei intelligibilis ⁊ actus ⁊ ha-
bitus:⁊ vere negatur de intellectu agente etiam preter
omne opus intellectus·ergo intellectus possibilis ⁊ i
tellectus agens distinguuntur realiter: nō sequitur·
Similiter intelligere vere ⁊ realiter affirmatur de in-
tellectu ⁊ negatur de voluntate:ergo intellectus ⁊ vo-
luntas sunt due res: non sequitur · Sunt·n·vna res
realiter·vt erat probatum a Doc·in secundo distin·
xvj·immo fm ipsum Ocham inter intellectum ⁊ vo-
luntatem nulla est distinctio ex natura rei·¶ Ad con
firmationem illam negatur illa similitudo:quia cum
aliquid affirmatur·puta de paternitate ꝙ est incom-
municabilis:⁊ illud negatur de essentia diuina:sequi
tur ꝙ non sunt omnibus modis preter intellectum ne-
gociantem:sed non est sic cum esse absolute affirmat̄
de·a·⁊ negatur de·b·quia esse absolute sumptū im-
portat esse existentie ⁊ essentie:⁊ sic ex affirmatione ⁊
negatiōe esse absolute loquēdo posset forte inferri di-
stinctio realis·Aliud est·n·dicere sapientia diuina nō
est absolute bonitas diuina:⁊ aliud dicere sapiētia di
uina nō est formaliter bonitas diuina· Et similiter
aliud est dicere esse sapientie diuine formaliter affir-
matur de ipsa sapientia diuina ⁊ formaliter negatur
de bonitate diuina:⁊ aliud dicere esse absolute sapiē-
tie diuine affirmatur de sapientia diuina ⁊ absolute
negatur de bonitate diuina·Et cum dicit ꝙ ita sunt
ista contradictoria·esse formaliter sapientiam diuinā
⁊ nō esse formaliter sapientiam diuinam·sicut illa ab
solute·esse sapientiam diuinam ⁊ non esse sapientiā
diuinā·ergo ita ex illa contradictione licet inferre nō
idemptitatem realem sicut ex illa·Dico ad antecedēs
ꝙ quāuis omnia contradictoria quātum ad rationes
formalem contradictionis equaliter distent·vt supra
patuit distin·secunda·quia recedendo etiam a mini-
mo esse statim fit sub non esse·ita·n·ista contradicit
Deus ⁊ non deus·sicut lapis ⁊ non lapis · Sed non
sequitur postea ꝙ hec contradictoria ita inter se di-
stent sicut ⁊ illa·ergo sicut vna contradictio infert di-
stinctionem realem ergo ⁊ reliqua: non sequitur · ita
enim genus ⁊ nō genus cōtradicunt sic sortes ⁊ non
sortes·ergo sicut sortes ⁊ nō sortes infert realem disti
ctionem·ergo similiter genus ⁊ nō genus·sic dico in
proposito de·a·⁊·b·

Nunc ostendendum est respon
siones
Ocham nullo modo euadere rationes Doc·Cūz ergo
cōtra primam rationem Doc·infert·sapientia infini-
ta est formaliter ens infinitum·ergo sapientia in cō-
muni est formaliter ens in cōmuni·¶ Dico primo ꝙ
ista nō est simpliciter vera·sapientia formaliter infi-
nita est formaliter ens infinitum:quia infinitas dicit
gradum intrinsecum illius cuius est· sequeretur·n·
ꝙ ens sub ratione infinitatis intensiue esset de quidi-
tate ⁊ formalitate sapientie infinite:sed bene ista est
vera·sapientia infinita est realiter ens infinitū· ¶ Di
co secundo ꝙ concesso hoc antecedente.sapientia infi
nita est formaliter ens infinitum·ꝙ consequentia est
vera·ergo sapiētia in cōmuni est formaliter ens in cō
muni·Et cum dicit ꝙ fm Sco·deo ⁊ creature tātum
conceptus est cōmunis:qui conceptus vel est eius ra-
tionis tātum:vel est realiter actus intelligendi·Dico
ꝙ hoc non habetur expresse a doc·Et posito hoc ad-
huc

Rōnsiones Ochā Sceti argu·diminime satisfaciunt·

huc nihil: quia eo modo quo concedimus conceptum entis predicari formaliter & in quid de conceptu substantie: eo modo concedimus substantiam esse formaliter ens. ¶ Si dicatur. Unus conceptus non est de quiditate alterius. ¶ Potest dici & si conceptus in cōmuni non sit proprie de essentia alterius: tamen pro tanto potest dici de essentia: pro quanto illud a quo sumitur conceptus entis est de essentia illius a quo accipitur conceptus substantie. Sic posset dici in ꝓposito q̄ si sapientia formaliter infinita sit formaliter ens infinitum: q̄ sapientia in cōmuni erit formaliter ens in cōmuni: quia conceptus entis in cōmuni accipitur ab aliqua quod est de essentia sapientie: & sapiētia in cōmuni accipitur ab aliquo quod includit essentialiter illud a quo accipitur ens in cōmuni. ¶ Dico secundo q̄ etsi ens cōmune deo & creature siue conceptus entis non dicat aliquam realitatem propriam ipso deo. vt supra notaui: & tamen predicatur in quid de deo: quia talis conceptus acceptus est ab aliqua entitate in deo dicente quid: vt exposui infra distin. xxv. ideo hec est quiditatiua. deus est ens. Sic dico de cōceptu entis qui predicatur in quid de sapientia dei. hec .n. est in quid. sapientia est ens. & tunc ens accipitur ab aliquo in sapientia dicente quid. Et sic bene sequitur. si sapiētia formaliter infinita est formaliter ens infinitum. ergo sapientia in cōmuni est formaliter ens in cōmuni. Et sic si ista esset vera. sapiētia formaliter infinita est bonitas infinita. ergo sapientia in cōmuni est formaliter bonitas in cōmuni: vel saltem illud a quo accipitur bonitas in cōmuni esset de formalitate & de quiditate illius a quo accipitur sapientia in cōmuni: quod est manifeste falsum. ¶ Posset etiam dici q̄ etsi sapientia in cōmuni vt abstracta a sapientia diuina non dicat conceptum realem respectu illius: nec similiter conceptus entis vt abstractus a deo: tamen conceptus sapientie in cōmuni etiam trāscendentis vt abstractus a sapiētia creata: & similiter conceptus entis vt abstractus a creatura posset dici conceptus aliquis realis qui non diceretur actus intelligendi: & sic dico de bonitate. diceretur tamen conceptus entis in quid de conceptu sapientie in cōmuni. Et hoc modo posset concedi q̄ si sapientia formaliter infinita sit formaliter ens infinitum: q̄ sapientia in cōmuni sit formaliter ens in cōmuni. Et tamen eēt valde inconueniens de sapientia & bonitate: quia si sapiētia infinita sit formaliter bonitas infinita. ergo sapientia in cōmuni erit formaliter bonitas in cōmuni: q̄ est manifeste falsum. Et sic patet quomodo hec instantia facta ab Ockam nihil facit contra rationem Doctoris. ¶ Ad aliam instantiam. cum dicit si sapiētia infinita sit formaliter bonitas infinita. ergo & sapientia in cōmuni erit formaliter bonitas in cōmuni. ergo similiter videretur sequi hic. sapientia infinita est realiter ens infinitum. ergo sapientia in communi erit realiter ens in cōmuni: sed hec consequentia ē falsa: quia sapientia in communi non est realiter ens in communi vt patet. Respondeo vt supra responsum est. Concedo .n. q̄ sapientia infinita sit realiter ens infinitum. ergo sapientia in communi est realiter ens in cōmuni. Unde dico primo q̄ illud a quo accipit̄ sapientia in communi est realiter idem illi a quo accipitur ens in cōmuni: & hoc quando accipiuntur ab eadem re. Dico secundo q̄ consequentia hec non tenet: quia idemptitas realis est ratione infinitatis. ideo .n. sequitur q̄ si sapientia sit formaliter infinita: q̄ rōne infinitatis idemptificet sibi realiter quicquid potest si competere ex natura rei: & quia infinitum ens competit sibi ex natura rei: ideo illud sibi realiter idemptificat: abstracta tamen infinitate nō remanet cā idemptitatis realis ad ens tale: nisi forte econtra propter infinitatem entis. Et ideo abstracta infinitate tam ab ente q̄ a sapientia: tantum rationes formales illorum remanent que non sunt cause idemptitatis realis. Et ideo non est simile hic & ibi: quia hic tollitur ab vtroq3 extremo ratio idemptitatis realis: ideo nō sequit̄. sapientia infinita est realiter ens infinitum. ergo sapientia in communi erit realiter ens in cōmuni: quia in añte remanet & affirmatur causa idemptitatis realis .s. infinitas actualis: & in consequēte negatur causa idemptitatis realis .s. infinitas actualis: & ideo non sequitur. Si tamen arguatur vt Doc. noster arguit. Si sapientia infinita est formaliter infinita entitas: sic infinita bonitas: statim sequitur q̄ sapientia i cōmuni erit formaliter bonitas i cōmuni: quia illud q̄d est causa idemptitatis formalis tam in añte q̄ in cōsequente affirmatur: quia quiditas sapientie & bonitatis est precisa ratio idemptitatis formalis: tenendo q̄ sapientia infinita sit formaliter bonitas infinita: et tales entitates etiam remanent in communi vt patz. Et ideo non est simile hic & ibi. Et quod dicit q̄ quādo cōceditur. sapientia infinita est formaliter bonitas infinita. ergo sapientia in communi erit bonitas i cōmuni. Concedit q̄ ideo sapiētia infinita distinguitur a bonitate infinita. ergo & in cōmuni: quia infinitas additur tantum ipsis conceptibus: & sic isti conceptus distinguuntur. Dico primo quia infinitas intensiua non potest inesse realiter ipsis conceptibus: quia tūc conceptus talis esset realiter infinitus: sed additur ipsis rebus. puta sapientie vt supponit pro re. non autē vt supponit pro conceptu. Et semper loquitur Doc. de rebus significatis: nō autem de conceptibus cum dicit sapientia infinita &c. ¶ Conceditur illud argumentum .s. quando aliqua cōia distinguuntur quodlibet contentum sub vno a quolibet contento sub alio aliquo modo distinguitur. Et similiter illa confirmatio sequens .s. diuersorum generum &c. Et falsa est illa responsio .s. q̄ idem omnibus modis potest esse contentum sub vtroq3 cōmuni s̄m philosophum li. Topi. Dico q̄ Arist. in nullo loco asserit q̄ vnum & idem possit contineri quiditatiue sub diuersis generibus. hoc .n. est simpliciter impossibile: loquendo semp̄ de diuersis generibus non subalternatis positis: immo expresse contrarium asserit in libro predicamentorū. Et etiam falsa est expositio illius auctoritatis .s. Diuersorum generum & nō subalternatim positorū &c. q̄ tantum intelligatur de diuersis generibus ordinatis in eadem predicamentali coordinatione: ita q̄ primo vnum primum diuidatur in aliqua inferiora quorum quodlibet immediate negetur de alio &c. patet hoc non eē ad mentem philosophi. Ibi .n. in predicamentis exemplificat de diuersis generibus in diuersis coordinationibus. Et vltra. posito etiam q̄ intelligat in eadem predicamētali coordinatione: adhuc nō sequitur q̄ vnum q̄ idem possit contineri sub diuersis generibus nō subalternatim positis & hoc quiditatiue. Et sic falsum est q̄ deitas possit contineri sub diuersis cōmunibus: & hoc quiditatiue vt sub sapiētia in communi & sub bonitate in cōmuni tamq̄ sub cōmunibus quiditatiuis: q̄uis illa cōmunia non sint subalterna: quia ambo continentur sub ente. Hec .n. sunt manifeste falsa. primo quia deitas non cōtinetur quiditatiue sub sapientia: quia tunc sapientia posset

Obiectio.
Responsio.

Impossibile est idem quiditatiue sub diuersis generibus cōtineri.

de deitate quiditatiue predicari·Tum etiam quia nõ esset perfectio attributalis. patet quia talis perfectio presupponit esse quiditatiuum illius cuius est perfectio attributalis·Tum quia sm Dam·huiusmodi pfectiones circunstant substantiam infinitam ꝛ psupponunt eam·Et multa alia videntur sequi incõuenientia·¶ Ad secundam responsionem quam dat ad confirmationem rationis Doc·dicentis ꝙ includere formaliter aliud est illud includere in sua ratione formali:ita ꝙ si diffinitio includentis assignaretur:inclusum esset diffinitio vel pars diffinitionis· Sicut autẽ diffinitio bonitatis in cõmuni nõ habet in se sapientiam: ita nec infinita infinitam hec Sco·Contra quod dicit Ocham ꝙ nõ debet proprie concedi ꝙ sapiẽtia infinita includat formaliter bonitatem infinitam:sed proprie debet dici ꝛ veraciter ꝙ sapiẽtia infinita est formaliter bonitas infinita:ita ꝙ sunt omnibus modis idem·Dico ꝙ ista responsio nõ soluit rationem Doc· quia si sapientia infinita esset formaliter bonitas infinita:statim sequitur ꝙ etiam in communi:quia idem ptitas formalis proprie respicit quiditatem:ita ꝙ vnũ sit de quiditate alterius:vel sit quiditas alterius· Cum enim dico ꝙ homo est formaliter animal:statim sequitur ꝙ animal sit de qditate hominis·Nec.n· homo est quiditatiue idem animali ratione gradus intrinseci:vel alicuius proprietatis:sed ratione proprie quiditatis:ita ꝙ quiditas hominis circũscripto omni alio quod non est de quiditate illius:est formaliter idem animali·Sic in proposito·Si sapientia infinita sit formaliter bonitas infinita:statim sequitur ꝙ bonitas vt etiam prescindit ab infinitate sit de essentia sapientie infinite:quia quiditas vtriusqꝫ esset ratio idẽptitatis formalis:ꝛ sic semper stat argumentum doc· ꝙ si sapientia infinita sit formaliter bonitas infinita: ꝙ sapientia in communi erit formaliter bonitas in cõmuni:ꝛ sic vnum erit de diffinitione quiditatiua alterius·¶ Ad expositionem quam dat Dam·cum dicit ꝙ Dam·nõ intelligit ꝙ hoc nomen qui est:dicatur de diuina essentia in quid ꝛ nõ hoc nomen sapientia . sꝫ intelligit ꝙ sm proprietatem vocis magis dicitur in quid qꝫ sapiens iustus ꝛc·Dico ꝙ hec non est expositio ad mentem Dam·quia Dam·ibi intendit exprimere perfectiones dei ꝛ non tantum voces·Uult.n· ꝙ ista omnia circunstent substantiam diuinam : ꝛ ꝙ esse proprie dicat quid de deo:sed alie perfectiões nõ dicunt quid ipsius dei·Et vide expositionem suo loco factam:ꝛ statim patebit ꝙ ista expositio Ocham non potest stare ad intentionem Dam· Et quod dicit ꝙ nullum nomen dictum de deo dicit imediate substantiam dei:ita ꝙ apprehendendo nomen imediate possumus apprehendere substantiam dei:sed dicunt imediate conceptus aliquos predicabiles de deo qui non sunt ipse deus:sed circunstant naturam dei tantum p predicationem·Dico ꝙ aliqua nomina ꝛ si immediate significent conceptum rei : mediate tamen significant ipsam rem·vt notat Doc·sup primo Perhyer·ꝛ sic hoc nomen sapientia diuina:ꝛ si immediate significet conceptum ipsius sapientie:mediate tamen significat ipsam sapientiam·Et intentio Dam·non est ꝙ tantum huiusmodi conceptus circunstent essentiam diuinam vt predicabiles de ea:quia tunc non exprimerentur perfectiones diuine quas ibi intendit ostendere·Et quod dicit de apprehẽsione nominis ꝛc·Relinquatur infra distin·xxij·vbi ostendit Doc·ꝙ nomina possunt plus significare qꝫ nos itelligamus·¶ Ad aliam expositionem auctoritatis Augustini·Cum dicit ꝙ contingit probare ꝙ non est maius due psone qꝫ vna:quia non est verius propter solam distinctionem conceptuum:quantumcumqꝫ in deo nulla sit distinctio·Patet quomõ hec non est intentio Augustini ·vt supra exposui illam auctoritatem·vide ibi in loco suo·Et quia eodem modo exponit alias auctoritates:ideo aliter non improbo:cum ex superius dictis appareat has expositiones non esse ad mentem Doctorum:imo totaliter dissonas·

Nunc ostendendum est responsiones datas ad rationes factas pro illa Doc·non enacuare illas rationes:que rationes possunt colligi ex diuersis dictis Sco·sparsim in diuersis locis· Respondeo ad primam rationem : non soluit·Tum quia modi omnino repugnantes in producendo de necessitate psupponunt distinctionem principiorum·Et cum dicit ꝙ isti modi·producere per modum nature:ꝛ producere p modum libertatis:possunt esse ab vno principio omnino indistincto ex natura rei·Hoc improbatũ est supra contra ipsum Ocham distin·prima·ꝛ improbatum extat a Doc·supra distin·secũda parte secunda· Patent etiam multa incõuenientia que sequuntur ex isto dicto Ocham que vide supra contra Tho·Gaie· ¶ Ad illud quod dicit contra secundam rationem ꝙ vna·s·emanatio est per modũ nature vel intellectus: ꝛ alia per modum voluntatis sine libertatis:quia tũc vna persona produceretur libere:ꝛ quod producitur libere ꝛ non naturaliter producitur contingenter·Dico ꝙ cõmuniter Doc·concedunt spiritum sanctum produci libere ꝛ per modum libertatis nec tamen contingenter:quia cum necessitate productionis stat nedum libertas:sed ꝛ perfectissima libertas·vt infra distin· x·q·prima subtiliter ostendit Doc·ꝛ clarius pertractat in quolibe·questiõe·xvj·vide ibi·Et vide que dixi supra distin·prima·q·4·contra Ocham·Et cum dicit ꝙ filius dicitur produci per modum nature:qꝛ intellectus dicit ipsam diuinam essentiam elicitiuam actus generandi:ꝛ spiritus sanctus per modum voluntatis:quia voluntas diuina dicit ipsam diuinam essentiam elicitiuam actus spirandi·¶ Sed hec expositio per modum nature ꝛ per modum voluntatis : nec est sm mentem philosophorum nec sanctorum· Philosophus·ii·distinguit productionem per modum nature a productione per modum libertatis propter diuersa principia·Ut patet·ꝛ·phi·t·c·xlviij·ꝛ ix·metha· t·c·x·Istas etiam causas distinguit Augu·v·de ciui· dei·c·ix·Est iquit causa fortuita: est naturalis: est voluntaria·Et declarat ibi omnia membra· ¶ Item si actus generandi dicitur per modum nature:ꝛ actus spirandi per modum libertatis:quero a quo habent hoc:aut a ratiõe intrinseca/aut a ratione extrinseca/ No primo/quia nulla productio vt productio potest dici nec libera nec naturalis vt pꝫ·Si secundo/quero que sit illa causa extrinseca/ Si essentia diuina vt tu asseris/quero aut essentia inquantum precise essẽtia/ aut inquantum intellectus ꝛ voluntas/ Si primo/ nulla apparet distinctio productionum:quia nõ magis vna dicitur libera qꝫ alia:nec magis vna per modum nature qꝫ alia:immo essentia vt essentia mere naturaliter se habet respectu cuiuscumqꝫ productionis·Et vltra·si iste productiões sunt imediate ab essẽtia vt essentia eqꝫ primo productio spiritus sancti erit sicut pductio filij : nec est maior ratio ꝙ prius producatur spiritus sanctus qꝫ filius:quia quando est agẽs perfectum circa obiectum perfecte dispositum natum producere

Rõsiones Ochã date rationibus Scoti ostẽdunt insufficere·

pducere plures effectus: non est maior ratio q vnus per prius producatur q̃z alius. Sic erit in proposito. Cum .n. essentia sit principium producendi perfectissimum tam respectu filij q̃z spiritus sancti: et sit omnino disposita et nullum appareat impedimentum et ipsa tantum agat de necessitate nature respectu filij et spiritus sancti etiam fm Ocham: sequitur q non erit maior ratio q per prius pducatur filius q̃z spiritus sanctus nec econtra. Nec valet dicere q potest se determinare per prius ad vnum q̃z ad alium: quia est simpliciter illimitata. ¶ Sed hoc nihil est: quia stante necessaria habitudine ad vtrunqz et perfectissima dispositione respectu vtriusqz: non potest assignari prioritas vnius producti respectu alterius. vt patet de sole respectu passi equaliter dispositi. Uel ergo essentia diuina nec filium nec spiritum sanctum producet: vel vtrunqz simul: et tunc sequitur q spiritus sanctus nullo modo producatur a filio. Ideo .n. producitur a filio quia productio spiritus sancti presupponit productionem filij in qua productione communicatur sibi idē principium formale spirandi spiritum sanctum. ¶ Stat ergo ratio Sco. q ex quo iste productiones habent a causa extrinseca q vna dicat naturalis et alia libera: et essentia diuina vt essentia non potest esse immediata causa talis distinctionis: ergo erit ab intellectu et voluntate: quia nulle alie assignari possunt: et per consequens intellectus et voluntas erūt ibi ex natura rei distincta preter omne opus intellectus: et per cōsequēs distinctio emanationum presupponit distinctionē ex natura rei intellectus et voluntatis. Si detur aliud membrum .s. q essentia vt intellectus et voluntas est ratio producendi per modum nature et per modum libertatis: ita q essentia vt intellectus est ratio producendi filiū p modū nāe et essentia p modū volūtatis vt volūtas est rō pducēdi spiritū sctūm: qro tūc aut intellus et voluntas aliquo mō distinguūtur preter omne opus intellectus aut non: Si primū: habetur ppositū: Si secundum: tunc essentiam producere vt intellectus et vt voluntas nihil aliud est q̃z essentiam vt essentia pducere: cum ibi nulla per te sit distinctio. ¶ Ad illa q dicit contra tertiam rationem Doc. Concesso q natura ex se possit determinari ad certum numerum productorum specie diuersorum: lz includat aliqua dubia: tamen illud quod dicit q pater et filius si immediate essent a natura diuina non sunt eiusdem rationis: et per consequens natura diuina determinatur ad certum numerum suppositorum. Dico q hoc est falsuz. Tum quia supposita eiusdem nature specifice sūt eiusdem rationis: vt patet de indiuiduis nature humane. Ideo .n. Franciscus est eiusdem rationis et eiusdē speciei specialissime: quia conueniunt in natura specifica. Sed supposita diuia sunt simpliciter eiusdem nature diuine vt ab omnibus conceditur. Nec valet dicere q pater ratione paternitatis sit alterius rationis a filio et econtra: quia idem sequeretur de Francisco et Jo. quia Franciscus ratione sue hecceitatis est alterius rationis a Joanne (modo tamē preexposito supra presenti distinctione questione tertia contra Ochaz) et tamen ab omnibus conceditur q sunt eiusdem speciei specialissime. Sic in proposito. Tum quia si duo supposita creata sunt eiusdem speciei specialissime: qz conueniunt in natura habente vnitatem specificam que tamen in illis diuiditur: multo magis supposita diuina dicunt eiusdem rationis que conueniunt in eadem natura habente perfectissimam vnitatem numeralem. est .n. tota in tribus suppositis. Ex his patet quomodo tres persone sunt simpliciter eiusdem rationis: hoc etiam supra patuit distin. vij. et magis patebit infra distin. xiij. Cum ergo Ocham concedat q principium producendi plura eiusdem rationis ex se non determinatur ad certum numerum suppositorum: et per consequens erit principium producendi infinita. Si ergo essentia diuina vt omnino indistincta ab intellectu et voluntate est ratio producendi duo supposita eiusdem rationis. ergo erit principium producendi infinita. ergo poterit producere infinita. ergo actu sunt infinita supposita diuina: quia quicquid ibi potest esse necessario est. vt supra patuit a Doc. dist. secunda parte secunda questione prima. et in quodlib. q. secūda. ¶ Deinde miror quod dicit q ideo pater et filius non sunt eiusdem rationis. quia est maior distinctio inter patrem et filium q̃z esset, si quelibet earū eēt pater et c. Nā hoc asserere est simplr negare supposita eiusdē spēi posse dici supposita eiusdē rōnis: qz Franciscus et Jo. et Antonius plus differūt iter se q̃z si qlibz eorū eēt Frāciscus: qđ nihil est dictu. Et qđ dicit de illa adequatiōe nō opz aliter discutere: qz nō pōt euadere argumētū pro via Sco. tenendo psonas diuinas eē eiusdē rōnis et principiū pducēdi. potēs pducere plura eiusdē rōnis: statim sequit q ēt infinita: qz ex se nō pōt determinari ad certū nūerū suppositoz. Sed tenēdo q intellectus diuinus formalr distinguat a volūtate diuina: ois ambiguitas tollit: qz tūc intellus sic determinat ad vnā pductionē q est simplr ipossibile hre plures. imo sic necessario determinat ad illā gnationē singularē: q si p ipossibile illa nō eēt: nulla alia eēt. vt innuit Doctor in quodl. q. 2. Hoc idez dico de voluntate diuina q sic necessario determinat ad vnā spirationē q nō solū est ipossibile hre plures: sz ēt si p impossibile illa nō eēt: nullā aliam posset habere.

Sed occurrit vna breuis difficultas: qz fm doc. ī. di. 2. pte. 2. q. 3. et di. vij. et in secūdo. d. j. q. j. vult q essentia diuina sit principiū formale pducēdi: et hoc tm ptiale. Cū ergo essentia diuina vt essentia possit esse principiū ptiale tam pductiōis filij q̃z spūs sancti. qz sic determinat tm ad istas duas pductiōes: ita q nō i plures. Patz rnsio: quia p intellectum determinat tm ad filij pductionē: et per voluntatē ad spūs sancti productionem. Difficultas.

Responsio.

Arguitur ꝯ aliqua dicta i illa rnsione de adequatiōe. qz cōcesso q virtus pductiua lz possit pducere aliud pductū sibi adeqtū in pfectiōe sicut et primū pductū. vt exēplificat ð calore q si in passo. a. pducat calorē sibi adeqtū in pfectiōe: adhuc simul et semel in alio passo: puta. b. poterit pducere calorē equalē et c. Hoc dato. seqt q argumētū pro via Doc. nullo mō soluat: qz sicut ipe calor pōt simul pducere circa plura passa plures caliditates eqles et sibi adeqtas. ergo circa infinita passa posset infinitas pducere. Sic in pposito. Si eēntia diuia pōt simul pducere vel si est rō pducendi plura eiusdē rōis sibi adequata. ergo et infinita: qz si pp adeqtionē primi pducti nō repugnat secūdū pductū. ergo nec tertiū: cū nō sit maior rō de tertio q̃z de scđo. Et si cōcederet q idē calor simul posset pducere plures caliditates sibi adequatas circa idē passum: cōcederet ēt q sicut duas ita et tres et quatuor: cū nō sit maior rō de qrta et tertia q̃z de secūda. Sic a fortiori cōcederet de diuina eēntia q si eēt rō totalis pducēdi duo supposita eiusdē nāe eqz perfecta et omnino sibi adequata: concederetur etiam de tertio et quarto: et sic in infinitum. Nec credo verū esse: q idem calor etiaz circa diuersa passa simul pos- Instatur etiā ꝯ Ocham.

sit producere duas caliditates sibi sm̄ perfectionem adequatas: ⁊ hoc eq̃ perfecte duas simul sicut ⁊ quã libet seorsum. vt supra ostendi distinctione secunda parte prima questione prima. ⁊ in secundo distin. 3. ⁊ vide ibi que dixi. ¶ Secundo arguitur contra illud quod secundo dicit ad confirmationem: ꝙ eadem virtute producuntur ista duo supposita ordine quodam .s. quia primum productum est productiuum secundi. Hoc non potest stare: ⁊ arguo sic. Quando agens est perfecte approximatum passo ⁊ agit modo naturali: nec oportet ipsum inducere prius dispositionez preuiam cum sit perfectum agens: si habet in virtute sua duos effectus eq̃ perfectos ⁊ sibi adequatos: vel simul producit illos: vel nullum eorum: cum non sit maior ratio de vno q̃z de alio. Si .n. ignis haberet duas materias eq̃ presentes ⁊ eq̃ dispositas: ⁊ haberet in virtute sua duas formas substantiales ignis: vel simul induceret illas vel nullam illarum: quia non erit maior ratio de vna q̃z de alia: nec sunt effectus ordinati adinuicem: ita ꝙ secunda non potest induci nisi prius prima inducatur. Sic erit in proposito: quia ponitur essentia diuina eadem numero omnino indistincta ab intellectu ⁊ voluntate: esse principium formale ⁊ totale tam respectu filij q̃z respectu spiritus sancti: ⁊ nullum apparet impedimentum: cum ponatur principium sub ratione perfectissima: nec vnum productū necessario preexigit aliud: cum non sint effectus ordinati. patet quia si per impossibile non produceret filium: adhuc produceretur spiritus sanctus: cū sit eq̃ principium perfectum spiritus sancti sicut ⁊ filij. ergo vel simul producuntur filius ⁊ spiritus sanctus: vel nec filius nec spiritus sanctus producuntur. Non .n. apparet maior ratio de vno q̃z de alio. Et ponitur etiã ipsa essentia diuina in supposito: quod eq̃ bene potest producere vnū sicut aliud. ¶ Secundo arguo sic. Si essentia diuina per impossibile esset sine supposito patris: ⁊ ipsa est ratio totalis formalis producendi per te duo supposita adequata sibi sm̄ perfectionē: quero tunc si essentia diuina de necessitate prius produceret filium q̃z spiritum sanctum? an simul stante eq̃li dispositione? Si primum? Contra. quia nulla hic apparet ratio ꝙ magis vnum q̃z aliud. vt patet de sole respectu eiusdem passi si haberet in virtute sua duos effectus sibi adequatos: ⁊ esset equalis dispositio tam ex parte passi q̃z ex parte agentis. Si secundum? habetur propositum: quia vt est in patre: etiam tunc erit ratio simul producendi filium ⁊ spiritum sanctum: patz quia modus producendi non variatur per hoc ꝙ ponitur in supposito patris: nec pater cōcurrit vt aliqua virtus producendi: sed tantum est conditio producentis. vt supra expositum est. Tota .n. ratio agendi vel ꝓducendi est a principio formali producendi: ⁊ non a conditione requisita: immo tota perfectio productiōis est tantum a formali principio productiuo. vt supra expositum est. Nec valet dicere ꝙ ad productionem spiritus sancti requiritur filius: quia quero rationem quare requiritur? nulla apparet ratio: quia filius nō concurrit vt aliqua virtus productiua addita principio formali productiuo vt patet: quia illud est in se ꝑfectissimum. nec requiritur vt conditio agentis siue ꝓducentis: quia essentia vt in patre est in supposito conuenienti respectu cuiuslibet productionis. ita .n. essentia diuina vt in patre est perfectissimum ⁊ aptissimū principium producendi spiritum sanctum: sicut si eēt in supposito filij. vt omnes concedere habēt. Et ideo non potest saluare ordinem productionis diuine: ita ꝙ vna sit prior alia: ponendo essentiam diuinam esse totale principium istarum productionum. Sed ponēdo distinctionem preter omne opus intellectus inter intellectum ⁊ voluntatem: ⁊ ꝙ intellectus sit partiale principium productionis filij: ⁊ voluntas partiale principium productionis spiritus sancti: nulla erit difficultas in ponendo ordinem prioritatis vnius productionis ad aliam: quia sicut supra expositū est a doc. distin. secunda parte secunda. questione tertia. intellectus est prius operatiuus q̃z voluntas: quia est impossibile voluntatem esse operatiuam circa aliquod obiectum volendo illud: si intellectus prius non intellexerit illud. Sic etiam in producendo intellectus est prius productiuus q̃z voluntas. In illo ergo priori quo essentia diuina est in supposito patris: est prius patri ipsa essentia vt intellectus ratio producendi filiū q̃z spiritum sanctum: ⁊ ideo pater necessario prius ꝓducit filium. Et si per impossibile filius non produceret spiritum sanctum: adhuc pater perfectissime ipm̄ produceret: posita tamen prius operatiōe intellectus. Et nunc si filius concurrit: non concurrit propter hoc ꝙ sit aliquo modo necessarius in tali productione spiritus sancti: sed tantum quia in illo priori quo generatur: cōmunicatur sibi idem principium formale producendi spiritum sanctum: ⁊ hoc ante productionem ipsius spiritus sancti. ¶ Ad responsionem datā ad aliam rationem de productione libera ⁊ per modum nature: cum dicit ꝙ productio per modum nature ⁊ productio per modum libertatis. (etiam loquendo de libertate contradictionis ⁊ contingentie) possunt saluari per vnum principium formaliter: quod esset respectu vnius naturale ⁊ respectu alterius liberum. Ista responsio est satis improbata supra distin. prima questione quarta. Nec valet dicere sicut ipse dicit in primo distin. prima. ꝙ eadem voluntas diuina est principium producendi aliquid de necessitate. vt patz de productione spiritus sancti: ⁊ de amore respectu diuine essentie: ⁊ etiam est principium producēdi mere contingenter creaturam: quia cū producit necessario spiritum sanctum quodāmodo accidit sibi: q2 hoc est ratione obiecti formaliter infiniti: ⁊ ratione sue infinitatis intrinsece vt alias exposui. tamen ex se producit mere libere: ita ꝙ talis productio sit mere ⁊ absolute per modum nature ⁊ necessitatis: licet .n. necessario producat: hoc tamen est quia respicit tale obiectum quod est formaliter infinitum. Si .n. ꝓduceret spiritum sanctum de alio obiecto creato tantum contingenter produceret. vt patet a Doctore in pluribus locis: nec oportet hic immorari. ¶ Ad responsionem argumenti ꝙ productiones sunt seipsis distincte ⁊ requirunt aliquam priorem distinctionem. Cum dicit ꝙ sufficit distinctio terminorum. Dico ꝙ hec responsio parum valet. Cum quia termini capiunt esse per illas productiones: ergo non distinguūtur per illos terminos. Cum quia in se preintelliguntur distincte ipsis terminis. patet quia sicut producens prius est aliquo modo producto. ergo ⁊ productio qua producit erit prior ipso producto. hoc posset esse notuz ex doc. in illo primo distin. xxvj. ⁊ in secundo distin. prima ⁊ in quolibe. Si ergo productiones sunt priores terminis productis: sequitur ꝙ est impropria loquutio dicere tales ꝓductiones esse ⁊ per illos terminos posteriores distingui. Et quod dicit ad confirmationem .s. ꝙ circumscriptis per intellectuz principijs productiuis: adhuc productiones ille remanebunt distincte: ⁊ ꝙ si ipsis formaliter distinguuntur. Uerum dicit. sed non

sequitur

spiritus sancti nō cōicidēdo in nām primo modo·i·in
essentiā nude: nec secundo mō·s·in essentiaȝ cū ꝓprie
tate vt ista duo sit principiū ꝓductiuū: sed tertio mō:
vt ipsa essentia ānectit̄ volūtati mō preexposito: sic ꝓ
cedit a uolūtate vt ipsa est nā nālitate sibi ānexa vt ex
posui: ⁊ vt sic i solo deo ipsa volūtas tēdit nō solum i
bonū sūmū amatū ⁊ visum: sȝ ēt in ipsum amorē ꝓce
dentē·s·i spiritū sanctū· quo icētiue amat̄ supple bo/
nū īfinitū: qꝛ spiritus sanct⁹ appropriate tñ dr̄ amor
ēntie. lȝ diuersimode tēdat i ipuȝ amatū ⁊ amorē ꝓce
dentē: ⁊ hoc ſm aliā ⁊ aliā necessitatē ānexā ipsi actio
ni: Nā iquātū actio volūtatis ordinat̄ i amatū sūmū
ab ipsa sola volūtate: rōne qua libera dicit̄ necessitas
imutabilitatꝭ in actione ei⁹ ſa ⁊ in actōe ei⁹ tertia· In
actione scda · vt qñ elicit̄ spiratio circa essentiā diui/
nā· in actōe eius tertia qñ elicit̄ spiratio circa ꝓductū
tendentē in amatū (·i· essentiā diuinā amatā) termia
tiuū voluntatis: ⁊ sic necessitas i actione tertia ꝓcedit
ab illa nālitate·s·dicta ānexa volūtati circa solū actū
elicitū notōalē·s·circa·s·sctm̄· Et sēsus hui⁹ ē·ꝙ spi/
ratio spirit⁹ sancti est duplr̄ necessaria· nā vnaȝ neces
sitatē hȝ inquantū est a volūtate diuia absolute vt ter
minat̄ ad essentiā amataȝ: aliā hȝ inquantū ꝓcedit a
volūtate diuina nālitate tertio mō dicta sibi ānexa: ⁊
hoc inquantum talis spiratio terminatur ad actū no/
tionalem·i·ad spiritū sanctuȝ·

Contra dicta· Hec rō stat i hoc· Ex quo p te volūtas ē principium
formale ꝓductiuū spiritus sancti: ⁊ ē in supposito ap/
to ⁊ disposito: ⁊ h̄ ante ꝓductū puta i pr̄e ⁊ filio· Que
ro a te qd facit ista assistētia essentie? aut aliqd opat̄
circa ꝓductionē spiritus sancti? ⁊ sic sola volūtas non
est pricipium ꝓductiuū qd̄ est ꝯ te: aut nō opat̄? ergo
nō est necessaria· Si dicas ꝙ dr̄ assistere qꝛ dat tale eē
volūtati puta ꝙ sit ꝓductiua ⁊c· si sic? ergo ipsa eēntia
vt assistit magis est principiū spiritus sancti: ꝙȝ volū
tas: pȝ qꝛ qcqd est cā cāe est cā cāti· ergo si eēntia dat
sibi tale eē vt sit principiū: ⁊ ipsa nō pōt esse pricipiuȝ
nisi inquātum sibi assistit· ergo ipsa eēntia magis erit
principiū: ⁊ ex hoc pȝ quō intelligitur ſm argumētuȝ:
¶ Ibi· Preterea: qñ aliqua· Et ibi· Preterea· ꝙ pōi
tur vnica necessitas· ¶ Hoc totū claꝝ est· vt pȝ intuē
ti lr̄am· ¶ Ibi· Preterea videt̄· Quia dicit· Hen· ꝙ
necessitas nālitatis ꝯsequitur actū volūtatis ⁊ conco
mitat̄·i·ꝙ necessitas talis actus est a volūtate inquā
tum fundat̄ in essentia: ⁊ nō ab essentia · Cōtra h̄: qꝛ
magis vr̄ ꝙ sit ab eēntia: pȝ qꝛ illud qd̄ ꝯseqt̄ rōnem
essentie vt essentia: vel volūtatē rōne eēntie: cōsequit̄
ipsam eēntiā p prius ꝙȝ illud qd̄ cōseqt̄ voluntatem
vt volūtas est: qꝛ volūtas vt volūtas est: ē posterior es
sentia: ⁊ sic cū volūtas dicat̄ habere hāc nālitatē·i·ꝙ
ꝓducat actū notionalē nāli necessitate iquātū eēntia
diuina sibi ānectit̄. ergo ipsa nālitas erit eēntia vt es/
sentia: ⁊ sic ꝑcedet ipsam volūtatē: ⁊ p ꝯn̄s ipediet ip/
sam libertatē: qd̄ est ꝯ eū· ¶ Ibi· Preterea ꝯ opinan
teȝ· Hoc declaratū est·s·in prio dubio Hen· ¶ Ibi· Hen· quo li·5·q·j·
Et silr̄ q̄ est necessitas? Quasi dicat doc· Ex quo per
te nā diuina ⁊ voluntas sunt simplr̄ idem ⁊ tñ rōne
drn̄t p te: q̄ erit necessitas distinguendi illa duo? s· vt
nā dicat̄ assistere volūtati: cū sit simplr̄ eadē: sicut ab
surdū est dicere fran. assistit sibimet· Et nō ꝙ Hen· i
prio ⁊ ſo dubio multa falsa dicit: q̄ tñ nūc nō impro/ Multa ꝯti nent falsa i opi· Hen·
bant̄ a doc· qꝛ alibi iprobauit· Primo falsum ē ꝙ es/
sentia cū ꝓprietate dicat̄ principiū ꝓductiuū: ⁊ hoc i
ꝓbatū est a doc·d·7· Scdȝ est· ꝙ itellꝰ diuin⁹ vt itel
lectus nō est principiū formale ꝓductiuū filij nisi in/
quātū cōicidit cū nā scdo mō dicta: ⁊ hoc est iproba/
tū.s·d·2·⁊·d·7·qꝛ intellꝰ est veꝝ pricipiū partiale ꝓ
ductiuū· Tertiū ē·ꝙ itellꝰ se hȝ mere passiue respectu
notitie eēntialis: ⁊ h̄ iprobatū ē·s·d·2·⁊·d·6· Quar/
tū est. ꝙ intellꝰ vr̄ magis determinare nāȝ diuinam
ꝙȝ ecōuerso: ⁊ hoc iprobatū est·s·d·ij·⁊·7·⁊ pōt elici
d·5·q·ij. qꝛ nec intellꝰ determīat eēntiā vt dicat̄ prin
cipiū ꝓductiuū nec ecōuerso· Quītū est· ꝙ nā diuina
nō dicat̄ principiū ꝓductiuū spiritus sancti: sed sola
volūtas: ⁊ hoc iprobatū ē·s·d·ij·⁊·6·⁊ alibi· Sextuȝ
ē·ꝙ volūtas respectu obi infiniti clare visi de necessi/
tate elicit actū circa illud: ⁊ hoc iprobatū est·s·d·j·⁊
aliqua alia dixit que transeo· ¶ Aliter dico ꝙ volun/
tas pōt eē principiū cōicādi naturam ⁊ non voluntas
vt coiter sumpta ad creatā ⁊ increatā: sȝ volūtas vnō
īfinita ē· Est·n·īfinitas ꝓprius modus volūtatis di/
uine ⁊ cuiuscūqȝ alteri⁹ pfectōis eēntialis: vt pȝ·s·d·
8·q·3·qꝛ g̃ volūtas ē pricipiū amoris sibi adeqti·i·
tāti amoris quāto ipa nata ē amare obm· nata est āt
amare obm īfinitū amore īfinito: igit̄ ⁊ ē ꝓductiua
amoris īfiniti. qꝛ qcqd ē infinitū realr̄ ē eēntia diuia·
ergo ipsa vt ē volūtas ē pricipiū cōicandi eēntiā diui/
nam amori ꝓducto· ¶ Hec lr̄a exponat̄ sicut ea posi/
tū ē respōdendo ad qōnē· ¶ Et si qras a me· Nām di
uinā coassistere reb⁹ i productōe spiritus scti pt̄ du/
plr̄ intelligi· Prio ꝙ sibi assistat vt pricipiū forāle ⁊
ptiale ꝓductiuū spirit⁹ scti: sic ꝙ ipsa sit pricipiū ptia
le ⁊ volūtas silr̄: ⁊ integrēt vnū pricipiū totale: ⁊ h̄ mō
coassistit volūtati: ⁊ volūtas nāe: qꝛ nec volūtas sola
nec nā sola pn̄t ꝓducere· Scdo mō pt̄ itelli ꝙ ipsa nā
diuina coassistat volūtati dādo sibi rōnē partialē pro
ducēdi: qsi ꝙ volūtas nō possit dici pricipiū partiale
nisi inquātū nā coassistit: ⁊ h̄ falsum ē: qꝛ ex quo volū
tas diuina ē formalr̄ infinita sicut eēntia: ⁊ tāte perfe
ctōis quāte eēntia: iō ex sua pfectōe habebit ꝙ sit pri
cipiū ⁊ nō a tali coassistētia: ⁊ h̄ est qd̄ dicit in littera·
¶ Ibi·

¶ Ibi·Et si respōdeas·Sententia hui⁹ littere est sup ponēdo aliqua·Primo q̄ tm̄ est vna voluntas in hoīe ⁊ hoc ab oībus conceditur·Scdo q̄ agere per modū nāe ⁊ per modū voluntatis ⁊ libere sunt modi repugnātes in eadē re oīno indistincta: q2 ipossibile ē vnū ⁊ idem ⁊ sub eadem rōne cōsideratū posse producere libere ⁊ p modum nāe:⁊ sic ipossibile est eadē volūtatem velle finem de necessitate nature ⁊ velle ea q̄ sunt ad finē libere ⁊ contingenter· ¶ Et si diceretur q̄ respectu finis est vna voluntas que elicit p modū nāe ⁊ respectu eoꝝ que sunt ad finē est alia voluntas: q̄ elicit libere ⁊ contingenter·¶ Contra:q2 tunc impossibile esset eandem voluntatē velle aliquid pp deum: p3 q2 si aliqua voluntas diligit pp deum·ergo diligit deum·si ergo vna esset tm̄ respectu dei ⁊ alia tm̄ respectu aliorum a deo·ergo aliqua vna voluntas nō posset diligere creaturam propter deum·

Difficultas· **Sed oritur** difficultas q2 tu dicis q̄ impossibile est eandem voluntatē vel le aliqd contingenter ⁊ aliquid necessario· Cōtra·q2 voluntas diuina vult essentiam diuinam de necessitate:⁊ vult creaturam mere cōtingenter ergo·¶ Dico q̄ aliud est de voluntate diuina ⁊ aliud de volūtate creata: q2 voluntas diuina vt fertur in obiectum infinitū vult ipsum mere libere:⁊ q̄d d̄ necessitate velit:hoc nō est a voluntate inquantum voluntas:sed ex hoc q̄ est infinita ⁊ respicit obiectum infinitum:⁊ q2 infinita de necessitate erit rectissima: ⁊ si de necessitate ē rectissima:de necessitate diligit obiectum infinitum quātū ē diligibile:⁊ si posset non diligere:posset deficere a tali rectitudine:⁊ sic posset esse non rectissima:⁊ per cōsequens non perfectissima : ⁊ sic posset esse non deus: q̄d est absurdum · Q̄ ergo diligat est a mera libertate ipsius:q̄ necessarioꝝ est q2 infinita ⁊ respicit obiectū infinitum:vt autem respicit obiectum finitum ⁊ creatum ipsum vult mere contingenter: q2 bonum creatū non est ratio mouens voluntatem diuinam vt ipsum diligat:sicut essentia diuina mouet:imo ideo bonum: q2 ipsum diligit:⁊ non ideo diligit q2 bonum· Voluntas autem creata cum sit finita respectu cuiuscūq3 obiecti est mere libera:⁊ si esset formaliter infinita ⁊ respiceret obiectum infinitum: diligeret illud de necessitate:⁊ hoc q2 non posset non esse perfectissima·Q̄ ergo nō diligat mere libere ⁊ contingenter: hoc non est a ratione voluntatis vt voluntas: sed h̄ est q2 infinita ⁊ respicit obiectum infinitum ⁊ necessario est rectissima:⁊ bene nota hanc responsionem:q2 ex hac soluuntur aliqua argumenta Gul.Ochan·d·j·primi:q2 arguit a simili probando q̄ sicut volūtas diuina vult de necessitate deum ⁊ contingenter creaturas : sic etiam voluntas creata : ⁊ per hoc dictum patet tota littera vsq3 ibi·Sed vtꝝ volūtas ifinita ⁊c.Hoc dictū habet solui·d·j·q·j·secundi sententiarum·

Rñsio notabilis·

Gul· ochā i primo·d·x· q·ij· arguit cōtra Sco· **Contra aliud** Dictū Doc.s·q̄ cum libertate stat necessitas : arguit Ocham in·j·d·x·q·ij·probando q̄ s̄m vsum auctoꝝ libertas ut distinguit̄ ꝯ principium nāle actiuū: est q̄dam cōtingentia vel indrīa : ex quo seqtur q̄ libertas nō stat cū necessitate·Scdo arguit ꝯ modū ponēdi libertatē stare cū necessitate·¶ Cōtra primū arguit sic· per phm·scdo phi·vbi distinguens principia actiua distinguit ea in nām ⁊ intellectū·tunc q̄ro aut intēdit distinguere intellectum respectu cuiuslz sue opationis a pricipio actiuo nāli:aut nō! Si sic!ergo intellect⁹ respectu nullius est principium actiuū nāle: q̄d est manifeste falsum ⁊ s̄m istos:si·n·hoc est verꝝ filius i diuinis non magis pduceretur naturaliter q̄3 spiritus sanctus q̄d isti negant · Si nō ! ergo op3 q̄ hoc sit q2 aliter est principiū aliquoꝝ actiuū ⁊ aliter alioꝝ : sed non pōt dari talis drīa nisi q2 aliquos actus h3 i sua potestate ⁊ aliquos nō· Et ita intell's ibi distinguit̄ a nā respectu operationū respectu q̄rum cōtingenter se h3· ¶ Preterea·9·metha.t·c·x·distinguit·P·inter potētias rōnales ⁊ irrationales: q2 rōnales valent ad opposita·Ex hoc arguo sic· Oīs potentia q̄ v3 ad opposita cōtingenter agit : sed potētia rōnalis v3 ad opposita·ergo cōtingenter agit . Sed potētia rōnalis ⁊ potētia libera s̄m istos idē sunt·Unde Drīt sic·Diuisio principij actiui diuersis noībus exprimit̄ :nō solū aūt apud diuersos:sed ēt apud Aristo·vt p3 in·2·phi. vbi premisit s̄m ppositum ⁊ nō s̄3 ppositū:subdit q3· ab itellectu ⁊ nā·Et in·9·metha·rōnales:⁊ irrōnales potētie·Per ista nō s̄m ppositum:⁊ nā ⁊ potentia irrationalis: itelligit̄ principiū q̄d cōiter dicimus nā3· per alia tria intelligit̄ aliud pricipiū actiuū in quo cōcurrūt intellectus ⁊ volūtas·Ex isto p3 q̄ phs per s̄3 ppositum intellectū ⁊ potentiā rōnalem intelligit principium liberū:seu principiū actiuū distinctū ꝯ pricipium actiuū nāle·ergo respectu cuiuscunq3 aliquid ē principiū actiuū:⁊ respectu eiusdē nō d̄r potentia rōnalis actiua:respectu eiusdem dicet̄ principiū actiuū nāle s̄m q̄ principiū actiuū nāle distinguitur ꝯ principium actiuū liberꝝ·Sed oē pricipiū actiuū respectu cuius necessario agit:respectu illius nō pōt dici potētia rōnalis:q2 respectu illius nō pōt dici potentia valens ad opposita·Ideo respectu illius dicet̄ nāle principiū actiuū:⁊ ita apud phos idē sunt principiū actiuū nāle ⁊ principiū actiuū necessariū seu necessario· Hoc p3 p phm ⁊ Co·9·metha·c·9·vbi phs distīguēs inter potentias rōnales ⁊ irrationales subdit · Tales quidē potētias necesse est qñ actiuū ⁊ passiuū appropinquāt:h̄ quidē facere illud vero pati : illas vero nō necesse·vbi dicit Comē · Potētie q̄ sunt sine rōne qñ agens appropiquat passo ⁊ nō est illic aliq̄d ipediens extrinsecū:necesse est ⁊ agens agat ⁊ patiens patiat̄· Et subdit · Alie vero potētie·s·q̄ sunt cū rōne non ē necesse qñ appropiquāt suis passiuis vt agāt·Ex isto p3 q̄ phs ⁊ Com.nō ponunt potētias reales respectu alicuius actionis:nisi quā h3 agēs in sua potestate q̄d possit agere ⁊ nō agere·ergo si idem sunt potentia rōnalis ⁊ libera respectu nullius d̄r potentia libera:nisi respectu cuius ē indr̄ns ⁊ contingēter se h3 · ¶ Preterea·hec v̄r esse intentio Dama·in sententijs suis·c·xl·vbi dicit q̄ illa q̄ sunt i potestate nr̄a: si faciam⁹ ea vel si nō faciamus sunt obiecta liberi arbitrij·ergo potētia nō est libera respectu aliquoꝝ:nisi q̄ h3 i sua potestate si faciat ⁊ nō faciat· Uñ dicit Dama·sic· Eoꝝ que fiunt hec qdem sunt i nobis:hec aūt nō in nobis· In nobis qdem sunt que nos sumus liberi arbitrij facere ⁊ nō facere·Hoc ē opa q̄ p nos volūtarie agunt̄: ⁊ sequit̄·Et simplr supple sunt i nobis q̄ seqtur laus vel vitupatio ⁊ lex·pricipalr āt in nobis sunt illa opa de qb⁹ ꝯsiliamur:ꝯsiliū āt ē eoꝝ q̄ pariter ꝯtingunt· Ex isto p3 q̄ illa dr̄itur esse in nobis que sunt in nostra potestate·Sed respectu taliū est indr̄ia ergo ⁊c· ¶ Preterea·omnem actionem liberam consequitur laus vel vituperium·Sed solam operationem elicitā contingenter consequitur laus vel vituperiū: igitur sola dicetur libere elicita·

Contra secundum scilicet modum ponendi: q mo dus ponitur a Sco·in quoli·q·16·qui modus p ma· Gul·ochā vbi supra·

iori intelligentia hic ponitur ad litteram. Si inquit queratur vnde est quod voluntas licet sit necessario agens non tamen naturaliter agens. cum non possit natura magis esse determinata ad agendum quam quod sit necessitata ad agere. Declarat sic. Omne inquit naturale agens vel est omnino primum: vel si est posterius est ab aliquo priori naturaliter determinatum ad agendum. Sed voluntas numquam potest esse agens omnino primum: sed nec potest esse determinata naturaliter ab alio agente superiori: quia ipsa est tale actiuum quod seipsam determinat ad agendum. sic intelligendo quod si voluntas aliquid necessario velit puta. a. non tamen illud velle naturaliter causatur a causante voluntatem: etiam si naturaliter causaret voluntatem. Sed posito actu primo quo voluntas est voluntas: si ipsa sibi relinqueretur et si posset contingenter habere vel non habere hoc velle: tamen seipsam determinaret ad hoc velle. Quando etiam dicitur quod naturale agens non potest magis determinari quam quod necessitetur. Respondetur quod licet necessarium sic sumptum determinatum quo ad conclusionem in determinatiuis ad vtrumlibet: tamen aliquod necessarium alio modo est determinatum quam aliud. sicut ignem esse calidum: vel celum esse rotundum est determinatum a causante vel dante esse celi et rotunditatem: sed graue est determinatum ad descensum non habito necessario ab ipso generante actum descendendi: sed tantum habito ab ipso principio naturaliter determinatiuo ad descendendum. Voluntas autem creata si necessario vult aliquid non est sic determinata a creante ad illud velle: sicut graue ad descensum: sed tantum a creante habet principium determinatiuum sui ad velle. ¶ Si dicatur. si descensus grauis causatur a grauitate intrinseca: tunc graue mouet se: qualiter igitur non eque libere sicut voluntas mouet se ad illud velle respectu cuius ipsa voluntas est necessaria ratio eque causandi. ¶ Respondet. Illa causatio grauitatis respectu descensus est naturalis et ista libera: quia hoc est hoc: et illud est illud. Breuiter ergo dicit quod esse et modus essendi: agere et modus agendi sunt immediata. Unde sicut non est alia ratio quare hoc habet talem modum essendi: nisi quia est tale ens: sic non est alia ratio quare hoc habet talem modum agendi puta libere: nisi quia est tale principium actiuum sic liberum. Sic ergo tenetur quod spiritus sanctus necessario producitur et libere et non naturaliter. hec Sco.

Ite Guli. Oc. xxiij vbi supra.

Contra aliqua dicta isto modo dicendi arguit ipse Ocham. Et primo contra illud quod voluntas non est prima simpliciter causa: quia secundum Augu. voluntas diuina est prima causa omnium. Similiter probatum est prius quod voluntas diuina et intellectus et essentia diuina nullo modo distinguuntur. ergo si deus est agens primum: voluntas erit agens primum. ¶ Preterea. quod dicitur quod aliter determinatur graue ad descensum: et voluntas aliter ad hoc velle si necessario velit non est verum: quia quandocumque sunt duo actiua necessaria respectu actuum suorum: que omnino vniformiter a suis causis producuntur et dependent et ab eisdem causis etiam vniformiter dependent actus illorum principiorum necessariorum actiuorum: non aliter determinatur vnum illorum principiorum actiuorum ad suum actum quam reliquum ad suum. si enim aliter determinaretur vnum quam reliquum: eque faciliter diceretur quod aliter determinatur calor ad calefaciendum et sol ad illuminandum: et ita eque saluaretur libertas in sole respectu illuminationis et non in calore respectu calefactionis. sicut saluatur libertas in voluntate respectu illius actus necessario eliciti: et in graui respectu descensus necessario eliciti. sed graue si causet a solo deo (sicut possibile est) equaliter dependet a deo sicut voluntas: quia neutrius est causa naturalis sed libera. Similiter vniformiter dependet descensus grauis a deo: et talis volitas: quia deus neutrius est causa naturalis sed libera. Similiter non plus oportet quod deus sit causa immediata et partialis vnius quam alterius: nec aliter dependet vnius actus a deo quam potest alius dependere. ergo ex parte actuum in comparatione ad deum vel ad aliam causam quamcumque non est diuersitas. ergo diuersitas est ex parte illorum principiorum actiuorum immediatorum. Sed diuersitas nature non sufficit: quia talis diuersitas nature non potest reperiri inter solem et ignem. ergo requiritur diuersitas ex ea parte: quia vnum habet actum in sua potestate et aliud non. hec Guliel. Ocham.

Respondeo ad rationes Ocham premittendo aliqua. Primum est. quod diuisio principij actiui diuersis nominibus exprimitur apud Aristo. vt patet secundo phisico. t. c. 44. vbi premisit secundum propositum et non secundum propositum. et subdit ab intellectu et a natura. Et in. 9. metha. t. c. 2. rationales et irrationales potentias. Per ista tria: non secundum propositum: et a natura: et potentie irrationalis: intelligit principium actiuum quod communiter dicimus naturam: per alia tria. scilicet secundum propositum ab intellectu et potentie rationalis intelligit illud aliud principium actiuum in quo concurrunt respectu actus extrinseci et intellectus et voluntas. Secundum est. quod intellectus habet proprium modum principiandi distinctum a modo principiandi voluntatis. intellectus quidem per modum nature: licet eius principium productiuum sit memoria: voluntas autem semper habet suum modum causandi: scilicet libere. Et ideo quando concurrit cum intellectu vt in productione artificialium totum dicitur produci libere et a proposito: quia propositum est principale et immediatum principium illius productionis extrinsece. Si autem quandoque concurrat potentia naturaliter actiua cum ipsa voluntate. sicut est de potentijs inferioribus quibus vtimur ad agendum licet actio proprie vt est huius principij sit per modum nature: tamen quia totum subiacet voluntati: ideo libere vtimur et dicimur agere libere a principali agente: Et hoc modo loquitur phs. 9. me. t. c. 2. vbi vult quod vltra intellectum sit aliquod determinans vt appetitus. alioquin simul faceret contraria. Nam ipsa scientia simul contraria ostendit: et ipsa quantum est ex parte sui esset principium per modum nature: et necessario quantum est ex parte sui causaret quodlibet respectu cuius est potentia. vt exposui .3. d. 2. parte. 2. q. 3. Ille inquit phs contrariorum quare simul faciet contraria hoc est impossibile. necessarium igitur alterum adesse quod propositum est. hoc est determinans ad vltimum oppositorum. Et subdit. Dico autem hoc appetitum etc. Ad propositum dico quod licet aliquod principium posset concurrere in agendo cum voluntate: puta obiectum intellectus secundum aliquos. et illud concurrens quantum est ex se sit naturaliter actiuum: tamen voluntas (per se loquendo) numquam est principium per se actiuum naturaliter: quia esse naturaliter actiuum et esse libere actiuum sunt prime differentie principij actiui: et voluntas vnde voluntas est principium actiuum libere. Non magis igitur potest voluntas esse naturaliter actiua quam natura vt est principium distinctum contra voluntatem potest esse libere actiua. Tertium est.

Solo romi Gul. ocham presupponit tamen aliqua.

um est. Quod intellectus aut comparatur ad suam naturam ⁊ ad suam propriam operationem cuius est principium elicitiuum ⁊ productiuum aliquo modo: aut comparatur ad operationes aliarum potentiarũ respectu quarũ est potentia directiua vel regulatiua. Primo mõ intellectus est mere natura ⁊ in eliciẽdo ⁊ in producendo. quemcũq3. n. actum intelligendi ꝑducit cum obiecto p̄nte ⁊ memoria: naturaliter producit: ⁊ quãcunq3 operationem operatur: mere naturaliter operatur. Secundo modo vt comparatur ad voluntatem que imperat intellectui elicere aliquã opatõez: non dicitur tunc esse actiuus mere naturaliter respectu talis operationis: siue determinationis voluntatis determinantis ad alterum oppositorum.

Ad primũ. ¶ Istis premissis. Dico ꝙ quando philosophus distinguit principium actiuu3 in naturam ⁊ intellectũ: ꝙ non accipit ibi intellectum vt precise comparatur ad naturam suam ⁊ ad operationem suam: quia vt sic est actiuus mere naturaliter: sed accipit ibi intellectũ pro agente a proposito. vt comprehendit. s. intellectũ ⁊ voluntatem modo preexposito. Non. n. intellectus precise sumptus vt distinguitur contra voluntatẽ aliter est principium actiuum aliquorum ⁊ aliter aliorũ: quia respectu cuiuscunq3 producibilis ab ipso eodem modo se habet. s. per modum nature: ⁊ si respectu aliquorum non se habet per modum nature: hoc erit verum vt determinatur a voluntate ad agendum: aliter non. Nec oportet inferre. agit per modum libertatis. ergo contingenter: Non sequitur vt ostendit Doc. in quolibe. questione. xvj. ¶ Ad secundum cum arguit.

Ad secũdũ. Omnis potentia que valet ad opposita contingenter agit. Dico ꝙ valere ad opposita potest dupliciter intelligi. Uno modo quantum est ex natura talis potentie absolute sumpte. Alio modo vt potentia comparatur ad quodcunq3 obiectum ⁊ vt est talis potentia. Primo modo omnis voluntas absolute sumpta valet ad opposita etiam voluntas diuina. Secundo modo non sequitur: precipue quando voluntas est infinita intensiue ⁊ respicit obiectum perfectissimum: quia tunc vult illud obiectum necessario ⁊ non potest non velle: quia tunc posset deficere a perfectione summa. Uoluntas. n. infinita que respicit obiectum formaliter infinitum propter infinitam sui perfectionem: nõ potest non velle illud. Concedo ergo primo ꝙ omnis voluntas absolute sumpta potest in opposita contradictoria: nego tamen de voluntate infinita comparata ad obiectum formaliter infinitum. Et secundo concedo ꝙ omnis voluntas finita formaliter respectu cuiuscunq3 obiecti valet ad opposita: ⁊ omnis voluntas infinita comparata ad obiectum finitum. Immo vult Doc. (vt supra patuit distin. prima questione q̄rta) ꝙ voluntas vt comparatur ad finem vltimum necessario velit illum: ⁊ media ad finem illum contingenter. Ex his patet responsio ad Dama. ⁊ ad alias rationes sequentes. non. n. ostenditur ꝙ necessitas non possit stare cum summa libertate. ¶ Ad obiectiones contra

Ad illa que sunt ꝯ modum ponẽdi. modum ponendi. Et primo ad illud quod dicit cõtra Doc. s. ꝙ voluntas non potest esse agens omnino primum. Dico ꝙ patet manifeste ipsam non posse esse agẽs simpliciter primum. Et quod dicit ꝙ ſm Augustinum voluntas diuina est prima causa omnium. Dico ꝙ accipiendo causam proprie dictam que tãtũ respicit causabile in esse simpliciter: ipsa est prima causa omnium. Accipiendo vero causam vt comparatur ad causabile ſm esse tantum ſm quid. puta ſm esse cognitum: vel ſm esse possibile intellectus diuinus est prima causa: quia ante omnem actum voluntatis ad extra producit omnia obiecta secundaria in esse cognito: siue in esse ſm quid. vt patet a Doctore supra dist. tertia questiõe quarta. ⁊ infra dist. xxxv. xxxvj. xxxix. xliij. in secundo distin. prima questione prima. in quolibe. q. xiiij. ⁊ alibi. Dico secundo ꝙ Doc. loquit̃ absolute. ꝙ primu3 productiuum primitate originis est productiuum per modum nature: ⁊ illud est essentia diuina ⁊ intellectus diuinus. Essentia. n. diuina per modum nature ante omnem actum voluntatis diuine mouet suo modo intellectum diuinum ad sui cognitõnem: ⁊ hec est prima simpliciter productio que omni alij productioni tam ad intra q̃3 ad extra presupponitur. vt subtiliter docet Doc. in quolibe. q. xiiij. Et hoc modo intelligit Doc. de primitate principij actiui. Cũ secundo dicit ꝙ intellectus diuinus ⁊ voluntas ⁊ essentia nullo modo distinguuntur. ergo si essentia est primum: ⁊ voluntas erit primu3. Dico ꝙ antecedens est manifeste falsum. vt supra ostensum est distin. viij. q. tertia. contra ipsum Ocham. ¶ Ad aliud quod dicit

Ad aliud. contra modum ponendi (si contra illud quod Doc. dicit. v3. quod aliter determinatur graue ad descensum: ⁊ voluntas aliter ad hoc velle si necessario vellit) Concedo ma. s. ꝙ quando sunt duo actiua necessaria respectu actuum suoru3 que omnino vniformiter a suis causis producuntur ⁊ dependent ⁊ ab eisdem causis: etiam vniformiter dependent actus illorum principiorum necessariorum actiuorum: non aliter determinatur vnum illorum principiorum actiuorum ad suum actum q̃3 reliquum ad suum. Sed postea negatur ista minor. v3. ꝙ voluntas ⁊ grauitas vniformiter se habeant respectu suorum actuum necessario elicitoru3. Grauitas. n. est principiũ descensus simpliciter per modum nature: ita ꝙ graue non determinat seipsum ad descensum. habet. n. ab agente superiori ꝙ sit sic determinatum ad descensum. Uoluntas vero ⁊ si aliquod obiectum necessario velit: determinat tamen se ipsam ad volendum illud l3 necessario se determinet. vt satis patet a doc. in quolibe. q. xvj. vide ibi articulo vltimo. Et breuiter nulla alia causa potest assignari (. s. quare causatio grauitatis respectu descensus dicitur naturalis ⁊ productio necessaria voluntatis libera) q̃3 illa que assignatur a doc. in quolibe. q. xvj. q2 voluntas est talis entitas ꝙ quicquid ꝑducit siue necessario siue contingẽter semper libere producit: ⁊ graue est talis entitas ꝙ quicquid producit per modum nature producit. non. n. omnium assignande sunt rationes. Ex his patet quomodo obiectiones Ocham non concludunt contra positione3 Doc. ¶ Dico vltra ꝙ responsiones quas facit Ocham ad rationes Doc. quibus probat ꝙ cum libertate stat necessitas nõ soluunt illas.

Rationes Scoti. Et pro maiori intelligẽtia adduco illas rationes Doc. quas fecit in quolibe. q. xvj. Prima fundatur super auctoritate Augustini in enchi. c. viij. ⁊. lxxxiij. q. q. lxxij. Sic inquit oportebat prius fieri hominem vt bene velle posset ⁊ male: nec gratis si bñ: nec impune si male. Postea vero sic erit vt male velle non possit: nec ideo libero carebit arbitrio: quippe liberius erit quod omnino non potest seruire peccato. Et subdit quasi ꝑ ꝓbatione. Neq3. n. culpanda est voluntas: aut volũtas non est aut libera dicenda non est: qua beati sic esse volumus vt esse miseri non solum non volumus: sed nequaq̃3 velle possimus. ¶ Respondet Ocham ꝙ a

Responsio Ocham. tali voluntate que male agere non potest non est ne

sunda libertas simpliciter libera: q̃uis illum actum non eliciat libere quem elicit necessario: ⁊ ita eius libertas non minuitur: q̃uis talem actum nõ eliciat ꝓ tunc· Unde non intendunt sancti ꝙ voluntas respectu illius actus quem necessario habet libere operet͛: sed ꝙ simpliciter est libera ⁊ liberior q̃ȝ prius: quia minus potest quantum ad actus multos imperatos impediri a causis extrinsecis per talem confirmationem in bono q̃ȝ ante· ¶ Sed hec responsio minime

Improbatio minoris eius·

soluit auctoritatem Augustini ⁊ aliorum sanctorum: quia voluntas non dicitur libera vt in sua natura cõsideratur: sȝ simpliciter dicitur libera: quia potest operationem producere libere: vt ly libere distinguitur ꝯ productionem per modum nature. patet· Dicitur·n· contingenter agere quando agit: quia habet in potestate sua posse producere oppositum non tantum successiue: sed etiam pro eodem instanti quo agit. vt patebit infra distin·xxxix·⁊ dicitur necessario agere propter hoc: quia actum aliquem sic necessario elicit ꝙ eius oppositum nec pro eodem instanti quo elicit: nec pro alio instanti elicere potest· Si ergo sancti volunt ꝙ q̃uis voluntas velit aliquid necessario illud idem velit libere: talis libertas accipitur penes productionem actus: ita ꝙ illum actum libere elicit· Et ꝙ talis libertas voluntatis dicatur accipi per comparationẽ voluntatis ad actũ elicitũ· vide Doc· infra in isto primo distin·xxxix·⁊ in secundo distin·xxv·⁊ in quolib· questione·xvj·

Instat gul·

¶ Deinde Ocham pro confirmatione sue responsionis addit vnam congruentiam ⁊ vnam auctoritatẽ· ¶ Congruentia est. quia eadem voluntas habens primo in sua potestate actus contrarios· scȝ bonum ⁊ malũ: si postea firmetur in vno illorum non magis diceretur liberior respectu illius q̃ȝ diceretur liberior respectu alterius si firmetur in alio cõtrario: sed voluntas damnati firmatur in aliquo malo: ⁊ tamen propter talem firmitatem non est liberior respectu illius actus q̃ȝ ante· ergo quando bonus firmatur in aliquo bono quod necessario habet: non dicetur liberior respectu illius actus· ergo intelligunt sancti ꝙ sit liberior voluntas beati qua peccare non potest: quia ad actus imperatos indecentes ⁊ non expedientes et minus cogi potest q̃ȝ prius: immo nullo modo potest cogi ad quos tamen ante saltem ad multos cogi potuit· ¶ Auctoritas est Augu·v·de ciui·dei·c·x· vbi vult ꝙ sicut non minus dicitur deus omnipotens q̃uis non possit mori nec falli: ita non minus dicitur voluntas libera q̃uis necesse sit eam velle quod vult· ergo non minus potest dici libera q̃uis velit hoc necessario: duȝ tamen propter hoc minus possit ad alia cogi: non dico ad actus elicitos sed ad actus imperatos bene cogit͛ homo q actꝰ tūc nõ sunt impati·

Ad Ocham·

¶ Respondeo ꝙ congruentia illa parum valet· Tum quia non ideo dicitur liberior quia magis firmetur in bono q̃ȝ in malo: sed dicitur libera quia libere elicit actũ q̃uis necessario eliciat: ⁊ quantum ad hoc ita voluntas dicitur libera que necessario vult malum (si tamẽ potest velle malum) sicut quando necessario vult bonum: quia tota libertas vtriusqȝ est in eliciendo actũ· Sic ita dicitur libera contingenter quando vult malum contingenter· sicut quando vult bonum contingenter· Potest tamen dici liberior quando vult bonum: quia bonum habet rationem diligibilis ⁊ volibilis non sic malum· Dicitur etiam liberior quãdo vult bonum: quia magis inclinatur ad bonuȝ q̃ȝ ad malũ· Et ideo quando vult cõtingẽter bonum dicitur magis libera q̃ȝ quando vult contingenter malum· Sic quãdo necessario vult bonum ⁊ necessario firmatur in illo dicitur liberior q̃ȝ quando necessario firmatur in malo propter conditiones supradictas ⁊ multas alias extrinsecas· Proprie tamen loquendo de libertate illa attenditur penes elicionem actus: ita ꝙ actu dicitur libera quando actu libere elicit lȝ necessario: ⁊ dicitur in potentia libera quando potest libere elicere actum· Et sic patet ꝙ congruentia illa non est ad propositum nec ad mentem sanctorum· Auctoritas Augustini est magis ad propositum q̃ȝ ad oppositum vt patet intuẽti· ad hoc·n· vt dicatur omnipotens requiritur respectus ad possibilia· Sicut·n· non dicitur actu creator nisi actu creet: sic non dicitur actu omnipotens nisi actu possit in omne possibile· Omnipotentia·n· attenditur ex hoc ꝙ potest in omne possibile· vt infra patebit distin·xx·⁊ distin·xlij·⁊ in quolibe·q·vij· Sic est de voluntate que nullo modo dicitur actu libera nisi actu eliciat libere: nec dicitur potentia libera nisi quia potest libere elicere: ⁊ sicut cum tali libertate stat contingentia. ita etiam stat necessitas elicionis nec plus concludit auctoritas Augustini·

Secundo principaliter arguit Doc·

Rñ Scoti·

per Ansel· ꝺ libero arbitrio·c·primo· qui sic habet qꝺ decet ⁊ expedit vt hoc amittere non queat liberior est q̃ȝ ille qui sic habet hoc ipsum vt possit perdere. Et ex hoc concludit͛ liberior est igitur volũtas q̃ a rectitudine declinare nequit·

Gul· respõdet·

¶ Respondet Ocham dicens ꝙ Ans· non intelligit ꝙ libere velit illud quod necessario vult: sed ꝙ volũtas que a rectitudine declinare neqt ẽ liberior: quia causa non potest seruire peccato: ⁊ ita a seruitute que opponitur libertati est liberior· Et ideo eo ipso ꝙ a seruitute peccati est liberior. est etiam a coactione quantum ad actus alios ab actibus volendi ⁊ nolendi liberior: ⁊ propter hoc posse peccare non est libertas nec pars libertatis: sed magis minuit libertatem: non tamen minuit libertatem a coactione quantum ad actus intrinsecos volendi ⁊ nolendi· ergo minuit aliam libertatem: de qua loquitur Ans· ibidem· ¶ Si dicatur· ꝙ potestas peccandi nec minuit nec auget libertatem· Contra hoc est expresse Anselmus ibidem dicens sic· Potestas peccandi que addita voluntati eius minuit libertatem: ⁊ si dematur auget: nec ẽ libertas nec pars libertatis· ¶ Respondeo ꝙ in volẽdo rectitudinem est libertas voluntatis: quia sicut voluntas libere vult actum quantum ad substantiam ⁊ intensionem eius: ita vult libere rectitudinem actus (quod nihil aliud est nisi velle actum circunstantionatum circunstantijs requisitis ad ipsum actum rectum· vt infra patebit distin·xvij·⁊ in secundo distin. vij·⁊ distin·xl·⁊ in quolibe·q·xviij·) ⁊ sic in volendo rectitudinem est libertas vel pars libertatis·

Quõ in peccãdo aut in deficiendo nulla est libertas·

Respectu vero peccati siue deformitatis non potest esse libertas nec pars libertatis: quia talis deformitas nihil est· Est·n· tantum priuatio rectitudinis que deberet inesse actui· vt ostendit Doc· in secundo distinctione·xxxiij·⁊ distin·xxxvij· Libertas·n· vel pars libertatis respicit aliquid positiuum· Peccare·n· non est efficere sed magis deficere: modo in deficiendo non attenditur libertas nec pars libertatis· De hoc prolixe vide Doc· in secundo· distin·xxxiij·xxxvij·xliij· Si vero voluntas comparetur ad substratum peccati illud dicitur libere producere· Ita·n· libere producit substratum deformitatis sicut ⁊ substratum rectitudinis: ⁊ quo ad hoc nulla est differentia: ⁊ tunc ita est libertas vel pars libertatis respectu substrati

peccati

peccati sicut ⁊ respectu substrati rectitudinis· Comparando tamen voluntatem ad rectitudinem absolute ⁊ ad deformitatem respectu rectitudinis est libertas vel pars libertatis· Respectu vero deformitatis nulla est libertas nec pars libertatis· Et sic auctoritas Ansel· est ad propositum ⁊ non ad oppositum vt iste nititur ostendere·

Rõ Doc·

Tertio principaliter arguit doc· cuius ratio est: quia voluntas diuina necessario vult bonitatem suam: ⁊ tamen in volendo eã est libera· ergo· Mĩ· probatur· quia potentia operans circa vnum obiectum non absolute sed in ordine ad aliud est operatiua circa vtrunqꝫ obiectuꝫ: sicut arguit philosophus secundo de anima· t·c·cxlvj· de sensu communi: sed voluntas diuina refert ad finem omnia alia· ergo operatur circa omnia alia: sed circa illud quod est ad finem libere operatur ⁊ contingenter· ergo libere vult bonitatem suam·

Rãsio gul·

¶ Respondet Ocham ꝙ voluntas diuina necessario vult bonitatem suam non tamen libere: sed ita naturaliter sicut naturaliter intelligit bonitateꝫ suam· Ad probationem dicit ꝙ innuit imaginationeꝫ falsam· s· ꝙ potentia volitiua operatur circa diuinam essentiam: quasi eliciendo aliquam volitionem quocũqꝫ modo distinctam ex natura rei ab illa voluntate· hoc· n· est simpliciter falsum· Hoc tamen posito argumentum non valet: quia non sequitur· eadem potentia ⁊ sub ratione eiusdem potentie operatur circa hoc ⁊ circa illud· ergo si libere operaṫ circa hoc libere operatur circa illud: sicut non sequitur· eadem potentia operatur circa hoc ⁊ circa illud· ⁊ operatur circa hoc necessario· ergo ⁊ circa illud necessario operatur: Unde sicut isti negant istam consequentiam: ita nego ego primam·

Improbaṫ responsio·

¶ Dico ꝙ consequentia Doc· non intelligiṫ eo modo quo fit a Doc· vnde pro intellectiõe illius rationis premitto aliqua· ¶ Primum· ꝙ producere ⁊ causare sic se habent: ꝙ causare tantum respicit contingens: ita ꝙ nihil potest causare necessario· repugnat enim causare ⁊ causare necessario· vt supra patuit distinctione· viij· questione vltima· ⁊ patet in secundo distinctione prima questione tertia· ⁊ in quolibe· producere vere est communius: ⁊ stat cum productione contingenti ⁊ productione necessaria: ⁊ productio necessaria est duplex· s· libera: ⁊ per modum nature· Similiter dico ꝙ libere ⁊ contingenter sic se habent: ꝙ productio libera stat cum productione contingenti ⁊ necessaria: non tamen stat cum productione per moduꝫ nature· ¶ Productio vero contingens tantum stat pro possibili ⁊ nullo modo necessario· Secundum: · vna ⁊ eadem potentia habet tantum vnum modum producendi· s· vel per modũ nature vl' libere: vt supra ostensum est: ⁊ ꝙ eadem potentia velit aliquid necessario ⁊ aliud contingenter accidit sibi· non enim competit sibi velle necessario nisi quia talis potentia ⁊ circa tale obiectum: vt dixi supra· velle ergo necessario vel contingenter accipitur magis a ratione extrinseca: sed velle libere accipitur a ratione intrinseca potentie volitiue· Sicut ergo bene sequitur· aliqua potentia causat ·a· ergo producit ·a· ⁊ si causat per modũ nature· ergo producit per modum nature: ⁊ similiter si operatur ꝑ modum nature circa ea que sunt ad finem· ergo ⁊ circa finem: cum vna potentia vnius rationis habeat tãtum vnum modum producendi· Sic bene sequitur· potentia ·a· vult ordinatum ad finem libere· ergo vult ⁊ ipsum fineꝫ libere: aliter non esset eadem potentia si posset velle per modum nature: cum isti modi sint omnino incompossibiles: vt ostensum est supra· Sequiṫ ergo ẜm Doc· ꝙ si voluntas diuina operatur libere lꝫ contingenter circa creaturas: ꝙ etiam libere: licet necessario operaṫ circa essentiam dei· Ex his patet quomodo non sequitur· si vult necessario bonitatem suaꝫ ꝙ etiam velit necessario bonitatem creaturarum. Sꝫ bene sequitur· voluntas diuina vult libere licet necessario bonitatem suam· ergo libere vult: licet non necessario bonitatem creaturarum· Et similiter sequiṫ vult bonitatem creaturarum libere lꝫ contingenter· ergo vult libere lꝫ necessario bonitatem essentie diuine·

¶ Itẽ arguit Doc· ¶ Propter quid actio circa finẽ vltimuꝫ est perfectissima: in tali actione necessitas in agendo est perfectionis· ergo necessitas in ea non tollit sed magis ponit quod est perfectionis cuiusmodi est libertas· Sco· vbi supra·

¶ Respondet Ocham ꝙ necessitas non tollit perfectioneꝫ· ideo non tollit libertatem q̃uis repugnet libertati r̃spectu ei⁹ cui⁹ ẽ necessitas· Ocham respondet·

¶ Sꝫ ista responsio (vt pꝫ ex supradictis) nihil vel parũ valet: nec oportet hic immorari· Et quod dicit ꝙ voluntas diuina non elicit actum distinctum ex natura rei· Supra improbatum est distinctione· viij· questione tertia· Ex his patet firma positio Doc· ⁊ quomodo rationes Ocham non concludunt contra Doc· nec responsiones ad rationes Doc· euacuant· Eliditur responsio·

Ad tertium dubium· Quando q̃ritur tertio· si productio sit necessaria quomodo non est per modum nature sed distincta contra illam ⁊ libera: Dicit Henri· ꝙ natura agit per impressionem: ⁊ sic intellectus diuinus vt coincidit cum natura modo supradicto agit per impressionem· i· producit notitiam genitam imprimendo illam in intellectu nudo: voluntas vero lꝫ agat de necessitate non tamen dicitur natura: quia producit spiritum sanctum non per impressionem illius in aliquo sed per expressionem quandam: vt supra patuit declarando positioneꝫ Henri· distin· secunda parte secunda questione quarta· ⁊ Doc· non arguit contra hoc: quia supra loco preallegato improbauit illam opinionem Henri· ꝙ intellectus ageret per impressionem ⁊c· Hen· quolI· hc· vj· q· j·

Sed respondendo ad dubium dico: ꝙ quãuis voluntas agat de necessitate non tamen per modum nature: quia necessitas stat cum ꝑfecta libertate· vt declarauit doc· supra· ⁊ ideo hic non declarat: ⁊ hec est vera ꝙ agens per modum nature agit de necessitate non tamen econtra·

Ad argumenta principalia· Ad primuꝫ dico· lꝫ spiritus sanctus sit eqꝫ similis patri in omnibus perfectionibus sicut ⁊ filius: ⁊ etiam ex vi productionis producatur vt similis ⁊ patri ⁊ filio: quia vi productionis hꝫ simplr' eãdem perfectionem quam filius· ergo videtur produci sicut ⁊ filius· Dico ꝙ filius specialiter diciṫ esse similis ex vi productionis: quia vltra omnia supradicta ꝑducitur per modum intellectus: ideo specialiter diciṫ imago patris ⁊ verbum expressiuum ⁊ declaratiuum memorie fecunde patris· Et quantum ad hoc ex vi ꝑductionis sue dicitur produci vt similis ⁊c·

¶ Ad vltimum· Ista responsio consistit in hoc ꝙ voluntas nõ potest habere actum circa aliquod obiectum nisi illud obiectum sit precognitum ⁊ preostensum: ⁊ non oportet actum illum eliciendum esse cognitum: immo prius dicitur ⁊ postea cognoscitur· Sic in proposito· pater ⁊ filius non possunt producere spiritum sanctũ mediante voluntate nisi essentia diuina esset precognita ⁊ preostensa: non autem spiritus sanctus precogno

scitur ⁊ preostenditur·in primo ergo instanti originis pater ⁊ filius tantum precognoscunt essentiam: ⁊ in secundo spiritus sanctus: ⁊ licet tota trinitas similiter cognoscatur in eodem instanti eternitatis: non tamen simpliciter in eodem originis· ¶ Aliter posset dici. Ad quod dicit Doc· q pater prius origine q̄ producatur spiritus sanctus videt eum intuitiue in essentia diuina sicut ⁊ creaturas ante existentiam propriam· hoc non videtur simile: quia essentia diuina ex hoc potest esse ratio formalis videndi omnem creaturam antequam existat: quia eminenter continet omnem creaturam secundum totam suam entitatem: vt patet supra a doc· spiritus sanctus nec aliquid quod est in diuinis ad intra eminenter continetur in deo: vt supra patet a doc· ergo non videtur q essentia diuina sit ratio formalis videndi spiritum sanctum prius origine q̄ producatur· Ideo prima responsio videtur melior· Si tamen secunda responsio est vera sic est intelligenda: q pater videndo essentiam diuinam videt spiritum sanctum·i·q videndo essentiam diuinam videt illud quod est ratio formalis videndi spiritum sanctum·nam essentia diuina est ratio formalis videndi omnia tam ad intra q̄ ad extra: vt patet in prologo·q· penultima· ⁊ distin· xxxv· primi· ⁊ q̄ntum est ex parte sua semper nata est esse ratio formalis cognoscendi quodcumque in eodem in quo est: ⁊ hoc loquendo de intrinsecis: ⁊ hoc habz videri a doc· infra distin. xxxix· Tertio potest dici q pater ⁊ filius intuitiue cognoscunt spiritum sanctum in illo priori quo non intelligitur spiritus sanctus productus: quia essentia diuina est ratio cognoscendi quodcumque intrinsecum: licet in aliquo signo non sit in se existens: sicut etiam est ratio cognoscendi omnem creaturam intuitiue ab eterno· Et sic cognitio intuitiua spiritus sancti in illo priori quo non intelligitur productus terminatur ad spiritum sanctum non in se productum: sed ad spiritum sanctum producendum· Essentia·n· diuina est ratio cognoscendi spiritum sanctum non tantum in se productum: sed etiam spiritum sanctum vt producendum· sicut dictum est supra dist· xj· q pater volens generat filium· ergo preintelligit illum non in se productum sed producendum· Et essentia diuina est ratio cognoscendi intuitiue tam filium vt in se productum q̄ producendum·

¶ Distinctionis·xj·q·prima·

An spiritus sanctus procedat a patre ⁊ filio?

Ista questio clara est in littera·



In ista q̄one· dicuntur Greci discordare a Latinis· ¶ Ista l̄ra clara est vsque ibi· Multipliciter dicitur sicut hoc huius ⁊c· Sicut cum dicitur spiritus sanctus est spiritus filij potest habere multiplicem sensum· Primo vt dicatur spiritus filij vt correlatiuum: vel spiritus filij·i·producti a filio: vel spiritus filij·i·quiescentis in filio· Similiter cum dicitur hoc illo·s·vel ex principio productiuo formali: vel ex principio producente quod vel ex materia vel ex quasi materia vel ex opposito· sicut cum dicimus primo physicorum· ex non albo fit album: ⁊ sic possunt exprimi multipliciter ista·s·spiritus sanctus est spiritus filij ⁊ spiritus sanctus est a filio ⁊c· ¶ Ibi· Ad hoc est ratio talis· Habens principium perfectum productiuum prius q̄ intelligatur habere productum potest illo principio producere quando·s·principium est ita perfectum ⁊c·

Contra rationem Docto· qua probat spiritum sanctum producere a filio· Instat Ocham in primo distin·xj· questione prima· Et dicit sic· Licet inquit ista ratio subtilis videatur: non tamen videtur sufficienter probare spiritum sanctum procedere a filio· ¶ Primo quia videtur ex imaginatione falsa procedere· Imaginatur·n· q in patre sint duo principia productiua habentia ordinem inter se quorum vnum·s· primum est productiuum filij ⁊ reliquum spiritus sancti: ⁊ q ista prius communicantur filio q̄ spiritus sanctus producatur· quod autem hoc sit falsum ex prioribus patet: quia prius ostensum est q intellectus ⁊ voluntas in deo nullo modo distinguuntur ex parte rei: ⁊ ita non sunt talia duo principia· ¶ Secundo posito q intellectus ⁊ voluntas aliquo modo distinguerentur in deo ex natura rei: non tamen sequeretur q haberent talem ordinem prioritatis vel perfectionis. vel originis: vel durationis: vel nature vel communitatis: vel quia sunt aliquo predictorum modorum ordinatorum: patet inductiue· ergo nullum talem ordinem habent· ¶ Si dicatur q est ordo naturalis presuppositionis: quia voluntas naturaliter presupponit intellectum· Contra· Ordo naturalis presuppositionis est quando hoc potest esse sine illo ⁊ non econuerso: ⁊ ita ordo naturalis presuppositionis est ordo nature· Sed intellectus non est prior natura ipsa voluntate· ¶ Ex predictis patet q ex ordine potentiarum siue principiorum actiuorum in diuinis non potest probari prioritas generationis respectu spirationis· Tum quia non sunt talia distincta principia· Tum quia si essent: non esset inter ea ordo· Et hoc vltimum confirmatur: quia intellectus creatus ⁊ voluntas non habent talem ordinem· ergo nec intellectus diuinus ⁊ voluntas. Assumptum probatur: quia intellectus creatus ⁊ voluntas creata: vel distinguuntur realiter vel formaliter vel nullo modo: sed quecumque istarum opinionum ponatur: non oportet ponere talem ordinem inter intellectum ⁊ voluntatem· Nam si ponatur prima opinio: non oportet ponere aliquem ordinem inter ea: nisi forte ordinem perfectionis q vna potentia sit perfectior alia· Nec ponendo secundam opi· nec tertiam· Cuius ratio communis omnibus est: quia talis ordo non poneretur: nisi quia tenetur q naturaliter prius intellectus intelligit q̄ voluntas velit· Sed ex hoc non contingit arguere q intellectus ipse sit prior naturaliter voluntate: quia numq̄ formaliter ⁊ necessario ex ordine effectuum contingit arguere consimilem ordinem in causis. Tum quia ab eadem causa possunt esse ordinati effectus: patet quia ab eodem intellectu potest esse notitia principij ⁊ conclusionis: ⁊ ab eadem voluntate volitio finis ⁊ volitio illius quod est ad finem· Tum quia a duabus causis quarum vtraque potest esse indifferenter sine altera possunt produci duo actus quorum vnus non potest esse sine alio: ⁊ non econuerso· Tum quia aliquando cause sunt inseparabiles per naturam: ⁊ tamen effectus sunt separabiles· ergo non est semper similis ordo in causis ⁊ in effectibus causarum· ⁊ ita ex ordine effectuum non contingit arguere ordinem causarum nec econuerso·

¶ Preterea falsum accipitur: vel quod accipitur non est ad propositum· scilz q filio prius communicatur

secunditas

Ocham in primo dist· xj·q·j·argu contra Doc·

fecunditas voluntatis q̄ȝ producatur spiritus sanctus: quia ibi nulla potest esse prioritas nisi prioritas communitatis vel originis: vel quia sunt aliquorum habentium ordinem talem. Et ita si prius communicatur filio fecunditas voluntatis oportet (si hec propositio sit vera) ꝙ sic exponatur. scilicet ꝙ fecunditas voluntatis existens in filio est communior spiritu sancto: et tunc ista propositio vel erit conclusio probanda vel nō erit ad propositum. Si enim accipiatur ꝙ voluntas illa que est fecunda est communior spiritu sancto: vel productione spiritus sancti sic est vera: sed tunc non est ad propositum: quia ita secundum talem expositionem extortam concedendum est ꝙ fecunditas intellectus prius est in filio q̄ȝ producatur filius: quia hec est vera. intellectus qui est fecundus existens in filio est communior filio: quia pluribus conuenit. Si autem accipiatur ꝙ fecunditas voluntatis: hoc est hoc totum esse productiuum voluntati pluribus conueniat q̄ȝ spiritus sanctus: tunc accipitur quod debet probari. De hoc enim est questio vtrum producens vel esse productiuum spiritus sancti conueniat tantum vni persone in diuinis: sicut spiritus sanctus vel productio passiua spiritus sancti. ¶ Si dicatur ꝙ quando dicitur ꝙ filio prius communicatur fecunditas voluntatis q̄ȝ producatur spiritus sanctus. Intelligendum est de prioritate originis: quia in primo signo originis communicatur filio fecunditas voluntatis in quo signo originis non producitur spiritus sanctus. Contra. ostensum est prius ꝙ non potest esse ibi aliquod signum nisi illud signum sit pater vel essentia: et tunc idem erit dicere. in primo signo originis communicatur filio fecunditas voluntatis in quo signo originis non producitur spiritus sanctus. et manifestum est ꝙ non plus communicatur filio fecunditas voluntatis in patre vel in essentia q̄ȝ producatur spiritus sanctus in patre vel in essentia: et ita dicere ꝙ prius communicatur filio fecunditas voluntatis antequam producitur spiritus sanctus: est modus nō intelligibilis vel simpliciter falsus.

Dicitur ergo breuiter ad predictum argumentum. Primo ad maiorem. ꝙ maior est falsa si idem principium productiuum cum diuersis productionibus realiter distinctis concurrat ad constituendum supposita realiter distincta. sicut idem calor cum distinctis calefactionibus passiuis realiter distinctis inter se et ab omni calefactione actiua: ita tamen ꝙ nulla calefactio etiam actiua distincta realiter a quacunque calefactione actiua concurreret ad constituendum diuersa supposita distincta realiter. tunc nullum suppositum habens calefactionem passiuam haberet calefactionem actiuam: et tamen quodlibet illorum haberet illud principium actiuum: et essent hec duo supposita immediate ab eodem et neutrum ab altero: quia non esset maior ratio quare vnum esset ab altero q̄ȝ econuerso. Ita diceretur in proposito. ꝙ essentia diuina cum vna productione actiua et duabus productionibus passiuis concurrit ad constituendum tria supposita distincta realiter. Et ideo quamuis in vno producto sit essentia diuina que est principium productiuum: quia tamen sibi repugnat illa productio actiua que realiter distinguitur a sua productione passiua: ideo non potest producere.

Obiectio. ¶ Et si dicatur ꝙ si sunt due productiones passiue oportet ꝙ sint due actiue: quia distinctis relationibus

Solutio. correspondent distincte relationes correlatiue. ¶ Ad illud dicerent faciliter negantes predictam conclusionem multipliciter. Primo quia sicut hic arguentes ponunt ꝙ relationibus distinctis realiter non correspondent relationes distincte realiter: sed tantum formaliter: quia generatio actio et spiratio actio non distinguuntur realiter sed tantum formaliter: ita eque faciliter dicunt ipsi ꝙ relationibus distinctis realiter correspondet vnica relatio realis: nec haberent hoc pro inconuenienti. Secundo dicerent ꝙ ille relationes actiones formaliter distinguerentur inter se et realiter a qualibet productione passiua. sicut dicunt isti ꝙ filiatio et spiratio passio possent distingui realiter: non obstante ꝙ spiratio actio et filiatio distinguerentur realiter. per hoc saluantes ꝙ spiritus sanctus posset distingui a filio: quamuis non procederet ab eodem: et ideo quelibet productio passiua distingueretur realiter a qualibet productione actiua: ideo nullum suppositum productum posset esse producens. Ad minorem. dicerent per predicta quomodo filius prius habet voluntatem q̄ȝ producatur spiritus sanctus et quomodo non. Ad probationem dicerent. ꝙ generatio non est prior spiratione. Ad probationem patet. ꝙ non est ibi talis ordo potentiarum: nec actus primi habent talem ordinem sicut isti imaginantur. Ad confirmationem ꝙ in deo intellectus et voluntas non sunt potentie operatiue (sicut isti imaginantur) ac si haberent aliquas operationes quocunque modo distinctas inter se et ab intellectu et voluntate. Uerum tamen in creaturis possunt concedi potentie operatiue: quia intellectio et volitio sunt due operationes producte: et sunt aliquo modo productiue non tantum illarum operationum: sed etiam aliquorum aliorum: sed non est consimilis ordo inter producta illa et istas operationes: quia iste operationes distinguuntur realiter et vna est effectiue ab alia: sed productum aliquod sub istis est vnum et idem quod producitur ab intellectu et voluntate siue mediate siue immediate non curo ad presens. ¶ Ad exemplum posset dici ꝙ multipliciter peccat. primo quia non potest esse talis ordo ꝙ siccitas non potest desiccare nisi prius calor calefaciat: et hoc quando sunt in eodem. quando enim in eodem sunt duo pura actiua sufficientia respectu duorum effectuum: ita ꝙ neutrum illorum actiuorum est causa efficiens partialis alterius: impossibile est ꝙ sit talis ordo ꝙ actio vnius principii presupponat actum alterius: quia illud actiuum ad hoc vt agat: non presupponit actionem alterius quod potest agere in passum suum sibi approximatum et sufficienter dispositum etiam alio circumscripto: sed circumscripto alio principio actiuo ex hoc ipso ꝙ illud actiuum est sufficienter approximatum passo sufficienter disposito sequitur actio secundum istos. igitur illud actiuum non presupponit actionem alterius. Et ideo si in igne calor et siccitas sunt due cause actiue calefactionis et desiccationis: et nec calor est causa partialis actiua desiccationis nec siccitas causa partialis actiua calefactionis: impossibile est ꝙ siccitas ad hoc ꝙ agat presupponat actionem caloris nec econuerso. ¶ Si dicatur ꝙ actio voluntatis presupponit actionem intellectus. ergo a simili non est inconueniens siccitatem ad hoc ꝙ agat presupponere actionem caloris. ¶ Dico ꝙ actio voluntatis non presupponeret actionem intellectus nisi operatio intellectus esset causa saltem partialis operationis voluntatis: non sic autem calefactio est causa effectiua siccitatis: et ideo non potest esse talis presuppositio: hec Ockham. Obiectio. Solutio.

Nunc ostendendum est dicta Ockam non soluere rationem Doctoris. Et primo cum dicit ꝙ intellectus et voluntas in deo non sunt principia distin- Responsio ad Ockham.

cta ex natura rei·patet hoc esse falsum: quia tunc ita
spiritus sanctus produceretur per modum nature si-
cut et filius· Tum quia tunc generatio et spiratio non
distinguerentur formaliter· Tum quia non esset ma-
ior ratio ꝙ spiritus sanctus prius producatur q̃z filius:
Et multa alia sequerentur inconuenientia· Sed de
huiusmodi distinctione: vide supra distin·viij·questio
ne tertia·que dixi respondendo ad obiectiones Ockã
Gregorij·Alphonsi·Jo·Anglici·et multorum aliorum·
Ibi·n·expresse patet qualiter voluntas et intellectus
in diuinis necessario distinguntur preter omne opus
intellectus· ¶ Ad aliud cum dicit ꝙ inter intellectum
et voluntatem non est ordo. Dico ꝙ est ibi ordo natu
ralis presuppositionis: quia voluntas necessario pre
supponit intellectum· Et cum infert ꝙ vbi est talis or
do vnū potest esse sine alio et non econuerso· Dico pri
mo ꝙ ordo presuppositionis naturalis non est ꝙ vnū
possit esse sine alio: patet quia paternitas in diuinis
presupponit essentiam diuinam: et tamen est impossi
bile essentiam posse esse sine paternitate· Et similiter
inter essentiam et sapientiam est talis ordo·vt supra
patuit distinctione·viij·questione tertia·et tamen essen
tia non potest esse sine attributis· Attributa·n·presup-
ponunt essentiam·vt supra patuit per auctoritates Au
gustini et Dama·et Ansel·vt exposui supra distin·viij·
questione tertia· Dico ergo ꝙ non semper ordo natu
ralis presuppositionis est ꝙ prius possit esse sine po-
steriori et nō econuerso· Sufficit·n·ꝙ prius possit in-
telligi posteriori non intellecto: et tunc in tali abstra-
ctione non fit mendacium· Potest enim intelligi essen-
tia non intellecta paternitate·vt supra patuit distin·
secunda parte secunda questione tertia·nō tamen po
test intelligi essentia sine paternitate: quia tunc in ta-
li abstractione committeretur mendacium. Dico secun
do ꝙ aliquid posse esse sine alio potest intelligi ꝑ nūc
dupliciter· Primo ꝙ ex sua ratione formali non repu
gnet esse sine alio· Secundo ꝙ concomitanter repu-
gnet sibi· Exemplum primi·non repugnat homini ex
sua ratione formali et quiditatiua posse esse sine risibi
litate: cum homo nullo modo dependeat nec presup-
ponat risibilitatem· Exemplum secundi· Homini vt
idem realiter risibilitati repugnat esse sine risibilitate·
Sic in proposito·non repugnat formaliter intellectui
esse sine voluntate: quia tamen intellectus diuinus ꝑ
pter suam infinitatem identificat sibi realiter volun
tatem: ideo repugnat esse sine voluntate· ¶ Ex his pa
tet ꝙ ex quo est talis ordo inter intellectum et volunta
tem: et quia intellectus sicut prius est operatiuus quã
voluntas sit operatiua: sic prius est productiuus q̃z vo
luntas sit productiua: sequitur ꝙ generatio filij sit pri-
or spiratione spiritus sancti: et per consequens quia
pater in generatione filij communicat sibi eandem volū
tatem non habentem productum adequatum filius
spirat spiritum sanctum·sicut et pater habens idem
principium spiratiuum· ¶ Ad illud de intellectu crea
to et voluntate creata·patet quomodo inter tales po-
tentias est ordo presuppositionis naturalis stante ali
qua distinctione preter omne opus intellectus· De q̃
vide Doc·in secundo distin·xvj· Et cum probat ꝙ nō
est talis ordo ex hoc solo ꝙ intellectus prius intelligit
q̃z voluntas velit· Dico primo· ꝙ ordo inter aliq̃ mul
tipliciter potest probari·primo a priori ratione entita
tis eorum·sicut probamus constitutiuum essentialiter
esse prius constituto· Secundo probatur a posteriori
puta per effectum· Tertio a signo: et etiam alijs modis
potest probari· Ad propositum entitatem intellectus

esse aliquo modo priorem entitatē voluntatis potest
probari· Primo modo quia si quis intuitiue videret
animam intellectiuam a qua iste potentie suo mō pul
lulant: intuitiue videret intellectum prius pullulare ab
anima q̃z voluntas: sed hoc non cognoscitur ꝑ statu
isto· Secundo modo probatur ista prioritas: quia est
impossibile voluntatem habere aliquem effectum ni
si intellectus prius haberet suum effectum·vt patet
experimentaliter et per auctoritates tam sanctorum q̃z
phorū·necesse est enim intellectum prius intelligere
q̃z voluntas velit· Et ideo arguimus ꝙ quando vna
causa non potest agere nisi presupponat actionem al-
terius cause et non econuerso: ꝙ illa causa cuius actio
presupponitur necessario est prior· Sic est in proposi
to· A signo etiam patet· Et quando dicit ꝙ nunq̃z for
maliter et necessario ex ordine effectuum contingit ar
guere consimilem ordinem in causis· Dico ꝙ loquen-
do absolute de effectu et causa ꝙ non sequitur semper
similis ordo in causis qualis est in effectibus. Loquē
do tamen de tali effectu et tali causa aliquando sequi
tur· Sicut est in proposito· Est·n·talis ordo istorum
effectuum ꝙ vnus necessario presupponit alium: et nō
eiusdem cause sed alterius cause· Concedo enim abso
lute ꝙ non semper est similis ordo in causis et effecti-
bus· Nec Doc·hoc intendit probare: sed duntaxat·
loquendo de aliquibus effectibus et causis vt in ꝓ
posito· Nec oportet multum immorari: quia com
muniter conceditur tam a Doc·sanctis q̃z apostolis:
ꝙ inter intellectum et voluntatem in creaturis est or-
do presuppositionis: quia voluntas necessario presup
ponit intellectum· ¶ Ad aliud quod dicit contra doc·
·s·ꝙ Doc·falsum accipit: vel quod accipit nō est ad ꝓ
positum·s·ꝙ filio prius communicatur fecunditas vo-
luntatis q̃z spiritus sanctus producatur· Dico primo ꝙ
Doc·non accipit falsum· Et cum dicit ꝙ ibi nulla est
prioritas· Dico ꝙ oppositum non probat·vt supra pa
tuit distin·vj·respondendo ad rationes Ockã et Gre·
de prioritate in diuinis· Est enim intellectus sicut in
operando prior voluntate sic in ratione principij pro-
ductiui· Nec dico ꝙ sit prior prioritate communitatis
ipso producto: quia hoc clarum est: quia intellectus
est perfectio communis tribus non sic productum· Ista
enim prioritas non est modo ad propositum· Sed est
prior prioritate originis accipiēdo prius origine: quia
saltem scḋm rationem prius intelligitur quasi ab essen
tia originari·si tamen non ponatur esse de formali ra
tione deitatis: saltem est ibi prioritas presuppositio-
nis: et quo ad entitatem et quo ad operationem et pro-
ductionem· Si·n·intellectus et voluntas vere distin-
guerentur realiter ab anima: et essent vere producta ab
ipsa intellectus realiter esset prior voluntate·modo
cum talis sit ordo inter aliqua vbi ratione distingun-
tur qualis esset inter illa si realiter distinguerentur·
vt patet a Doc·in pluribus locis: sequitur ꝙ in diui
nis intellectus est prior volūtate· Ex his patet ꝙ doc·
non accipit falsum· Posito etiam ꝙ intellectus non
sit prior voluntate in entitate nec scḋm rem nec scḋm ratio
nem: adhuc Doc·non accipit falsum: quia saltem in-
tellectus est prius productiuus q̃z voluntas sit produ
ctiua·ergo in illo priori quo pater per intellectum ꝓ-
ducit filium communicat filio omnem perfectionē quã
ipse pater habet: et per consequens communicat sibi eã
dem voluntatem: et quia in illo priori voluntas nō ha
bet terminum productum et communicat sic filio: sequi
tur ꝙ sicut in patre est principium productiuum spiri
tus sancti sic et in filio: quia in quocunq̃ supposito est
principium

principium formale productiuum non prehabens productum illud suppositum potest mediāte tali principio vere producere. Sic est in proposito. Et cum probat ꝙ in deo non est aliquod signum nisi illud signum sit pater vel essentia. Ad hoc argumentum supra responsum est distin. vj. Hoc. n. argumentum fit ibi ab isto Doc. ⁊ a Gre. ⁊ Jo. Anglico. ⁊ ibi solutum est. ¶ Ad responsionem quam dat ad argumentum Scoti qui probat filium producere spiritum sanctum. Cum dicit ꝙ maior est falsa: si idem principium productiuum cum diuersis productionibus realiter distinctis concurrat ad constituendum supposita realiter distincta ⁊c. Respondeo ꝙ in ista responsione sunt nonnulla falsa. Primum. ꝙ essentia diuina sola sit principium productiuum diuersis productionibus: ⁊ hoc patz supra improbatum. Secundū. posito ꝙ ipsa sola sit principium productiuum diuersis productionibus realiter distinctis: adhuc maior argumēti Doc. erit vera. posito ꝙ essentia diuina sit prius productiua per generationem q̃z per spirationem: ⁊ posito ꝙ essentia diuina licet sit principium productiuum: non tamen producit: quia tunc realiter distingueretur a producto. vt supra patuit distin. v. questione prima. sed persona habens ipsam vt principium productiuum producit. ¶ Si dicatur. ꝙ essentia diuina non sit prius productiua filij q̃z spiritus sancti. ¶ Contra. quia tunc non esset maior ratio ꝙ spiritus sanctus eq̃z producatur q̃z filius: ⁊ sic filius nullo modo produceret spiritum sanctum. quod est hereticum ⁊ multa alia inconuenientia sequerentur. que non oportet adducere in presenti. De hoc vide supra distinctione. viij. questione tertia. ⁊ distin. vj. Istis ergo suppositis tanq̃z simpliciter veris ⁊ necessarijs: patet veritas maioris propositionis Scoti: quia essentia diuina esset principium productiuum filij in aliquo priori in quo non esset principium productiuum spiritus sancti: ⁊ per consequēs in illo priori quo essentia diuina communicaretur filio per generationem esset ipsi filio principium formale productiuum respectu spiritus sancti. patet quia in illo priori quo filio cōmunicatur non intelligitur habere productum. ergo filius mediante essentia diuina vt principio productiuo spiraret spiritum sanctum. Sicut etiā ponitur de patre. quia cum pater in aliquo priori habet essentiam diuinam in quo non intelligitur prehabere filium productum: ideo pater mediāte ipsa vt principio formali generatiuo generat filium. Sic in proposito est de filio. Exemplum de calore respectu calefactionum realiter distinctarum. si recte intelligatur erit magis ad propositum q̃z ad oppositum: quia si prius haberet vnam calefactionem q̃z aliam ⁊ per illam cōmunicaretur alicui supposito vt principio productiuo. illud suppositum illo calore produceret. Sequentia non oportet aliter improbare: quia non sunt directe contra Doc. Quod tamen dicit de relatōnibus. certum est ꝙ sicut vni relationi correspondet relatio correlatiua: ita pluribus relatiōibus correspōdent plures correlatiue. De hoc in secundo distinctione prima. ⁊ in tertio distin. viij. non tamen requirit tanta distinctio in vna quanta in alia: quia in eodem supposito possunt eē plures paternitates: ⁊ tamē plures filiationes correspondentes nō possunt esse i vno ⁊ eodem simpliciter supposito: quia idem non potest pluribus productionibus totalibus dependere. Sed hoc non est multum ad propositum. ¶ Ad aliud quod dicit ꝙ intellectus ⁊ voluntas in diuinis nō sūt potentie operatiue. Dico ꝙ si intelligit potentia; operatiuam illam que habet operationem vere productā ꝙ non sunt potentie operatiue: sunt tamen potentie quasi operatiue: quia saltem sm rationem tales operationes producuntur. per illam propositionem sepius allegatam. s. ꝙ qualis est ordo inter aliqua vbi realiter distinguuntur ⁊c. ¶ Ad instantiam contra exēplum Doc. patet ꝙ nihil concludit: quia Doc. non arguit assertiue de calore ⁊ siccitate: sed arguit ex presupposito illo de calore ⁊ siccitate ⁊c. Et exempla ponimus ex primo priorum. ¶ Ibi. Probant alij istum ordinem. Nam ibi Henri. probat spiritum sanctum de necessitate procedere a filio: ex hoc ꝙ sicut intelligere precedit velle: ita ⁊ dicere siue generare precedit spirare. ergo cum filius habeat esse per dici vel generari: quo erit prior ipso spirare actiue: ⁊ in illo priori quo habet eē: communicatur sibi omnis perfectio ⁊ voluntas. ergo idem principium productiuum spiritus sancti quod ē in patre erit in filio prius origine q̃z sit spiratio spiritus sancti. ergo si filius habet simpliciter idem principium spirandi. ergo de necessitate spirat. Secūdo improbat hoc non ꝙ hoc non sit verum quod dixit He. sed ex hoc non videtur similis necessitas spirare ad dicere: sicut velle ad intelligere: quia velle de necessitate presupponit intelligere: quia nunq̃z voluntas posset habere essentiam diuinam sibi presentem ⁊ vt actu volendam nisi prius esset intellecta: ⁊ quando voluntas in patre habet essentiam diuinam sibi perfecte presentem actu cognitam: potest esse principium productiuum spiritus sancti. patet quia ad hoc ꝙ voluntas producat amorem infinitum: de necessitate habet obiectum presens cuius est talis amor: ⁊ cum non posset esse presens nisi actu cognitum: ideo velle presupponit de necessitate intellectionē ⁊ similiter spirare. Cum ergo essentia diuina nō sit presens per dicere: quia nūc per notitiam genitam siue per verbum dictum non haberetur essentia diuina presens in ratione obiecti volibilis: quia tūc pater haberet ipsam presentem per notitiam genitam: ⁊ sic prius intelligeret ipsam notitia genita. quod est contra Augu. ergo non est tanta necessitas spirare ad dicere quanta est spirare ⁊ velle ad intelligere. Et hoc est quod dicit Doc. infra ibi. Concedo ꝙ instantia ⁊c.

¶ Questio secunda. distinctionis. xj.

Utrum si spiritus sanctus non procederet a filio posset stare distinctio realis ipsius a filio.


Ic dicitur ꝙ questio. In ista positione sunt aliqua notanda. Primo ꝙ dicta positio que includit incōpossibilia nō debet sustineri: quia statim sustinens posset redargui. Exemplum. Si quis sustineret istam ꝙ homo esset non animal absolute ab arguente posset redargui: quia sustinens tenetur concedere omne consequens: ⁊ sic arguens arguit. hō per te est non animal. ergo homo est hoc: sequitur ex ista positione: ⁊ vltra. homo nō est animal. ergo homo non est: a negatiōe superioris ad negationem inferioris. ergo sustinens concederet homines esse ⁊ non esse: ⁊ sic esset redargutus. Secūdo. due sunt regule disputationis pertinentes ad respondentem. Prima est ꝙ debet cōcedere sequens ex sua positione. Secunda. ꝙ debet negare repugnans sue

He. quoli. vj. q. prī.

Goff. quoli. vij. q. 4.

positioni · Exemplum · Nam franciscus ponit istam ꝙ homo est animal: arguens infert · ergo est corpus · ergo substantia · ergo ens · respondens concedit hec omnia: quia sequuntur ad suam positionem · Si vero arguens sic arguat per te · homo est animal · ergo homo est asinus: quia etiam asinus est animal: respōdēs debet negare vt repugnans sue positioni · Tertio ista opinio dicit ꝙ positio qua ponitur · Si spiritus sanctus non ꝑcederet a filio an posset distingui: includit duo incompossibilia · s · filium esse ⁊ filium non esse: ⁊ sic ponens illam posset redargui · Nam arguens posset arguere sic · Si spiritus sanctus non procederet a filio an distingueretur ab ipo · ergo filius est · patet quia si non esset non posset distingui · respondens habz cōcedere · Deinde arguēs arguat sic · sed filius de necessitate spirat spiritū sanctū · ergo spirare inest filio de necessitate · ergo si non spiraret: non esset filius: patet quia remouetur ab illo quod sibi de necessitate inest: ⁊ sic ponens hanc positionem includentem ista duo incompossibilia posset redargui ·

Contra istam positionē ·

Hic sunt duo notanda · Primo ꝙ aliud est ponere aliquā positionem in se ⁊ ex suo intellectu: ⁊ absolute includentē incompossibilia vt in ista · hō est non animal · ⁊ aliud est ponere aliquam positionem q̄tuis includentem incompossibilia non in se ponere: sed vt inquiratur aliqua veritas sicut si quereret̄ sic · Posito ꝙ homo nō sit animal: an rationale possit esse ratio formalis distinguendi hominem ab asino · Naz hic non ponitur absolute positio vt includit incompossibilia sicut ponendo absolute · homo nō est animal: sed ponitur sic · an ratio distinguendi hominem ab asino sit ipsa animalitas vel ipsa rationalitas: ⁊ tunc ad videndū hoc circumscribamus per impossibile ipsam animalitatē · an rationalitas distinguat vel ne: ⁊ sic est in proposito: aliud est enim ponere · filius est non spirans spiritum sanctum · ⁊ aliud est ponere · si non spiraret spiritum sanctum · an distingueretur · naz queritur hic de ratione formali distinguendi filium a spiritu sancto · i · an filiatio distinguat personaliter filium a spiritu sancto: an ipsa spiratio: ⁊ sic queritur circumscripta ipsa spiratione actiua filij: an ipsa filiatio distingueret personaliter filium a spiritu sancto: ⁊ sic est intentio doc · ❡ Ibi · Preterea li 3 positio · Tota ista lrā dicit duo · scilicet ꝙ aliqua positio ponit duo incompossibilia ex intellectu formali ⁊ quidditatiuo ⁊ formali consequentia: non sumendo formalem consequentiam que accipitur cōmuniter que est: quando quelibet sibi similis i forma est vera · vt ista · homo currit · ergo animal currit · est consequentia formalis: quia quelibz sibi cōsimilis in forma hoc est ab inferiori ad superius eo modo arguitur · sicut hec erit vera · asinus est albus · ergo animal est album · Sed accipitur hic consequentia formalis quando extrema sic se habent ꝙ vnuz est de essentia alterius · sicut in ista · homo est · ergo animal est · Dicit ergo Doc · ꝙ quando positio que ponit incompossibilia consequentia formali siue essentiali non debeat admitti vt ista · homo est non animal: sed statim consequentia formali concluduntur duo incōpossibilia · patet nam bene sequitur · homo est · ergo animal est: ⁊ ex alia parte tu dicis ꝙ non est animal: ⁊ sic idem predicatū essentiale simul verificatur de aliquo ⁊ negat̄ · Similiter hic homo est non animal · statim sequitur · ergo homo est · ⁊ ex alia parte non est animal · ergo homo non est: patet quia illud quod est de essentia hominis remouetur ab illo · Secundus dictum est · consequentia accidentalis vel per locum extrinsecum in isto loco dicitur illa quando illud quod concluditur de aliquo non concluditur per aliquod essentiale illius: nec remouetur per remotionem alicuius essentialis · Exemplum · Homo est non risibilis · sequitur hominez non esse consequentia accidentali · Nam bene sequitur · homo non est risibilis · ergo homo est: ⁊ ex alia parte risibile non est · ergo homo non est · patet quia sunt idem realiter: ergo destructo risibili destruitur homo · Dico ꝙ sequitur hominem nō esse tantum consequentia accidentali siue per locum extrinsecum: quia per remotionem alicuius puta risibilis quod non est de essentia hominis · Tertio dico ꝙ in ista positione. Si spiritus sanctus non esset a filio an distingueretur ab illo consequentia essentiali: sequitur ipsum filium esse · Consequentia vero accidētali sequitur ipsum non esse: quia si spiratio filij non esset que est idem realiter ipsi: licet non sit de essentia illius · ergo filius non est · ⁊ sic consequentia accidentali · i · per remotionem alicuius quod non est de eēntia filij · sequitur nō esse · lz ergo prima positio que ex intellectu suo ⁊ consequentia essentiali includat incompossibilia non sit ponenda: tamen ista que includit incompossibilitatem consequentia tantum accidentali est ponenda · Et nota ꝙ Sco · accipit ibi locū extrinsecum solum pro eo quod nō est de essentia. ❡ Ibi · Itē si aliquid essentialiter · Ex dictis supra patet totuz vsqz ibi. Item philosophus quarto phi · t · c · lxiij · Nā ibi phus arguit · posito quod aliquod spacium non haberet aliquod corpus sensibile sed sonum vel colorem: querit vtrum esset vacuum ⁊c · ⁊ tamen hec positio includit incompossibilia · s · ꝙ color vel sonus sit in vacuo · Nam sequitur formali consequentia · color vel sonus est in vacuo: ergo est. sequitur etiaz ipsum non esse: quia subiectum non est consequentia non naturali: sed sicut ad impossibile sequitur quodlibet ·

Ideo admittendo

questionē est opinio · S. Tho · Et Egi · que dicit ꝙ si spirit⁹ sanctus nō ꝑcederet a filio nullo modo distingueret̄ ab eo · Et probat̄ · Primo · quia relatio in diuinis aut distinguit ſm esse: aut ſm q̄ditatē: nō primo: quia sic transit in essentiaz diuinā · Si secundo: ergo distinguit inquantum respicit oppositum: ⁊ sic tantum distinguit ab opposito · ergo filiatio non distinguit filium a spiritu sancto siue a spiratione passiua: cum illa tantum opponatur paternitati · ❡ Secundo · Si relationes disperate possent sufficienter distinguere personas · ergo cuz tales due sint in patre · s · generatio actiua ⁊ spiratio actiua: pater eēt due persone · ❡ Confirmatur ratio · quia tantam distinctionem videntur habere iste relationes generatio actiua ⁊ spiratio actiua: quantum habent eorum correlatiua · igitur ita possunt hec distinguere sicut illa · Tho · j · pte su · q · 33 · ar · 2 · Egi · de Roma quo li · j · q · xij · vide tamen Tho · quol · 4 · ar · vij · q cū Scoto tenet hic ·

Contra istam opinionē ·

Arguit doctor · Primo ex medio sumpto ex ratione formalis cōstitutiui · Secundo ex medio sumpto ex distinctione emanationum · ❡ Ex primo arguitur sic · quecunqz formaliter aliquid constituitur in esse eodem distinguitur: quia eodem est aliquod ens ⁊ vnuz vnitate cōueniente tali entitati · ⁊ si vnum: igitur ⁊ in se indistinctum ⁊ ab alijs distinctum · Sed filius constituitur in esse personali filiatiōe · ergo ⁊ ea formaliter distinguitur ab omni alia persona · igitur per impossibile vel incompossibile circumscripto quocunqz alio: ⁊ maxime

posteriori

posteriori filiatione: remanebit filius filiatione distinctus personaliter a quacunq3 persona. Assumptum patet: quia filius non constituitur in esse psonali spiratione actiua: q2 illa est cōis pri τ filio: τ non sunt in eo ,pprietates positiue alie q̃3 gnātio passio τ spiratio actio: ergo τc. ¶ Rn̄detur ab eis q formali ɔstitutiuo non distinguitur aliquid a quocunq3: sed tm̄ ab illis cū quibus maxime conuenit τ a quibus nō distinguitur aliquo alio nisi illo formali cōstitutiuo. Exemplū: homo rationalitate non distinguitur a lapide: sed a speciebus animalis: a lapide .n. distinguitur aīalitate que non est formale constitutiuum hōis. Ita dicit in proposito: q filius cum patre conuenit cum spiratiōe actiua: τ in hac distinguitur a spiritu sancto: proprio autem suo formali scil3 filiationē distinguitur a pr̄e cum quo maxime conuenit. ¶ Contra: quia quodlib3 habens aliquod esse distinguitur distinctione conueniente illi esse a quocūq3 alio per aliquod quod est de ratione eius inquantum habet tale esse: filius igitur personaliter distinguitur per aliquod quod est de ratione eius inquantum persona est: spiratio actiua nō est de ratione eius inquantum persona: sed filio iam posito est quasi proprietas aduenticia. Ex his pat3 q exemplum adductum non est ad propositum: quia τsi homo distinguitur a lapide nō per relatiōe3 primo distinguitur: tamen per aliqd qđ est de essentia eius: ita q inconueniens esset ipsu3 per nihil quod est de essentia sua a lapide distingui: sed tantum per risibilitate3. Ita est in proposito.

Thō·Gal·de rio· non desistit instare cōtra Sco·

Quidam nouus expositor prime ptis S·Tho·q·xxj·arti·secūdo· nitit̄ soluē istas rōes quas doc· facit ɔ̄ Tho· Et primo pmittit sic dicens. Scito q cū in diuinis nō sit formalr̄ nisi substātia τ relatio: τ substātia vt pote cōis nec cōstituat nec distinguat yposta ses: o3 q vtrūq3 relationi tribuat̄. Relationi aūt cū possit aliqđ cōuenire duplr̄ ſm .s. ,ppria relatiōis: τ ſm cōia sibi τ absolutis. Quecūq3 attribuunt̄ diuinis relatiōibus necesse est cōuenire eis inquātū relatiōes: τ sic ɔstituere ac distinguere relatiōi diuine ,put relatiua res est cōuenit. Inter rē aūt absolutā τ relatiuā hoc interest: q res absoluta cōstituit rē in se: relatio vero cōstituit re3 ad alīā. Et quoniā vnūquodq3 sicut est ens ita vnu3: τ distinctū cōstitutiuū absolutū sicut cōstituit ens in se: ita distinguit illud ſ3 se: τ ɔ̄iter ab vniuersis aliis. cōstitutiuū vero in esse relatiuo q2 cōstituit ens ad aliud vnū correlatiuū .s. ita distinguit illđ ab illo vno tm̄: alioquin diuersitas siue distinctio nō esset ,pportionata passio entis: plus .n. faceret cōstitutiuū aliqđ distinguēdo q̃3 cōstituēdo: qđ nō videt̄ intelligibile. Si igit̄ in diuinis sola relatio multiplicat trinitatē: τ hoc nō cōuenit relationi p accñs sed ɔ̄tenus res relatiua est. Et res relatiua vt sic ɔstituit τ distinguit relatiue tm̄. quācunq3 .n. aliā distinctionē h3 nō facit inquātū res relatiua: ſ3 hr̄et eā ex cōibus sibi τ absolutis: vt p3 de disperatiōe: hec .n. nō est ,ppria relatiuis: τ sic nō pōt causari a relatiōe ſm rōne3 relationis. Consequēs est q in diuinis nulla sit distinctio realis nisi relatiua: ita q nō solū res distincte sunt relatiue: ſ3 distinctio ipsa est relatiua. Et cū cōstet distinctionē relatiuā non eē sine oppositione relatione τ respectu correlatiui tm̄: manifeste sequit̄ q sola oppositio relatiua distinguit realr̄ diuinas psonas. ¶ Ex his rn̄det ad obiectiones ex parte cōstitutiui. Cum .n. dicitur q idē est cōstitutiuū τ distinctiuum alicuius ab omni alio: distinguendum est de duplici constitutiuo .s. absoluto vel respectiuo: τ q in absolutis verum est: in relatiuis vero subdistinguendū est de duplici distinctiōe .s. relatiua: vel quacunq3 alia puta disperata: vel ɔ̄ria: vel ɔ̄dictoria: seu ēt priuatiua. Et dicendū q de distinctiōe relatiua loquēdo falsu3 est assumptū: quoniā cōstitutiuū alicuius in esse relatiuo nō est distinctiuū illius distictione relatiua nisi a suo correlatiuo ,ppter ipsa3 relatiōis nām: a ceteris aūt distinguit quouis alio mō. Duplū .n. vt sic q2 nō est nisi ad dimidiū nō distinguit̄ ēt relatiue nisi a dimidio: a triplo aūt τ quadruplo τ reliquis entibus distinguit̄ quidē duplicitate inquātum ē hoc ens non relatiue: vt de se p3. Et quia in diuinis p̄ſona est formaliter relatio nō est distinctio personalis neq3 realis: nisi sit relatiua. Et propterea de facto ista est falsa: filius distinguitur realiter siue psonaliter a spiritu sancto filiatione: quia ista est falsa: filius filiatione distinguitur relatiue a spiritu sancto: q̃3uis ista sit vera: filius distinguitur filiatione a spū sancto: sed talis distinctio nō sufficit ad realē distictionē. hec ille.

Sed ista responsio nec est ad mentem S. Tho· nec soluit rationes Sco. Et q diuertat a S. Tho· p3 littera eius in prima pte· q·xxj·arti· secūdo q sic dicit. Necesse est inqt dicere spūm scūm esse a filio: si .n. nō esset ab eo nullo mō posset ab eo p̄sonalr̄ distingui. Non .n. est possibile dicere q ſm aliqđ absolutū diuine psone abinuicē distinguant̄: q2 sequeret̄ q nō esse3 triū vna essentia. Quicqđ .n. in diuinis absolute dicit̄ ad vnitatē essentie ptinet. Relinqt̄ ergo q solū relatōnibus diuine psone adinuicē distinguāt̄. relatiōes aūt p̄sonas distinguere nō possunt nisi ſm q sunt opposite. Qđ ex his p3: q2 pr̄ h3 duas relatiōes quaꝝ vna referē ad filiū τ alia ad spūm scūm: que tn̄ q2 nō sunt opposite: nō cōstituūt duas psonas: ſ3 ad vnā psona3 pr̄is tm̄ ptinēt. Si ergo in filio τ spiritu sancto nō eēt inuenire nisi duas relatiōes qbus vterq3 refert̄ ad patrē: ille relatiōes nō essent adinuicē opposite: sicut neq3 due relatiōes qbus pr̄ refert̄ ad illos: tn̄ sicut psona pr̄is est vna: ita sequeret̄ q psona filij τ spūs scti esset vna hn̄s duas relatiōes oppositas duab9 relatōnibus pr̄is. hoc aūt est hereticū: cū tollat fidem trinitatis. o3 ḡ q filius τ .s. s. adinuicē referāt̄ oppositis relatiōib9. Nō aūt pñt eē in diuinis alie rlōnes opposite nisi relatōes origīs. Opposite aūt rlōnes accipiūt̄ ſ3 principiū τ ſm q ē a principio. hec S. Tho· ¶ Ex ista lr̄a expsse p3 q si filius nō spiraret spūi3 scū3 nullo mō distingueret̄ a spū sctō: neq3 distinctiōe relatiua neq3 alia distinctione: vbi .n. hr̄ lr̄a clara τ apta S. Tho· nō o3 ipsa3 ad aliū sensu3 diuertere. ¶ Dico secūdo q iste nouus expositor nō soluit Scoti rōnes. Ad qđ intelligendū pmitto aliqua. ¶ Primū: q q̄cunq3 sunt principia essendi eo mō quo sunt principia eēndi sūt ēt principia distinguēdi. hec ,ppositio .ē. patuit .q. vltima ,plogi rn̄dendo ad argumēta principalia. Si .n. sunt pricipia ɔstituēdi eēntialr̄ siue qditatiue: sunt ēt pricipia distiguēdi illđ eēntialr̄ τ qditatiue a quocūq3 alio. Silr̄ si sunt pricipia ɔstituēdi accidētalr̄ sūt pricipia distiguēdi accñtalr̄. Si vero sūt pricipia ɔstituēdi psonalr̄ sūt pricipia distiguēdi p̄sonalr̄. ¶ Scđo3 ē q eo mō quo rlō ɔstituit relatiuū eo mō est rō distinguēdi illđ si eēntialr̄ eēntialr̄: si suppositalr̄ suppositalr̄: si accñtalr̄ accñtalr̄. Rlō vō vt rlō nō cōstituit relatiuū inquantū ipsa dicit hitudinē ad correlatiuum vel correlatiuū: q2 nō est de rōne relatiōis hr̄e hitudine3 siue terminari ad correlatiuum: sufficit .n. q terminetur ad absolutum correlatiui: vt p3 infra distin·xxx·

Cōtra tho· Gae· q ei9 rōnes nec valeant: nec sunt ad mentē S. tho·

Quicquid sit in diuinis tenendo personas constitui per relationes. Si enim teneretur ipsas constitui per absoluta·de quo videbitur infra distinctione·xxvi·relatio terminaretur ad absolutum correlatiuum·¶ Tertium est·ꝙ quecunqꝫ conueniunt suis rationibus formalibus conueniunt.loquendo de quacunqꝫ conuenientia:siue essentiali:siue formali:siue reali:siue ex natura rei ꝛc· Similiter quecunqꝫ differunt suis rationibus formalibus differunt·loquendo de quacunqꝫ differentia siue diuersitate·Ista regula patet a doctore in pluribus locis· ¶ Quartum est·ꝙ quando in vno cõstituto tantum sunt due entitates constituentes quarum vna est rõ cõueniẽdi tm̃ ꝛ alia rõ distinguẽdi tm̃:illa entitas q̃ est rõ distinguẽdi erit ꝑcisa rõ distinguẽdi a quocũqꝫ qđ nõ est ipsuꝫ·Sicut si poneretur ꝙ in hoie tm̃ sunt aialitas ꝛ rõnalitas:ꝛ aialitas sit rõ conueniẽtie:ꝛ rõnalitas rõ dñie:tũc hõ distingueretur a quolibet alio ꝑcise ꝑ rõnalitatẽ·Sic in ꝓposito·cũ filius ꝑcise cõstituat in esse ꝑ essentiã ꝛ filiationẽ:ꝛ essentia est rõ tm̃ cõuenientie ꝑsonarum adinuicem vt pꝫ:ꝛ filiatio est rõ ꝑcise distinguendi vnã ꝑsonã ab alia·posito ergo ꝙ spũs sanctus nõ ꝓcederet a filio:certuꝫ est ꝙ filius distingueretur a spiritu sancto ꝛ nõ ꝑ essentiam·ergo ꝑ filiationẽ tm̃·falsuꝫ esset ergo dicere ꝙ nõ ꝑ filiationẽ·Ex his pꝫ ꝙ rñsio Noui expositoris nõ concludit intentũ·Cũ·n·filius ꝑcise cõstituatur in esse ꝑ essentiã ꝛ filiationẽ:ipsa filiatio vt filiatio erit rõ distinguẽdi nõ tm̃ a correlatiuo:sed ẽt a disperato· Cũ dicit ꝙ tm̃ cõstituit in habitudine ad correlatiuũ·Dico ꝙ hoc posito adhuc sequitur ꝙ erit rõ distinguẽdi nõ tm̃ a correlatiuo:sed ẽt a disperato·Posito·n·ꝙ prĩ in creaturis cõstituatur in esse ꝑ p̃nitatẽ:tunc paternitas nõ tm̃ erit rõ distinguẽdi prẽm a filio:sed ẽt a quolibet alio absoluto qđ nõ est prĩ· Et sic pꝫ quõ filiatio tm̃ vno mõ distinguit filiũ a spiritu sancto:ꝛ non illo duplici mõ quẽ ipse nitit assignare·¶ Preterea·Si·s·s·non ꝓcederet a filio sed tm̃ a prẽ:certũ est ꝙ filius nõ esset spũs sanctus·quero quo tũc distingueretur ab illo:non essentia diuina vt pꝫ:nõ aliquo alio a filiatiõe ꝑ suppositũ ꝙ tm̃ cõstituatur in esse ꝑ essentiã ꝛ filiationẽ:ergo distingueretur sola filiatiõe:ꝛ ꝑ ꝯñs nõ aliter distingueretur filiatiõe a prẽ qꝫ a spiritu sancto·ita·n·filiatione realiter distingueretur a spiritu sancto sicut a prẽ·¶ Preterea·Sicut idẽ absolutũ est rõ distinguẽdi essentialiter cõstitutũ ꝑ ipsuꝫ nõ tm̃ ab alio absoluto:sed ẽt a quolibet alio respectiuo·Sic relatio erit rõ distinguendi relatiuũ (loquẽdo de relatiõe cõstituente) non tm̃ ab alio correlatiuo:sed ẽt a disperato relatiuo necnõ ꝛ ab absoluto vt pꝫ.Sic in ꝓposito·filiatio in diuinis erit rõ distinguẽdi nõ tm̃ filium a prẽ sed ẽt a spiritu sancto·¶ Multa alia dicit in lrã que nõ credo esse vera: sed breuitatis cã ommitto.Qđ·n.dicit ꝙ ꝑsona filij sit formaliter ipsa filiatio·falsum est·Tũ qꝛ filius includit formaliter essentiã ꝛ filiationẽ·vt·s·patuit rñdendo ad obiectiões Gre·distin·z·pte·z·q·j·Tum qꝛ filiatio nõ põt ꝑdicari formaliter ꝛ in recto de filio·hec·n·est falsa·filius est formaliter filiatio· Itẽ qđ dicit assumptũ esse falsum ꝛc·pꝫ quõ assumptũ illud est manifeste verum. Nec opꝫ hic imorari ꝛc·¶ Ex his ẽt apparet qđ dicendũ ad Gre·de Arimino in primo di·ij·q·vnica·articulo primo·vide ibi·¶ Secũdo sic ꝑ formale·

Dupliciter ꝯtingit vnũ ab altero adequate distinguĩ.

Hic sunt aliqua dicta·Primũ·ꝙ aliqđ distinguit ab altero adequate cõtingit dupliciter· Primo qñ extrema inter que est distinctio cõuertuntur sic intelligẽdo·ꝙ si ·a·vlr distinguitur a·b·ꝙ·b·vlr distinguitur ab·a·Exemplũ·rõnale ꝛ lapis sic adequate distinguuntur vt sunt extrema distinctionis:qꝛ bñ sequitur:nullũ rõnale est lapis·ergo nullus lapis est rõnale·vel omne rõnale distinguitur ab omni lapide·ergo ois lapis distinguitur a rõnali:ꝛ sic rõnale est rõ distinguẽdi quodlibet de quo predicatur ab oi lapide:ꝛ similiter differẽtia vltima lapidis est rõ formalis distinguẽdi oẽ illud de quo predicatur ab omni rõnali· Et sic intelligit doc·cũ dicit ꝙ formale cõstitutiuũ distinguit cõstitutũ ab oi alio ẽt si ꝑ impossibile quodcũqꝫ aliud ab illo supple formali cõstitutiuo circumscribatur:ꝛ ꝑ illud supple cõstitutiuum ipsuꝫ cõstitutũ distinguitur primo·i·adequate ab omni nõ tale:qđ supple nõ hꝫ illaꝫ formã cõstitutiuam:ꝛ sic hõ distinguitur essentialiter ꝑ rõnale ab oi eo quod nõ est rõnale:ꝛ hoc adequate·i·cõuertibiliter mõ supradicto:qꝛ bñ sequitur·omnis hõ ꝑ rõnale distinguitur a lapide ab asino ꝛ bruto:ꝛ sic cõuertibiliter sequitur·ergo ois lapis ois asinus ꝛc·distinguuntur essentialiter ab hoie·

Secũdo accipitur adequate·i·cõuertibiliter ꝛ hoc cõparãdo membrũ distinctũ nõ ad aliud membrũ distinctũ: sed ad ipsum distingui·Exemplũ·Nam finitũ ꝛ infinitũ hoc mõ distinguuntur:qꝛ oẽ finitum distinguitur ab infinito:ꝛ oẽ distinctũ ab infinito est finitũ ꝛ ecõtra:ꝛ hoc loquẽdo de distinctiõe essentiali:qꝛ sapiẽtia diuina distinguitur a bonitate diuina infinita:ꝛ tñ sapiẽtia diuina est infinita:ꝛ hoc mõ rõnale nõ distinguitur adequate a lapide:ꝛ ipsuꝫ rõnale hꝫ ipsuꝫ esse distinctuꝫ ꝑ extremo:qꝛ nõ sequitur·oẽ rõnale distinguitur a lapide ergo omne distinctũ a lapide est rõnale·Silr hic in genere corporis·corpus aiatum ꝛ corpus inaiatũ adequate distinguuntur:qꝛ bñ sequitur:oẽ corpus aiatũ distinguitur a corpore inaiato·ergo oẽ corpus distinctum a corpore inaiato est aiatum:ꝛ sic pꝫ ista rõ· Et cũ dicit ꝙ adequate in gñe corporis primo distinguitur·supple hõ a lapide ꝑ aiatũ. Non dꝫ intelligi sic·ꝙ ois hõ vt aiatus distinguitur a lapide·ergo oẽ corpus distinctuꝫ a lapide erit aiatũ:nõ sequitur·sꝫ sic intelligitur ꝙ prima rõ distinguendi hoiem in genere corporis a lapide est aiatuꝫ nõ tñ est ꝑcise:qꝛ per impossibile circumscripto aiato:adhuc distingueretur per rationale·¶ Ex secundo medio·s·ex distinctione emanationum arguitur sic· Generatio supple passiua distinguitur a spiratiõe passiua.ꝛ hoc per impossibile circumscripto omni alio a ratione generationis ꝛ spirationis passiue:vt saltem circumscripto hoc ꝙ spiratio actiua esset a filio:dum staret tamen distinctio principiorum generandi ꝛ spirandi·scilicet distinctio intellectus ꝛ voluntatis·ergo ꝛ quolibet tali circumscripto.puta spiratione actiua filij staret distinctio filij ꝛ spiritus sancti·patet circumscripta spiratione actiua:generatio passiua ꝛ spiratio passiua distinguuntur·ergo generatio passiua cum sit constitutiua filij distinguit filiuꝫ a spiritu sancto constituto per spirationem passiuam:ꝛ sic distinguerentur circumscripta spiratiõe actiua·Probatio cõsequẽtie·scilicet ergo ꝛ quolibet tali circumscripto·scilicet spiratione actiua ꝛc·quia impossibile est vnam personam ꝛc· Vult dicere hic Doc·ꝙ si etiam spiratio actiua filij distinguat personaliter ipsum filium a spiritu sancto·ergo erit constitutiua ipsius filij:quia distinctiuum essentiale alicuius est constitutiuũ eiusdem essentialiter:ꝛ sic filius dependeret essentialiter a filiatione siue generatione passiua ꝛ spiratione passiua:quod est impossibile·vt patet in littera ꝛc·

Ad auctoritatem Boe·

Relatio dicitur opponi relationi vel relatiue vel disperate·relatio que opponitur alteri relatiue est correlatiua ad illã.sicut paternitas

ternitas ꝛ filiatio ꝛ illa cui opponitur disperate nō est correlatiua·vt paternitas opponitur disperate ꝓportionalitati·¶ Si dicatur·nonne omnes species inter se opponuntur disperate? ¶ Dico ꝙ alique tantū opponuntur disperate:alique ꝛ disperate ꝛ relatiue:sic paternitas ꝛ filiatio vt sunt species opponūtur disperate:ꝛ vt sunt correlatiua opponuntur relatiue·Cetera patent·¶ Ad Augu·Sententia littere est ꝙ in diuinis aliqua persona dicitur habere aliquid dupliciter·

Diuinā personā aliquid hr̄e dupliciter intelligi potest·

Primo vt correlatiuū·sicut pater habet filium ꝛ eō·Secundo intrinsece ꝛ quodāmodo essentialiter·vt pr̄ habet deitatem habet bonitatem ꝛ hmōi·Primo modo habens non est res habita:quia pater nō est fili⁹·Secundo modo habens est res habita:quia pater est deus ꝛ sapiens:predicatione formali:ꝛ pr̄ ꝛ deitas ꝛ sapientia predicatione idemptica:accipiendo pr̄em substantiue.vt patet supra distin·v·q·z·s·s·nō habet filium neqꝫ vt correlatiuum:qꝛ est tm̄ correlatiuū patris:neqꝫ intrinsece pꝫ:quia vna persona nō est intrinsece in alia:ꝛ sic patet ꝙ si·s·s·non procederet a filio:ꝛ sic non haberet illū vt correlatiuū:nō tn̄ sequit̄ ꝙ sit filius:qꝛ nō haberet illum intrinsece·

Ad rationes pro secunda opi·s·S.Tho·¶ Hic Doc·accipit relationem ſm esse pro ꝓprio esse relationis quod est eē ad aliud·quiditas·n·relationis est esse ad aliud·Si etiā acciperetur ſm esse realis existentie:non esset inconueniens·vt supra exposui distin·j·q·z·ꝛ dist·z·pte·z·q·prima·Dicit ergo Doc·ꝙ relatio in diuinis manet ꝛ ſm quiditatem ꝛ ſm esse:quia quiditas relationis non potest esse sine esse ad aliud:quia aliter esset absolutum ſm Augu·vij·de tri·c·primo·vel·vj·Si est ad aliud non est substantia:ꝛ si est substantia sine ad se tamē non est relatio·Deinde addit Doc·ꝙ quocūqꝫ modo transit esse transit ꝛ quiditas:quia sicut esse ad aliud quod esse relationis vere est idem essentie(.s·realiter non autem formaliter:quia tunc essentia esset formaliter ad aliud)ita ꝛ quiditas relationis est idem essentie.nihil·n·est ibi quod non est idē·vꝫ·realiter ꝛ eēntialiter·Manet igitur quiditas ꝛ esse:quia relatio nō est formaliter essentia:quia ſm Augu·vij·de tri·non eo verbum quo sapientia· ¶ Cum igitur dicit Tho·aut distinguitur ſm esse aut ſm quiditatem:¶ Dicit ꝙ ſm esse ꝛ ſm quiditatem·Cum dicis ſm esse transit in essentiam·ergo non sic distinguit. Dicit Doc·ꝙ transit ſm idemptitatem supple realem:etiam manet ſm formalitatem:vt satis supra patuit dist·v·q·z·ꝛ distin·viij·q·3·ꝛ dist·z·pte secunda·q·prima·

¶ Distin·xij·q·j·

An pater ꝛ filius spirent spiritū sanctum inquantum omnino vnum:vel inquantum aliquo mō distincti·



In ista qōne planū est ꝙ pr̄ ꝛ filius sunt vnū principiū·s·s·hoc declaratū est in cōcilio Lugdunen̄ sub Gre·x·sicut pꝫ extra de sum·tri·ꝛ fi·ca·ꝛ est hodie in·vj·libro decretaliū·¶ Ratio autē huius veritatis est ista:qꝛ vt dictū est·di·z·pr̄ prius origine habet actū fecūditatis intellectus ꝙ̄ voluntatis:in illo priori cōdicat̄ filio fecunditas eadē que est in pa re·¶ Hic oꝫ accipi prius origine·i·prius nā:qꝛ certū est ꝙ pr̄ prius natura intelligitur principiare filium ꝙ̄ principiare spūm scūm:qꝛ sicut intellectus intelligit prior nā voluntate:ita ꝛ prius nā est opatiuus ꝙ̄ volūtas·ꝛ simil'r est prius ꝓductiuus ꝙ̄ voluntas.Si·n·accipet prius origine ꝓprie·i·prius origine vt hꝫ a se:ꝛ posterius origine vt habꝫ ab alio:tūc sequeret̄ ꝙ pater a se hr̄et actū fecūditatis intellectus:ꝛ ab alio actū fecūditatis volūtatis·qd̄ est incōueniens·Accipit ergo hic prius origine ꝓ priori nāe·potest tn̄ dici prius origine nō referendo hr̄e esse a se vel ab alio:sed referendo ad originatione:qꝛ originatio intellectus est prior originatiōe voluntatis:tn̄ in re illa originatio est prius natura:ꝛ tamen dicimus ꝙ vna originatio est prior alia ꝛc·¶ Ibi·Hic dicit̄ ꝙ

Prius origine ꝓ prius natura·

suppolita·positio Hen·consistit in aliquibus dictis·

Hen·in sū·ar·liiij·

Primum ibi in principio ꝙ supposita producentia:puta pater ꝛ filius sunt vere distincta:ꝛ tn̄ non dicit̄ spirare inquantum plura:qꝛ habent vnam vim spiratiuā·Secundum ibi·Sed vlterius·Vult Hen·ꝙ vis spiratiua non dicatur proximū principium secundū quo pater ꝛ filius spirāt inquātū est oino vna:sꝫ sub rōne cōcordis·i·ꝙ ipsa voluntas absolute sumpta:vl' amor absolutus sumptus nō est principium proximū ꝓductiuū spūs sancti·sed inquantū volūtas est concors·i·ꝙ inquātū est sub amore cōcordi:qꝛ amor cōcors lꝫ in se sit vnus:potest tamen diuersificari ſm diuersos respectus vt puta.Nam quando est id quo pr̄ amat filium:tunc includit vnū respectum patris amātis ad filiū amatū·Et vt est id quo filius amat patrē includit aliū respectū·s·filij amātis ad patrē amatū·Et hoc mō voluntas sub tali amore vel amor ille sub illis respectibus dicit̄ ab Hen·fundamentum proximum productiuum spiritus sancti·ꝛ talis amor vt sic mutuus vel voluntas sub tali amore dicit̄ pfectū principiū:qꝛ vt sic est amor pfectissimus·¶ Vt dicit ibidē Hi·¶ Dicit Hen·ꝙ patris ꝛ filij distinctio dupliciter est consideranda·Primo modo vt dicūtur elicientes actum spirationis:ꝛ sic non sunt dicēdi spirare vt plures:qꝛ lꝫ sint plures in se:nō tn̄ ꝓpter pluralitatē illā spirant:quia vt sic habent vnam vim spiratiuam. sed possunt dici vt plures spirare solum ex distinctiōe eorum cōnotata:que distinctio prius dicta est:qꝛ ex quo amor ille vt est patris ad filiū ꝛ eō·dicitur principiū formale productiuum:vel voluntas sub tali amore:ꝛ qꝛ includit hos respectus patris amātis ad filiū amatum ꝛ eō·ideo pater ꝛ filius possūt dici spirare vt plures pluralitate non primo modo sumpta vt dicūt̄ plures eliciētes actū sed pluralitate cōnotata(vt dixi)ꝛ sic patet tota illa opinio·

Contra istam opinionem·

In ista ratione plura sunt notāda ꝛ supponēda·Primū est·ꝙ·s·s·dicit̄ libere ꝓductus a principio forma li libere ꝓductiuo qd̄ in sola volūtas vt cōiter cōcedit̄·Secūdū ꝙ qn̄ dicit doc·ꝙ volūtā ꝫ infinita intellecta añ oē velle ꝛc·hoc pōt intelligi dupl'r·Primo ꝙ volūtas diuina prius est principium productiuū spūs scti anteqꝫ eliciat velle siue actū amoris:ꝛ hoc nō pōt esse:quia vt dixit Doc·distin·z·ꝛ vj·primi·quādo aliqua potentia est operatiua ꝛ productiua prius est opatiua ꝙ̄ productiua:ꝛ sic volūtas diuina cū sit opatiua que operatio est ipsum velle:ꝛ vere productiua ꝙ̄ ꝓductio est spiratio·ergo prius vult obiectum infinitum quā spiret vel quam sit principium spiratiuum·

sona per modum auctoris dantis illi persone actionē· idest q quando pater mittit filium: tunc per ipsum filium operatur aliquem effectum puta icarnationem: et cum ipso filio ipsam operatur: tamen pater auctoritatiue et filius subauctoritatiue: quia habet a patre vt efficiat illam incarnationē: et sic de alijs missionibus· ¶ Et si dicatur: nōne spiritus sanctus misit filium? ¶ Respondet q non sed tantum christum incarnatum nō autem verbum incarnandum· idest non effecit cum filio incarnationem quasi auctoritatiue· ¶ Si dicatur: ergo operationes ad extra non sunt communes tribus· ¶ Respondet q omne opus ad extra est commune tribus: et ita spiritus sanctus effecit incarnationem filij sicut pater et filius: sed tamen spiritus sanctus nō misit illum incarnandum: quia mittere personam est vltra efficere aliquid cum illa persona auctoritatem habere· idest q persona mittens operetur auctoritatiue cū persona missa: et missa subauctoritatiue: quia hoc est quasi habet virtutem operandi a persona: et sic licet spiritus sanctus effecerit incarnationem filij simul cum filio: quia tamen non dedit hanc virtutem filio: ideo non misit illum: et hoc est quod dicit in responsione argumenti Magistri: et hec opinio est satis probabilis·

Licet autem hec via· Hic doc· propter verba Augusti· declinat ad opinionem Magistri· scilicet q mittere sit cōmune tribus et mitti tantum competat productis: et hanc positionē declarat et dicit aliqua· Primū· q mittere aliquam personam alicui est manifestare illi talem personam procedere vel produci· idest q quando pater filius et spiritus sanctus mittunt filium alicui: nihil aliud est nisi q reuelant vel manifestant ipsum filium produci a patre vel esse a patre· Similiter quando tres persone mittunt spiritum sanctum alicui: nihil aliud est nisi reuelare illi spiritum sanctum procedere a patre et filio: ita q mittere tantum significat ipsam manifestationem actiuam: et non cōnotat personam producentem: quia tunc sola persona producens mitteret· Secundum dictum· personam mitti significat ipsam manifestari et cōnotat ipsum produci ab alio: itaq de ratione mitti passiue duo sunt etc· Et hoc est quod dicit Doc· q mittere est mere essentiale· idest cōmune tribus: nec connotat respectum realem eternum in mittente· idest q non cōnotat in mittente relationem realem producentis ad productum: sed mitti vltra significatum quod est manifestari: cōnotat respectum supernaturalem in persona missa· scilicet relationem realem producti ad personam producentem· Tertium ibi· Et posset quidem aliud verbum imponi· idest q posset poni aliquod verbum quod tantum significaret missionem actiue· id est manifestationem: non cōnotando relationem realem etc· et missionem passiuam cōnotando relationē realem etc· sed quia indigemus vocabulis et verbis: ideo oportet vti sicut possumus·

Ad argumenta principalia· Ad primum dico· Clara est responsio ex superius dictis: quia mitti significat respectum rationis formaliter ad mittentem quod est manifestari ad manifestantem: sed cōnotat respectum eternum· scilicet relationem realem (vt dixi) non ad mittentem: quia mittens· idest q persona missa non dicit relationem realem: puta producti ad mittentem inquantum mittens: quia tunc cum tres persone mittant: diceret relationem realem ad seipsam vt mittentem: quod est falsum: sed cōnotat relationem realem producti ad aliquam personam producentem inquantum producens non inquantum mittens· ¶ Ibi· Ad secundum concedo· ¶ Hic Doc· vult q mittere et mitti significet simpliciter idem: quia mittere significat missionem actiuam siue manifestationem: et mitti significat missionem passiuam siue manifestationem: sed non vult doc· q ly passiuum vltra principale significatum cōnotat aliquid q actiuū cōnotet correlatiuum cōnotati a passiuo: quia mittere tantum significat missionem non cōnotando relationem realem producentis ad ipsum productum: mitti vero significat missionem passiuam cōnotando relationem realem producti ad personā producētem·

¶ Distin· 17· q· secun· primi·



Tres questiones mouet Doc· in presenti distin· quarum prima est· An necesse sit ponere charitatem formaliter inherētem nature beatificabili? Secunda· An sit necesse in habitu ponere rationē principij actiui respectu actus? Tertia est de modo augmenti charitatis· Et doc· primo respondet ad secundam et primo ponit opi· Hen· que stat in duobus dictis· Primum· q habitus naturalis· idest naturaliter acquisitus ex frequentatis actibus sic se habet ad potentiam cuius est: q ipsa potentia est principium effectiuum actus sequentis habitum: sed habitus est causa expeditionis illius actus· Exemplum· Voluntas que de se est indeterminata ad actus temperantie: iustitie: et huiusmodi: causat immediate actum temperantie vel iustitie: ita q talis actus tantum est a voluntate vt a totali causa· Sed q expedite et faciliter eliciatur a voluntate hoc habet ab habitu· Et hoc forte non est improbabile· Ideo doc· contra hoc non arguit· Et secundum hoc debet intelligi virtus que habentem perficit formaliter: et opus eius bonum reddit· idest promptum et expeditum· Secundum dictum est de habitu supernaturali puta charitate· Vult enim Hen· q voluntas nullo modo se habeat effectiue ad actum meritorium: puta ad dilectionem dei vel proximi meritoriam· sed sola charitas sit principium effectiuum actus meritorij· Et sic de habitu supernaturali intelligitur illa diffinitio virtutis primo celi tex· cōmē· 116· vbi sic ait· Dicamus ergo q diffinitio potentie est vltimum potentie rei· et ibi Cōmen· Manifestum est autem q potentia non est diffinienda nisi per vltimum actionis: et cum ita sit manifestum est q potentie rerum non terminantur nisi per suos fines: et per eos distinguitur quelibet potentia: et rerum habētiū potentias diuersas· Verbi gratia: vt cum voluerimus diffinire potentiam illius quod potest mouere per centum leuchas: non dicemus q habeat potentiam mouēdi per minus quam per centum· Potentia igitur non diffinitur nisi per finem sui actus: non per illud quod est ante finē· Hec Cōmen· et sic communiter allegatur q virtus est vltimum de potentia. Et sic charitas dicitur talis virtus· idest q est virtus supernaturalis agēs secundum vltimum potentie· Opi· Hen· quoli· 4· q· x·

Contra istam opi· Hic Doc· arguit contra secundum dictum· Et primo sic: quia tunc sequeretur q charitas esset simpliciter potentia: patet quia illud est potentia quo quis potest simpliciter operari· ergo si chari-

tas est totale principium actus meritorij: erit quo voluntas potest simpliciter mereri: et sic charitas dicetur potentia merendi: et non voluntas: quod est falsum. Sicut dicimus quod calor in igne est simpliciter potentia calefaciendi: quia est id quo ignis simpliciter calefacit. ¶ Secundo arguit ibi. ¶ Preterea ex hoc sequitur ut tertius quod non prius erit voluntas bona si operatur per habitum charitatis: quam lignum perficitur in agendo si agit per calorem sibi accidentaliter inherentem etc. Immo plus sequitur quod sicut calor si esset seperatus eque calefaceret: ita et charitas si esset seperata eque meritorie ageret. ¶ Propter istas tamen rationes Doc. est notandum quod actus meritorius potest dupliciter accipi. ¶ Primo pro substantia actus. Secundo pro acceptatione passiua que est quedam relatio rationis: ut i. patebit. Exemplum: dilectio dei super omnia potest accipi ut tantum includit illam entitatem absolutam que est dilectio: vel ut ultra includit acceptationem passiuam qua a voluntate diuina acceptatur ut condigna vita eterna. Si Men. intelligat quod sola charitas est principium actus meritorij tam quo ad substantiam actus quam quo ad acceptationem illam: argumenta Doc. concludunt contra ipsum. Si vero intelligit quod sola charitas est principium illius acceptationis passiue: principium dico totale: et si hoc sit falsum ut i. patebit: tamen hec argumenta non concludunt contra Men. quia talis acceptatio passiua est tantum a voluntate diuina: que determinauit actum procedentem a charitate acceptare ad vitam eternam. Sed quia Men. intendit de actu meritorio etiam quantum ad substantiam quod sit a sola charitate: ideo argumenta Doc. concludunt contra ipsum. Et quod sic intelligat patet per tertiam rationem quam doc. facit contra Men. ¶ Ibi. ¶ Preterea. operatio non elicitur libere cuius principium acti uum est mere naturale et agens per modum nature. Sed habitus cum non sit formaliter voluntas: nec per consequens formaliter liber: si est principium actiuum erit mere naturale. ergo operatio eius non erit libera: et ita nullum velle erit liberum: si eliciatur ab habitu ut a totali principio actiuo. ¶ Quarta ratio est ibi. ¶ Preterea. Tunc homo habens semel charitatem numquam posset peccare mortaliter. ¶ Quia habens formam aliquam actiuam sibi predominantem: numquam potest moueri contra inclinationem forme predominantis: idest totius actionis producentis: sed charitas si est principium actiuum totale predominatur ipsi voluntati que non potest in actum illum: ergo voluntas semper sequitur inclinationem charitatis in agendo: et ita numquam peccabit. ¶ Quinto et ultimo arguit ibi. ¶ Preterea actus non est meus qui non est in potestate mea. Sed actio ipsius habitus non est in potestate mea: quia ipse si est actiuus non erit liber: sed principium naturale. ergo illud diligere non erit meum: nec potero dici agere ista operatione: et ita actiones meritorie non sunt voluntatis nec suppositi volentis: quod est inconueniens.

Meritorius actus dupliciter accipi.

Alia via. Hic ponitur opi. Gof. quoli. 9. q. 4. Et hec opi. consistit in duobus dictis. ¶ Primum quod potentia est causa tam actus naturalis quam meritorij: et hoc quo ad substantiam actus. Exemplum. Supponendo quod actus potest considerari dupliciter. Uno modo quo ad essentiam et substantiam ipsius. ut hec dilectio tantum includit essentiam dilectionis et hecheitatem cum actuali existentia. Alio modo quo ad intensionem: sic ut ipsa eadem dilectio ultra essentiam et hecheitatem includat aliquam intensionem qua dicatur intensa ut duo vel tria. Dicit ergo

Gof. quoli. 9. q. 4.

ista opi. quod voluntas bene est causa dilectionis primo modo. scilicet quo ad substantiam dilectionis. Sed non secundo modo. scilicet quo ad intensionem ipsius. Secundum dictum est quod habitus siue naturalis siue supernaturalis est tantum causa intensionis actus et non substantie actus: et hanc opi. improbat Doc. quia non videtur possibile quod una causa sit causa alicuius actus quo ad substantiam: et non sit causa quo ad intensionem: et hoc probat. Ibi. Contra istud arguo sic. ¶ Et ratio stat in hoc. quia non est possibile recipere naturam ab aliquo: et hanc signatam quin recipiat eam in certo gradu: ut quod a calore sit hec natura caliditatis et non sit in aliquo gradu perfectionali. hoc patet: quia intensio formaliter est gradus intrinsecus ipsius. Dicere enim aliquam causam puta. a. causare hanc albedinem actu existentem: et aliam causam causare intensionem ipsius: est dicere repugnantiam: quia quicumque gradus intensionis de necessitate includitur in aliquo indiuiduo: ita quod non potest causari unus gradus intensionis albedinis ab aliqua causa quin ab eadem causetur albedo cuius est talis gradus. Gradus enim intrinsecus non distinguitur formaliter nec realiter ab eo cuius est gradus. ut. s. expositum in. d. 8. q. 2. in responsione ad primum argumentum principale. ¶ Ibi. Iuxta hoc quasi ex eodem medio. Men. littera infra declaranda est: et. s. declarata est in simili. d. 3. q. penul. ¶ Ibi. ¶ Preterea secundo. ¶ Per hanc rationem reducit ad hoc inconueniens: quod voluntas habituata producens actum secundum substantiam semper produceret illum intensissime. patet quia ex quo habitus agit secundum ultimum potentie et est causa intensionis actus: sequitur quod dat illi actui tantum intensionem quantam potest dare: et ita voluntas quantumcumque et modico conatu operetur: semper esset actus eius eque intensus. Cuius oppositum experimur. ¶ Ibi. ¶ Preterea si habitus det intensionem actui. ¶ Ista ratio stat in hoc: quia certum est quod habitus ille qui dat intensionem actui cum non sit infinitus: dat intensionem in certo gradu. puta si ipse habitus est perfectus ut quattuor: tunc voluntas habituata tali habitu causabit actum intensum ut quattuor: ita quod substantia actus erit a voluntate: et tota intensio ab habitu: modo fiat voluntas perfectior que dicatur perfecta ut quinque: ita quod excedat in perfectione aliam voluntatem sic habituatam: certum est quod talis voluntas poterit producere actum perfectum sine habitu sicut voluntas illa habituata: et sic intensio actus poterit esse a sola voluntate ut prius. ¶ Ibi. ¶ Preterea sola voluntas infinita circumscripta omni ratione habitus potest habere actum infinitum. ¶ Ut patet de intellectu diuino qui habet intellectionem formaliter infinitam: et similiter voluntas habet amorem formaliter infinitum cuius est principium: ut. s. patuit. d. 2. q. 1. et specialiter de voluntate. d. 2. Ergo voluntas in quocumque gradu nature potest in actum determinati gradus ut voluntas perfectior in actum perfectiorem: et imperfectior in actum minus perfectum. et patet ista consequentia: quia sicut summum ad summum ita simpliciter ad simpliciter etc.

Tertio modo attribuendo habitui aliquo modo rationem principij actiui etc. ¶ Doc. vult hic quod habitus concurrat actiue ut causa partialis ad actum: et hanc opi. tenet quamuis ita expresse non dicat: tamen ut i. patebit: ad hoc declinare videtur: et hoc idem tenere videtur in. 3. d. 37. q. unica in responsione ad argumenta principalia. Et in hac littera videtur tenere quod habitus et potentia sint due

Opi. Sco. propria.

cause

cause partiales respectu actus eo modo quo dictum
est de intellectu & obiecto: sic intelligendo q voluntas
habituata nata est habere perfectiorem actum q̄ȝ nō
habituata agens equali conatu: ergo habitus est par
tialis causa respectu actus perfecti: q'n ut sic non pos
set esse a potentia non habituata. Et ī hoc iste due ca
use differunt ab intellectu & obiecto: q2 itellectus & ob
iectum sic sunt cause partiales necessarie respectu in/
tellectionis q est impossibile vnam sine altera produ
cere etiam minimam intellectionem talis obiecti. Et
ideo intellectio quantum ad suum esse etiam imperfe
ctissimum necessario dependet ab intellectu & obiecto
vt .§. patuit. d. 3. q. 7. & 8. Hic autem actus etsi necces
sario dependeat ab habitu: saltem quantuȝ ad aliquē
gradum perfectionalem: in quem sola potentia non
posset: tamen actus absolute consideratus: non neces
sario dependet ab habitu. vt patet de actibus prece/
dentibus habitum. ¶ Ibi. Sed tunc est dubitatio cū
illa duo non sint cause eiusdem ordinis vel rationis si
cut duo trahentes nauem qd eorum habeat rationeȝ
prioris. ¶ Arguit doc. pro vtraq3 parte: & primo pro/
bat q habitus sit prior causa siue principalior: quia
determinat & inclinat potentiam ad actum & non ecō
uerso. ¶ Deinde arguit ibi. Sed oppositum huius vi
detur primum. ¶ Hic probat q potentia sit principa
lior causa actus: & hoc tenet & probat multis rationi/
bus. vt patet in littera. Primo. q2 potentia vtitur ha
bitu & non econuerso. ergo. Secundo: q2 potentia est
illimitatior ad agendū eo q ad plura se extendit. Ter
tio. quia si habitus esset principalior causa: cum agat
per modum nature: moueret voluntatem per moduȝ
nature: q2 potentia eo modo agit quo mouetur: & sic
omnis actio potentie habituate esset naturalis & nul
lo modo libera. Quarto. q2 tunc habitus esset poten
tia: q2 esset illud quo primo habens potest operari.
Quinto. q2 potentia est causa habitus non econtra.
ergo est causa superior. ¶ Ibi. Concedo igitur ppter
istas rationes q tenendo habitum esse causam par/
tialem respectu actus erit causa secunda non prima.
Sed ipsa potentia erit causa prima & absolute non in
diget habitu ad operandum: minus tamen perfecte
operabitur sine habitu q̄ȝ cum habitu. & hoc posito
equali conatu ex parte potētie: & littera patet. ¶ Ibi.
Contra istam opi. arguo sic. Hic doc. arguit quattu/
or medijs probando q habitus non sit causa actus.
¶ Primo sic: nulla distincta specie sunt equiuoce cau
se sibijnuicem agentes. Sed habitus & actus distin/
guntur specie: & actus est necessario causa equiuoca
habitus. ergo habitus non erit causa similis actus.
Pro intelligentia huius littere est notandum q qñ
dicit doc. q cause equiuoce non sunt sibijnuicem cau
se: non debet sic intelligi q si. a. est causa equiuoca re/
spectu. b. q. b. sit causa equiuoca respectu. a. quia ibi
nulla est difficultas: q2 talis circulus in causis essen/
tialiter ordinatis est impossibilis. Sed sic debet intel
ligi q quando vnum indiuiduum alicuius speciei est
causa equiuoca indiuidui alterius speciei: nullum in/
diuiduum alterius speciei poterit esse causa equiuoca
alicuius indiuidui contenti sub specie: cuius aliud in/
diuiduum ponitur causa. Exemplum. Sol est causa
equiuoca vermis: certum est q nullus vermis erit cā
solis: & ratio est. q2 si vnum indiuiduum alicuius spe/
ciei ex sua ratione formali sit causa equiuoca indiui/
dui alterius speciei: sequitur ipsum ex sua ratione for/
li esse perfectius illo & quolibet indiuiduo illius spe/
ciei: & sic nullum indiuiduuȝ speciei imperfectioris po

terit eē causa equiuoca indiuidui speciei perfectioris.
Sicut enim aliqua species est essentialiter perfectior
alia: ita qlibet indiuiduum speciei perfectioris erit es
sentialiter perfectius quolibet indiuiduo speciei im p/
fectioris. vt patet a doc. Cuȝ ergo actus precedens ha/
bitum sit causa equiuoca habitus: sequitur q habit9
non erit causa equiuoca actus sequentis habitum: q2
tam actus precedentes habitum q̄ȝ sequentes sunt
eiusdem speciei. ¶ Secundo arguit ibi. Preterea: cō/
parando ad eandem causam primam duos effectus.
¶ Declaro hanc litteram sic. Comparando effectus
diuersarum specierum ad eandem causam: videtur q
effectus vnius speciei habeat determinatum ordineȝ
ad causam. scilicet mediatam vel imediatam priorem
vel posteriorem. idest si. a. & b. sunt effectus. c. specie
differentes inter se: tunc. a. aut imediate causabitur
a. c. & sic qlibet eiusdem speciei. Cum ergo potentia
sit causa actus & habitus: sequitur q ex quo aliquis
actus est imediate a potentia q etiam quilibet eiusdē
speciei: & sic habitus non erit causa actus. ¶ Tertio
arguit ibi. Preterea. si habitus sit causa partialis ac
tus & equiuoca &c. ¶ Hec ratio stat in hoc. q ex quo
actus precedens habitum ē causa equiuoca habit9:
& habitus est causa equiuoca actus sequentis: sequit̄
q actus precedens sit perfectior habitu & actu sequen
te: q2 qd est causa cause est nobilius causa & causato.
ergo videtur q voluntas mediāte actu precedente pos
sit esse causa actus perfecti sequentis habitum: qd est
inconueniens: q2 tunc darentur duo actus perfecti si/
mul in voluntate: & si duo perfecti. ergo & infiniti pos/
sent dari. qd est inconueniens: patet consequentia in
simili de duabus intellectionibus eq3 perfectis. vt. §.
exposui. d. 2. q. 1. Et precipue est inconueniens pone/
re duos actus perfectos in eadem potentia respectu
eiusdem obiecti. Nec etiam videtur q actus precedēs
sit partialiter causatiuus alterius actus: & tamē si ha/
bitus poneretur causa partialis actus sequentis: seq̄/
retur q actus precedens cum sit causa habitus: esset
partialis causa actus sequentis: q2 qd est causa cause
est & causa causati. ¶ Quarto arguit ibi. Preterea.
si habitus sit causa secunda supplendo aliquem gra/
dum causalitatis qui deest potentie: posset igitur
fieri habitus ita perfectus q suppleret vicem totius
potentie &c. ¶ Ibi. Preterea. si teneretur &c. ¶ Hic
probat Doc. q tenendo q in intensione forme: forma
preexistens corrumpatur: esset necesse ponere habi/
tum non esse causam actus: q2 corrumpitur illo actu
quo intenditur. Sed de hoc patebit in. 3. q. presentis
d. An in intensione & remissione totuȝ preexistens cor
rumpatur.

Qui vellet tenere conclusionem istarum rationum posset ne
gare ab habitu omnem rationem principij actiui.
¶ Hic doc. docet modum quo teneri posset habitum
concurrere ad actum non tamen esse partialem cau/
sam actus: sed q tantum ponatur vt inclinās potenti
am ad operandum. Et licet ista littera sit satis clara:
tamen aliqua dicta ibi declaro. ¶ Ibi. Sicut graui/
tas est actus prior determinans & inclinans ad deter
minatum vbi: licet secundum aliquos grauitas nō sit
principium respectu esse in illo vbi: & illud videtur p/
babile. ¶ Hoc qd dicit illud videt̄ probabile debet re
ferri ad habitum non ad grauitatem. idest q probabi
le videtur habitum non esse partialem causaȝ actus:
sed tantum esse quandam qualitatem inclinantē po/
tentiam ad actum vt patebit. j. Et q non debeat re/

Hic 3dicti onē vita.

ferri ad grauitatem patet: q tunc statim sibi contradiceret: cum expresse probet grauitatem esse cām motus et quietis corporis grauis: vt patet in .ij.d.ij.q.x. ¶ Ibi. Assumptum patet: q ille quattuor conditiões que habitui attribuuntur rc. ¶ Hic probat qualiter non apparet necessitas ponendi habitum esse partialem causam actus. Et si diceretur q ideo habitus est actiuus qa est quo habens faciliter et delectabiliter prompte et expedite operatur. Dicit Doc. q iste quattuor conditiones saluantur in habitu propter solam inclinationem habitus quam tribuit potentie vt recepitua est operationis: q inclinat ipsam potentiaʒ ad prompte expedite ad recipiendum ipsam operationē. Nam delectatio est propter conditionem recipientis cui conuenit operatio recepta et obiectum circa qd est operatio: nunq̄ enim delectatio est in factione que p̄cise ē factio: non enim voluntas precise delectatur in eo q elicit actum circa obiectum delectabile: sed in eo q recipit illum in se: et patet littera.

Ad q d pti neat delectatio.

Ad argumenta que facta sunt contra secundā viā ponentē habitum esse principium actiuum intensionis in actu: videntur esse contra istam viam: pro tāto quia ista ponit actum elicitū ab habitu et potētia agēte cum equali conatu esse intensiorem quam elicitum a potentia sola. et patet littera. Et quomodo illa argumenta facta ibi non concludunt contra viam ponentem habitum esse causam.

Ad argumenta que facta sunt cōtra tertiaʒ opi. que est quarta in ordine: que opinio dicit q habitus est partialis causa actus. Ad primum dicit q duo distinctarum specierum possunt sibi inuicem cāe equiuoce partiales. i. q vnum indiuiduum alicuius speciei puta. a. potest esse partialis causa indiuidui alterius speciei puta. b. et. c. quod est eiusdem speciei cuʒ. b. potest esse partialis causa. d. quod est eiusdem speciei cum. a. et patet in exemplo: quia volitio precedens habitum est partialis causa habitus qui est alterius speciei: et habitus est partialis cā actus sequentis qui est eiusdem speciei cum actu precedente. Et cum dicit q causa equiuoca est perfectior effectu: et ideo si indiuiduum eiusdem speciei est causa equiuoca indiuidui alterius speciei: et per consequens quodlibet vnius speciei erit perfectius quolibet alterius. Dicit doc. q ista propositio: causa equiuoca ē perfectior effectu. est vera de causa equiuoca totali: non autē partiali. ¶ Ibi ad aliam probationē. Dicit q duo effectus comparati ad vnam causam cōmunem eorum possunt habere ordinem mutuum ad seinuicem in ratione cause partialis: ita q actus et habitus sunt partialiter causate a potētia: et tamē actus erit partialiter causa habitus: et similiter habitus erit partialis causa actus sequentis. Bene verum est q aliqua duo vt specie distincta si comparantur ad causam cōmunem si indiuiduum vnius speciei est totalis causa indiuidui alterius speciei: et prima species dicatur. a. secunda. b. sequitur q aliud indiuiduum ipsius. b. non poterit esse totalis causa alterius indiuidui ipsius. a. sed non sequitur de causis partialibus. Et quod dicit ibi. Sicut species intelligibilis et intelligere comparando ad intellectum agētem et possibilem: quia respectu intellectionis partialis causa est species: et posset poni intellectio esse aliqua causa speciei pro quanto intendit eam. ¶ Et ex hac littera expresse habetur a doc. q species intelligibilis est partialis causa cognitionis abstractiue cōtra aliquos exponētes doc. q tantum obiectum relucēs in specie intelligibili sit partialis causa intellectionis abstractiue. Sed hoc diffusius exposui. ō.d.3.q.6.

Hic habes expresse q spēs intelligibilis ēcā prīalis cognitōis abstractiue.

¶ Ibi. Ad aliud potest dici q non oportet omnem actum generatiuū habitus esse rationem agendi quo. ¶ Vult doc. in ista littera q q̄uis actus precedēs habitum sit partialis ratio formalis agendi habitum: et habitus sit partialis ratio formalis agendi actum sequentem: non tamen actus precedens erit ratio formalis agendi actum sequentem. ¶ Et ex hoc habetur q habitus et actus precedens non sunt cause essentialiter ordinate respectu actus sequentis: q si sic: actus sequens non posset esse ab habitu actu precedente nō concurrente possunt. ergo dici cause accidentaliter ordinate. Et qd dicit qd est causa cause. Hoc verum est de causis essentialiter ordinatis: que sic se habent q secunda agit in virtute prime: et secunda agente ad aliquem effectum: prima necessario concurrit. vt. ō. expositum est. d.2.q.1. Sed non sic se habent actus precedens habitum et ipse habitus respectu actus sequētis. Et cum dicit q actus est principium quo remotū. Sic debet intelligi: q et quo actus est principium habitus: et habitus est principium imediatum actus sequentis: sequitur q actus precedens sit principium quo remotum actus sequentis: non q actus sequens dependeat ab actu precedente in esse et conseruari. ¶ Ibi. Ad tertium dico. Dicit doc. q si habitus intenderetur etiam in infinitum: nunq̄ posset supplere vicem potētie: q causalitas potentie esset simpliciter alterius rationis a causalitate habitus: q et ratione sui habitus est causa secunda qua. scilicet potētia potest vti: et similiter patet hoc idem in simili. ō.d.3.q.8. de obiecto et potentia. Vide ibi. ¶ Ibi. Ad vltimū. Illud suppositum negabitur. vʒ. q in intensione et remissione totum existens corrumpatur. vt patebit in materia de augmento charitatis.

Habitus et act? prdēt si sūt cāe essentialr ordiate respectu act? sequētis habitum.

Hoc tenendo de actu quo ad substantiaʒ actus siue quo ad gradum intrinsecum: restat vlterius querere de bonitate accidentali actus qualis est bonitas moralis: et de habitu morali. Utrum habit? moralis inquantum virtus sit aliquo modo principium actuum respectu bonitatis in actu: et arguit Doc. p vtraq̄ parte: que argumenta postea exponentur respōdendo ad illa.

Quantum ad istum articulum. In ista littera sunt aliqua dicta. Primum. q actus moralis vltra substantiam et intensionem actus includit aliquā relationem que est relatio conformitatis ad prudentiam. Exemplum. Velle dare elemosinam cum omnibus circunstantiis requisitis: ipsum velle quantū ad substantiam et intensionem ipsius dicit entitatem absolutam: sed inquantum elicitur a voluntate conformiter dictamini recto dictanti de omni circunstantia includit relationem conformitatis: que conformitas est rectitudo actus. Actus moralis quantum ad substantiam et intensionem ipsius causatur a voluntate et ab habitu: si est habituata. Sed rectitudo act? nullo modo est per se causata: cum sit quedam conformitas ad dictamen intellectus: et talis conformitas ē relatio intrinsecus adueniens que de necessitate oritur positis extremis. Naʒ posita cognitione dictatiua actus puta abstinentie: et posito illo actu vt elicito a voluntate conformiter se habenti illi cognitioni: de necessitate ex parte actus oritur conformitas passiua: et

Nota de actu morali multa notanda.

ex parte

Nõ ẽ neces se sẽp actũ moralẽ esse ab habitu morali·

ex parte cognitionis dictantis oritur conformitas actiua·Secundum dictum est·ꝙ non est necesse actum moralem esse ab habitu morali: nec dictari ab habitu prudentie:patet q: primum dictamen puta cognitio abstinentie cum omni circũstantia dictat voluntati vt eliciat primum actum sic conformez· Et sicut ex actibus moralibus puta abstinentie generatur in voluntate habitus moralis abstinentie: sic ex pluribus dictaminibus puta pluribus cognitionibus dictantibus ad actum abstinentie cum omni circunstantia: generatur in intellectu vnus habitus qui dicitur prudentia· Similiter si cognosco ꝙ actus iustitie est eligendus cum debitis circunstantijs:talis cognitio dictat voluntati vt eliciat actum iustitie conformiter cognitioni dictanti· Et sicut ex pluribus actibus iustitie generatur habitus iustitie in voluntate: sic ex pluribus cognitionibus dictatiuis siue regulatiuis ad actum iustitie generatur quidam habitus in intellectu qui dicitur prudẽtia alius a priori habitu prudentie· Et sicut exemplificaui de his duobus tam in intellectu qꝫ in voluntate:ita potest exemplificari de omnibus alijs·Tertium dictum·ꝙ potest generari in aliqua voluntate habitus de genere bonorũ quo ad substantiam ⁊ intensionem: qui tamen non erit perfecte moralis:q: non conformis dictamini prudentie· Et si idem habitus postea conformetur dicetur moralis formaliter:⁊ ex parte habitus nulla fit mutatio:sed tãtummodo habet nouum respectum ad prudentiam quem prius non habuit· Quartum dictum est·Cum dictamen intellectus possit dictare de aliquo actu eliciendo a voluntate cum omni circunstantia siue habitu prudentie: vt patet de dictamine precedente habitum prudentie ⁊ causatiuum eiusdem habitus: tũ habitus prudentie non potest immediate dictare ad actuz moralem eliciendum nisi mediãte dictamine actuali·idest nisi mediãte cognitione actuali regulatiua ad huiusmodi actum partialiter causata ab habitu prudentie secundum tertiam viam que ponit habitum esse causam partialem actus:vel causata a voluntate ⁊ obiecto habitu prudentie inclinante intellectum ad huiusmodi cognitionem secundum quartam viam: que ponit habitum tantum esse inclinatiuuz potentie·Et hoc patet:q: prudentia habitualis non dictat immediate:sed inclinat intellectum ad eliciendum actum consimilem actibus generatiuis ipsius prudentie·Quintum dictum est·ꝙ si habitus moralis formaliter dicitur causatiuus partialiter actus moralis· hoc sic debet intelligi·ꝙ ille habitus quo ad substantiam ⁊ intensionem sit causatiuus ipsius actus quo ad substantiam ⁊ intensionem: q: vt sic talis habitus est qualitas absoluta: sed habitus sumptus pro conformitate passiua ad prudentiam non est causatiuus actus sumpti pro conformitate ad prudentiam: patet q: relatio non est causa nec absolute nec alterius relationis· Potest tamen dici ipsum habitum primo modo sumptũ esse causam ipsius conformitatis in actu ex hoc ꝙ est causa absoluti in actu:scilicet substantie ⁊ intensionis actus ad quam de necessitate sequitur talis conformitas:sicut dicimus ꝙ Franciscus causando albedinem ad quam sequitur similitudo ad aliam albedinem·dicitur causa illius similitudinis· Septum dictum est· quando dicit doc.ꝙ habitus moralis dicitur causa secunda actus moralis ⁊ dictamen prudentie causa prima· Sic dꝫ intelligi·ꝙ q: habitus moralis sumptus pro substantia(vt·ḋ·)est causa actus sumpti pro substantia ⁊c· Et quantum ad hoc dictamen prudentie

Quõ habitꝰ dici põt sui actꝰ cãtiuꝰ: ⁊ quõ non·

non dicitur causa:nisi forte teneatur opinio recitata i 2·d·25·ꝙ cognitio obiecti est partialis causa volitionis.Sed tenendo ꝙ voluntas sit causa sui actus non concurrente actu intellectus:tunc posset dici ꝙ dictamen prudentie erit causa prima quo ad hoc:q: habitus moralis causat illum actum vt conformez dictamini recto: ⁊ q: talis conformitas est principaliter a tali notitia sic dictante:cuz sit regulatiua ⁊ conformatiua actus voluntatis:ideo dicimus dictamen esse causam primam·⁊ hoc extendendo causam respectu illius qꝺ vere non est causatuz·Sed qꝺ sequitur de necessitate nature:posito alio causato vt·ḋ·patuit·Et ex his patet sententia istius littere·

Tenendo tertiam viam que videtur plꝰ attribuere habitui ⁊c· ¶ Hic declarat doc· quomodo habitus põt dici concurrere ad actum vt partialis causa·⁊ ista littera non indiget expositione·

Hanc viam tenendo ad argumenta principalia respondeo·¶ Hic doc·respondet ad argumẽta facta contra habitum ꝙ non sit causa actiua actus:que argumenta ponuntur quasi in principio secunde questionis· ¶ Ibi·Contra . Relatio non est principium actiuum nec aliquid essentialiter includens relationẽ ⁊ arguit sic· Nulla relatio est de genere actiuorũ· Sꝫ habitus est relatio·vt patet·7·physicorum tex·comẽ· 17·vbi ait Aris·sic· Virtus autem omnis ⁊ malitia ad aliquid sunt· Et parum·ĩ· Quoniam igitur virtutes ⁊ malitie sunt ad aliquid: hec autem neqꝫ generationes sunt neqꝫ ipsorum generatio est neqꝫ omnino alterationes ꝺc ille · ¶ Vult dicere ꝙ ex quo habitus est relatio nec est principiuz alterandi nec generandi: nec similiter terminus generationis vel alterationis· ¶ Respondet doc·ibi· Hanc viam tenendo:ad argumenta principalia respondeo· Ad primũ:qꝫuis dicatur habitum non esse formam absolutam propter illa verba philosophi · ¶ Ista responsio stat in hoc·ꝙ habitus est i prima specie qualitatis ⁊ per consequẽs entitas absoluta:posito tamen propter verba Aristo· ꝙ habitus includat realiter relationem ad aliud : tamen illa relatio non est ratio formalis agendi ipsi habitui sumpto pro qualitate absoluta·Sed ipsa qualitas erit ratio formalis producendi actum: sicut etiam patet de creatura que realiter includit relationem ad deum eandem sibi : vt patet a Doc·in·ij·d·j·tũ entitas absoluta creature erit ratio formalis agendi ⁊ nõ relatio·Sufficit enim ꝙ relatio formaliter distinguatur· Et quomodo possit stare identitas realis cum distinctione formali. supra patuit·d·ij·parte·j,·⁊·di· 8.q.penul·Et in secundo patebit·d·j·⁊ alibi· ¶ Secũdo arguitur ibi.Confirmatur q: non minus requiritur entitas realis absoluta in principio motus qꝫ in termino motus·Si ergo habitus caret entitate absoluta que sufficiat ad terminandum motum : vt patet per philosophum vbi supra: qui vult ꝙ habitus non sit terminus alicuius motus:q: nec generationis nec alterationis ⁊c · ergo multo magis caret entitate absoluta que requiritur in principio actiuo· ¶ Respondet doc· Ibi· Ad confirmationem rationis· ¶ Dat duas responsiones · Prima est ꝙ maior absolutio requiritur in termino motus qꝫ in principio agendi: q: nihil potest terminare motum qꝺ habet relationem eandem sibi:non sic de principio actiuo : ⁊ patet quia aliqua creatura que de necessitate includit relationẽ eandem sibi:realiter potest causare aliquid per motum:ſ

tali causatione illud causatum non includit per idemptitatem realem aliquam relationem. Et hoc comparando ipsum causatum ad creaturam non autē ad primam causam: q2 vt sic de necessitate includit relationem eandem sibi ad causam primam · ⁊ de hoc vide doc·in·3·d:13·q·1· ¶ Aliqui tamen dicunt q̄ ideo requiritur maior absolutio in termino motus: q2 terminus motus ē partibiliter acquisibilis · Relatio autem que idemptificatur realiter alicui est indiuisibilis · ideo non potest idemptificari alicui diuisibili · ¶ Sed hoc patitur instantiam quia similitudo potest intendi ad intensionem albi · Si dicatur q̄ non idemptificatur realiter. adhuc remanet difficultas: q2 si deus partibiliter causaret charitatem: certum est q̄ talis charitas que est terminus motus dicit relationē ad ipsum deum mouentem realiter eandem sibi · Secunda responsio est · q̄ habitus dicit entitatem absolutam nec de necessitate includit relationem realiter eandem sibi: licet doc· hic expresse non dicat · tamen hoc patere potest ex dictis doc·in quoli· questiōe·13· ¶ Ibi. Ad secundum argumentum dico · Hec responsio patet hic: ⁊ clarius·3·d·3·q·7· respondendo ad q̄stionem · Vide ibi · ¶ Ibi · Ad aliud dico q̄ accidens bene potest esse principium alicuius effectus receptibilis in suo subiecto: sicut species intelligibilis est principium intellectionis recepte in intellectu possibili · ¶ Ibi · Ad aliud de appetitu sensitiuo · ¶ Nota i ista littera q̄ mens doc· est q̄ appetitus sensitiuus partialiter concurrat effectiue ad actum sentiendi · ⁊ patet littera ·

Qui vult tenere quartam viam que ē quinta in ordine: potest respondere ad rationes principales adductas pro prima parte · ¶ Iste rationes ponuntur in principio secunde questionis quibus: probat doc· q̄ habitus concurrat actiue ad actum · Dicit ergo q̄ qui vult tenere quartam viaz: que dicit q̄ habitus non se habet actiue ad actum sed tantum inclinatiue · vt patuit i exponendo illam quartam viam · ¶ Ad argumentū primum dicit doc· q̄ potentia potest vti habitu vt inclinatiuo ad operationem non autem vt actiuo · ¶ Ibi · Ad alias conditiones quattuor · Patet responsio hic ⁊ supra vbi exponitur illa quarta via · ¶ Ibi · Ad aliud de inclinatione. Posset dici q̄ inclinat sicut formaliter prior ad susceptionez forme posterioris: sicut grauitas inclinat ad esse deorsum · hec littera clara est · ¶ Ad aliud de scientia · Dico q̄ scientia per quam anima reducitur de potentia essentiali ad accidentalē est species intelligibilis ipsius obiecti ⁊c· Hoc declaratum est prolixe·3·d·3·q·6· respondēdo ad rationes Hen· Vide ibi. ¶ Ibi. Per hoc apparet ad illud q̄d adducit de esse quo · ¶ Dico q̄ scientia stricte accipiendo pro habitu acquisito ex speculatiōib9 non est proprie quo speculam9 . idest non est propria ratio formalis producendi partialiter actum speculandi sed species intelligibilis: q2 illa est principium partiale producendi actuz speculatiuū · ¶ Ibi · Ad aliud dicitur q̄ intellectus practicus · Dici potest q2 inclinat ad praxim: non q̄ illa praxis sit eius vt principij actiui: sed quasi terminans inclinationem eius ⁊c·

Ad argumenta alia adducta pro quinta opi· que est sexta in ordine: que videntur ostendere q̄ habitus moralis inquantum est virtus est principium actiuum actus inquantum est moralis: illa argumenta posita sunt in principio illius articuli qui incipit · ¶ Hoc tenendo de actu quo ad substantiam actus sic quo ad gradum intrinsecum · Restat inquirere vlterius de bonitate accidentali actus ⁊c· Prima ratio que probat q̄ virtus moralis est principium actiuū actus moralis fundatur super illud Aristo·2·ethi·c·5· q̄ virtus est que habentem perficit ⁊ opus ei9 reddit bonum ⁊ non reddit bonum nisi in ratione principij actiui · Secundo · Virtus est dispositiō perfecti ad optimum ex·7·phi·tex·comen·17· ¶ Ibi · Preterea virtus est moderatrix passionum · ¶ Vltimo arguitur ex dicto phi · ij·ethi· q̄ non habens iustitiam etsi possit operari iusta: non tamen iuste · Bonitas autez moralis requirit operari iuste vel fortiter · ¶ Ad omnia ista respondet doc· vbi· s̄· Et licet ista littera sit satis clara ex superius dictis de bonitate morali · tamē aliqua dicta hic exponūtur · Q̄d dicit de dictamie cōpleto rationis · vide·s̄·doc·in prolo·q·vlti· respondēdo ad rationes pro opinione opposita: que responsiones ponuntur circa finem questionis. Dictamen·n· completum est cognitio propinquissime practica: que et qualis sit vide ibi · Et q̄d dicit ibi q̄ recta electio precedit habitum moralem: q2 per ipsam electionem generatur virt9 moralis in primo gradu · Quomodo hoc sit verum · vide expositionem quam feci super·q·vltimam prolo· que est ibi · Exponendo tertiam uiam · ¶ Ibi · Intelligendum autez q̄ illud q̄d generatur de virtute morali est quedam qualitas de cuius ratione vt est absolute talis qualitas non est conformitas ei9 ad prudentiam · Posset enim eadem qualitas generari ex actibus similibus elicitis sine prudentia: immo cum ratione erronea si inesset · Hec littera potest patere ex superius dictis · Sequitur · Sed ista qualitas que generatur ex istis actibus secundum speciem nature vt habitus abstinendi generatus ex plurib9 volitionibus abstinendi · talis habitus siue qualitas nō est virtus ex hoc q̄ est quedam qualitas absolute · Sed ad hoc necessario requiritur conformitas eius ad prudentiam: vel saltem ad aliq̄d dictamen causatiuum prudentie · Sequitur · Vel q̄d est expressius ipsius coexistentia cum prudentia in eodem operante · i· q̄ ad hoc q̄ talis qualitas derelicta ex actibus dicatur actu moralis est necesse q̄ coexistat prudentie in eodem operante . idest q̄ actu sit conformis prudentie · Et talis actus quantum est ex se semper est natus coexistere prudentie: si est natus esse conformis prudentie · Sequitur · Sicut habitus abstinendi generatus ex actibus factis ex ratione erronea semper quantum est ex se natus est esse conformis prudentie: si tamen talis habitus non sit generatus ex actibus excessiuis: q2 vt sic non esset natus esse conformis · Sequitur · Quando igitur qualitas que nata est esse conformis prudentie que coexistit cum ea: tunc non solū habet conformitatem aptitudinalē sed actualem ad prudentiam: q2 ad similia inclinat vtiqz habitus ⁊ actus elicitus secundum inclinationem istorum duoruz habituum est bonus moraliter: qui si esset elicitus secundum inclinationem illius solius qualitatis que ē materialiter virtus moralis prudentia non coexistente in eodem operante: nec inclinante ad actum illum: nō esset actus ille bonus moraliter · Et infra · Tribuere quidem moralem bonitatem est tribuere conformitatem ad rationem rectam: ⁊ hoc tribuit qualitas illa nō ex hoc q̄ qualitas soluz: sed q2 in causando coexistit prudentie simul inclinanti. idest q̄ illa qualitas que dicitur habitus moralis: dicitur tribuere bonitatem moralem actui ex hoc solo q̄ in causando illum coexistit prudentie

Declaratio littere·

prudentie· quod nihil aliud est nisi conformiter dice-
re illum prudentie· Et ex his concludit Doc· q virtus
moralis in quantum huiusmodi· non habet cau-
salitatem specialem respectu bonitatis moralis in ac
tu: sed tantum ex hoc q est virtus habet coexistentiaȝ
cum quadam alia causa eiusdem actus: non tamen sic
intelligendo q habitus prudentie sit causa actus mo
ralis quantum ad substantiam ꝛ intensionem actus:
sed quantum ad hoc q est conformatiua actus. Et ad
dit Doctor q bonitas vt attribuitur prudentie sic in-
clinanti non necessario conuenit habitui prudētie nec
soli: sed illi actui qui natus est esse actus prudentie q
est dictamen rectum. ꝛ si illud dictamen rectum non
inesset ꝛ prudentia inesset: sm quam intellectus possȝ
recte dictare: adhuc actus elicit sine dictamine recto
non esset perfecte bonus supple moraliter·

Ad illas igitur auctoritates adductas
pro quinta via que vidē
tur sonare q virtus vnde virtus effectiue causat boni
tatem actus· patet responsio· ¶ Ibi· Ad aliud de mo-
derari· In ista littera Doctor dicit duo· Primum· q
actus moralis non moderatur actiue passionem qua
si eam factam ab obiecto faciat esse minorem · Obie-
ctum enim delectabile presens naturaliter mouet sm
vltimum sui. Uult dicere q habitus quando obiectū
delectabile est presens potentie: ꝛ quia obiectum dele
ctabile agens sm vltimum potentie sue causando pas
sionem puta delectationem: non moderatur illam fa-
ciendo illam minorem: quia hoc non videtur possibi-
le via naturali· Sed ex hoc dicitur moderari quia fa-
cit obiectum delectabile esse minus conueniens: quia
habitus ille vel effectiue causat actum contrarium de
lectationi ꝛ inclinat potentiam ad illum· Et hoc patȝ
per exemplum in homine habituato habitu honesta
tis ꝛ castitatis: quia q̃uis presentetur sibi obiectum
valde delectabile: tamē quia ille habitus inclinat ma
gis ad oppositum: ideo facit illud obiectuȝ esse minus
conueniens· Secundum dictum est· q habitus mo-
deratur passionem non iam factam sed fiendam: pro
quanto inclinat potentiam (ꝛ hoc cum prudentia co-
existente) vt fugiat inmoderate delectabilia·

Actus moralis nō moderatur actiue passionem ꝛc·

Ad primam questionez· dici-
tur e
opinio magistri q solus spiritus sanctus inexistens
sine aliquo habitu medio informante voluntatē: mo-
uet ipsam ad actum meritorium aliter q̃ȝ moueat ani
mam ad credere ꝛ sperare: quia ad credere ꝛ sperare
mouet mediantibus habitibus fidei ꝛ spei: ꝛ ita dici-
tur negasse omnem charitatem creatam· Et hoc pro-
batur multis rationibus·

Contra istam conclusionē
siue sit sm intentionem magistri siue non· ¶ Hic do-
ctor intendit probare necessitatem charitatis create:
ꝛ quia tangit vnam viā ꝺ iustificatiōe peccatoris: pre
mitto vnum dictum a docto· in quarto distinctiōe pri
ma questione· ij· qui sic dicit· Item distin· xvij· pri-
mi libri· probatum est charitatem esse in animaȝ per
mutationem illaȝ que fit in iustificatione peccatoris·
Si autem peccator posset iustificari seu reconciliari
deo sine mutatione eius: illa media non cōcluderent·
ergo dicendo consequenter his que dicta sunt ibi: ne-
cesse est ponere q peccator non possit recōciliari deo
sine mutatione ad formam absolutam. ꝛ illa repugna
bit termino a quo: ꝛ per consequens erit gratia.
¶ Respondet Doctor ad hoc argumentum dicens·
q in iustificatione peccatoris est vna mutatio priuati
ua: qua de inimico fit non inimicus· Est etiam posi-
tiua qua de indigno vita eterna fit dignus vita eter-
na: ꝛ de non potente meritorie agere fit potens meri-
torie agere· Licet ex prima mutatione non possit con-
cludi aliqua forma noua in iustificatione: tamen ex se
cunda potest: ꝛ sic argutum est ibi distin· xvij· primi·
Non enim est vere dignus de nouo vita eterna neq̃ȝ
nunc de nouo potest meritorie agere: nisi aliquaȝ for-
mam nouam habeat qua sit dignus ꝛ qua possit age
re· hec ille· Et ex ista littera patet q hic doctor non in
tendit probare q absolute peccatum non possit dele-
ri sine infusione gratie· Et anteq̃ȝ adducam exponam
argumenta Doc· premittendo aliqua· Primum· q
deus de potentia absoluta potest saluare hominem si
ne infusione cuiuscunq̃ȝ gratie ꝛ acceptare actum ho
minis vt dignum vita eterna sine infusione gratie · vt
patet a doctore infra presenti distinctione· Et q pos-
sit delere omnem culpam sine infusione gratie · pa-
tere potest ex dictis Docto· sparsim in diuersis locis:
vt in quarto distinctione prima questione prima · ꝛ
vj· ꝛ distinctione· xiiij· ꝛ · xvj· questione secunda· ꝛ in
secundo· Secundum premittendum est · q iste ra-
tiones non concludunt absolute ad hoc vt homo sit di
gnus vita eterna: gratiam requiri de necessitate abso
luta: quia tunc deus non posset aliter acceptare homi
nem vt dignum vita eterna· Cuius oppositum expres
se tenet in presenti distinctione· Tertium· q concludi
mus gratiam formaliter inherere homini tantum ex
aliquibus dictis scripture sacre: ꝛ ex dictis sanctoruȝ·
Quartum· q nec in testamento veteri nec nouo ex-
presse habemus deum ordinasse hominem ad vitam
eternam mediante gratia vel charitate vt habitu su-
pernaturaliter infuso: ꝛ formaliter inherente anime:
quo ipsa anima dicatur digna vita eterna : ꝛ quo ac-
tus eius dicatur meritorius vita eterna: quia hec om
nia saluari possunt ex sola voluntate diuina sic vel sic
acceptante: vel ex spiritu sancto sic vel sic assidente: pu
ta acceptando animaȝ ꝛ operationes eius· Et licet hoc
sit commune toti trinitati: tamen dicitur appropriari
spiritui sancto· qui procedit a patre ꝛ filio vt charitas
ꝛ amor· Quintum est· q stante diuina ordinatiōe ex
citius declarata ex aliquibus dictis scripture sacre
possumus dicere charitatem esse necessariam· Etsi
alique rationes ad probandum huiusmodi necessita-
tem probabiles inueniantur: inter omnes iste posite
a doctore videntur probabiliores ꝛ persuasibiliores:
quas vt intelligantur clare singillatim pertracto·

Aduerte hec notanda dicta·

Et prima via arguitur sic·
Peccator ante penitentiam iniustus est post penitē-
tiam est iustus· Et parum infra· Ex hoc arguitur. In
iusticia cum sit formaliter priuatio· ¶ Pro intelligen
tia huius rationis suppono aliqua· Primo q non
loquitur hic Doc· de iusticia que est virtus moralis
de qua Aristo· v· ethi· que diuiditur in punitiuam et
premiatiuam· de quibus Doctor in quarto distinctio
ne· xiiij· questione secunda· ꝛ sic non accipitur hic in-
iusticia pro priuatione talis iusticie· Secundo suppo
no secundum Docto· in quarto distinctione· xiiij· que
stione prima· q duplex est iusticia quedam habitua-
lis ꝛ illam vocat charitatem : ꝛ iniusticia habitualis

que opponitur ipsi charitati non est peccatum·vt patet a Doc·in secundo distinctione·xxviij·⁊ in quarto distinctione prima questione sexta·⁊ questione prima distinctione·xiiij·questione prima·distinctione·xvj·questione secunda·Sed iniusticia habitualis que formaliter opponitur charitati:est solum priuatio ipsius charitatis in subiecto apto nato·Alia est iusticia actualis ⁊ hanc vocat rectitudinem actus·⁊ iniusticia actualis est carentia huiusmodi rectitudinis que deberet inesse actui·vt patet a doctore in secundo distinctione·xxxiiij·xxxvj·⁊·xxxvij·⁊ in quarto distin.xiiij·questione prima·De hac iusticia actuali ⁊ iniusticia opposita non loquitur hic·Doctor·quod patet·quia sicut carentia rectitudinis in actu aufert ab ipso actu tantum iusticiam actualem siue rectitudinem·qua mediante dicitur iniustus:ita etiam si post eliceret actum cum debitis circumstantijs vere diceretur iustus·vt patet a Doctore in pluribus locis·⁊ sic non requireretur aliqua gratia supernaturalis qua diceretur iustus·quia esset iustus formaliter:rectitudine inherente actui. Tertio suppono ꝙ in proposito aliquem hominem post penitentiam esse iustum:idem est ꝙ esse iustificatum vt scriptura loquitur de iustificatione impij:⁊ iniustum idem est ꝙ non esse iustificatum nec dignum iustificari. Quarto suppono ꝙ quando aliquod oppositum puta aliqua priuatio inest alicui formaliter: non expellitur ab illo nisi per aliud oppositum positiuum inexistens sibi formaliter·vt patet de cecitate inexistente alicui formaliter: que nõ abijcitur nisi per visionem inexistentem formaliter·Si ergo in peccatore ante penitentiam est formaliter iniusticia que reddit ipsum indignum iustificari·ergo non abijcitur talis iniusticia nisi per iusticiam sibi oppositam·Per iusticiam dico iustificantem·idest reddentem ipsum iustificatum in conspectu dei:⁊ talis iusticia est charitas·Nam charitas secundum sanctos reddit hominem iustificatum:⁊ opera elicita a tali charitate reddit vere iustificata·Si ergo in peccatore ante penitentiam est formaliter iniusticia qua vere dicitur iniustus:⁊ post penitentiam formaliter dicitur iustus·idest iustificatus:ergo formaliter est ibi aliqua forma iustificãs ipsum:⁊ illa erit charitas·Hoc tamen non concludit de necessitate absoluta:quia si deus ordinasset aliquid aliud a charitate esse formam iustificantem:priuatio illius forme diceretur iniusticia reddens hominem indignum iustificari· Sed quia sancti cõmuniter dicunt gratiam ⁊ charitatem iustificare hominem· Ideo valde probabile est·si priuatio habitus charitatis inest peccatori qua formaliter dicitur iniustus: ꝙ post penitentiam post quam dicitur iustus siue iustificatus insit charitas formaliter:qua formaliter dicatur iustus siue iustificatus· Et sic patet ista ratio prima·

Quid sit iustum ⁊ iniustum·

Iusticia per charitate·

¶ Ibi·Preterea peccator ante penitentiam· ¶ Hec ratio sic est intelligenda supponendo aliqua·Primo ꝙ quot modis dicitur dignitas tot ⁊ indignitas que opponitur dignitati·Secundo suppono ꝙ esse dignum vita eterna contingit quadrupliciter·Uno mõ ꝙ natura intellectualis beatificabilis ex natura sua ⁊ ex perfectione sua naturali dicatur digna:⁊ hoc non·quia perfectior natura esset magis digna: ⁊ sic magis beata: quod falsum est·Non enim dat deus beatitudinem secundum perfectionem naturalem·vt patet a Doctore in secundo distinctione·xj·questione secunda·⁊ in tertio distinctione septima ⁊ alibi·⁊ est cõmunis opinio·Secundo modo ꝙ dicatur digna ex hoc solo quia accepta ad beatitudinem:⁊ sic deus sine infusione cuiuscunque habitus potuisset acceptare naturam intellectualem ad beatitudinem·vt infra di·ista·a Docto· Tertio modo vt dicatur digna per aliquod formaliter sibi inexistens:et tunc dico ꝙ deus potuisset acceptare naturam intellectualem per aliquem habitum formaliter sibi inexistentem:siue sit naturaliter acquisitus vt habitus moralis:siue supernaturaliter infusus vt habitus fidei ⁊ spei ⁊ charitatis·Nam omnia ista ex ordinatione diuina possent formaliter reddere naturam intellectualem dignam vita eterna·vt patet a Francisco·xvij·primi·et ab Ocham ibi·⁊ elicitur a Docto·questione prima prolo·⁊ distinctione secunda primi·⁊·viij·questiõe vltimã·⁊·xvij·⁊·xxix·⁊·xlvj·xl·⁊.xlj·⁊ alibi·Quarto modo aliquid dicitur dignum vita eterna per aliquod formaliter sibi inexistens: ⁊ hoc secundum ordinationem diuine voluntatis elicitam a diuersis scripture sacre locis:⁊ a multis sanctis diuinam scripturam glosantibus:quia eodem spiritu scriptura sacra est interpretata quo a diuina voluntate reuelata·vt dicunt Theo·⁊ Sco·in quarto distinctione·xv·questione prima· Et sic illud reddens dignum est charitas:⁊ reddens indignum est priuatio charitatis:quam charitatem peccatum priuat solum demeritorie·vt habetur a Doctore distinctione prima questione prima·⁊ distinctione·xvj·questione secunda quarti·Et sic charitas dicitur formaliter quedam dignitas anime que formaliter reddit animam dignam vita eterna· Et priuatio charitatis dicitur formaliter indignitas quedam reddens formaliter ipsam animam indignam vita eterna:⁊ peccatum dicitur demeritorie indignitas:quia per ipsum anima demeretur vt auferatur sibi charitas·hoc vltimo modo in argumento debet accipi dignitas formaliter ⁊ indignitas formaliter· ¶ Dicit ergo Doctor ex quo peccator ante penitentiam est formaliter indignus vita eterna·idest ꝙ formaliter sibi inheret indignitas·idest priuatio charitatis reddens ipsum indignum vita eterna:⁊ post penitentiam est formaliter dignus vita eterna·idest ꝙ sibi formaliter inheret dignitas·idest charitas reddens ipsum formaliter dignum vita eterna· Cum ergo priuatio inexistens formaliter alicui non tollatur ab illo nisi per aliquod positiuum formaliter inexistens sibi:sequitur ꝙ si ante penitentiam est formaliter indignus:⁊ post penitẽtiã formaliter dignus: ⁊ charitas est talis dignitas (vt dixi) ꝙ talis charitas post penitentiam inherebit formaliter· ¶ Ibi·Preterea deus non acceptat peccatorem· ¶ Hoc argumentum ex dictis supra satis clarum est·Dicit tamen primo·ꝙ acceptare ad vitam eternam:hoc non est voluntate beneplaciti velle beatificare pro tũc:quia tũc beatificaret·vt infra patebit distinctione·xlvj· Uelle ergo acceptare istum est secundum dispositionem voluntatis sue secundum quam nunc habet esse dignum tali premio quem prius non voluit esse dignum·idest ꝙ voluntas diuina tunc acceptat ad vitam eternam peccatorem post penitentiam propter dignitatem modo preexposito ordinatam a diuina voluntate. ¶ Secundo querit Doctor·Uoluntas diuina prius non acceptabat peccatorem ante penitentiam ⁊ nunc acceptat post penitentiam·Certum est ꝙ in voluntate diuina nulla est mutatio·ergo i ipso peccatore erit aliq̃ mutatio:quia prius non erat acceptus ⁊ post est acceptus·

Quadrupliciter mõ dici põt aliquis dignus vita eterna·

Acceptare ad vitã eternam quid sit·

prius·¶ Hoc dictum non concludit absolute charitatem esse necessariam: quia absolute non acceptauit peccatorem ad vitam eternā ⁊ post acceptat ergo mutatio in peccatore·Et videtur ꝙ potest esse mutatio sine infusione gratie:quia prius non penitens ⁊ nunc penitens·⁊ talis penitentia potuit acceptari vt digna vita eterna sine gratia. Et similiter prius nō acceptauit:quia peccator·idest obligatus ad penam eternam : quia peccatorem esse proprie post actum peccati:est esse obligatum ad penā eternam·vt declarat Doctor distinctione·xiiij ·questione prima·distinctione vigesimasecunda questione vnica quarti·Et voluntas diuina sine infusione gratie potest delere illam obligationem:vt patet a doctore vbi supra·Et sic est aliqua mutatio in ipso peccatore:quia prius obligatus ad penam eternam ⁊ vt sic non fuit acceptus:⁊ post liberatus a tali obligatione·⁊ vt sic acceptus:⁊ sic non habetur ꝙ charitas sit necessaria· Dico ergo ꝙ hoc argumentum cōcludit ex dictis a diuina scriptura·vt dixi supra: quia vt peccator est obligatus ad penam eternam non est acceptus:⁊ post penitentiam est acceptus: ⁊ hoc per charitatem:quia habetur a scriptura diuina ꝙ deus non acceptat aliquem nisi in se habeat formaliter charitatem· Sicut ergo in peccatore formaliter erat aliquid quo formaliter non erat acceptus:⁊ illud proprie est priuatio charitatis : ⁊ si post penitentiam formaliter est acceptus : ergo in ipso formaliter est charitas reddens ipsum acceptū ⁊ formaliter expellens ipsam priuationem:qua formaliter dicebatur non acceptus· Et sic tenet hoc argumentum cum confirmatione sequenti·¶ Ibi·Ultimo secundum istam viam·Hoc argumentum clarum est.⁊ magis patebit in quarto distinctione sextadecima questione secunda·Et sic patet ista prima via.

Ex secunda via arguitur·

Nam Doctor in prima via probauit charitatem eē necessariam ratione persone beatificabilis vt acceptande in se a diuina voluntate·In ista vero secunda via probat charitatem esse necessariam ratione actus meritorij·In ista prima ratione supponenda sunt aliqua·Primo ꝙ aliquam operationem esse meritoriam potest contingere quadrupliciter· prio ꝙ talis operatio puta dilectio dei secundum substātiam ⁊ intensionem:⁊ rectitudinem moralem dicatur meritoria:ita ꝙ secundum talem entitatem dicatur meritoria vite eterne:⁊ hoc non·etiam de potētia dei absoluta:quia nulla est operatio hominis que sit tante entitatis ꝙ mereatur de condigno visionem dei claram ⁊ fruitionem eiusdem clare visi· Secundo ꝙ dicatur meritoria ex hoc ꝙ accepta a diuina voluntate:etiam ipsa elicita ab ipsa sola voluntate creata:⁊ hoc tantum de potentia dei absoluta posset esse meritoria vite eterne:quia deus potuit acceptare illam vt dignam tali premio· Tertio potest dici meritoria vt elicita a voluntate regulata a fide infusa:vel a prudentia:vel etiam elicita a voluntate informata spe vel alio habitu appetitiuo: puta amicitia ⁊ huiusmodi·⁊ vt sic absolute sumpta nō est meritoria vite eterne:etiam de potentia dei absoluta:quia nulla operatio voluntatis create quomodocunqꝫ elicita etiam mille habitibus concurrētibus:non est ex natura talis operationis digna vita eterna·Potest tamen esse digna inquantum accepta·vt dixi supra·Quarto potest dici meritoria: quia elicita a voluntate concurrente charitate formaliter sibi inherente:⁊ tunc dico ꝙ talis operatio quantumcunqꝫ intensa quantumcunqꝫ a perfectissima charitate elicita:ex ratione sua formali ⁊ natura propria non est meritoria vite eterne propter rationem superius factam· Sed si est meritoria:ideo est quia accepta:⁊ quia deus ordinauit operationem elicitam a charitate acceptare vt dignam vita eterna· Non est ergo digna vita eterna quia absolute a charitate:sed quia a diuina voluntate accepta sic ordinante·Addo quintum modum ꝙ operatio potest dici meritoria:quia est a voluntate assistēte spiritu sancto siue concurrente speciali modo ad huiusmodi operationem:non ꝙ tota trinitas non cōcurrat ad huiusmodi operationem (cum opera trinitatis sint indiuisa ad extra) Sed quia spiritui sancto attribuitur dilectio:charitas:benignitas:misericordia:⁊ hmōi· Hoc appropriate dicit̄ spiritui sancto conuenire:⁊ si hoc vltimo modo intelligit magister ꝙ ideo voluntas habet actum meritoriuꝫ quia spiritus sanctus specialiter sibi assistit ⁊ concurrit ad huiusmodi operationem recte dicit·Ideo Doc· in ista prima ratione ⁊ secunda secunde vie:vult ꝓbare ꝙ charitas inhereat homini·quia ex quo secundum omnes sanctos principiuꝫ actus meritorij est charitas:licet postea sit diuersitas ꝙ aliqui nominant illam charitatem spiritum sanctum sibi assistentem speciali modo·Aliqui charitatem creatam a trinitate vt donum supernaturale formaliter inherens homini·Et hoc secundo modo vult probare Doc· Secundo suppono ꝙ hominem mereri per operationem propriam non est ex hoc ꝙ recipit:sꝫ ex hoc ꝙ producit illaꝫ vt patet·Tertio suppono ꝙ aliquod agens non dicitur formaliter habere talem actionem:nisi principium formale productiuum sit formaliter in ipso:sicut ignis non dicitur formaliter calefacere nisi principium calefaciendi sit formaliter in ipso·Nam si est extra non dicitur formaliter agere·Cum ergo ipse homo formaliter dicatur mereri per operationem meritoriam elicitam a voluntate ⁊ charitate vt supposui:oportet ipsam charitatem que est principium formale productiuum saltem partiale actus meritorij formaliter inexistere ipsi voluntati·Cetera patent· ¶ Ibi·Preterea nulla actio est in potestate ⁊c· ¶ Ista ratio ex dictis supra ⁊ presuppositis declaratis satis clara est· Si enim charitas est principium formale productiuum actus meritorij ⁊ illa sit ipse spiritus sanctus tantum assistens:tunc non esset in potestate voluntatis mereri:quia principium formale productiuum merendi non esset in potestate eius:quia esset totaliter extra ipsam·Cum ergo mereri sit in facultate voluntatis:oportet principium merendi esse in illa formaliter:quo libere possit vti ad operationem meritoriā: ⁊ sic charitas cum sit principium merendi:erit formaliter in voluntate vt voluntas possit dici libere mereri. ¶ Si dicatur·nonne voluntas posset dici mereri libere quia coagit spiritui sancto? ¶ Dico ꝙ non·quia nunqꝫ aliquis actus potest mere dici liber nisi principium formale productiuum sit liberū ⁊ libere producat:⁊ sit in potestate merentis· Ho-

Opationeꝫ aliquā esse meritoriaꝫ q̄ttuor modis accipi potest:seu quinqꝫ·

Instantia· Solo·

do spiritus sanctus non est in potestate voluntatis. ¶ Si iterum dicatur. nonne charitas est principium merendi mere naturale et agens de necessitate nature: vt patet a Doctore infra distinctione ista. et supra et alibi? Quomodo ergo principium formale productiuum erit liberum? ¶ Dico aliquem actum produci libere contingit dupliciter. Uno modo quod actus meritorius sit a totali principio libere agente et hoc non: quia charitas agit mere naturaliter et de necessitate. Alio modo quia talis operatio est a voluntate libere agente et libere vtente charitate vt principio formali etc. Et sic talis operatio dicitur vere meritoria et vere libera. ¶ Si dicatur. nonne charitas est causa principalis actus meritorij complexiue sumpti? patet quod sic a doctore infra distinctione ista. Cum ergo charitas concurrit de necessitate vt dixi. et vt causa principalis: talis operatio meritoria non dicitur libera. Dico quod ille actus nunquam acceptatur a deo: quia est magis a charitate quam a voluntate cum secundum substantiam et intensionem actus sit magis a voluntate quam a charitate: sed charitas dicitur principalis causa acceptationis: quia tamen ille actus est libere productus quo ad substantiam et intensionem. quod modo acceptetur: hoc non est in potestate nostra sed in potestate voluntatis diuine que determinauit acceptare talem actum productum a voluntate vtente charitate: ita quod ista acceptatio est magis a charitate quam a voluntate. idest quod deus magis acceptat hunc actum: quia est a charitate quam a voluntate: licet voluntas sit principalis causa actus quo ad substantiam et intensionem. ¶ Preterea. Si spiritus sanctus moueat. ¶ Ad hoc vt argumentum concludat presupponitur vnum. scilicet quod spiritus sanctus moueat vt causa totalis nullo presupposito: et sic talis motio esset creatio. et totum quod sequitur clarum est. Si vero voluntas concurrat vt causa inferioris: tunc talis motio non esset creatio: quia concurreret aliqua causa secunda. nam proprie dicitur aliquid creari: quando ad eius esse non concurrit aliqua causa intrinseca presupposita illi vt pars illius. vt patet a Doctore distinctione decimaoctaua secundi. Et vltra quando cum causa prima effectiue non concurrit aliqua secunda: et hoc est quia secunda effectiua semper presupponit aliquid in quod agat. Et si magister intellexit spiritum sanctum mouere primo modo: currit argumentum non secundo modo. Et non quod ipse intelligat primo modo: quia tenentes hoc quod imponitur magistro: ponunt ipsum spiritum sanctum esse totalem causam merendi. ¶ Ibi. Preterea quarto. ¶ In ista ratione supponuntur aliqua. Primo quod voluntas vere mereatur. Secundo quod ex hoc dicitur mereri: quia spiritus sanctus vnitur sibi: et ideo vere dicitur voluntatem mereri: quia spiritus sanctus qui sibi vnitur est principium merendi. Tertio quod talis identitas spiritus sancti ad voluntatem non sit sufficiens vt voluntas dicatur mereri spiritu sancto. vt principio formali actiuo: patet quia pater est magis idem filio et econtra. quam spiritus sanctus voluntati: et tamen ista est vera quod filius vere operatur ad extra. et pater vere operatur. Et similiter spiritus sanctus: et tamen non conceditur quod pater operetur filio: supple vt principio formali productiuo. vt infra patebit distinctione vigesimaseptima. et in secundo distinctione prima questione prima. et in quolibet. questione quarta. quia nec ipso vel notitia genita dicitur sapiens. ergo ista idemptitas non potest esse ratio quare dicatur voluntatem creatam mereri spiritu sancto vt principio formali merendi: quia vnitur tali voluntati. et hoc est quod dicit.

Obiectio. *Responsio.* *Obiectio.* *Solutio.* *Ad creationem proprie nulla secunda causa concurrit etc.*

Ad solutionem huius questionis

Solutio questionis.

tria sunt videnda. ¶ Ex superius habitis de substantia actus intensione rectitudine et ipsum esse a potentia et ab habitu. Omnia clara sunt vsque ibi. Hoc secundum membrum verius esset si actus esset. ¶ Doctor tangit hic duo motiua quibus probat actum non esse meritorium ex actione siue ex acceptatione diuina. Primum quia actus dicitur meritorius quia est in potestate voluntatis vt supra dixi. Sed actio diuina siue acceptatio diuina non est in potestate voluntatis. ergo etc. Secundum ibi. quod etiam probatur: quia respectu huius acceptare etc. In hoc probat quod meritum non est ex acceptatione diuina: quia ante acceptationem aliquis actus est dignus acceptari: et aliquis non: ergo ista dignitas vel indignitas est ex parte actus et non ex parte acceptationis vel actionis diuine. ¶ Ibi. Contra ratio meriti etc. Dicit Doctor. quod actus non est complete meritorius nisi in ipso habeatur ratio digni vel digne ordinabilis ad premium. idest quod actus humanus qualiscumque sit: non est ex se dignus beatitudine. Sed quod sit dignus est a voluntate diuina dante sibi talem dignitatem: quod nihil aliud est nisi ex bonitate sua et non ex ratione actus acceptare ipsum in ordine ad vitam eternam: et sic patet. Et hoc est quod dicit ibi. quod ratio meriti in actu est ipsum actum esse dignum. vt supra dixi: et sic meritum in actu est quedam relatio passiua siue acceptatio passiua in ordine ad voluntatem diuinam sic acceptantem: ita quod talis acceptatio passiua est de ratione meriti complete accepti: non autem de ratione meriti sumpti pro substantia intensione et rectitudine moralis actus. Sed dicitur de substantia meriti vt actus vltra predicta includit illam dignitatem siue acceptationem passiuam etc. ¶ Ibi. Per idem dico ad secundum. Hic dicit Doctor. quod quamuis complementum meriti sit ab acceptatione diuine voluntatis. non tamen voluntas diuina meretur. Ratio quia meritum pro vt hic loquimur est actus procedens a voluntate informata charitate inclinante vel partialiter concurrente ad huiusmodi actum: quo actu beatitudo debetur illi voluntati vt premium. Sed ista non concurrunt in voluntate diuina. Tum quia voluntas diuina ad extra non vtitur aliquo habitu charitatis concurrente effectiue siue inclinante. Cum nullus habitus ponatur ibi: maxime inclinans ad extra. vt patet a Doctore distinctione quadragesima sexta questione prima quarti. Tum etiam quia voluntati diuine non debetur premium aliquod propter aliquam operationem ad extra: cum sit ex seipsa beata: nec etiam meretur nobis: quia tunc includeret imperfectionem aliquam: et multa alia que transeo. Cetera patent. ¶ Ibi. Ad illud quod adducitur pro secundo membro. ¶ Dicit Doctor. quod acceptatio passiua ad vitam eternam non est de ratione meriti de congruo. Et est sciendum pro nunc quod duplex est meritum: meritum condignum et meritum congrui.

De ratione meriti. *Meritum quid sit.*

Meritū cō grui & meri ti cōdigni· congrui·Primum proprie respicit meritum red·dendum secundum condignitatem·idest ꝙ tanto merito condigni tanta gloria debetur· Secundum proprie respicit gratiam que datur tali merito de congruo:non autem de condigno:quia gratia non esset gratia·

Difficultas·

Si dicatur·sunt ne aliqua opera nostra que de

congruo mereantur gratiam gratum facientem? Videtur ꝙ sic. Nam Doc·dicit in quarto distinctiō ne quartadecima questione secunda·ꝙ aliquis ex puris naturalibus potest se disponere ad gratiam· puta per actum displicentie de peccatis:que displi·centia si est intensa debite dicitur attritio:& disposi·tio ad gratiam:qua dispositione posita vt merito d̄ congruo:statim deus impartitur gratiam· ¶ Dico ꝙ Doctor in isto passu est valde ponderandus·nō enim dicit simpliciter ꝙ ex puris naturalibus &c· quia ponit duplicem regulam in intellectu dictan·tem de displicentia peccati:quarum prima est me·re naturalis que est cognitio dictatiua voluntati vt detestetur peccatum absolute:quia in se malum· Alia est supernaturalis: & hoc vel sibi immediate reuelata a deo:vel reuelata aliquibus sanctis:puta apostolis & prophetis quibus credimus·& talis re·gula est cognitio dictatiua voluntati vt detestetur peccatum sub istis circunstantiis:vt est offensiuū dei:vt est retardatiuum a bono: expulsiuum a vi·ta eterna:inductiuum ad eternam penam:& deteste·tur principaliter propter amorem dei: & huiusmo·di· ¶ Dicit ergo Doctor q̄uis ibi non expresse·ꝙ habita ista regula supnaturali potest postea ex pu·ris naturalibus se disponere:puta elicere actum di·splicentie de peccatis cum debitis circūstantiis &c· & talis displicentia debite intensa dicitur meritum de congruo· ¶ Sed videtur difficultas·quia Doc· dicit in quarto vbi supra·ꝙ posita tali displicentia preuia dispositione ad gratiam: in vltimo instanti illius dispositionis infunditur gratia ex ordinatio·ne diuina· Et sic videtur ꝙ talis displicentia vt hu·iusmodi non sit meritum de congruo nisi inquātū acceptatur &c· ¶ Dico ꝙ in merito de congruo sunt duo:puta in displicentia peccati est primo substan·tia intensio & rectitudo moralis illius actus displi·centie:& hoc totum dicitur meritum de congruo se·cundum quid. Secundo est acceptatio passiua qua acceptatur a voluntate diuina:& meritum de con·gruo:& talis acceptatio passiua non potest esse ab homine ex puris naturalibus· Nam deus ordina·uit conferre gratiam homini habenti talem vel ta·lem displicentiam de peccatis:& certum est ꝙ nulla est operatio hominis ex ratione sua formali:& ex na·tura propria:que sit dispositio ad gratiam:nisi pro quanto deus acceptat illam· ¶ Sed queritur·Si ergo acceptatur vt sit dispositio ad gratiam:ergo cū posita tali dispositione deus confert gratiam:vide·tur ꝙ sit meritum de condigno respectu gratie:& sic gratia non erit gratia·vt dixi· ¶ Dico ꝙ non ha·beo pro inconuenienti ipsam displicentiam vt sic ac·ceptam a deo in ordine ad gratiam:esse meritū de condigno respectu illius· Et cum dicitur ꝙ tunc gratia non esset gratia·Dico ꝙ ideo dicitur gratia quia confertur ex mera liberalitate diuina:& nullo

Alia dubitatio· (margin, beside "de congruo· ¶ Sed videtur difficultas")

Notāda responsio· (margin, beside "congruo:statim deus impartitur gratiam")

Solu· (margin, beside "acceptatur &c· ¶ Dico ꝙ in merito de congruo")

Quō displicentia pt eē meritū de condigno· (margin, beside "gratia non erit gratia·vt dixi")

modo ex aliqua operatiōe nostra ex ratione forma·li illius operationis· Et ꝙ acceptet illam operatio·nem in ordine ad gratiam:etiam hoc est ex mera li·beralitate voluntatis diuine:proprie tamen (vt di·xi) meritum condigni respicit premium· Ex his patet quod dicit Doctor de merito congrui distin·ctione decimaseptima vbi supra· ¶ Ibi·Habet au·tem habitus ille· ¶ In ista littera ponuntur aliqua· Primum·ꝙ habitus intellectus causatus ex fre·quentatis actibus inclinet potentiam ad agendū circa tale obiectum:vel ꝙ concurrat actiue cum tali potentia ad operationem circa tale obiectum: ha·bet ab ipso obiecto presente vel in se vel in aliquo alio representato· Et hoc sic debet intelligi·scilicet mediate non immediate·idest ꝙ quia obiectū vna cum tali potentia causat talem cognitionem dat ta·li cognitioni vt sit generatiua talis habitus· Nam ꝙ sit generatiua talis habitus habet ab obiecto:quia actus specificantur ab illo:vt patuit supra distinctiō ne tertia questione septima· Eo modo dico de ha·bitu morali in voluntate:quia a talibus actibus cau·satur:quia actus specificātur a tali vel tali obiecto: ideo causant talem vel talem habitum inclinantem potentiam ad agendum circa tale obiectum vel par·tialiter concurrentē· Et debes intelligere vnum·sci·licet ꝙ ad actum precedentem habitum duo tan·tum concurrunt·scilicet potentia & obiectum:ad ac·tum vero sequentem habitum tria concurrunt·vi·delicet potentia:obiectum:& habitus inclinando se·cundum quartam viam:vel partialiter agendo·quod magis videtur secundum secundam viam· Secun·dum·habitus supernaturalis:puta fides infusa ꝙ inclinet potentiam circa tale obiectum:puta ad ac·tum credendi:vel ꝙ partialiter concurrat ad actum credendi habet ab obiecto. Et similiter habitus spei in voluntate infusus qui inclinat ad summum bonum tanquam summe commodum: vt patet a Doctore in tertio distinctione vigesimasexta·ꝙ in·clinet voluntatem ad desiderandum tale bonum:vel ꝙ partialiter concurrat habet a summo bono·Si·militer charitas ꝙ inclinet voluntatem primo ad dilectionem dei:& secundo ad dilectionem proximi propter deum:vt patet a Doctore in tertio distinc·tione vigesimaoctaua.vel ꝙ partialiter concurrat habet simpliciter ab obiecto·scilicet ab ipso deo· ¶ Si dicatur· quomodo isti habitus habent ista ab obiecto cum ipse deus vel deitas sub ratione dei·tatis nihil causet ad extra? quia tunc necessario cau·saret:& tamen deus sub ratione deitatis est obiectū charitatis fidei & spei·vt patet a Doctore in tertio· ¶ Dico ꝙ sufficit ꝙ habeant ista a voluntate diui·na supplente vicem talis obiecti:de qua suppletio·ne patuit supra questione prima prologi· Cetera patent·

Dria magna est iter actū causātē habitū:& actū sequētem hitū· (margin, beside "tialiter concurrentē· Et debes intelligere")

Obiectio· (margin, beside "¶ Si dicatur· quomodo isti habitus")

Rnsio· (margin, beside "¶ Dico ꝙ sufficit")

De secundo articulo dico·

Ibi·Sed est duplex dubitatio· ¶ Vna·quomō ali·quid in natura creata possit esse ratio quare acce·ptatur a voluntate diuina vel absolute vel tali mo·do:cum nihil in creatura sit ratio actus diuini nec in se nec vt tendit super tale obiectum· ¶ Alia·quia circunscripto omni dono supernaturali est distin·guere inter amicum & inimicum:vt inimicus dica

in quo est peccatum non deletum: et ideo manet offensa: non inimicus dicitur in quo non est offensa: sed ante collationem omnis boni supernaturalis posset alicui inimico dimitti offensa. sicut dicetur in quarto distinctione quartadecima. vel distinctione prima questione sexta. Ad ista respondeo quare ibi. ¶ Quantum igitur ad illum articulum non est necessarium ponere habitum supernaturalem gratificantem loquendo de necessitate respiciente potentiam dei absolutam: precipue cum possit dare beatitudinem sine omni merito precedente: licet sit necessarium loquendo de necessitate que respicit potentiam dei ordinatam. quam ordinationem colligimus ex scriptura: et ex dictis sanctorum ubi habemus quod peccator est indignus vita eterna: et iustus dignus. Et hec sunt verba formalia Doctoris.

¶ Unde pro declaratione illius littere. nota quod prima dubitatio probat quod actus creatus non possit dici meritorius: quia non est ratio quare sic acceptetur a voluntate divina. Responsio clara est ex supradictis. quod scilicet non est ratio ex se: sed mere dicitur acceptari a voluntate divina. Dicitur tamen meritum secundum quid. Secunda probat quod charitas non sit necessaria: patet quia peccator per peccatum dicitur inimicus: et ablata offensa dicitur amicus: et aufertur peccatum priusquam gratia infundatur: ergo in illo instanti quo est sine peccato est amicus sine charitate. Responsio clara est: quia amicus dei positive est per aliquid positivum in ipso: et hoc est charitas secundum ordinationem divinam: quia reddit ipsum amicum. Inimicus vero positive est per aliquid privativum vel positivum in ipso: puta per peccatum vel obligationem ad penam eternam. Amicus vero negative dicitur ille qui non habet charitatem nec offensam aliquam. Et similiter inimicus negative quod habet privationem charitatis et non habet offensam. Et sic patet responsio.

Quantum ad tertium articulum posset dici quod magister non negat omnem habitum supernaturalem. ipse quippe distinctione vigesimaseptima capitulo primo. illud quoque mirabile adducit Augustinum ad Dardanum dicentem: quod ad templum dei pertinent pueri sanctificati quo non valent cognoscere deum. ergo deus inhabitat parvulum: qui tamen non potest habere actum elicitum circa deum. ¶ Ista inhabitatio que competit parvulo regenerato et non alii: non potest esse sine omni habitu supernaturali in ipso parvulo: nec enim potest poni propter actum: quia talem actum non habet nec habere potest nec propter naturam solam: quia non inhabitat alium parvulum non regeneratum: cum in eo sit eadem natura. similiter secunda distinctione libri secundi videtur ponere gratiam creatam in anima. ¶ Itaque potest dici quod magister posuit unum habitum quo informante animam spiritus sanctus inhabitat: et ut inhabitans quasi perficit potentias habitibus supernaturalibus. duas quidem scilicet intellectum et voluntatem fide et spe ad credendum et sperandum: sed voluntatem nullo alio habitu ad amandum quam isto per quem dicitur inhabitare. quia actus iste amandi est ita perfectus quod potest attribui immediate illi habitui quo formaliter inherente spiritus sanctus inhabitat tanquam perfectissimo habitui: non sic possunt actus credendi et sperandi attribui immediate illi habitui per quem spiritus sanctus inhabitat propter imperfectionem istorum actuum: et perfectionem illius habitus quo spiritus sanctus inhabitat mentem. Hec enim debet esse ita perfectus quod nec in patria evacuetur quando anima erit templum dei: tunc enim non manebunt credere et sperare. ¶ Et hoc modo auctoritates Augu. faciunt pro magistro: non quod nullus sit habitus supernaturalis formaliter gratificans animam. sed quod non alius ab isto per quem spiritus sanctus inhabitat animam eo modo quo habitus credendi et sperandi alius est ab habitu quo inhabitat. et hoc patebit solvendo rationes que adducuntur pro prima parte questionis. ¶ Secundum hoc igitur non videtur magister discordare ab aliis nisi quia vel ponet gratiam alium habitum esse a charitate: vel saltem dicat istum habitum qui realiter est gratia formaliter esse in voluntate et non in essentia anime: quia tunc non inhabitaret spiritum sanctum per habitum unum quasi radicalem respectu fidei et spei nisi primo infuerit. sed inhabitaret per habitum formaliter informantem voluntatem qui quodam ordine nature esset posterior fide et spe. ¶ Sed tenendo eundem habitum esse realiter charitatem et gratiam: utram ille habitus informat essentiam anime primo. et sic a spiritu sancto inhabitante essentiam anime fluant virtutes informantes potentias: vel sic in voluntate formaliter iam presuppositis fide et spe in potentiis. de hoc in secundo libro distinctione vigesimasexta. saltem charitas non videtur alius habitus realiter ab isto per quem spiritus sanctus inhabitat animam: et ita non sic spiritus sanctus per habitum medium alium ab illo quo inhabitat movet ad diligere sicut movet ad credere et sperare. Dicit Doctor quod secundum magistrum ponitur gratia informans alium et charitas. Secundo quia magister videtur dicere quod ipsa charitas est tantum. s. s. Hoc sic debet intelligi. quod spiritus sanctus inhabitat animam per ipsam charitatem informantem et non per alium habitum: et cum ponit fidem et spem esse formaliter in anima: et spiritus sanctus non dicitur ipsa fides et spes. Hoc ideo est quia spiritus sanctus non dicitur inhabitare animam per fidem et spem: sed tantum per charitatem: ideo nominat ipsam charitatem. Et ultra. quia spiritus sanctus non tantum inhabitat animam in vita presenti: sed specialiter in vita beata: et quia charitas et operatio illius perfecte remanet in patria: ideo dicitur inhabitare animam per charitatem: et non per alium habitum: quia nec fides nec spes nec actus eorum manet in patria. Magister ergo non videtur discordare ab aliis: nisi quia vel ponat gratiam alium habitum esse a charitate: vel saltem dicat istum habitum qui realiter est gratia: formaliter esse in voluntate et non in essentia anime immediate: quia tunc. s. s. non inhabitaret animam per habitum istum suppple charitatem quasi radicalem respectu fidei et spei: nisi primo insint tales habitus: quia tunc. s. s. inhabitaret per habitum: puta charitatem formaliter informantem voluntatem: que charitas ordine nature esset posterior fide et spe. et sic proprie. s. s. diceretur charitas: quia inclinaret ipsam voluntatem per ipsam charitatem informantem ipsam: et nullo modo per alium habitum.

¶ Ad argumenta

Ad argumēta pricipalia· In hoc prio argumēto vt aliqd cōcludat intelligit de dilectiōe meritoria· Et cū dicit q cū dr dilectio est de⁹· Si intelligat dilectio effectiue·i· q efficit illā dilectionē: argumētū est in quattuor terminis· et ma·nō est vera nisi de dilectiōe formali· Ut videat ista fallacia formet sic argumētū· Oē diligēs dilectionē suā diligit deū· Sz diligēs primū diligit dilectionē suā· g diligēs primū diligit deuz· Si maior accipiat p dilectiōe q formali est deus: vera est· Si minor p dilectiōe effecta a deo: variat mediū et maior nō ē vera nisi de dilectiōe q formalr est deus: qr nō seqt· diligēs dilectionē aliam a deo· g diligit deū? Si ēt in ista maiori accipiat dilectio vt ē alia a deo: vel a dilectiōe q formalr est deus: erit fallacia consequentis· Non enim sequitur· Diligit dilectionem ergo diligit deum: vel dilectionem que deus est? quia arguitur a positione consequentis ad positionem antecedentis· ¶ Doctor respondet ad hoc argumentum· Et tota responsio consistit in hoc q diligens dilectionem suam que est participata: multo magis debet diligere dilectionem per essentiam que est ipse deus: maxime cum ratio diligibilitatis dilectionis participate sit a dilectione per essentiam: et sic patet· ¶ Item de trinitate quintodecimo capitulo decimooctauo vel quadragesimonono· Ratio consistit i hoc· charitas est principaliter donum excellentissimum: sed spiritus sanctus est charitas· ergo spiritus sanctus est principaliter donum excellentissimum· Si in minori accipiat charitas effectiue· idest q spiritus sanctus efficit charitatem: argumentum est in quattuor terminis quia variatur medium: quia charitas in maiori accipitur vt est formaliter donum excellentissimum qd competit solum spiritui sancto formaliter &c·

¶ Respondet Doctor q ex hoc charitas creata dicitur donum excellentissimum creatum: quia charitas licet vt creata includat limitationem: tamen vt charitas est nullam includit limitationem: et sic est perfectio simpliciter et ex hoc potest dici pfectio simpliciter· Nihil ergo aliud concluditur in argumento nisi quia ex quo ipsa charitas est perfectio simpliciter: et vt in deo absq omni limitatione et in creatura cum aliquali limitatione· Dicimus deum principaliter esse charitatem et etiam efficere ipsam charitatem participatam· Multa autem alia sunt effectiue a deo: et nullo modo aliquid eiusdem rationis formalis formaliter predicatur de deo· Nam deus efficit charitatem et efficit humanitatem: et tamen non dicitur humanus: quia ratio humanitatis in se absolute vt etiam abstrahit a productione includit limitationem: et tamen dicitur charitas formaliter: quia charitas ex sua ratione formali nullam includit limitationem: licz vt in creatura dicatur limitata: in creatore vero omnino illimitata: et hoc est qd dicit Doctor· Sequitur post· ¶ Quid faciunt iste auctoritates pro magistro? ¶ Patet responsio ex dictis supra in exponendo magistrum· Deinde mouet duas difficultates· ¶ Prima: quia dicit Doctor q omni eo qd non dicit perfectionem simpliciter: illud qd dicit perfectionem simpliciter est simpliciter perfectius· Contra: quia supremus angelus est perfectior qualibet charitate creata. Dico q accipiendo perfectionem simpliciter et in se: cui repugnat omnis imperfectio puta charitatez in se: est perfectior suppremo angelo: quia angelus ex natura sua includit limitationem· Secundo dico q charitas creata adhuc potest dici pfectior angelo: ex hoc q formaliter participat charitatem que est perfectio simpliciter· Angelus vt angelus nunq̄z est perfectio simpliciter (etiam posito q non esset creatus: vt alij voluerunt dicere ad mentem Aristote· vt patuit supra distinctione octaua questione prima) quia ratio formalis angeli includit limitationem: non sic ratio formalis charitatis· ¶ Secunda instantia est: quia dicit Doctor q ille auctoritates Augustini faciunt pro magistro vt spiritus sanctus dicatur charitas et dilectio: non sic fides et spes in anima: quia charitas est simpliciter perfectio et principium proximum perfectionis simpliciter: puta dilectionis· Ideo spiritus sanctus quia inhabitat animam per huiusmodi charitatem dicitur charitas: non autem inhabitat per fidem et spem: quia isti habitus non sunt perfectio simpliciter· nec principiuz proximum perfectionis simpliciter: quia nec credere nec sperare sunt perfectio simpliciter· Contra hoc instat Doctor: quia vt adducitur ex prima ratione ad intentionem magistri: spiritus sanctus est formaliter dilectio per essentiam: et ex secunda habetur ad intentionem magistri q spiritus sanctus est formaliter charitas per essentiam· Quomodo ex his auctoritatibus infertur q non est in nobis aliqua dilectio habitualis: siue charitas alia ab isto habitu per quem dicitur spiritus sanctus inhabitare·

Nam iste habitus supernaturalis quo spiritus sanctus inhabitat: vel non est perfectio simpliciter: sed aliqua limitata (et sic esset contra superius dicta· Quia diximus spiritum sanctum inhabitare per charitatem quia perfectio simpliciter &c·) Vel si est supple perfectio simpliciter· non sequitur quin alius habitus ab isto possit poni in anima per quē inhabitaret spiritus sanctus· puta habitus amicitie et huiusmodi: qui quidem habitus posset poni principium proximum eliciendi actum meum diligendi. Nam iste actus ex quo est illimitatus potest esse a tali principio· Doctor non soluit: sed breuiter solui potest· q ideo spiritus sanctus specialiter dicitur inhabitare voluntatem per charitatem et non per alium habitum: quia etsi per alium habitū posset inhabitare cum nulla sit repugnantia: quia tamen charitas specialiter et singulariter appropriatur spiritui sancto qui est perfectio simpliciter: ideo magis dicitur inhabitare voluntatem p charitatez informantem illam participatam a charitate per essentiam specialiter spiritui sancto attributa· Et hoc forte (saluo semper iudicio meliori) potest adduci ad propositum magistri &c· ¶ Ibi· Preterea per rationem· Omnis creatura &c· ¶ Argumentum stat in hoc· Quando aliquid est tale per essentiam puta bonum per essentiam: non potest intelligi non bonum et econtra: illud qd non potest intelligi non bonum videtur bonum per essentiam· Sed charitas non potest intelligi non nisi bona· ergo charitas erit bona per essentiam· ergo deus· Omnis autem creatura potest intelligi non nisi bona. ergo charitas creata non debet poni·

gnitum: & vt est ens rationis causatum ab intellectu est principium productiuum inquantum participat esse realis existentie intellectus negociantis. ergo a fortiori & ipse intellectus cuius est tota existentia erit principium. & sic respectu verbi erit duplex principium: quod est falsum. Et quomodo intelligatur secundum Hen. quod intellectus sit ibi vt intellectus & vt negociatiuus: & vt causatus in esse rationis a seipso patet. d. di. viij. q. penul. ¶ Quod si non attribuat &c. i. quod voluntas vt iam est ens rationis habens esse cognitum est principium &c. Et similiter de intellectu vt habet esse cognitum tantum: cum possint habere esse cognitum etiam ipsis non existentibus: sequitur quod actio realis poterit esse ab ente diminuto nullam existentiam habente quod est impossibile. ¶ Si dicatur hic. Vult dicere Hen. quod quamuis cognitio abstractiua possit esse non existentis: non tamen cognitio intuitiua: & cum omne cognitum in diuinis respectu intellectus diuini sit intuitiue cognitum sequitur quod illud vel erit in se existens: vel in essentia diuina existens: ¶ Contra illa ratio. Dicit Doc. quod illa ratio puta intellectus & voluntas que ponitur propria ratio principiandi deo: ponitur causari ab ipso Hen. per actum intellectus in obiecto cognito: & causatum in obiecto cognito inquantum tale non dicitur ibi existere: quia obiectum cognitum inquantum tale habet esse diminutum. ¶ Si dicatur quod causatur in essentia inquantum existens & non inquantum cognita. ¶ Contra. quia nihil causatur ab intellectu negociante in aliquo inquantum existente sed solum inquantum cognito: vt patuit. d. in glo. 7. Hen. d. 8. q. 3. & quicquid est in essentia vt est existens: est ibi preter intellectum negociantem. ergo ex natura rei: & sic si intellectus & voluntas essent ibi hoc modo: tunc non essent entia rationis quod est contra Hen. ¶ Preterea secundo. Hec ratio includit aliqua. Primo quod essentia diuina existens in tribus mouet intellectum patris ad simplicem notitiam suitatem quod existens in tribus prius mouet ad notitiam simplicem sui quam sit ibi aliqua ratio fabricabilis ab intellectu. Nam prius est notitia simplex: & deinde est notitia negociatiua siue comparatiua: qua comparatur vnum cognitum ad aliud. Secundo si essentia diuina est in filio & in spiritu sancto: & vt ibi prius mouet ad notitiam simplicem ante omnem negociationem: certum est quod erit in filio & in spiritu sancto per productionem. Et quero quid sit principium productiuum respectu filij: & spiritus sancti? Non essentia sola? quia tunc vna persona non esset magis per modum voluntatis quam alia. Nec per essentiam & paternitatem & spirationem actiuam? quia iste non sunt formales rationes producendi neque determinandi essentiam ad productionem filij & spiritus sancti. vt patuit supra distin. vij. &c. ergo erit in filio per intellectum tanquam per principium productiuum: & in spiritu sancto per voluntatem. ergo intellectus & voluntas sunt ibi principia ex natura rei: quod patet: quia ipsa essentia vt est in filio & spiritu sancto prius mouet ad notitiam simplicem quam ad negociatiuam. & non est in illis nisi per intellectum & voluntatem vt precedunt omnem negociationem. Et hoc quod dicit. Et si intellectus est ibi ens rationis: tunc esset circulus in prioritate naturali: quia idem prius & posterius: patet & si essentia est in filio per intellectum: & intellectus ibi est ens rationis vt precedit essentiam vt in filio: & ex alia parte essentia vt in filio: cum prius moueat ad notitiam simplicem: precedit omne ens rationis: & sic ipsa vt in filio esset prior & posterior: quod est inconueniens. ¶ Si autem dicas. Quamuis hoc sit extra textum: tamen solutio huiusmodi patet ex dicto modo: & ex dictis in dist. viij. q. tertia. & magis patebit infra distin. xxx. & in secundo distin. j. questione prima. quod omnis relatio rationis: siue omne ens rationis causatur ab intellectu negociatiuo vt communi tribus: vt quod omne ens rationis sequitur ipsum intellectum iam in tribus existentem. ¶ Preterea tertio. Hec ratio clara est & in hoc consistit. quia respectu vnius productionis oportet assignare vnam rationem formalem producendi. illa ergo ratio producendi vel erit essentia sola vna cum intellectu ex natura rei? & habetur propositum: quod persona habens illam potest producere. vel erit essentia & intellectus vt est ens rationis? & sic erunt vnum ens per accidens & magis ens per accidens quam subiectum & passio modo nullum aggregatum ex subiecto & passione potest esse vna ratio formalis producendi aliquid per se: multo minus aggregatum ex ente reali & ex ente rationis: aut erit sola relatio rationis: puta intellectus vt est quedam relatio rationis? & patet quod non: quia relatio realis cum non sit formaliter infinita: non potest esse principium formale producendi aliquid infinitum: multo minus nec relatio rationis. ¶ Si dicas quod essentia nuda? Hoc improbatum est supra: quia tunc non essent due productiones: vna per modum nature & alia per modum voluntatis. ¶ Preterea quarto. Hec ratio in hoc consistit: quia si intellectus vel voluntas sunt ibi tantum ens rationis & non idem formaliter essentie nec possunt identificari sibi realiter quia quod identificatur enti reali est ex natura rei: & essent aliqua plura in deo non identificata realiter sibi quod est contra simplicitatem diuinam.

Sed oritur difficultas contra Sco. quia ipse vult quod in deo sit aliqua relatio rationis ab eterno causata ab intellectu diuino. vt patet infra distin. xxx. & in secundo distinctione prima questione prima. & certum est quod non est idem formaliter deo nec identificatur realiter. ergo erit contra simplicitatem dei. Difficultas.

¶ Dico quod est inconueniens apud Hen. quia ipse ponit illas esse in essentia diuina formaliter: non quod sint de formalitate ipsius. sed quod sint ibi fundate: & quod sint rationes producendi que sunt valde inconuenientia. sic ponere illas in deo & non perfecte idem realiter. Doctor autem si ponit ens rationis non ponit illud habere aliquam rationem principij: nec dicere aliquam perfectionem & huiusmodi: & sic non est contra simplicitatem dei. ¶ Dico vltra quod non habet ponere illa subiectiue in deo sicut Henri. sed tantum obiectiue. sicut etiam idee sunt in mente diuina non formaliter & subiectiue: sed tantum obiectiue. ¶ Illam instantiam. Hic Doctor dicit non affirmando quod si idea ponitur esse rationem formalem in deo producendi ideatum ipsum: ipsa est perfectior ipso ideato. Nam esse cognitum lapidis in mente diuina: vel ipsum lapidem in esse cognito in mente diuina ponitur habere simpliciter verius & perfectius esse quam in seipso: quia vt intelligitur ab intellectione diuina denominatione extrinseca: ab illa dicitur esse cognitum: & quia intellectio diuina est ipse deus: adeo lapis in tali esse cognito participatiue potest dici deus. patet similiter a doc. in quarto distinctione prima questione prima. ¶ Preterea instantia. Vide glo. supra distinctione. viij. questione tertia. contra Henri. quomodo distinctio realis non preexigit necessario distinctionem rationis &c. Responsio.

Nota quod libet ens habet verius esse in mente diuina: non tamen verius tali.

Contra hoc. In hac ratione Sco. supponit aliqua. Primo quod spiritus sanctus secundum sanctos est productus libere: & filius naturaliter

Doc. arguit contra opi. Adam li. j. dist. vj. q. j. ar. z. et vide Alex. de Ales.

turaliter siue per modum nature·Secundo ꝙ si spiri/
tus sanctus est productus libere·aut hoc est quia im
mediate ab essentia diuina? ⁊ hoc non:quia essentia
diuina vt essentia non est principium productiuum li
berum vt patet· Et vltra·si filius ⁊ spiritus sanctus
sunt immediate ab essentia diuina? non apparet quo
modo vna persona dicatur libere producta ⁊ alia na/
turaliter:aut hoc est quia productio qua producitur
spiritus sanctus est libera:ita ꝙ talis productio posi
ta in esse dicatur libere elicitiua: quis talis produ/
ctio sit immediate ab essentia? ⁊ hoc non:qꝛ produc/
tio illa posita in esse nō est libere elicitiua:⁊ hoc est qđ
probat Doc· in lili de actu volūtatis qꝛ ille actus pos
sito etiam ꝙ libere producatur: tamen vt est positus
in actu: non est libere elicitiuus: qđ dupliciter ꝓbat doc·
Primo qꝛ si volitio generat:generat habitū naturaliter
liter· Secundo qꝛ tunc esset in potestate voluntatis:
posito actu in esse tristari ⁊ letari qđ est falsum· Naꝫ
voluntas si libere delectatur:hoc est qꝛ libere produ/
cit actum ad quem naturaliter sequitur delectatio:sꝫ
stante tali actu non est in facultate tristari ⁊ letari:pa
tet qꝛ posita volitione circa presens delectabile:stante
illa non est in facultate voluntatis delectari vel nō:qꝛ
ad ipsam volitionem necessario sequitur delectatio:
⁊ si talis volitio esset libere elicitiua delectatiōis stan
te ipsa volitione: adhuc esset in ptāte voluntatis dele
ctari vel nō:· qđ non videtur·Similiter est de nolitio
ne respectu noliti·Exemplū de nolitione mutilatio/
nis manus·nam stante mutilatiōe manus est in ptā
te voluntatis tristari de illa vel non:qꝛ est in ptāte ei⁹
nolle illam vel non:sꝫ stante nolitiōe illius mutilatiōis
nolite ad quam nolitionem sequitur tristitia : non est
in facultate voluntatis tristari vel non de mutilatiōe
manus·Et si ipsa nolitio esset libere elicitiua tristitie:
tunc stante tali nolitione esset in facultate voluntatis
posse tristari ⁊ non tristari:cuius contrarium experi/
entia docet·Si ergo actus voluntatis libere product⁹
⁊ positus in esse non est elicitiuus libere: multominus
spiratio erit libere productiua·Nam ipsa vt est ab es/
sentia imediate:est naturaliter producta non libere·
Cetera pa·vsqꝫ ad argumenta principalia· Et Sco·
concludit ad questionem ꝙ ipse productiones seipsis
distinguntur formaliter ⁊ principiatiue:siue originatiue
distinguntur per intellectum ⁊ voluntatem:qꝛ ille po
tentie sic se habent ꝙ intellectus producit per moduꝫ
nature:⁊ voluntas per modum libertatis·

Ad argumenta principalia ad primuꝫ·
In ista littera sunt tria
dicta satis singularia· Primum·ꝙ generatio in crea
turis vt est mutatio de qua·3·d·2·q·3·⁊·d·5·q·2.di/
citur naturalis:qꝛ materia que est subiectum genera/
tionis est naturaliter inclinata ad formam substantia
lem:⁊ hoc vt recipiat illam: Et merito dicit doc·d·18·
secundi ꝙ natura dicitur de principio passiuo de quo
ibi·Dicitur etiam generatio naturalis : quia principi
uꝫ generatiuum habet naturalem inclinationem ad
producendum sibi simile · Secundum est·ꝙ genera/
tio in diuinis dicitur vt tantum est a principio produ
ctiuo ⁊ terminatur ad productionem:itaqꝫ non est ibi
essentia vt materia vel quasi materia: que quodāmo/
do dicatur subiectum generationis siue filiationis:vt
satis deductum est·d·5·q·ij·. Non dicitur ergo ge/
neratio naturalis in diuinis ex hoc ꝙ essentia sit incli
nata ad talem proprietatem: qꝛ cum equaliter sit icli/
nata ad omnes:etiam spiratio posset dici generatio:
Sed ad hoc necessario requiritur conformitas eius ad prudentiam: vel saltem ad aliqđ dictamen causatiuum prudentie· Sequitur· Uel qđ est expressius ipsius coexistentia cum prudentia in eodem operante· i· qꝫ ad hoc qꝫ talis qualitas derelicta ex actibus dicatur actu moralis est necesse qꝫ coexistat prudentie in eodem operante. idest qꝫ actu sit conformis prudentie· Ex talis actus quantum est ex se semper est natus coexistere prudentie: si est natus esse conformis prudentie· Sequitur· Sicut habitus abstinendi generatus ex actibus factis ex ratione erronea semper quantum est ex se natus est esse conformis prudentie: si tamen talis habitus non sit generatus ex actibus excessiuis: qꝛ vt sic non esset natus esse conformis· Sequitur· Quando igitur qualitas que nata est esse conformis prudentie que coexistit cum ea: tunc non solū habet conformitatem aptitudinalē sed actualem ad prudentiam: qꝛ ad similia inclinat vtrīqꝫ habitus ⁊ actus elicitus secundum inclinationem istorum duorū habituum est bonus moraliter: qui si esset elicitus secundum: inclinationem illius solius qualitatis que ē materialiter virtus moralis prudentia non coexistente in eodem operante: nec inclinante ad actum illum: nō esset actus ille bonus moraliter· Et infra· Tribuere quidem moralem bonitatem est tribuere conformitatem ad rationem rectam: ⁊ hoc tribuit qualitas illa nō ex hoc qꝫ qualitas solū: sed qꝛ in causando coexistit prudentie simul inclinanti. idest qꝫ illa qualitas que dicitur habitus moralis: dicitur tribuere bonitatem moralem actui ex hoc solo qꝫ in causando illum coexistit

prudentie

prudentie. quod nihil aliud est nisi conformiter dicere illum prudentie. Et ex his concludit Doc. q virtus moralis inquantum huiusmodi non habet causalitatem specialem respectu bonitatis moralis in actu: sed tantum ex hoc q est virtus habet coexistentiaz cum quadam alia causa eiusdem actus: non tamen sic intelligendo q habitus prudentie sit causa actus moralis quantum ad substantiam ⁊ intensionem actus: sed quantum ad hoc q est conformatiua actus. Et addit Doctor q bonitas vt attribuitur prudentie sic inclinanti non necessario conuenit habitui prudētie nec soli: sed illi actui qui natus est esse actus prudentie q est dictamen rectum. ⁊ si illud dictamen rectum non inesset ⁊ prudentia inesset: scdm quam intellectus possz recte dictare: adhuc actus elicit⁹ sine dictamine recto non esset perfecte bonus supple moraliter.

Ad illas igitur

auctoritates adductas pro quinta via que vidētur sonare q virtus vnde virtus effectiue causat bonitatem actus. patet responsio. ¶ Ibi. Ad aliud de moderari. In ista littera Doctor dicit duo. Primum. q actus moralis non moderatur actiue passionem quasi eam factam ab obiecto faciat esse minorem. Obiectum enim delectabile presens naturaliter mouet scdm vltimum sui. Uult dicere q habitus quando obiectū delectabile est presens potentie: ⁊ quia obiectum delectabile agens scdm vltimum potentie sue causando passionem puta delectationem: non moderatur illam faciendo illam minorem: quia hoc non videtur possibile via naturali. Sed ex hoc dicitur moderari quia facit obiectum delectabile esse minus conueniens: quia habitus ille vel effectiue causat actum contrarium delectationi ⁊ inclinat potentiam ad illum. Et hoc patz per exemplum in homine habituato habitu honestatis ⁊ castitatis: quia q̄uis presentetur sibi obiectum valde delectabile: tamē quia ille habitus inclinat magis ad oppositum: ideo facit illud obiectuz esse minus conueniens. Secundum dictum est. q habitus moderatur passionem non iam factam sed fiendam: pro quanto inclinat potentiam (⁊ hoc cum prudentia coexistente) vt fugiat immoderate delectabilia.

Actus moralis nō moderatur actiue passionem ⁊c.

Ad primam questionez.

dicitur cē opinio magistri q solus spiritus sanctus inexistens sine aliquo habitu medio informante voluntatē: mouet ipsam ad actum meritorium aliter q̄z moueat animam ad credere ⁊ sperare: quia ad credere ⁊ sperare mouet mediantibus habitibus fidei ⁊ spei: ⁊ ita dicitur negasse omnem charitatem creatam. Et hoc probatur multis rationibus.

Contra istam conclusionē

siue sit scdm intentionem magistri siue non. ¶ Hic doctor intendit probare necessitatem charitatis create: ⁊ quia tangit vnam viā d iustificatiōe peccatoris: premitto vnum dictum a docto. in quarto distinctiōe prima questione. j. qui sic dicit. Item distin. xvij. primi libri. probatum est charitatem esse in animas per mutationem illaz que fit in iustificatione peccatoris. Si autem peccator posset iustificari seu reconciliari deo sine mutatione eius: illa media non cōcluderent. ergo dicendo consequenter his que dicta sunt ibi: necesse est ponere q peccator non possit recōciliari deo sine mutatione ad formam absolutam. ⁊ illa repugnabit termino a quo: ⁊ per consequens erit gratia.

¶ Respondet Doctor ad hoc argumentum dicens. q in iustificatione peccatoris est vna mutatio priuatiua: qua de inimico fit non inimicus. Est etiam positiua qua de indigno vita eterna fit dignus vita eterna: ⁊ de non potente meritorie agere fit potens meritorie agere. Licet ex prima mutatione non possit concludi aliqua forma noua in iustificatione: tamen ex secunda potest: ⁊ sic argutum est ibi distin. xvij. primi. Non enim est vere dignus de nouo vita eterna neq̄z nunc de nouo potest meritorie agere: nisi aliquaz formam nouam habeat qua sit dignus ⁊ qua possit agere. hec ille. Et ex ista littera patet q hic doctor non intendit probare q absolute peccatum non possit deleri sine infusione gratie. Et anteq̄z adducam exponam argumenta Doc. premittendo aliqua. Primum. q deus de potentia absoluta potest saluare hominem sine infusione cuiuscunq̄z gratie ⁊ acceptare actum hominis vt dignum vita eterna sine infusione gratie. vt patet a doctore infra presenti distinctione. Et q possit delere omnem culpam sine infusione gratie. patere potest ex dictis Docto. sparsim in diuersis locis: vt in quarto distinctione prima questione prima ⁊ vj. ⁊ distinctione. xiiij. ⁊ . xvj. questione secunda. ⁊ in secundo. Secundum premittendum est. q iste rationes non concludunt absolute ad hoc vt homo sit dignus vita eterna: gratiam requiri de necessitate absoluta: quia tunc deus non posset aliter acceptare hominem vt dignum vita eterna. Cuius oppositum expresse tenet in presenti distinctione. Tertium. q concludimus gratiam formaliter inherere homini tantum ex aliquibus dictis scripture sacre: ⁊ ex dictis sanctorūz. Quartum. q nec in testamento veteri nec nouo expresse habemus deum ordinasse hominem ad vitam eternam mediante gratia vel charitate vt habitu supernaturaliter infuso: ⁊ formaliter inherente anime: quo ipsa anima dicatur digna vita eterna: ⁊ quo actus eius dicatur meritorius vita eterna: quia hec omnia saluari possunt ex sola voluntate diuina sic vel sic acceptante: vl' ex spiritu sancto sic vel sic assistente: puta acceptando animaz ⁊ operationes eius. Et lz hoc sit commune toti trinitati: tamen dicitur appropriari spiritui sancto. qui procedit a patre ⁊ filio vt charitas ⁊ amor. Quintum est. q stante diuina ordinatiōe elicitiue declarata ex aliquibus dictis scripture sacre possumus dicere charitatem esse necessariam. Etsi alique rationes ad probandum huiusmodi necessitatem probabiles inueniantur: inter omnes iste posite a doctore videntur probabiliores ⁊ persuasibiliores: quas vt intelligantur clare singillatim pertracto.

Aduite hec notanda dicta.

Ex prima via arguitur sic.

Peccator ante penitentiam iniustus est post penitētiam est iustus. Et parum infra. Ex hoc arguitur. Iniusticia cum sit formaliter priuatio. ¶ Pro intelligentia huius rationis suppono aliqua. Primo q non loquitur hic Doc. de iusticia que est virtus moralis de qua Aristo. v. ethi. que diuiditur in punitiuam et premiatiuam. de quibus Doctor in quarto distinctione. xiiij. questione secunda. ⁊ sic non accipitur hic iniusticia pro priuatione talis iusticie. Secundo suppono secundum Docto. in quarto distinctione. xiiij. questione prima. q duplex est iusticia quedam habitualis ⁊ illam vocat charitatem: ⁊ iniusticia habitualis

que opponitur ipsi charitati non est peccatum. vt patet a Doc. in secundo distinctione. xxviij. ⁊ in quarto distinctione prima questione sexta. ⁊ questione prima distinctione. xiiij. questione prima. distinctiōe. xvj. questione secunda. Sed iniusticia habitualis que formaliter opponitur charitati: est solum priuatio ipsius charitatis in subiecto apto nato. Alia est iusticia actualis ⁊ hanc vocat rectitudinem actus. ⁊ iniusticia actualis est carentia huiusmodi rectitudinis que deberet inesse actui. vt patet a doctore in secundo distinctione. xxxiiij. xxxvj. ⁊. xxxvij. ⁊ in quarto distin. xiiij. questione prima. De hac iusticia actuali ⁊ iniusticia opposita non loquitur hic. Doctor. quod patet. quia sicut carentia rectitudinis in actu aufert ab ipso actu tantum iusticiam actualem siue rectitudinē: qua mediāte dicitur iniustus: ita etiam si post eliceret actum cum debitis circumstantijs vere diceretur iustus. vt patet a Doctore in pluribus locis. ⁊ sic non requireretur aliqua gratia supernaturalis qua diceret iustus. quia esset iustus formaliter: rectitudine inherente actui. Tertio suppono ꝙ in proposito aliquem hominē

Quid sit iustum ⁊ iniustum.

post penitentiam esse iustum: idem est ꝙ esse iustificatum vt scriptura loquitur de iustificatione impij: ⁊ iniustum idem est ꝙ non esse iustificatum nec dignum iustificari. Quarto suppono ꝙ quando aliquod oppositum puta aliqua priuatio inest alicui formaliter: non expellitur ab illo nisi per aliud oppositum positiuum inexistens sibi formaliter. vt patet de cecitate inexistente alicui formaliter: que nō abijcitur nisi per visionem inexistentem formaliter. Si ergo in peccatore ante penitentiam est formaliter iniusticia que reddit ipsum indignum iustificari. ergo non abijcitur talis iniusticia nisi per iusticiam sibi oppositam. Per iusti-

Iusticia p charitate.

ciam dico iustificantem. idest reddentem ipsum iustificatum in conspectu dei: ⁊ talis iusticia est charitas. Nam charitas secundum sanctos reddit hominem iustificatum: ⁊ opera elicita a tali charitate reddit vere iustificata. Si ergo in peccatore ante penitentiā est formaliter iniusticia qua vere dicitur iniustus: ⁊ post penitentiam formaliter dicitur iustus. idest iustificatus: ergo formaliter est ibi aliqua forma iustificās ipsum: ⁊ illa erit charitas. Hoc tamen non concludit de necessitate absoluta: quia si deus ordinasset aliqd aliud a charitate esse formam iustificantem: priuatio illius forme diceretur iniusticia reddens hominem indignum iustificari. Sed quia sancti cōmuniter dicunt gratiam ⁊ charitatem iustificare hominē. Ideo valde probabile est. si priuatio habitus charitatis inest peccatori qua formaliter dicitur iniustus: ꝙ post penitentiam post quam dicitur iustus siue iustificatus insit charitas formaliter: qua formaliter dicatur iustus siue iustificatus. Et sic patet ista ratio prima. ¶ Ibi. Preterea peccator ante penitentiam. ¶ Hec ratio sic est intelligenda supponendo aliqua. Primo ꝙ quot modis dicitur dignitas tot ⁊ indignitas que op-

Quadruplici mō dici pōt aliquis dignus vita eterna.

ponitur dignitati. Secundo suppono ꝙ esse dignum vita eterna contingit quadrupliciter. Uno mō ꝙ natura intellectualis beatificabilis ex natura sua ⁊ ex perfectione sua naturali dicatur digna: ⁊ hoc non. quia perfectior natura esset magis digna: ⁊ sic magis beata: quod falsum est. Non enim dat deus beatitudinem secundum perfectionem naturalem. vt patet a Doctore in secundo distinctione. vj. questione secunda. ⁊ in tertio distinctione septima ⁊ alibi. ⁊ est cōmunis opinio. Secundo modo ꝙ dicatur digna ex hoc solo qz accepta ad beatitudinem: ⁊ sic deus sine infusione cuiuscunqz habitus potuisset acceptare naturam intellectualem ad beatitudinem. vt infra di. ista. a Docto. Tertio modo vt dicatur digna per aliquod formaliter sibi inexistens: et tunc dico ꝙ deus potuisset acceptare naturam intellectualem per aliquem habitum formaliter sibi inexistentem: siue sit naturaliter acquisitus vt habitus moralis: siue supernaturaliter infusus vt habitus fidei ⁊ spei ⁊ charitatis. Nam omnia ista ex ordinatione diuina possent formaliter reddere naturam intellectualem dignam vita eterna. vt patet a Francisco. xvij. primi. et ab Ochan ibi. ⁊ elicitiue a Docto. questione prima prolo. ⁊ distinctione secunda primi. ⁊. viij. questiōe vltia. ⁊. xvij. ⁊. xxix. ⁊. xlvj. xl. ⁊. xlj. ⁊ alibi. Quarto modo aliquid dicitur dignū vita eterna per aliquod formaliter sibi inexistens: ⁊ hoc secundum ordinationem diuine voluntatis elicitam a diuersis scripture sacre locis: ⁊ a multis sanctis diuinam scripturam glosantibus: quia eodem spiritu scriptura sacra est interpretata quo a diuina voluntate reuelata. vt dicunt Theo. ⁊ Sco. in quarto distinctione. xv. questione prima. Et sic illud reddens dignum est charitas: ⁊ reddens indignum est priuatio charitatis: quam charitatem peccatum priuat solum demeritorie. vt habetur a Doctore distinctione prima questione prima. ⁊ distinctione. xvj. questione secunda quarti. Et sic charitas dicitur formaliter quedam dignitas anime que formaliter reddit animam dignam vita eterna. Et priuatio charitatis dicitur formaliter indignitas quedam reddens formaliter ipsam animam indignam vita eterna: ⁊ peccatum dicitur demeritorie indignitas: quia per ipsum anima demeretur vt auferatur sibi charitas. hoc vltimo modo in argumento debet accipi dignitas formaliter ⁊ indignitas formaliter. ¶ Dicit ergo Doctor ex quo peccator ante penitentiam est formaliter indignus vita eterna. idest ꝙ formaliter sibi inheret indignitas. idest priuatio charitatis reddens ipsum indignum vita eterna: ⁊ post penitentiam est formaliter dignus vita eterna. idest ꝙ sibi formaliter inheret dignitas. idest charitas reddens ipsum formaliter dignum vita eterna. Cum ergo priuatio inexistens formaliter alicui non tollatur ab illo nisi per aliquod positiuum formaliter inexistens ibi: sequitur ꝙ si ante penitentiam est formaliter indignus: ⁊ post penitētiā formaliter dignus: ⁊ charitas est talis dignitas (vt dixi) ꝙ talis charitas post penitentiam inherebit formaliter. ¶ Ibi. Preterea deus non acceptat peccatorem. ¶ Hoc argumentum ex dictis supra satis clarum est. Dicit tamen primo. ꝙ acceptare ad vitam eternam: hoc non est vo-

Acceptare ad vitā eternam qd sit.

luntate beneplaciti velle beatificare pro tūc: quia tūc beatificaret. vt infra patebit distinctione. xlvj. Uelle ergo acceptare istum est secundum dispositionem voluntatis sue secundum quam nunc habet esse dignum tali premio quem prius non voluit esse dignum. idest ꝙ voluntas diuina tunc acceptat ad vitam eternam peccatorem post penitentiam propter dignitatem modo preexposito ordinatam a diuina voluntate. ¶ Secundo querit Doctor. Uoluntas diuina prius non acceptabat peccatorem ante penitentiam ⁊ nunc acceptat post penitentiam. Certum est ꝙ in voluntate diuina nulla est mutatio. ergo in ipso peccatore erit aliq̄ mutatio: quia prius non erat acceptus ⁊ post est acceptus.

prius. ¶ Hoc dictum non concludit absolute charitatem esse necessariam: quia absolute non acceptauit peccatorem ad vitam eternã ⁊ post acceptat ergo mutatio in peccatore. Et videtur ꝙ potest esse mutatio sine infusione gratie: quia prius non penitens ⁊ nunc penitens. ⁊ talis penitentia potuit acceptari vt digna vita eterna sine gratia. Et similiter prius nõ acceptauit: quia peccator. idest obligatus ad penam eternam: quia peccatorem esse proprie post actum peccati: est esse obligatum ad penã eternam. vt declarat Doctor distinctione. xiiij. questione prima. distinctione vigesimasecunda questione vnica quarti. Et voluntas diuina sine infusione gratie potest delere illam obligationem: vt patet a doctore vbi supra. Et sic est aliqua mutatio in ipso peccatore: quia prius obligatus ad penam eternam ⁊ vt sic non fuit acceptus: ⁊ post liberatus a tali obligatione. ⁊ vt sic acceptus: ⁊ sic non habetur ꝙ charitas sit necessaria. Dico ergo ꝙ hoc argumentũ cõcludit ex dictis a diuina scriptura. vt dixi supra: quia vt peccator est obligatus ad penam eternam non est acceptus: ⁊ post penitentiam est acceptus: ⁊ hoc per charitatem: quia habetur a scriptura diuina ꝙ deus non acceptat aliquem nisi in se habeat formaliter charitatem. Sicut ergo in peccatore formaliter erat aliquid quo formaliter non erat acceptus: ⁊ illud proprie est priuatio charitatis: ⁊ si post penitentiam formaliter est acceptus: ergo in ipso formaliter est charitas reddens ipsum acceptũ ⁊ formaliter expellens ipsam priuationem: qua formaliter dicebatur non acceptus. Et sic tenet hoc argumentum cum confirmatione sequenti. ¶ Ibi. Ultimo secundum istam viam. Hoc argumentum clarum est. ⁊ magis patebit in quarto distinctione sextadecima questione secunda. Et sic patet ista prima via.

Ex secunda via arguitur.

Nam Doctor in prima via probauit charitatem eẽ necessariam ratione persone beatificabilis vt acceptande in se a diuina voluntate. In ista vero secunda via probat charitatem esse necessariam ratione actus meritorij. In ista prima ratione supponenda sunt aliqua. Primo ꝙ aliquam operationem esse meritoriam potest contingere quadrupliciter. prio ꝙ talis operatio puta dilectio dei secundum substãtiam ⁊ intensionem: ⁊ rectitudinem moralem dicatur meritoria: ita ꝙ secundum talem entitatem dicatur meritoria vite eterne: ⁊ hoc non. etiam de potẽtia dei absoluta: quia nulla est operatio hominis que sit tante entitatis ꝙ mereatur de condigno visionem dei claram ⁊ fruitionem eiusdem clare visi. Secundo ꝙ dicatur meritoria ex hoc ꝙ accepta a diuina voluntate: etiam ipsa elicita ab ipsa sola voluntate creata: ⁊ hoc tantum de potentia dei absoluta posset esse meritoria vite eterne: quia deus potuit acceptare illam vt dignam tali premio. Tertio potest dici meritoria vt elicita a voluntate regulata a fide infusa: vel a prudentia: vel etiam elicita a voluntate informata spe vel alio habitu appetitiuo: puta amicitia ⁊ huiusmodi. ⁊ vt sic absolute sumpta nõ est meritoria vite eterne: etiam de potentia dei absoluta: quia nulla operatio voluntatis create quomodocunqȝ elicita etiam mille habitibus concurrẽtibus: non est ex natura talis operationis digna vita eterna. Potest tamen esse digna inquantum accepta. vt dixi supra. Quarto potest dici meritoria: quia elicita a voluntate concurrente charitate formaliter sibi inherente: ⁊ tunc dico ꝙ talis operatio quantumcunqȝ intensa quantumcunqȝ a perfectissima charitate elicita ex ratione sua formali ⁊ natura propria non est meritoria vite eterne propter rationem superius factam. Sed si est meritoria: ideo est quia accepta: ⁊ quia deus ordinauit operationeȝ elicitam a charitate acceptare vt dignam vita eterna. Non est ergo digna vita eterna quia absolute a charitate: sed quia a diuina voluntate accepta sic ordinante. Addo quintum modum ꝙ operatio potest dici meritoria: quia est a voluntate assistẽte spiritu sancto siue concurrente speciali modo ad huiusmodi operationem: non ꝙ tota trinitas non cõcurrat ad huiusmodi operationem (cum opera trinitatis sint indiuisa ad extra) Sed quia spiritui sancto attribuitur dilectio: charitas: benignitas: misericordia: ⁊ hmõi. Hoc appropriate dicit̃ spiritui sancto conuenire: ⁊ si hoc vltimo modo intelligat magister ꝙ ideo voluntas habet actum meritoriuȝ quia spiritus sanctus specialiter sibi assistit ⁊ concurrit ad huiusmodi operationem recte dicit. Ideo Doc. in ista prima ratione ⁊ secunda secunde vie: vult ꝓbare ꝙ charitas inhereat homini. quia ex quo secũdum omnes sanctos principiuȝ actus meritorij est charitas: licet postea sit diuersitas ꝙ aliqui nominant illam charitatem spiritum sanctum sibi assistentem speciali modo. Aliqui charitatem creatam a trinitate vt donum supernaturale formaliter inherens homini. Et hoc secundo modo vult probare Doc. Secundo suppono ꝙ hominem mereri per operationem propriam non est ex hoc ꝙ recipit: sȝ ex hoc ꝙ producit illaȝ vt patet. Tertio suppono ꝙ aliquod agens non dicitur formaliter habere talem actionem: nisi principium formale productiuum sit formaliter in ipso: sicut ignis non dicitur formaliter calefacere nisi principium calefaciendi sit formaliter in ipso. Nam si est extra non dicitur formaliter agere. Cum ergo ipse homo formaliter dicatur mereri per operationem meritoriam elicitam a voluntate ⁊ charitate vt supposui: oportet ipsam charitatem que est principium formale productiuum saltem partiale actus meritorij formaliter inexistere ipsi voluntati. Cetera patent. ¶ Ibi. Preterea nulla actio est in potestate ⁊c. ¶ Ista ratio ex dictis supra ⁊ presuppositis declaratis satis clara est. Si enim charitas est principium formale productiuum actus meritorij ⁊ illa sit ipse spiritus sanctus tantum assistens: tunc non esset in potestate voluntatis mereri: quia principium formale productiuum merendi non esset in potestate eius: quia esset totaliter extra ipsam. Cum ergo mereri sit in facultate voluntatis: oportet principium merendi esse in illa formaliter: quo libere possit vti ad operationem meritoriã: ⁊ sic charitas cum sit principium merendi: erit formaliter in voluntate vt voluntas possit dici libere mereri. ¶ Si dicatur. nonne voluntas posset dici mereri libere quia coagit spiritui sancto? ¶ Dico ꝙ non. quia nunqȝ aliquis actus potest mere dici liber nisi principium formale productiuum sit liberũ ⁊ libere producat: ⁊ sit in potestate merentis. Uo-

Opationeȝ aliquã esse meritoriaȝ q̃ttuor modis accipi potest: seu quinqȝ.

Instantia. Solo.

Obiectio. do spiritus sanctus non est in potestate voluntatis. ¶ Si iterum dicatur. nonne charitas est principium merendi mere naturale et agens de necessitate nature: vt patet a Doctore infra distinctione ista. et supra et alibi? Quomodo ergo principium formale productiuum erit liberum? ¶ Dico aliquem actum produci libere contingit dupliciter. Uno modo quod actus meritorius sit a totali principio libere agente et hoc non: quia charitas agit mere naturaliter et de necessitate. Alio modo quia talis operatio est a voluntate libere agente et libere vtente charitate vt principio formali etc. Et sic talis operatio dicitur vere meritoria et vere libera. ¶ Si dicatur. nonne charitas est causa principalis actus meritorij completiue sumpti? patet quod sic a doctore infra distinctione ista. Cum ergo charitas concurrit de necessitate vt dixi. et vt causa principalis: talis operatio meritoria non dicitur libera. Dico quod ille actus nunquam acceptatur a deo: quia est magis a charitate quam a voluntate cum secundum substantiam et intensionem actus sit magis a voluntate quam a charitate: sed charitas dicitur principalis causa acceptationis: quia tamen ille actus est libere productus quo ad substantiam et intensionem. quod modo acceptetur: hoc non est in potestate nostra sed in potestate voluntatis diuine que determinauit acceptare talem actum productum a voluntate vtente charitate: ita quod ista acceptatio est magis a charitate quam a voluntate. idest quod deus magis acceptat hunc actum: quia est a charitate quam a voluntate: licet voluntas sit principalis causa actus quo ad substantiam et intensionem. ¶ Preterea. Si spiritus sanctus moueat. ¶ Ad hoc vt argumentum concludat presupponitur vnum. scilicet quod spiritus sanctus moueat vt causa totalis nullo presupposito: et sic talis motio esset creatio. et totum quod sequitur clarum est. Si vero voluntas concurrat vt causa inferioris: tunc talis motio non esset creatio: quia concurreret aliqua causa secunda. nam proprie dicitur aliquid creari: quando ad eius esse non concurrit aliqua causa intrinseca presupposita illi vt pars illius. vt patet a Doctore distinctione decimaoctaua secundi. Et vltra quando cum causa prima effectiue non concurrit aliqua secunda: et hoc est quia secunda effectiua semper presupponit aliquid in quod agat. Et si magister intellexit spiritum sanctum mouere primo modo: currit argumentum non secundo modo. Et non quod ipse intelligat primo modo: quia tenentes hoc quod imponitur magistro: ponunt ipsum spiritum sanctum esse totalem causam merendi. ¶ Ibi. Preterea quarto. ¶ In ista ratione supponuntur aliqua. Primo quod voluntas vere mereatur. Secundo quod ex hoc dicitur mereri: quia spiritus sanctus vnitur sibi: et ideo vere dicitur voluntatem mereri: quia spiritus sanctus qui sibi vnitur est principium merendi. Tertio quod talis identitas spiritus sancti ad voluntatem non sit sufficiens vt voluntas dicatur mereri spiritu sancto. vt principio formali actiuo: patet quia pater est magis idem filio et econtra. quam spiritus sanctus voluntati: et tamen ista est vera quod filius vere operatur ad extra. et pater vere operatur. Et similiter spiritus sanctus: et tamen non conceditur quod pater operetur filio: supple vt principio formali productiuo. vt infra patebit distinctione vigesimaseptima. et in secundo distinctione prima questione prima. et in quolibet. questione quarta. quia nec ipso vel notitia genita dicitur sapiens. ergo ista idemptitas non potest esse ratio quare dicatur voluntatem creatam mereri spiritu sancto vt principio formali merendi: quia vnitur tali voluntati. et hoc est quod dicit.

Ratio. (margin, beside "Quomodo ergo principium formale")

Obiectio. (margin, beside "cipio formali etc.")

Solutio. (margin, beside "non dicitur libera")

Ad creationem proprie nulla secunda causa concurrit etc. (margin)

Ad solutionem huius questionis

tria sunt videnda. ¶ Ex superius habitis de substantia actus intensione rectitudine et ipsum esse a potentia et ab habitu. Omnia clara sunt vsque ibi. Hoc secundum membrum verius esset si actus esset. ¶ Doctor tangit hic duo motiua quibus probat actum non esse meritorium ex actione siue ex acceptatione diuina. Primum quia actus dicitur meritorius quia est in potestate voluntatis vt supra dixi. Sed actio diuina siue acceptatio diuina non est in potestate voluntatis. ergo etc. Secundum ibi. quod etiam probatur: quia respectu huius acceptare etc. In hoc probat quod meritum non est ex acceptatione diuina: quia ante acceptationem aliquis actus est dignus acceptari: et aliquis non: ergo ista dignitas vel indignitas est ex parte actus et non ex parte acceptationis vel actionis diuine. ¶ Ibi. Contra ratio meriti etc. Dicit Doctor. quod actus non est complete meritorius nisi in ipso habeatur ratio digni vel digne ordinabilis ad premium. idest quod actus humanus qualiscunque sit: non est ex se dignus beatitudine. Sed quod sit dignus est a voluntate diuina dante sibi talem dignitatem: quod nihil aliud est nisi ex bonitate sua et non ex ratione actus acceptare ipsum in ordine ad vitam eternam: et sic patet. Et hoc est quod dicit ibi. quod ratio meriti in actu est ipsum actum esse dignum. vt supra dixi: et sic meritum in actu est quedam relatio passiua siue acceptatio passiua in ordine ad voluntatem diuinam sic acceptantem: ita quod talis acceptatio passiua est de ratione meriti complete accepti: non autem de ratione meriti sumpti pro substantia intensione et rectitudine moralis actus. Sed dicitur de substantia meriti vt actus vltra predicta includit illam dignitatem siue acceptationem passiuam etc. ¶ Ibi. Per idem dico ad secundum. Hic dicit Doctor. quod quamuis complementum meriti sit ab acceptatione diuine voluntatis. non tamen voluntas diuina meretur. Ratio quia meritum pro vt hic loquimur est actus procedens a voluntate informata charitate inclinante vel partialiter concurrente ad huiusmodi actum: quo actu beatitudo debetur illi voluntati vt premium. Sed ista non concurrunt in voluntate diuina. Tum quia voluntas diuina ad extra non vtitur aliquo habitu charitatis concurrente effectiue siue inclinante. Cum nullus habitus ponatur ibi: maxime inclinans ad extra. vt patet a Doctore distinctione quadragesima sexta questione prima quarti. Cum etiam quia voluntati diuine non debetur premium aliquod propter aliquam operationem ad extra: cum sit ex seipsa beata: nec etiam meretur nobis: quia tunc includeret imperfectionem aliquam: et multa alia que transeo. Cetera patent. ¶ Ibi. Ad illud quod adducitur pro secundo membro. ¶ Dicit Doctor. quod acceptatio passiua ad vitam eternam non est de ratione meriti de congruo. Et est sciendum pro nunc quod duplex est meritum: meritum condigni et meritum congrui.

Solutio questionis. (margin)

De ratione meriti. (margin)

Meritum quid sit. (margin)

Meritū cōgrui ⁊ meriti cōdigni·

congrui· Primum proprie respicit meritum reddendum secundum condignitatem·idest ꝙ tanto merito condigno tanta gloria debetur· Secundum proprie respicit gratiam que datur tali merito de congruo: non autem de condigno: quia gratia non esset gratia·

Difficultas·

Si dicatur·sunt ne aliqua opera nostra que de congruo mereantur gratiam gratum facientem? Videtur ꝙ sic. Nam Doc· dicit in quarto distinctōne quartadecima questione secunda·ꝙ aliquis ex puris naturalibus potest se disponere ad gratiam· puta per actum displicentie de peccatis: que displicentia si est intensa debite dicitur attritio: ⁊ dispositio ad gratiam: qua dispositione posita vt merito ď congruo: statim deus impartitur gratiam· ¶ Dico ꝙ Doctor in isto passu est valde ponderandus·nō enim dicit simpliciter ꝙ ex puris naturalibus ⁊c· quia ponit duplicem regulam in intellectu dictantem de displicentia peccati: quarum prima est mere naturalis que est cognitio dictatiua voluntati vt detestetur peccatum absolute: quia in se malum·

Notāda responsio·

Alia est supernaturalis: ⁊ hoc vel sibi immediate reuelata a deo: vel reuelata aliquibus sanctis: puta apostolis ⁊ prophetis quibus credimus·⁊ talis regula est cognitio dictatiua voluntati vt detestetur peccatum sub istis circunstantijs: vt est offensiuum dei: vt est retardatiuum a bono: expulsiuum a vita eterna: inductiuum ad eternam penam: ⁊ detestetur principaliter propter amorem dei: ⁊ huiusmodi· ¶ Dicit ergo Doctor q̄uis ibi non expresse·ꝙ habita ista regula supnaturali potest postea ex puris naturalibus se disponere: puta elicere actum displicentie de peccatis cum debitis circūstantijs ⁊c· ⁊ talis displicentia debite intensa dicitur meritum de congruo·

Alia dubitatio·

¶ Sed videtur difficultas·quia Doc· dicit in quarto vbi supra·ꝙ posita tali displicentia preuia dispositione ad gratiam: in vltimo instanti illius dispositionis infunditur gratia ex ordinatione diuina· Et sic videtur ꝙ talis displicentia vt huiusmodi: non sit meritum de congruo nisi inquātū acceptatur ⁊c·

Solu·

¶ Dico ꝙ in merito de congruo sunt duo: puta in displicentia peccati est primo substantia intensio ⁊ rectitudo moralis illius actus displicentie: ⁊ hoc totum dicitur meritum de congruo secundum quid. Secundo est acceptatio passiua qua acceptatur a voluntate diuina: vt meritum de congruo: ⁊ talis acceptatio passiua non potest esse ab homine ex puris naturalibus· Nam deus ordinauit conferre gratiam homini habenti talem vel talem displicentiam de peccatis: ⁊ certum est ꝙ nulla est operatio hominis ex ratione sua formali: ⁊ ex natura propria: que sit dispositio ad gratiam: nisi pro quanto deus acceptat illam· ¶ Sed queritur· Si ergo acceptatur vt sit dispositio ad gratiam: ergo cū posita tali dispositione deus confert gratiam: videtur ꝙ sit meritum de condigno respectu gratie: ⁊ sic gratia non erit gratia·vt dixi·

Quō displicentia pt eē meritū de condigno·

¶ Dico ꝙ non habeo pro inconuenienti ipsam displicentiam vt sic acceptam a deo in ordine ad gratiam: esse meritū de condigno respectu illius· Et cum dicitur ꝙ tunc gratia non esset gratia·Dico ꝙ ideo dicitur gratia quia confertur ex mera liberalitate diuina: ⁊ nullo modo ex aliqua operatiōe nostra ex ratione formali illius operationis· Et ꝙ acceptet illam operationem in ordine ad gratiam: etiam hoc est ex mera liberalitate voluntatis diuine: proprie tamen (vt dixi) meritum condigni respicit premium· Ex his patet quod dicit Doctor de merito congrui distinctione decimaseptima vbi supra· ¶ Ibi· Habet autem habitus ille· ¶ In ista littera ponuntur aliqua· Primum·ꝙ habitus intellectus causatus ex frequentatis actibus inclinet potentiam ad agendum circa tale obiectum: vel ꝙ concurrat actiue cum tali potentia ad operationem circa tale obiectum: habet ab ipso obiecto presente vel in se vel in aliquo alio representato· Et hoc sic debet intelligi·scilicet mediate non immediate·idest ꝙ quia obiectū vna cum tali potentia causat talem cognitionem dat tali cognitioni vt sit generatiua talis habitus· Nam ꝙ sit generatiua talis habitus habet ab obiecto: q2 actus specificantur ab illo: vt patuit supra distinctōne tertia questione septima· Eo modo dico de habitu morali in volūtate: quia a talibus actibus causatur: quia actus specificātur a tali vel tali obiecto: ideo causant talem vel talem habitum inclinantem potentiam ad agendum circa tale obiectum vel partialiter concurrentē· Et debes intelligere vnum·scilicet ꝙ ad actum precedentem habitum duo tantum concurrunt·scilicet potentia ⁊ obiectum: ad actum vero sequentem habitum tria concurrunt·videlicet potentia: obiectum: ⁊ habitus inclinando secundum quartam viam: vel partialiter agendo·q̄d magis videtur secundum secundam viam·

Dr̄ia magna est iter actū causātē habitū: ⁊ actū sequētem hitū·

Secundum·habitus supernaturalis: puta fides infusa ꝙ inclinet potentiam circa tale obiectum: puta ad actum credendi: vel ꝙ partialiter concurrat ad actum credendi habet ab obiecto. Et similiter habitus spei in voluntate infusus qui inclinat ad summum bonum tanquam summe commodum: vt patet a Doctore in tertio distinctione vigesimasexta·ꝙ inclinet voluntatem ad desiderandum tale bonum: vel ꝙ partialiter concurrat habet a summo bono· Similiter charitas ꝙ inclinet voluntatem primo ad dilectionem dei: ⁊ secundo ad dilectionem proximi propter deum: vt patet a Doctore in tertio distinctione vigesimaoctaua. vel ꝙ partialiter concurrat habet simpliciter ab obiecto·scilicet ab ipso deo·

Obiectio·

¶ Si dicatur· quomodo isti habitus habent ista ab obiecto cum ipse deus vel deitas sub ratione deitatis nihil causet ad extra? quia tunc necessario causaret: ⁊ tamen deus sub ratione deitatis est obiectū charitatis fidei ⁊ spei·vt patet a Doctore in tertio·

Rñsio·

¶ Dico ꝙ sufficit ꝙ habeant ista a voluntate diuina supplente vicem talis obiecti: de qua suppletione patuit supra questione prima prologi· Cetera patent·

De secundo articulo dico·

Ibi·Sed est duplex dubitatio· ¶ Una·quomō aliquid in natura creata possit esse ratio quare acceptatur a voluntate diuina vel absolute vel tali modo: cum nihil in creatura sit ratio actus diuini nec in se nec vt tendit super tale obiectum· ¶ Alia·quia circunscripto omni dono supernaturali est distinguere inter amicum ⁊ inimicum: vt inimicus dicat

in quo est peccatum non deletum. ⁊ ideo manet offensa: non inimicus dicitur in quo non est offensa: sed ante collationem omnis boni supernaturalis posset alicui inimico dimitti offensa. sicut dicetur in quarto distinctione quartadecima. vel distinctione prima questione sexta. Ad ista respondeo quare ibi. ¶ Quantum igitur ad illum articulum non est necessarium ponere habitum supernaturalem gratificantem loquendo de necessitate respiciente potentiam dei absolutam: precipue cum possit dare beatitudinem sine omni merito precedente: licet sit necessarium loquendo de necessitate que respicit potentiam dei ordinatam. quam ordinationem colligimus ex scriptura: ⁊ ex dictis sanctorum vbi habemus q peccator est indignus vita eterna: ⁊ iustus dignus. Et hec sunt verba formalia Doctoris.

¶ Unde pro declaratione illius littere. nota q prima dubitatio probat q actus creatus non possit dici meritorius: quia non est ratio quare sic acceptetur a voluntate diuina. Responsio clara est ex supradictis. q scilicet non est ratio ex se: sed mere dicitur acceptari a voluntate diuina. Dicitur tamen meritum secundum quid. Secunda probat q charitas non sit necessaria: patet quia peccator per peccatum dicitur inimicus: ⁊ ablata offensa dicitur amicus: ⁊ aufertur peccatum priusq̄ gratia infundatur: ergo in illo instanti quo est sine peccato est amicus sine charitate. Responsio clara est: quia amicus dei positiue est per aliquid positiuum in ipso: ⁊ hoc est charitas secundum ordinationem diuinam: quia reddit ipsum amicum. Inimicus vero positiue est per aliquid priuatiuum vel positiuum in ipso: puta per peccatum vel obligationem ad penam eternam. Amicus vero negatiue dicitur ille qui nō habet charitatem nec offensam aliquam. Et similiter inimicus negatiue q habet priuationem charitatis ⁊ nō habet offensam. Et sic patet responsio.

Quantum ad tertium articulum posset dici q magister non negat omnem habitum supernaturalem. ipse quippe distinctione vigesimaseptima capitulo primo. illud quoq mirabile adducit Augustinum ad Dardanum dicentem: q ad templum dei pertinent pueri sanctificati quo non valent cognoscere deum. ergo deus inhabitat paruulum: qui tamen non potest habere actum elicitum circa deum. ¶ Ista inhabitatio que competit paruulo regenerato ⁊ non alij: non potest esse sine omni habitu supernaturali in ipso paruulo: nec enim potest poni propter actum: quia talem actum non habet nec habere potest nec propter naturam solam: quia non inhabitat alium paruulum non regeneratum: cum in eo sit eadem natura. similiter secunda distinctione libri secundi videtur ponere gratiam creatam in anima. ¶ Ita q potest dici q magister posuit vnum habitum quo informātē animā spiritus sanctus inhabitat: ⁊ vt inhabitans quasi perficit potentias habitibus supernaturalibus. duas quidem. s. intellectū ⁊ voluntatem fide ⁊ spe ad credendum ⁊ sperandum: sed voluntatem nullo alio habitu ad amandum q̄ isto per quem dicitur inhabitare. quia actus iste amandi est ita perfectus q potest attribui immediate illi habitui quo formaliter inherente spiritus sanctus inhabitat tanquam perfectissimo habitui: non sic possunt actus credendi ⁊ sperandi attribui immediate illi habitui per quem spiritus sanctus inhabitat propter imperfectionem istorum actuum: ⁊ perfectionem illius habitus quo spiritus sanctus inhabitat mentes. Iste enim debet esse ita perfectus q nec in patria euacuetur quando anima erit templum dei: tunc enim nō manebunt credere ⁊ sperare. ¶ Et hoc modo auctoritates Augu. faciunt pro magistro: non q nullus sit habitus supernaturalis formaliter gratificans animam. sed q non alius ab isto per quem spiritus sanctus inhabitat animam eo modo quo habitus credendi ⁊ sperandi alius est ab habitu quo inhabitat. ⁊ hoc patebit soluendo rationes que adducuntur pro prima parte questiōis. ¶ Secundū hoc igitur non videtur magister discordare ab alijs nisi q vel ponet gratiam alium habitum esse a charitate: vel saltem dicat istum habitum qui realiter est gratia formaliter esse in voluntate ⁊ non in essentia anime: quia tunc non inhabitaret spiritum sanctū per habitum vnum quasi radicalem respectu fidei ⁊ spei nisi primo infuerit. sed inhabitaret per habitum formaliter informantem voluntatem qui quodam ordine nature esset posterior fide ⁊ spe. ¶ Sed tenendo eundem habitum esse realiter charitatem ⁊ gratiam: vtrum ille habitus informat essentiam anime primo. ⁊ sic a spiritu sancto inhabitāte essentiā anime fluant virtutes informantes potentias: vel sit in voluntate formaliter iam presuppositis fide ⁊ spe in potentijs. de hoc in secundo libro distinctione vigesimasexta. saltem charitas non videtur alius habitus realiter ab isto per quem spiritus sanctus inhabitat animam: ⁊ ita non sic spiritus sanctus per habitum medium alium ab illo quo inhabitat mouet ad diligere sicut mouet ad credere ⁊ sperare. Dicit Doctor q secundum magistrum ponitur gratia informans alium ⁊ charitas. Secūdo quia magister videtur dicere q ipsa charitas est tantum. s. s. Hoc sic debet intelligi. q spiritus sanctus inhabitat aīam per ipsam charitatem informātem ⁊ non per alium habitum: ⁊ cum ponit fidem ⁊ spem esse formaliter in anima: ⁊ spiritus sanctus non dicitur ipsa fides ⁊ spes. Hoc ideo est quia spiritus sanctus non dicitur inhabitare animam per fidem ⁊ spem: sed tantum per charitatem: adeo nominat ipsam charitatem. Et vltra. quia spiritus sanctus non tantum inhabitat animam in vita pñti: sed specialiter ī vita beata: ⁊ q charitas ⁊ opatio illius pfecte remanet in patria: nō dicit̄ inhabitare animā p charitatem: ⁊ non per alium hītum: q nec fides nec spes nec actus eorū manēt in patria. Magister ergo nō vr̄ discordare ab alijs: nisi q vl' ponat grām aliū habitū esse a charitate: vel saltē dicat istū hītū q realiter est grā: formalr̄ esse in volūtate ⁊ non in essentia aīe imediate: q tūc. s. s. nō inhabitaret aīam p hītū istū supple charitatē q̄si radicalē respectu fidei ⁊ spei: nisi primo infint tales hītus: q tunc. s. s. inhabitaret p hītū: puta charitatē formalr̄ informātē volūtatē: q charitas ordine nāe eēt posterior fide ⁊ spe. ⁊ sic ,ppñe. s. s. diceret̄ charitas: quia inclinaret ipsam volūtatem per ipsam charitatē informātem ipsam: ⁊ nullo modo p alium habitum.

¶ Ad argumēta

Ad argumēta p̄ncipalia· In hoc p̄mo argumēto vt aliq̄d ↄclu
dat intelligit̃ de dilectōe meritoria· Et cū dicit q̄ cū
dr̃ dilectio est de⁹· Si itelligat̃ dilectio effectiue·i·
q̄ efficit illā dilectionē: argumētū est in q̄ttuor ter-
minis·⁊ ma·nō est vera nisi de dilectōe formali·
Ut videat̃ ista fallacia formet̃ sic argumētū· Oē di
ligēs dilectionē suā diligit deū· Sz diligēs ꝑmū
diligit dilectionē suā·ḡ diligēs ꝑmū diligit deū·
Si maior accipiat̃ ꝓ dilectiōe q̄ formali est deus:
vera est· Si minor ꝓ dilectōe effecta a deo: variat̃
mediū ⁊ maior nō ē vera nisi de dilectōe q̄ formalr̃
est deus: q̄r nō seq̄t̃ · diligēs dilectionē aliam a deo·
ḡ diligit deū? Si ēt in ista maiori accipiat̃ dilectio
vt ē alia a deo: vel a dilectōe q̄ formalr̃ est deus: erit
fallacia consequentis· Non enim sequitur· Diligit
dilectionem ergo diligit deum: vel dilectionem que
deus est? quia arguitur a positione consequentis
ad positionem antecedentis· ¶ Doctor respondet
ad hoc argumentum· Et tota responsio consistit in
hoc q̄ diligens dilectionem suam que est participa
ta: multo magis debet diligere dilectionem per es-
sentiam que est ipse deus: maxime cum ratio diligi
bilitatis dilectionis participate sit a dilectione per
essentiam: ⁊ sic patet· ¶ Item de trinitate quinto-
decimo capitulo decimooctauo vel quadragesimono
no· Ratio consistit i hoc· charitas est principaliter
donum excellentissimum: sed spiritus sanctus est
charitas· ergo spiritus sanctus est principaliter do
num excellentissimum· Si in minori accipiat̃ cha-
ritas effectiue· idest q̄ spiritus sanctus efficit chari
tatem: argumentum est in quattuor terminis quia
variatur medium: quia charitas in maiori accipi-
tur vt est formaliter donum excellentissimum q̄ꝺ
competit solum spiritui sancto formaliter ⁊c·
¶ Respondet Doctor q̄ ex hoc charitas creata di-
citur donum excellentissimum creatum: quia chari
tas licet vt creata includat limitationem: tamen vt
charitas est nullam includit limitationem: ⁊ sic est
perfectio simpliciter ⁊ ex hoc potest dici ꝑfectio sim
pliciter· Nihil ergo aliud concluditur in argumen-
to nisi quia ex quo ipsa charitas est perfectio simpli
citer: ⁊ vt in deo absq̄z omni limitatione ⁊ in creatu
ra cum aliquali limitatione· Dicimus deum princi
paliter esse charitatem ⁊ etiam efficere ipsam chari
tatem participatam· Multa autem alia sunt effe-
ctiue a deo: ⁊ nullo modo aliquid eiusdem rationis
formalis formaliter predicatur de deo· Nam deus
efficit charitatem ⁊ efficit humanitatem: ⁊ tamen
non dicitur humanus: quia ratio humanitatis in
se absolute vt etiam abstrahit a productione inclu-
dit limitationem: ⁊ tamen dicitur charitas formali
ter: quia charitas ex sua ratione formali nullam in
cludit limitationem: lz vt in creatura dicatur limi-
tata: in creatore vero omnino illimitata: ⁊ hoc est
q̄ꝺ dicit Doctor· Sequitur post· ¶ Quid faciunt
iste auctoritates pro magistro? ¶ Patet responsio
ex dictis supra in exponendo magistrum· Deinde
mouet duas difficultates· ¶ Prima: quia dicit
Doctor q̄ omni eo q̄ꝺ non dicit perfectionem sim-
pliciter: illud q̄ꝺ dicit perfectionem simpliciter est
simpliciter perfectius· Contra: quia supremus an
gelus est perfectior qualibet charitate creata. Dico
q̄ accipiendo perfectionem simpliciter ⁊ in se: cui
repugnat omnis imperfectio puta charitatē in se:
est perfectior suppremo angelo: quia angelus ex na
tura sua includit limitationem· Secundo dico q̄
charitas creata adhuc potest dici ꝑfectior angelo:
ex hoc q̄ formaliter participat charitatem que est
perfectio simpliciter· Angelus vt angelus nunq̄z est
perfectio simpliciter (etiam posito q̄ non esset crea
tus: vt alij voluerunt dicere ad mentem Aristote· vt
patuit supra distinctione octaua questione prima)
quia ratio formalis angeli includit limitationem:
non sic ratio formalis charitatis· ¶ Secunda in-
stantia est: quia dicit Doctor q̄ ille auctoritates Au
gustini faciunt pro magistro vt spiritus sanctus di-
catur charitas ⁊ dilectio: non sic fides ⁊ spes in ani
ma: quia charitas est simpliciter perfectio ⁊ princi-
pium proximum perfectionis simpliciter: puta dile
ctionis· Ideo spiritus sanctus quia inhabitat ani-
mam per huiusmodi charitatem dicitur charitas:
non autem inhabitat per fidem ⁊ spem: quia isti ha
bitus non sunt perfectio simpliciter: nec principiū
proximum perfectionis simpliciter: quia nec crede-
re nec sperare sunt perfectio simpliciter· Contra
hoc instat Doctor: quia vt adducitur ex prima ratio
ne ad intentionem magistri: spiritus sanctus est for
maliter dilectio per essentiam: ⁊ ex secunda habetur
ad intentionem magistri q̄ spiritus sanctus est for
maliter charitas per essentiam· Quomodo ex his
auctoritatibus infertur q̄ non est in nobis aliqua
dilectio habitualis: siue charitas alia ab isto habitu
per quem dicitur spiritus sanctus inhabitare·
Nam iste habitus supernaturalis quo spiritus san
ctus inhabitat: vel non est perfectio simpliciter: sed
aliqua limitata (⁊ sic esset contra superius dicta·
Quia diximus spiritum sanctum inhabitare per
charitatem quia perfectio simpliciter ⁊c·) Uel si
est supple perfectio simpliciter: non sequitur quin
alius habitus ab isto possit poni in anima per quē
inhabitaret spiritus sanctus· puta habitus amici-
tie ⁊ huiusmodi: qui quidem habitus posset poni
principium proximum eliciendi actum meum dili
gendi. Nam iste actus ex quo est illimitatus potest
esse a tali principio· Doctor non soluit: sed breuiter
solui potest· q̄ ideo spiritus sanctus specialiter di-
citur inhabitare voluntatem per charitatem ⁊ non
per alium habitum: quia etsi per alium habitū pos
set inhabitare cum nulla sit repugnantia: quia ta-
men charitas specialiter ⁊ singulariter appropria-
tur spiritui sancto qui est perfectio simpliciter: ideo
magis dicitur inhabitare voluntatem ꝑ charitatē
informantem illam participatam a charitate per es
sentiam specialiter spiritui sancto attributa· Et hoc
forte (saluo semper iudicio meliori) potest adduci
ad propositum magistri ⁊c· ¶ Ibi· Preterea per
rationem· Omnis creatura ⁊c· ¶ Argumentum
stat in hoc· Quando aliquid est tale per essentiam
puta bonum per essentiam: non potest intelligi non
bonum ⁊ econtra: illud q̄ꝺ non potest intelligi non
bonum videtur bonum per essentiam· Sed chari-
tas non potest intelligi non nisi bona· ergo cha-
ritas erit bona per essentiam· ergo deus· Om-
nis autem creatura potest intelligi non nisi bo-
na. ergo charitas creata non debet poni·

Dico q verum est q etiam charitas creata et participata potest intelligi non bona: quia tota bonitas illius est a bonitate per essentiam. Et concedo q talis charitas creata non est deus.

Ad argumenta pro opinione que imponitur Magistro que videlicet negat habitum supernaturalem gratificantem. ¶ Ad primum dico q iste habitus simpliciter dat acceptabiliter operari: et etiam dat aliquam activitatem respectu actus sicut aliqua causa secunda respectu eius: sed non dat delectabiliter neq faciliter: que conveniunt habitui acquisito inquantum distinguitur ab infuso per hoc quod acquiritur ex frequenter agere. ¶ Ad secundum quamvis aliqui dicant voluntatem in puris naturalibus nullum actum posse habere circa obiectum supernaturale visum: tamen hoc improbatum est distinctione prima questione quarta.

¶ Concedo igitur q posset habere actum circa tale obiectum ostensum sive nude sive per actum fidei: sed iste actus circa obiectum ostensum a fide non esset meritorius: quia non esset secundum inclinationem illius habitus secundum quem solus deus disponit acceptare actum: nec etiam in prima esset beatitudo: quia non esset ita perfectus sicut posset haberi a tali potentia si esset perfecta proportionaliter habitui supernaturali.

¶ Etsi obiicias q ille actus circa divinam essentiam visam posset esse ita perfectus q totaliter quietaret voluntatem: quia eliceretur secundum totum conatum eius et per consequens esset beatificus.

¶ Quod etiam videtur quia talis voluntas haberet quicquid vellet et nihil vellet male. hoc autem est esse beatum secundum Augustinum tertiodecimo de trinitate capitulo quinto vel quintodecimo.

¶ Ibi. Respondeo q non solum illa voluntas non esset beata: quia non haberet quicquid vellet eo modo quo deberet velle: deberet enim velle acceptabiliter diligere et hoc non haberet: sed etiam non esset beata quia non haberet actum ita perfectum sicut competeret sibi in gradu nature sue. nulla enim potentia habitualis potest habere actum ita perfectum sine habitu sicut cum habitu: immo quanto potentia est perfectior tanto minus potest habere actum proportionabilem sue perfectioni si careat omni habitu: quia ex quo est similis proportio geometrica duarum potentiarum inequalium ad habitus proportionaliter perfectos erit aliqua proportio arithmetica: et ita simpliciter magis deficiet potentia perfectior si non perficiatur per habitum q potentia imperfectior etc. ¶ Doc. dat duplicem responsionem. Prima quamvis aliqua voluntas summe diligeret deum clare visum: tamen non esset beata sine charitate: quia non habet quicquid recte posset velle: et quia recte posset diligere deum meritorie qd non posset fieri sine charitate: quia deus sic ordinavit: adeo si non haberet charitatem: non esset beata. Secunda quia posito q non requiratur talis actus meritorius: adhuc voluntas non esset beata. quia non haberet perfectam dilectionem quam posset habere cum habitu charitatis: immo potentia perfectior: puta suppremi angeli simpliciter magis deficeret ab operatione perfecta quam nata esset habere cum habitu: si non haberet illum q potentia volitiva infima: qd est valde inconveniens. Et quia Doctoris responsio est satis intricata reduco illam per verba planiora supponendo mihi aliqua. Primo q duplex e proportio. scilicet geometrica et arithmetica: geometrica attenditur penes similitudinē proportionis tantū: ut sicut se habent quattuor ad duo: ita octo ad quattuor. ergo sicut quattuor ad duo est proportio dupla: ita octo ad quattuor erit proportio dupla. Arithmetica vero attenditur penes excessum tantum: ut sicut quattuor excedunt duo in duabus unitatibus: sic octo quattuor in quattuor unitatibus. Hec patent quinto Euclidis. Secundo suppono q voluntas suppremi angeli sit perfecta ut octo: et nata producere dilectionem dei ut octo: et sit habituata proportionaliter. idest q habeat habitum secundū proportionem perfectionis sue per quem possit attingere in dilectionem perfectam: ut duodecim. Et sit voluntas infima tantum perfecta ut quattuor et nata habere dilectionem dei ut quattuor: et sit habituata secundum proportionem perfectionis sue: et per talem habitum possit in dilectionem ut sex. In utraq operatione potest esse proportio et geometrica et arithmetica. Geometrica sic. Sicut se habet perfectio dilectionis dei causata a voluntate angeli proportionabiliter habituata ad perfectionem eiusdem dilectionis dei causatam tātum a voluntate angeli non habituata: sic se habet perfectio dilectionis voluntatis infime causata ab ipsa voluntate proportionalr habituata ad perfectionem eiusdem dilectionis ut tantum causatam a voluntate non habituata. Sed perfectio dilectionis causata a voluntate angeli habituata se habet ad eandem ut tantum causatam a voluntate in proportione sexquialtera. ergo et illa que est voluntatis infime similiter erit proportio sexquialtera: quia sex ad quattuor: sex enim continēt quattuor et medietatem illius: et sic patet proportio geometrica.

Sed secundum proportionem arithmeticam sic infertur: sed dilectio causata a voluntate angeli habituata excedit eandem ut tantum causatam a voluntate non habituata in quattuor gradibus. ergo et illa alia excedit in duobus gradibus. In prima proportione est excessus ut quattuor: in secunda autem ut duo. Et sic quando voluntas angeli sola operatur ad dilectionem ut octo deficit secundum proportionem geometricam ab operatione ut causata a voluntate habituata: quia sicut prima se habet ad secundam in proportione sexquialtera: ita hic defectus erit secundum proportionem sexquialteram: et similiter est de voluntate infima. Sicut in aliis proportionibus dicimus puta in proportione dupla. Sicut se habent quattuor ad octo ita duo ad quattuor: sed quattuor ad octo est proportio subdupla: ita duo ad quattuor.

Arithmetice vero quattuor deficiunt ab octo in quattuor unitatibus et duo a quattuor in duabus.

¶ Sic cum dico voluntas angeli deficit a perfectione dilectionis ut solum causate ab illa voluntate non habituata in proportiōe subsexquialtera a pfectōe dilectiōis cāte a volūtate hītuata ipsius angeli. Et sic

Duplex proportio geometrica. scilicet et arithmetica.

Notāda declaratio propor.

Et sic quotiã deficit ista in proportione geometrica: tantum deficit alia causata a voluntate infinita non habituata ꝛc· Sed in proportiõe arithmetrica voluntas angeli non habituata deficit a perfectione dilectionis causate a voluntate habituata in quattuor gradibus:ꝛ sic similiter dico de voluntate infinita· ꝙ dilectio causata a tali voluntate non habituata deficit in duobus gradibus a dilectione causata a voluntate habituata · Et hoc est qđ intẽdit Doctor· Et sic sequitur ꝙ magis deficit voluntas perfectior angeli: si non perficitur per habitum proportionaliter:ꝙ̃ deficiat volũtas creata infinita: deficit dico secundum proportionem arithmetricam: non secundum proportionem geometricam: cum defectus vtriusq; sit tantum proportio subsexquitertia vt supra patuit·¶ Ibi· Cum dicitur ꝙ habet quid vult· Respõdeo ꝙ non tanta dilectione quanta potest ordinate diligere illud obiectum: patet quia habitu charitas potest ordinate perfectiori modo diligere· ¶ Contra·quia tunc videtur ꝙ nulla voluntas esset beata que non haberet charitatem maximam·Respondet ꝙ non potest ordinate velle habere obiectum beatificum maiori actu ꝙ̃ correspondente meritis suis · talis non est maximus cuius est capax ·Semper tamen est maior illo quez posset habere existens in puris naturalibus · Sequentia sunt clara vt patet intuenti litteram ꝛc·

Ad primum ꝛ secundum·

secunde vie·Responsio clara est . ¶ Ibi·Cum igitur dicis ꝛc·quasi in fine cum dicit· Aut si conceditur ꝙ prius cooperetur spiritus sanctus ꝙ̃ habeat charitatem non sequitur· ergo eq; posset cooperari voluntati non habenti charitatem: quia non ita cooperatur non habenti formam ad agendum sicut habenti·idest ꝙ quando spiritus sanctus cooperatur voluntati habenti charitatem ad actuз meritorium cooperatur sibi secundum cõmunem cursum ꝛ cõmunem influentiam qua cooperatur omni creature· Cuз vero cooperatur voluntati non habenti charitatem ad actum meritorium:non cooperatur sibi secundum cõmunem cursum ꝛ cõmunez influentiam: sed quodãmodo miraculose: quia secundum specialem influentiam ꝛ singulare priuilegium·ꝛ hoc est qđ dicit·¶ Ibi· Ad tertium· Patet responsio: quia si verbum propter cõmunicationez nature humane dicatur operari opera nature humane ꝛ vere mereri secundum illa opera: puta ieiunando vigilando ꝛ huiusmodi· Nam opera ista dicta ab homine vnito verbo dicuntur meritoria: ꝛ sic verbum propter cõmunicationem nature dicatur mereri:non tamen dicitur mereri homo assumptus a verbo:ex hoc ꝙ verbum creauit animas: quia meritum est in potestate merentis: creare autem mundum non est in potestate hominis assumpti· Et licet dicatur hominem creare mundum: hoc est tantum propter cõmunicationem idiomatum · Et sic est in proposito de spiritu sancto ꝛ voluntate·

Quõ· vbuз diuinuз dr meruisse: ꝛ quõ non·

¶ Ibi·Ad vltimuз · Doctor tangit vnam difficultatem:quia si ad visionem requiratur species in intellectu vt principium formale ꝛ totale visionis: tenenti hanc opinionem difficillime est soluere hoc argumentum ·scilicet ꝙ intellectus non indigeat aliqua specie vel forma vt principio productiuo totali visionis obiecti:ꝛ maxime dei· Et dicit ꝙ talis difficultas non est:si ponatur obiectum in se vel in specie intelligibili esse causam partialem: ꝛ hoc dictuз est bene ponderandum· Naз vt in specie intelligibili tantum habet esse : non est causa partialis : cum nullam existentiam habeat: sed species intelligibilis que supplet vicem obiecti : vt expresse patuit supra distinctione tertia questiõe sexta septima ꝛ octaua: ꝛ distinctione decimaseptima in responsione ad argumenta facta contra tertiam viam · Sed quando obiectum est in se presens tunc est causa partialis: ꝛ non requiritur aliqua species vel forma vel lumẽ vt principium formale productiuum visionis obiecti:quia potentia ꝛ obiectum perfecte presens : sufficiunt ad talem visionem·Et addit Doctor· Videtur enim ꝙ sicut in voluntate ad habendam perfectam fruitionem dei requiritur charitas : ita in intellectu ad habendam perfectam visionem: cum sit minoris actiuitatis ꝙ̃ volũtas· Et respondet Doctor:ꝙ nullus negat in gloria habitum luminis glorie in intellectu·

Sed cõtra hoc arguitur ab aliquibus nõ bene penetrantibus dicta Doctoris sic reducendo Doctorẽ ad contradictionem.

Hic vł 3· dictio·

Quia Doctor supra in distinctione tertia questione tertia· Cõtra Thomam negat expresse lumen requiri ad cognitionem substantiarum separatarum · hoc idem in quarto distinctione quadragesimanona · Et hic concedit lumen glorie· ergo idem negat ꝛ affirmat: ꝛ sic contradicit sibi. ¶ Dico ꝙ Doctor non ꝯtradicit sibi.quia quando negat lumen glorie in intellectu:negat ex hoc: ꝙ quia posuit Thomas intellectum nostruз nullo modo posse cognoscere substantias separatas quantumcunque presentes: nisi eleuetur per lumen glorie:ita ꝙ impossibile est ipsum habere etiam minimam visionem de illo obiecto: etiam perfecte presente nisi per lumen glorie · Et Doctor vbi supra improbat hoc quia ad huiusmodi visionem vel cognitionem sufficit potentia intellectiua ꝛ obiectum in se presens · hic autem concedit aliquem habitum in intellectu qui dicatur lumen glorie requiri ad visionem dei in se presentis· Ad visionem dico perfectam : quia visio que nata est esse a potentia habituabili perfectior elicitur ab illa potentia habituata agente equali conatu ꝙ̃ a non habituata · Vult ergo ꝙ requiratur non ad visionem simpliciter vt voluit Tho· Sed ad visionem perfectissimam ; ꝛ sic patet quomodo non contradicit sibi·

Solũ·

¶ Questio tertia distinctionis decimeseptime·



Circa augmentum charitatis·¶ Titulus questionis licet sit tantum de charitate simpliciter:tamen intelligitur de qualibet forma intensibili ꝛ remissibili· Et

sic queritur per exemplum. Pono ꝙ charitas sit intensa vt quattuor ⁊ ꝙ intendatur vt sex. an quando intenditur vt sex corrumpatur tota illa vt quattuor: ita ꝙ de nouo generetur charitas vt sex? Et hoc idem dico de qualibet alia forma intellectuali. Similiter est eadem difficultas de remissione. an charitas vt sex si fiat remissa vt quattuor? an tota illa vt sex corrumpatur ⁊ creetur noua charitas vt quattuor? an tantum duo gradus charitatis vt sex corrumpantur? ⁊ sic de alia forma remissibili dico

Gof. quoli. 11. q. 43. idem. ¶ Goffredus ⁊ sequaces eius tenent ꝙ in augmento totum preexistens corrumpatur: ⁊ similiter in decremento: ⁊ nouum generetur: eo modo quo exposui in titulo questionis. Et probat duobus medijs. Primo quia quando forma intenditur: tunc forma mouetur a forma minus intensa ad formam magis intensam. ita ꝙ forma minus intensa est terminus a quo motus: ⁊ forma magis intensa est terminus ad quem motus. Sed terminus a quo: ⁊ terminus ad quem sunt incompossibiles ex quinto phisicorum. ergo ⁊c.

¶ Dico ꝙ terminus a quo: ⁊ terminus ad quem motus sunt duplices. scilicet formales ⁊ concomitantes. Primi (si est motus acquisitiuus) sunt priuatio ⁊ habitus: ⁊ sic sm̄ exn̄s sub charitate vt quattuor mouet a priuatōe charitatis vt duo: tanꝙ a termino a quo ad charitatē vt duo tanꝙ ad terminum ad quem. ⁊ isti sunt incompossibiles. Si est motus deperditiuus tunc aliquid mouetur: puta a charitate vt sex ad priuationem illius. Secūdi. quādo mouetur a charitate vt quattuor: tanꝙ a termino a quo: ad charitatem vt sex tanꝙ ad terminum ad quem. ⁊ sic charitas vt sex ⁊ charitas vt quattuor sunt compossibiles. ⁊ sic patet solutio argumenti. ¶ Ibi. Confirmatur ista ratio. Hec confirmatio est clara ⁊ soluitur a Doctore in responsione argumenti.

Et 2 Gof. quoli. 7. q. 7. **Contra istam** positionem. Argumentum stat in hoc supponendo. Primo ꝙ charitas sit principium act⁹ meritorij. Secundo ꝙ per actum meritorium in eodem instanti quo elicitur augeatur charitas. Et tunc vltra quero in instanti. a. elicitur actus meritorius a charitate: ⁊ in eodem instanti augetur charitas. Aut ergo charitas preexistens? ⁊ habetur propositum ꝙ in augmento non corrumpatur preexistens: aut generatur noua charitas perfectior p̄existens? ⁊ tunc sequitur ꝙ actus meritorius in instanti. a. erit a charitate non existente in instanti. a. Et sic non ens posset producere ens. qđ est falsum. Si dicatur ꝙ non augetur in instanti. a. quo elicitur actus sed post: non potest effugere de habitibus naturaliter acquisitis. ⁊ de istis eo modo fiet argumētum sicut de charitate. ¶ Ibi. Sequitur ꝙ actus augmentatiuus habitus non elicitur ab habitu: sed a sola potentia. quod videtur inconueniens.

¶ Hoc debet sic intelligi. supponendo ꝙ voluntas habeat habitum iustitie intensum vt nouē: ⁊ aliquis actus elicitus post illum habitum intendat illum vt decem. Si ille actus est causatus a potentia ⁊ ab habitu. tunc in eodem instanti quo causatur intendit habitum. Aut preexistentem? ⁊ habeo intentum. Aut producit nouum habitum iustitie intensum vt decem? ⁊ tunc ille actus erit a sola potentia ⁊ non ab habitu: quia in eodem instanti quo elicitur habitus preexistens non est. Hoc autem est inconueniens ꝙ sit a sola voluntate: quia tunc esset imperfectior alio actu qui esset a voluntate ⁊ ab habitu ⁊ non augmentatiuo illius habitus: quia actus elicitus a potentia habituata agente equali conatu est perfectior illo qui est a potentia sola. Et tunc sequitur ꝙ actus augmentatiuus vt decem: qui est imperfectior actu non augmentatiuo possit causare habitum iustitie intensum vt decem: ⁊ sic imperfectius causabit omnino perfectius. ⁊ hoc est qđ innuit Doctor. Cetera patent vsqꝫ. Ad secundam viam.

Secunda via. Hec positio secunde vie consistit in hoc: supponendo. Primo. ꝙ actus voluntatis puta primum velle iustum: potest esse perfectius decimo velle elicito a voluntate. Secundo suppono: ꝙ iustitia habitualis sit in voluntate vt nouem. Certum est ꝙ neqꝫ per velle primum: neque per secundum potest fieri intensum vt decem: sed per decimum velle. Aut ergo decimum velle intendit habitum iustitie preexistentem? ⁊ habeo propositum: aut causat nouum habitum iustitie intensum vt decem? ergo habitus imperfectior potest causare habitum perfectum qui non potest causari ab actu perfecto. qđ est inconueniens. ⁊ hoc est qđ dicit Doctor in ista ratione. ¶ Ibi. Si dicatur ꝙ precedentes actus eliciti a charitate manent in acceptatione diuina sed non in se: cum transeant: nec in alio impresso a se. puta in alio causato a se vel ab eis. ⁊ si hoc sit verum tamen non potest concludi de habitu naturali: vt patet per rationem nunc factam. ¶ Ibi. Prima ratio non soluitur. Patet ista ratio per illam nūc superius dictam: quia si esset calidum vt nouem: ⁊ adueniat calidum vt vnum. quero aut intendit preexistens? ⁊ habeo intentum: aut causat calidum vt decem? ⁊ hoc est impossibile: quia est imperfectius calido vt nouem: ⁊ a fortiori calido vt decem.

¶ Ibi. Nec potest euadi hoc. Ista euasio stat i hoc puta ꝙ lignum si debet fieri album vt decem: prius fit album vt vnum: ⁊ deinde fit album vt duo: ⁊ corrumpitur album vt vnum ⁊ causatur nouum album vt duo. ⁊ similiter si fit album vt tria corrumpitur album vt duo: ⁊ causatur nouum vt tria: ⁊ sic deinceps: ⁊ non posset causari album vt tria nisi prius esset causatum album vt vnum vel vt duo: licet non maneant illa quando causatur album: vt tria. ¶ Ibi. Neqꝫ valet inꝗꝫ hec responsio. Quia si calidum vt octo adueniat calido vt nouem: ita ꝙ calidum vt octo adueniens calido vt nouem fiat calidum vt decem. Aut ergo calidum vt octo intendit calidum vt nouem preexistens ⁊ calidum vt nouem corrumpitur: ⁊ calidum vt octo causat calidum vt decem? ergo imperfectius causabit perfectius. qđ est falsum.

Tertia via. Hic arguit a simili: quia dicunt isti. ꝙ eadem est ratio in intensione ⁊ remissione quod. s. semper preexistens corrumpitur. vt dixi in titulo questionis. Et ratio clara est.

Quarta via sumitur. Hec ratio stat i hoc. quia

quia Aristo·concedit in accidentibus maius ꝛ minus eodem modo quo non est in substantia· Si enim diceretur substantiam esse magis quia recipit nobiliorem formam aliam simpliciter a prima: ut si lignum est album vt quattuor dicitur magis album quando est vt sex· non ꝙ illa albedo vt quattuor fiat intensa vt sex· Sed quia corrumpitur illa albedo vt quattuor ꝛ causatur vna vt sex: hoc idem erit in substantijs: quia vna que est sub forma ligni vt quattuor: ꝛ illa corrupta fit sub alia forma vt sex: ꝛ sic eo modo erit magis ꝛ minus· Si ergo vult esse magis ꝛ minus in accidentibus ex hoc vult ꝙ idem accidens potest intendi ꝛ remitti· ꝛ hoc est qđ dicit·

Quinto arguitur per hoc· Argumentum stat in hoc· Supponendo aliqua· primo ꝙ detur aliqua natura vt natura que sit species specialissima· puta albedo vt albedo· secundo ꝙ quando aliquid albedini vt albedo aduenit· puta aliquis gradus· tunc preexistens corrumpitur ꝛ fit albedo vt duo· ꝛ similiter quando aduenit albedini vt duo corrumpitur illa vt duo ꝛ fit vt tria· Albedo vt duo est ipsa essentia albedinis: patet quia constitutum ex duobus predictis est albedo per se ꝛ essentialiter perfectior albedine vt albedo: quia per te gradus non adueniunt preexistenti· Si ergo albedo vt duo essentialiter sit perfectior albedine vt albedo: tunc illa vt duo predicabitur de ista albedine vt duo per se: ꝛ de illa vt duo per se· Et sic species inferior albedine vt albedo· quod est inconueniens· Nos autem ponimus albedinem vt albedo esse speciem specialissimam ꝛ predicari per se de albedine vt duo ꝛ albedine vt quattuor vt sex vel vt octo: quia isti gradus adueniunt tantum albedini singulari ꝛ existenti ꝛ fiunt vnum per se: tamen albedo vt albedo dicit totam essentiam omnium illorum·

Instantia· ¶ Et si dicatur· nonne albedo predicatur de ista vt duo ꝛ de ista vt duo? ¶ Dico ꝙ non secundum rem: vt sequitur ex alia opinione· Sed tantum secundum nomen sicut canis·

Solđ· ¶ Ibi. Sexto ꝛ vltimo· Omnia clara sunt vsque in finem questionis· vt patet intuenti·

¶ Questio quarta in ordine huius distinctionis·



Ecūdo quero vtrū illud ꝛc? ¶ Titulus questionis licet sit simpliciter de charitate: est etiam de omni forma intensibili· ꝛ consistit in hoc· An cum dico Franciscus est albior Joāne· An dicatur albior propter maiorem albedinem in se· An illa albedo qua denominatur albior dicat solum eandem entitatem quam dicit albedo qua denominatur minus albus? Et est questio· An albedo in se possit intendi ꝛ remitti: an intensio ꝛ

Tho·j·2· remissio sit ab aliquo alio. Et hic dicit Tho· ꝙ magis ꝛ minus in forma dicitur ex maiori vel minori dispositione subiecti: ꝛ non ex maiori vel minori intensione forme in se·

Contra istam opinionem·

Argumentum clarum est: sed est ibi intelligendum vnum· ꝙ cum dicit ꝙ contraria in summo sunt incompossibilia in eodem: in gradibus vero remissis sunt compossibilia· Hoc sic debet intelligi ꝙ non in gradibus remissis equalibus: ita ꝙ in eodem subiecto sint tantum duo gradus caliditatis ꝛ tantum duo frigiditatis· Et sic quattuor ꝛ quattuor octo ꝛ octo· Sed sic quod cum octo gradibus caliditatis stant duo vel tres frigiditatis· De hoc alias martine in quarto distinctione duodecima· ¶ Ibi· Preterea· Idem non potest bis produci· Hec ratio stat in hoc· Pono ꝙ Franciscus sit calidus vt quattuor: ꝛ fiat magis calidus puta vt sex: aut caliditati preexistenti adduntur duo gradus: ꝛ sic habeo propositum ꝙ scilicet forma intenditur· Aut illud additum nihil aliud est nisi quidditas caliditatis precedens: cum ergo de nouo dicatur magis calidum: sequitur ꝙ caliditas preexistens de nouo generatur: ꝛ sic idem bis generatur· Sed hic forte diceret Thomas· ꝙ non diceretur magis calidum propter nouam caliditatem sed propter nouam dispositionem vel maiorem dispositionem· Et hoc non potest stare: quia idem sequeretur de dispositione vt prius· vt patebit parum infra· ¶ Ibi· Preterea si forma indiuisibilis. Hic suppono duo· Primum ꝙ subiectum potest dici diuisibile vel indiuisibile absolute· Secundum ꝙ dicatur diuisibile secundum aliud· ꝛ hoc dupliciter vel intensiue vel extensiue· Exemplum primi· vt Margarita dicitur magis diuisibilis secundum albedinem q̄z partes albus· secundo modo· scilicet extensiue est econtra· ꝛ hoc est qđ dicit Doctor· ꝙ forma tale esse dat subiecto quale eē hȝ in se· Si ergo albedo in Margarita est indiuisibilis intensiue· ergo dat subiecto esse intensiue: ꝛ sic Margarita non posset magis alba dici q̄z partes albus· ¶ Forte hic diceret Thomas ꝙ est indiuisibilis intensiue: ꝛ subiectum dicitur diuisibile ꝛ magis album propter maiorem dispositionem ad albedinem. Et hec instantia non videtur ad ppositum. tum quia aut dispositio est eiusdem rationis cū albedine: ergo erit diuisibilis in se· Aut alterius speciei specialissime? ergo subiectum secundum eam non diceretur magis album: cum non sit ibi maior albedo: tum etiam quia non denominatur tale per dispositionem solum sed per formam sibi inherentem ꝛc·

Sub̄m dr̄ diuisibile ꝛ īdiuisibile·

¶ Ibi· Preterea contra istos modos· ¶ Tota ratio in hoc consistit· A· dicitur magis album: quia magis dispositum· sit illa dispositio· b· ꝛ· a· dicitur minus album: quia minus dispositum: ꝛ sit illa dispositio· c· Quero aut· b· ꝛ· c· sunt eiusdem speciei? ergo ipsa dispositio que est forma intenditur ꝛ remittitur in se: patet quia maior ꝛ minor· Aut· b· ꝛ· c· sunt alterius speciei (vt dicunt)? quia dispositio ad maiorem caliditatem in· a· est siccitas: ꝛ dispositio ad minorem in· a· est humiditas· Contra hoc· quia sicut forma specifica respicit talem dispositionem: ita quelibet forma singularis contenta sub forma specifica respicit dispositionem eiusdem rationis: vt patet· Nam caliditas respicit siccitatem pro dispositione· ergo ꝛ quelibet caliditas· ꝛ si dispositio est eiusdem rationis fiat argumentum vt prius· ¶ Ibi· Preterea· Si precedant tales dispositiones·

¶ Hec ratio sic declaratur supponendo aliqua· Primo: motus intensionis est vnus per se: ꝛ similiter motus remissionis· Secundo· ꝙ motus vnus est ab

vnitate subiecti ⁊ termini ad quem ⁊ ex continuatione illius· Tertio·q quando aliquod subiectum mouetur ad formam: mouetur ad illam inquantum habet dispositionem conuenientem receptioni illius forme·patet non enim lignum vt est sub frigiditate mouetur ad caliditatem tanquã per dispositionem: sed per siccitatem·Si ergo·a· mouetur a minori albo ad magis album vel econtra: sit dispositio ad minus album·b·⁊ ad magis album·c·que sunt diuersarum rationum·Certum est q quando·a·mouetur a minori albo·q in ipso·a·est dispositio faciens pro minori albo: ⁊ sit humiditas: vt vero mouetur ad maius album: tunc·a· erit sub dispositione conueniente puta sub siccitate: ⁊ quando mouetur ad illud: non est ibi siccitas·quia tunc tantum sub humiditate· ergo erit impossibile aliquid moueri a minori albo ad magis album ⁊ econtra: ⁊ sic non erit vnus motus a minus intenso ⁊ econtra·Cetera patent vsq3 ad responsiones argumentorum·

Ad primum de numeris·In ista respõsione tangit Doc· tria· Primum·q quiditas diffinibilis secundum Plato. sunt species ⁊ genera abstracte ⁊ vere existentes: ⁊ secundum ipsum indiuisibiles·Secundum·Aristo·cõparat numeros ad huiusmodi quiditates diffinibiles secundum quattuor· Primo quia sicut numerus diuiditur in indiuisibilia: puta in vnitates que sunt indiuisibiles: ita ⁊ diffinitio quiditatiua diuiditur in conceptus indiuisibiles· patet quia non est processus in infinitum in illis· Secundo q sicut vnitas addita vel remota a numero variat speciem numeri· patet ita differentia specifica addita vel remota variat quiditatem·Exemplum· Nam animal est substantia animata sensibilis: si remoueatur sensibile amplius non est animal: sed tantum animatum· Si vero addatur animali risibile contrahitur ad esse specificum·⁊ hoc est qd dicit doc·q de vna specie facit aliam vel de nõ specie facit speciem· Tertio quia sicut numerus puta trinarius est per se vnum vnitate specifica: sic quiditas diffinibilis est per se vnum siue diffinitio· Quarto·q sicut numerus non intenditur neq3 remittitur ita nec entitas specifica: sed consistit i indiuisibili vt abstrahit ab inferioribus· In indiuiduis vero potest intendi ⁊ remitti: secundum gradus perfectionales aduenientes indiuiduo: qui nullo modo constituunt aliquid in esse specifico vel esse essentiali·Loquitur g Aristo·de forma specifica que variat speciem vt supra dixi non autem de forma indiuiduali·idest de perfectione aduenientе tali nature indiuiduate· ¶ Ad illud de decimo methaphisice Dicit Doc·q differentia formalis siue secundum formam de rigore sermonis est differentia specifica: sicut dicimus q homo ⁊ asinus differunt formaliter siue secundum formam· scilicet per rationale ⁊ irrationale· Differentia vero formarum potest esse ⁊ specifica ⁊ accidentalis· Nam albedo ⁊ nigredo differunt inter se vt sunt due forme specifice·vt vero comparantur ad subiecta: illa subiecta dicuntur differre accidentaliter· Deinde addit q etiam logice non sequitur· Est differentia formarum· ergo differentia formalis siue specifica? Nam predicatum sequens ly·differentiam in vtraq3 stat confuse distributiue mobiliter: propter negationem inclusam in ly·differentia· Et ideo cõmittitur fallacia consequentis a negatione inferioris ad negationem superioris·Est differentia formarum siue differunt in forma·ergo est differentia formalis siue differũt formaliter? Cõmittitur ergo fallacia consequentis a negatione inferioris ad negationem superioris: quia si forma.a·⁊ forma·b·sunt eedem forme·scilicet numero ergo sunt idem formaliter siue specifice? Sicut ergo non sequitur sunt idem specie· ergo sunt idem numero? propter fallaciam consequentis a positione superioris ad positionem inferioris· Ita non sequitur· non sunt idem numero·ergo non idem specie? ly·differt non tantum distribuit terminum differentie sed etiam rationem formalem differentie· vt si Franciscus differt ab asino humanitate: tam asinus q3 humanitas stant distributiue·Licet ergo hoc antecedẽs sit verum· scilicet hec natura humana differt ab ista natura humana·ergo hec natura humana differt ab ista formaliter: siue humanitate simpliciter sumpta· Hoc consequens est falsum quia statim sequitur: q hec humanitas puta·a·non est eadem isti humanitati puta·b·nec ista humanitate est eadem nec ista: ⁊ sic de alijs: ⁊ sic cõmittitur fallacia consequentis a negatione inferioris ad negationem superioris: sic arguendo·a·non est idem·b·nec ista humanitate nec ista· ergo non est idem·b. humanitate in cõmuni? non sequitur. Et hoc est qd dicit doc·logice·

Cõparatio numeroꝝ ad quiditates diffinibiles quã facit Ari·

¶ Distin·xix· questio prima primi·

Utrum persone sint equales secundum magnitudinem?



E primo philosophus secundo methaphisice· ¶ Sunt aliqua notanda· Primo q quando dicit q relatio similitudinis equalitatis ⁊ idemptitatis: in creaturis fundatur super vnũ: vt album est simile alteri albo·Sic debet intelligi q nõ fundatur similitudo super albedine communi: sed sic similitudo fundatur in ·a·albo ⁊ terminatur ad·b·album· idest q similitudo fundatur in·a·qd est simile: ⁊ vnum vnitate specifica cum·b·Et sicut dixi de similitudine idem dico de equalitate ⁊ idemptitate: ⁊ proprie equalitas similitudo idemptitas fundantur super vnitate specifica speciei speci alissime modo preexposito ·Hoc tamen magis patebit presenti questione· Respondendo ad quedam argumenta Gregorij ⁊ Ocham· ⁊ Alphon· Secundo quanto fundamentum est perfectius i pluribus ⁊ magis vnum in illis: tanto equalitas fundata in illo erit perfectior: ⁊ sic equalitas in diuinis est perfectissima: quia fundamentum est formaliter infinitum ⁊ simpliciter indiuisum in tribus personis· Est enim ibi perfecta distinctio personarum equalium: ⁊ perfectissima idemptitas fundamenti secundum quã dicuntur equales·Cetera sunt clara vsq3 ad illas difficultatem que habet solui infra distinctione·ii·

huius. Et sic patet tota ista questio et se. nec volui amplius in his facilibus imorari sed procedamus ad responsionem argumentorum.

Ad argumenta ibi. Et si nomē quātitatis. ¶ Vult dicere Doctor q̄ proprie loquendo quantitas accipitur pro quantitate molis ⁊ non virtutis: appropriate vero dicitur quantitas virtualis. Magnitudo vero ꝓprie loquendo accipitur pro magnitudine virtutis: appropriate vero pro magnitudine molis: ⁊ hoc est qd̄ dicit. ¶ Ibi. Ad primum respondeo q̄ magnitudo est equiuocum. ¶ Vult dicere q̄ magnitudo potest accipi dupliciter. Uno modo absolute vt distinguitur contra multitudinem que est species quantitatis: ⁊ sic talis magnitudo est species quantitatis: ⁊ non transcendens. Alio modo respectiue. scilicet vt comparatur ad paruitatem. In concreto vero dicuntur paruū ⁊ magnum. ⁊ hoc modo magnitudo est transcendens: ⁊ sic potest applicari ad diuina. ¶ Ibi. Ista distinctio satis habetur a philosopho. ¶ Ab ipso expresse habet̄ .x. methaphi. tex. com. 20. vbi Aristo. vult q̄ magnitudo opponatur vnitati: ⁊ nō paucitati. Et arguit ibi. q̄ non paucitas. Quia tunc si oppōitur vnitati ⁊ paucitati sequeretur q̄ vnitas esset paucitas ⁊c. Nā Aristo. accipit multitudinem aliquādo absolute: ⁊ sic opponitur vnitati: ⁊ multum opponitur vni. Alio modo respectiue sicut dicimus q̄ maius opponitur minori: ⁊ sic multitudo est equiuocum ad vnum ⁊ ad paucū. Cetera patent vsq; in finem.

Gul. ochā. l. 1. d. 19. q. 1. arguit 3.

Circa istam questionem primā distinctiōis decimenone arguit Ochā contra multa dicta Scoti. Et primo contra hoc qd̄ dicit Sco. q̄ vnitas est proxima ratio fundandi equalitatem ⁊ non res illius generis. ¶ Primo. quia illud quo posito cū termino ponitur relatio etiam ⁊ omni alio circumscripto est proxima ratio fundandi illam relationem: sed posita quantitate hac ⁊ quantitate illa omni alio circumscripto ponitur equalitas vel inequalitas. ergo quantitas est proxima ratio fundandi equalitatem vel inequalitatem. ¶ Secundo. posita hac albedine ⁊ illa ponitur hec similitudo. ergo hec albedo est ꝓxima ratio fundandi. ¶ Tertio. res alicuius generis potest imediate fundare relationem similitudinis vel equalitatis vel idemptitatis sicut relationem alteriusmodi. Sed res alicuius generis potest esse ratio proxima fundandi relationem alteriusmodi. Maior patet: q; talis relatio imediatius conuenit sibi. Unde secundum quantitatem equale vel inequale dici est proprium quantitati. ergo ista imediatione sibi cōuenit. ¶ Quarto. quero de illa vnitate que est ratio fundandi aut est vnitas realis numeralis: aut vnitas specifica? non vnitas specifica? Tum quia vnitas specifica non est aliqua res distincta quocunq; modo ab indiuiduis: ⁊ per consequens nō potest esse ratio fundandi vnam relationem numero. Tum quia vna relatio habet vna rationem fundandi numero: quia sicut relatio in cōmuni ad rationem fundamēti in cōmuni: ita relatio vna numero ad rationem fundandi vnam numero. Nec potest dici q̄ illa vnitas sit vnitas numeralis: quia quero de illa numerali aut ē idē realiter cum sorte qui est fundamentum remotū idēptitatis? aut aliud realiter? aut ens rationis: Si detur primum? ergo res de genere substantie est proximum fundamentum ⁊ habetur propositum. Si detur secundum? oportet q̄ sit accidens: sed manifestū est q̄ nullum potest dari: quia nec quantitas nec qualitas: ⁊ sic de alijs. Si detur tertium? ergo ens rationis esset proxima ratio fundandi relationem realem quod est impossibile. Si dicatur q̄ illa vnitas est eadem realiter cum sorte distinguitur tamen formaliter: ideo est in genere substantie non per se sed reductiue. Contra: quia nihil in creaturis distinguitur formaliter quin distinguatur realiter. ¶ Item illud est proximū fundamentum idemptitatis qd̄ est idem idemptitate: sed indiuiduum per se existens est primo idem ⁊c. ¶ Secundo principaliter arguit contra aliud Doctoris. scilicet q̄ iste relationes large sumpte sunt transcendentes: aut intelligit q̄ relatio similitudinis qua sortes ē similis platoni: ⁊ relatio equalitatis qua vnus angelus est equalis alteri vel inequalis: ⁊ sic de alijs? aut hoc cōmune similitudo? aut hoc cōmune equalitas ē transcendens. Si primo modo? hoc videtur cōtra principia sua esse: quia alibi probat q̄ similitudo est realiter differens a fundamento per hoc q̄ fundamentū potest esse sine similitudine: ⁊ impossibile est idem separari a seipso. Eodem modo arguo in proposito: quando vnum potest esse sine alio illa distinguunt̄ realiter: sed angelus potest esse sine similitudine: quia destructo alio angelo non est similitudo. ergo illa similitudo differt realiter ab ipso angelo. Et ex hoc arguo vltra. Ista similitudo si differt ab angelo oportz q̄ sit accidens: ⁊ per consequens est in determinato genere ⁊ non nisi in genere relationis. ergo non plus est ista relatio transcendens q̄; quecunq; alia. ¶ Confirmatur ratio. quando qd̄libet contentum sub aliquo communi est per se determinati generis illud cōmune est per se determinati generis: sed quelibet talis similitudo in creaturis est determinati generis. ergo ⁊c. Ex isto patet q̄ licet ens diuersorum generum possit esse fundamentum istarum relationum nō sequitur istas relationes non esse determinati generis. Sicut ex h̄ q̄ secundum aliquos qualitas est in rebus diuersorū generum subiectiue non potest argui q̄ qualitates ille non sunt generis determinati. Si intelligit secundo modo? hoc non potest dici nisi quia est cōmune equalitati diuinarum personarum ⁊ alijs equalitatibus creaturarum: sed ita posset poni vnum cōmune equalitati fundate super quantitatem ⁊ equalitatem diuinarum personarum: ⁊ per consequens tunc esset transcendens illud cōmune sicut secundum: ⁊ hoc q; nulla est ratio ad probandum q̄ relationes equalitatis idemptitatis ⁊ similitudinis stricte sumpte sunt magis in genere relationis q̄; ad probandum de alijs relationibus idemptitatis equalitatis ⁊ similitudinis: que fundantur in alijs rebus aliorum predicamentorum.

Scd̄o arguit.

Respondeo breuiter ad omnes rationes Gulielmi Ocham. Et primo declaro aliqua: siue primo p̄mitto aliqua quibus premissis patebit responsio ad Ocham. Primo ergo premitto q̄ respectu similitudinis est duplex fundamentum vt etiam patet in littera Doctor. scilicet remotum ⁊ proximum. Exemplum. duo alba sunt realiter similia. fundamentum remotū est albedo in vtroq; albo. fundamentum proximum est vnitas albedinis in qua conueniunt ista duo alba. Similitudo ergo fundatur in vnitate reali specifica albedinis vt in fundamento proximo sic intelligendo. q̄ ratio proxima fundandi talem similitudinem est vni-

Responsio ad Ocham datur ⁊ infringuntur eius oīa argumenta.

Silitudinē fūdamētū remotū ⁊ proximum.

a

tas albedinis specifice. ¶ Si dicatur: nōne albuꝫ .a. est fundamentum similitudinis terminate ad albū .b. ⁊ album vt .b. est fundamentum alterius similitudinis terminate ad album .a. ⁊ sic album .a. nō est simile sibi sed albo .b. ⁊ sic non oportet ponere vnitateꝫ albedinis in cōmuni. ¶ Dico ꝙ hoc nihil est: quia capitur similitudo dupliciter .scilicet formaliter: ⁊ sic albū .a. est simile similitudine albo .b. ⁊ econtra. et fundamentaliter que est ratio proxima fundandi similitudinem: supple que est ratio proxima quare album .a. est simile albo .b. Et certum est ꝙ non potest dari alia ratio proxima nisi vnitas albedinis in qua ista duo alba conueniunt realiter. ¶ Si dicatur ꝙ album .a. seipso est simile ⁊ album .b. seipso est simile. Hoc non valet quia tunc esset facilis responsio: ⁊ in omnibus possemus dicere ꝙ quia talis natura ⁊c. Sequeretur etiam ꝙ similitudo non fundaretur super vno sed super duobus qđ est contra Aristo. quinto methaphi. capi. ad aliquid tex. commen. vigesimi vbi sic ait Aristote. Et dicitur etiam alio modo equale simile ⁊ idem sunt igitur eadem. Omnia enim ista dicuntur secundum vnum modum quia referuntur ad vnum. Sunt quedam igitur eadem quo substantia eorum est vna: ⁊ similia quorum qualitas est vna: ⁊ vnum est principiuꝫ numerorum ⁊ mensura eorum. hec ibi. Et ibi expresse Cōmentator vult ꝙ dicantur similia equalia ⁊ eadē quia conueniunt in aliquo. vide ibi. Certum est ergo ꝙ ex quo non conueniunt realiter in vno numero ꝙ conuenire dicuntur in vno specie. ¶ Preterea. Ex quo Aristote. septimo phisico. tex. cōmen. 29 in specie athoma fit comparatio. Uult enim ibi expresse ꝙ comparatio secundum magis ⁊ minus tantum fiat ī specie specialissima ⁊ non in genere vt diffuse declarat Cōmentator ibi. Tunc ergo queritur quare vnum album est magis simile alteri albo q̄ꝫ aliud? nulla alia causa potest assignari nisi quia participat albedinem cōmunem vtriqꝫ. Patet ergo ex quo duo indiuidua alba sunt similia sequitur ꝙ conueniunt in vnitate specifica albedinis que est simpliciter ratio fundandi similitudinem. Non tamen intelligo ꝙ albedo sic in cōmuni vt abstrahit a singularibus fundet immediate similitudinem realem quia hoc est impossibile: quia vt sic habet tantum esse possibile: sed intelligo sic ꝙ ratio formalis quare vnum potest dici simile alteri est: quia vtrunqꝫ conueniunt in vna natura specifica albedinis. Nec intelligo ꝙ prius fundetur in tali vnitate cōmuni ⁊ mediante illa in vnitate numerali sicut albedo immediate fundatur in superficie ⁊ mediante illa in substantia: quia tunc oporteret albedinem in communi habere existentiam propriam sicut ⁊ superficies: sed similitudo albi .a. fundatur super .a. vt in fundamento proximo non absolute: sed inquantum conuenit cum alio albo puta .b. in vnitate specifica albedinis. Et si fundamentum proximum esset vnum numero exemplum esset magis clarum. Sicut enim dicit Doctor in primo distinctione trigesimaprima ⁊ in quolibetis questione sexta ꝙ inter patrem ⁊ filiuꝫ est perfectissima similitudo: quia tam fundamentum remotum q̄ꝫ proximum est vnum numero ⁊ illud idem numero est perfectissime in tribus. Sic dico in proposito. ꝙ si posset dari vna albedo numero que esset realiter communis duobus albis in qua realiter conuenirent: tunc secundum eandem albedinē numero cōmunicabilē essent realiter similia: sic ꝙ albedo esset fundamentum remotum ⁊ inquantum vna in illis duobus albis esset fundamentum proximum. ergo nunc si duo alba sunt realiter similia conueniunt in albedinis vnitate ī cōmuni modo preexposito tanq̄ꝫ in ratione proxima fundandi ⁊c. Idem dico de equalitate ⁊ identitate. Et ex his premissis patet quid sit respondenduꝫ ad Ocham. ¶ Ad primum de illis quantitatibus. Dico ꝙ si ille quantitates non essent eiusdem speciei specialissime ꝙ non dicerentur formaliter equales: quia ibi non esset proximum fundamentum equalitatis siue proxima ratio fundandi equalitatem. ¶ Ad aliud de albedine hac ⁊ illa. dico similiter ꝙ essent similes inquantum essent vna ratio proxima fundandi similitudinem eo modo quo supra exposui: ⁊ si non conuenirēt in vnitate speciei specialissime nullo modo dicerētur formaliter similes. ¶ Ad aliud patet similiter ex supradictis. ¶ Ad aliud cum querit de illa vnitate an sit vnitas realis numeralis an specifica. Dico ꝙ ī creaturis est vnitas specifica. Et cum dicit ꝙ illa non est realis. Dico ꝙ hoc habet probarī: nec hoc sufficienter probauit vt patet videndo rationes quas facit in primo distinctione secunda: ⁊ magis patebit in distinctione tertia questione prima secundi Doctoris Sco. vbi solui omnes rationes Ocham ⁊ aliorum negātiū posse dari preter opus intellectus vnitatem nature minorem vnitate numerali. Uide ibi. Sed in diuinis dico ꝙ talis vnitas realis que est proxima ratio fundandi similitudinem ⁊ equalitatem est vnitas numeralis. vt infra patebit a Doctore distinctione trigesimaprima ⁊ ibi exponam. Et cum vltra dicit ꝙ vna relatio in numero habet vnam rationem fundandi numero. Dico ꝙ si intelligit de ratiōe proxima negatur: vt supra patuit. ¶ Ad alia motiua de equalitate ⁊ similitudine transcendenti. Dico ꝙ concesso ꝙ illa similitudo sit distincta realiter ab ipso angelo: ⁊ concesso ex consequenti ꝙ sit accidens reale: negatur tamen ꝙ illud sit determinati generis (tenendo semper ꝙ illud dicitur transcendens qđ est cōmune pluribus predicamentis.) huiusmodi erit similitudo ⁊ equalitas vt fundantur ī pluribus rebus diuersorum predicamentorum: nec oportet hic multum insistere ⁊c.

Ad primas Ochā et sequentia.

Alphonsus in primo.

Respōdet ad argumenta facta ex fundamentis Sco. que talia sunt probando ꝙ proximum fundamentum equalitatis ī creaturis sit vnitas specifica rerum equalium. Similitudinis vero vnitas specifica reruꝫ similiuꝫ. Primo sic. Illud est per se proximum fundamentum similitudinis rerum similium in quo sibiinuicem sunt similia: sed in qualitate in communi tantum sunt similia. ergo. Maior supponitur ⁊ minor probatur: quia que sunt similia non sunt similia in eo qđ est propriū similitudini alteri similium sed in eo qđ est commune vtrisqꝫ: sed hec albedo numero est propria huic ⁊ illa illi. igitur duo alba non sunt similia in hac vel in illa albedine sed in albedine in cōmuni. ¶ Secūdo. vnitas relationis oritur ex vnitate alicuius absoluti precij: sed similitudo in duobus similibus est eiusdem rationis in extremis: igitur hec vnitas similitudinis oritur ex vnitate eiusdem rationis alicuius absoluti precij: sed illud absolutum precium non est hec albedo vel illa: quia neutra est cōmunis alteri: ergo albedo in cōmuni: ⁊ per consequens relationes equiparantie q̄lis est similitudo preter extrema singularia requirit aliquid cōmune qđ sit fundamentum ipsius. ¶ Tertio. Si similitudo non fundatur super vnitate specifica sed

Alphō. Tole. i. d. 19. ⁊ 20. q̄rit fundamēta scotica euertere.

ca sed super hac albedine ⁊ illa numerali: pari ratione posset super hac albedine ⁊ hac nigredine numeraliter distinctis qđ est falsum· Probatur consequentia: quia non potest assignari ratio quare hec albedo ⁊ illa sunt similes: ⁊ hec albedo ⁊ nigredo non similes nisi quia due albedines sunt eiusdem speciei: sed hoc non esset nisi vnitas specifica esset per se fundamentum similitudinis·

Alphon·respondet his rōnibus·

Ad has rationes respondet Alphonsus vbi supra· Ad primam negat minorem ⁊ dicit ꝙ sicut duo alba sunt formaliter similia suis proprijs similitudinibus ⁊ nō similitudine cōmuni sic sunt fundamentaliter similia suis proprijs albedinibus· Et similiter similitudo proprie dicta non est nisi inter distincta vt distincta sunt due autem albedines in albedine in communi non distinguuntur· igitur non assimilantur in illa· Item albedo in cōmuni est fundamentum idemptitatis huiꝰ albedinis ⁊ illius· igitur non est fundamentum similitudinis vt condiuiditur idemptitati·

Diriminātur oia dicta responsiōesq3 Alphon·

Responsio patet ex supra declaratis ⁊ concedo ꝙ duo alba sunt formaliter similia suis proprijs similitudinibus ⁊ non similitudine in cōmuni· vnum tamen album non est fundamentum proximum similitudinis nisi inquantum conuenit cum alio albo ī vnitate specifica albedinis: ita ꝙ vnitas realis specifica ē proxima ⁊ precisa ratio fundandi similitudinē· vt supra exposui· Et cum addit ꝙ est inter distincta· Dico ꝙ requirit de necessitate ⁊ distinctionem ⁊ vnitatem: vnitatē respectu fundamēti proximi in quo sunt similia: ⁊ distinctionem inter relatiua similia que mutuo referuntur· vt patet a Scoto in primo distinctione trigesimaprima ⁊ in quolibetis questiōe sexta· Et qđ dicit vltra· scilicet ꝙ albedo in cōmuni est fundamentū idemptitatis huius albedinis ⁊ illius· Concedo· Et cum infertur· ergo non est fundamentum similitudinis· Dico ꝙ sub alia ratione est fundamentum idemptitatis ⁊ sub alia similitudinis· vt infra patebit a doctore distinctione trigesimaprima ⁊ in quolibetis questione sexta· ❡ Ad secundum respondet ipse Alphonsus dicens ꝙ ratio soluit seipsam: quia si vnitas relationis venit ex vnitate fundamenti oportet ꝙ talis sit vnitas fundamenti qualis est vnitas relationis: nunc autem ita est ꝙ inter duo alba non est vna similitudo cōmunis sed due particulares: igitur non oportet querere vnum fundamentum cōmune sed duo particularia· ❡ Responsio patet ex his que dixi respondēdo ad Ocham· Non enim accipitur vnitas similitudinis: vt sicut fundamentū dicitur cōmune ꝙ ipsa dicatur cōmunis: sed sic accipitur ꝙ iste due relationes sine similitudines non possunt dici tales similitudines quibus aliqua dicantur adinuicem similia: nisi detur fundamentum vnum vnitate specifica in quo conueniūt similia· ❡ Ad tertium respondet Idem Alphonsus ⁊ dicit ꝙ ut due albedines sint similes sufficit ꝙ quelibet earum per naturam suam sit vera albedo: ⁊ non est alia causa querenda· Unde sicut non est querenda causa quare ab hac albedine ⁊ illa intellectus abstrabit conceptum specificū ⁊ non ab hac albedine ⁊ hac nigredine: nisi quia quelibet particularis albedo per suam naturam particularem vera est albedo· ideo ab eis potest abstrahi conceptus eiusdem rationis sic in proposito· ❡ Respondeo ꝙ hoc non est soluere rationem sed magis ipsam declinare· vt exposui in distinctione tertia questione prima secundi Doctoris· vide ibi: nec oportet hic pertractare an detur vnitas realis minor vnitate numerali· Ibi enim prolixe exposui doctorem ⁊ solui omnes rationes aliorū contra Doctorem·

Idē Alph· ad argumēta Landul· respondet·

Item Alphonsus vbi supra respondet ad argumenta que facit Landulphus in primo distinctione decimaoctaua questione secunda articulo primo conclusione quinta pro conclusione Sco· ꝙ inter personas diuinas est equalitas proprie dicta vt ponit ipse Sco· in primo distinctione decimanona: ⁊ distinctione trigesimaprima: ⁊ in quolibetis questiōe sexta· Et primo arguit sic Landulphus ex fundamentis Sco· Ubicunq3 est perfecta ratio fundamenti ⁊ distinctio extremorum ibi est vera relatio: sed in personis diuinis est perfecta ratio fundamenti equalitatis proprie dicte· ergo· Maior patet quia ex sufficiētia cause infertur effectus: sed fundamentum ⁊ extrema sunt sufficiens causa relationis: minor patet: quia persone sunt extrema realiter distincta ⁊ ibi est magnitudo perfecta: quia infinitas est etiam vnitas fundamenti quia vna magnitudo numero est in tribus personis· ergo ibi est perfecta equalitas: ⁊ hec ratio patet in Doctore subtili in primo distinctione trigesimaprima ⁊ in quolibetis questione sexta· ❡ Secundo arguit idem Landulphus· Ad equalitatem ⁊ similitudinem ꝓprie dictam sufficit vnitas numeralis fundamenti· ergo inter personas diuinas est ponenda equalitas ⁊ similitudo proprie dicta· Cōsequentia patet: quia per Alphonsū totalis causa quare inter personas diuinas non sit ponenda equalitas ⁊ similitudo est ꝙ earum non est alia ⁊ alia quantitas nec alia ⁊ alia qualitas· Probatur ergo a Lādulpho ꝙ sufficit vnitas numeralis fundamenti ⁊ probat quadruplici ratione· vt patet in suo primo distinctione tertia questiōe prima articulo primo conclusione secunda· Primo sic· Nō minus repugnat vnitas fundamenti relationibus fundatis super vno sicut est idem simile ⁊ equale: q3 relationibus non fundatis super vno: sed relationes que nō fundantur super vno possunt esse vere relationes ⁊ ꝓprie cum vnitate numerali fundamenti· ergo multo plus relationes fundate super vno· Maior patet: q2 relationes fundate super vno non distrahuntur per conditionem vnitatis plusq3 ille que non fundantur super vno· Minor probatur: quia relationes producentis ⁊ producti non fundantur super vno ex quinto methaphisice capitulo adaliquid: ⁊ tamen in diuinis relationes producentis ⁊ producti fundantur in eadē essentia numero· Et similiter in creaturis eadem res fundat relationes mouentis ⁊ moti· vt patuit a Sco· in primo distinctione secunda parte secunda questiōe tertia: ⁊ in distinctione tertia questione septima: ⁊ in secundo distinctione vigesimaquinta: ⁊ in quolibetis· ❡ Secundo sic· habita vna quantitate ⁊ vna qualitate reali numero in duobus realiter distinctis illa dicūtur equalia ⁊ similia realiter ⁊ proprie· ergo cum vna vnitate numerali fundamēti stabit relatio realis fundata· Antecedens probatur: quia demus vnam quantitatem ⁊ vnam albedinem separatam in sacramento vini ⁊ substantie panis: ille panis nunc affectus istis accidentibus esset equalis pani priori realiter ⁊ proprie ⁊ sibi similis· ❡ Si dicatur ꝙ ibi non ē equalitas realis nec similitudo quia panis qui prefuit non est sed est transubstantiatus· ❡ Istud non valet: quia

hec non est propter vnitatem realem fundamenti sed propter defectum extremi: sed si rediret idem panis transubstantiatus et maneret esset equalis pani affecto illis accidentibus: et tunc esset idem fundamentum numero. ¶ Tertio sic. Vnitas numeralis fundamenti non plus repugnat relationibus equiparantie quam relationibus superpositionis: sed istis non repugnat: ergo nec illis. Maior patet: quia relatiua superpositionis plus recedunt ab vnitate quam relatiua equiparantie. Minor probatur: quia totum ad partem se habet secundum rationem excedentis: quia omne totum maius est sua parte et tamen totius et partis est vnitas numeralis. ergo relatio superpositionis stat cum vnitate numerali: et per consequens multo plus relatio equiparantie. ¶ Quarto sic. In entibus est dare perfectam distinctionem et inequalitatem realiter et perfectam idemptitatem et equalitatem. Ista consequentia patet: quia secundum beatum Aug. equalitas perfectior est simpliciter inequalitate et idemptitas distinctione. Si ergo est dare in vniuerso illud quod est imperfectius. scilicet inequalitatem et distinctionem perfectam: non deficiet illud quod est perfectius. scilicet equalitas perfecta et idemptitas. sed non potest esse perfecta idemptitas nec perfecta equalitas nisi cum distinctione extremorum reali stet vnitas substantie numeralis: sic est in diuinis personis: et sic patet etc.

Alph. querit soluere rões Lãdul. sed reijciunt.

Respondet Alphonsus vbi supra.

Primo ad primam dicit quod licet in diuinis sit magnitudo perfecta: quia tamen non est ibi alia et alia magnitudo ideo non est ibi equalitas proprie dicta. ¶ Sed hec responsio non soluit rationem. Tum quia cum vnitate fundamenti sufficit realis distinctio extremorum. Tum quia relatio originis magis requirit distinctionem fundamenti quam relatio similitudinis vel equalitatis. vt patet quinto methaphisice capitulo ad aliquid tex. commen. 20. vbi vult philosophus quod relatio secundi modi fundatur super actionem et passionem. Et quomodo hoc intelligatur. Vide Sco. in tertio distinctione octaua: et in quolibetis questione tertiadecima. relatio vero similitudinis et equalitatis fundatur super vnum: et tamen in diuinis paternitas et filiatio que sunt relationes secundi modi fundantur super eadem essentia numero. vt patet a communiter theologis: que relationes originis ex sua ratione formali non requirunt vnitatem fundamenti. a fortiori ergo relationes equalitatis in diuinis possunt fundari super vno fundamento numero: quum de ratione sua requirant vnitatem fundamenti. vt expresse patet ab Aristote. et Commenta. vbi supra. ¶ Ad secundum respondet Idem Alphonsus dicens primo. quod non est simile de relationibus originis que non fundantur super vno et de relationibus que fundantur super vno: quia relationes originis sunt alterius et alterius rationis in extremis: ideo non supponunt aliquam distinctionem priorem. relationes autem que fundantur super vno sunt eiusdem rationis in extremis: ideo requirunt aliquam distinctionem priorem vt determinentur ad certum numerum. ¶ Dat etiam aliam responsionem negando minorem. scilicet quod fundentur in eodem fundamento numero: non enim relationes originis fundantur in eadem essentia realiter: cum sint realiter ipsa per exclusionem omnis distinctionis ex natura rei. ¶ Ad secundam probationem dicit quod in creaturis nulla vna res fundat relationem mouentis et moti: quia omne quod mouetur ab alio mouetur vnde voluntas non secundum illud quod mouet mouetur sed secundum aliud. ¶ Ista responsio non soluit rationem. vt patet intuenti. Quando dicit quod quia relationes similitudinis sunt eiusdem rationis in extremis ideo requirunt fundamenta distincta vt determinentur ad certum numerum. Dico primo quod sufficit quod sint determinate puta ad dualitatem vel quaternitatem propter extrema: quia ergo pater et filius tantum sunt duo extrema: ideo ex natura rei inter patrem et filium sunt due similitudines et due equalitates vna in patre et alia in filio. Et si per impossibile essent in diuinis centum filij: ratione tot extremorum essent tot et tot similitudines. Nam inter duo extrema tantum non possunt esse nisi due similitudines: vna in vno extremo et alia in alio extremo. Dico secundo quod determinatus numerus relationum eiusdem rationis non accipitur a fundamento. vt patet: quia idem fundamentum numero potest fundare mille similitudines eiusdem rationis. vt subtiliter probat Scotus in tertio distinctione octaua. ¶ Ad aliud vbi negat minorem. Dico primo quod quamuis paternitas et filiatio sint realiter ipsa essentia diuina distinguuntur tamen ex natura rei vel sunt non idem formaliter. vt probat Scotus in primo distinctione secunda parte secunda questione prima: et expresse vult quod formaliter distinguatur. vt patet distinctione octaua primi questione quarta: et sic possunt fundari ex natura rei in eadem essentia numero. Secundo dico quia si propter idemptitatem relationis originis cum essentia ipsa essentia non dicitur fundamentum et tamen sunt vere origines realiter distincte: ita dicetur in proposito quod similitudo et equalitas quamuis sint idem cum essentia: tamen cum vera vnitate numerali ipsius stat quod erunt reales et realiter distincte. ¶ Respondet ipse Alphonsus quod si tales essent possibiles non fundarentur in essentia propter idemptitates: sed non sunt possibiles in diuinis quia ibi non est alia et alia quantitas. Sed iudicio meo hoc dicit ad placitum: cum non appareat maior ratio de relationibus originis quam de istis. ¶ Ad illud quod dicit quod eadem res non potest fundare relationes mouentis et moti. Dico quod hic non oportet insistere cum hoc sit quodammodo notum per experientiam: sed quia hoc manifeste apparet a Scoto in primo distinctione secunda questione tertia secunde partis: et distinctione tertia questione septima: et in secundo distinctione secunda questione decima: et distinctione vigesimaquinta questione vnica: et in quolibetis. et vigesimasexta distinctione primi. Et vide expositiones que feci in primo distinctione tertia questione septima: et in secundo distinctione secunda questione decima: et distinctione vigesimaquinta. Concedit tamen ipse Alphonsus quod in nobis sunt due voluntates. scilicet agens et possibilis: quicquid sit etiam posito quod tantum esset vna: patet quod potest mouere se causando aliquem actum in seipsa. ¶ Ad secundam probationem illius antecedentis quod idem numero potest esse proximum fundamentum equalitatis. Dicit Idem Alphonsus quod si eadem quantitas numero esset in diuersis talia non essent equalia sed eadem. Ad probationem dicit quod si rediret idem panis transubstantiatus non esset equalis pani affecto illis accidentibus: sed idem in quantitate licet diuersus in substantia. ¶ Sed ex superius declaratis patet quod hec responsio non euacuat rationem nec oportet amplius insistere. ¶ Respondet ipse Alphonsus. Primo negando

gando maiorem sicut respondit ad primam rationem. Secundo per interemptionem minoris: quia totū realiter distinguitur a qualibet sui parte ratione alterius. ¶ Dico quicquid sit de illo exemplo totius & partis: q ratio illa eodem modo tenet sicut prima. vt patet nec est multum curandum de exemplis vbi habetur veritas propositionis. Nec est presentis speculationis quomodo totum dicatur distingui a suis partibus. De h patebit in distinctione secunda tertij Doctoris vbi multa exposui. ¶ Ad quartam Idem Alphonsus concedit q in entibus potest reperiri perfecta equalitas: immo si in entibus reperitur equalitas proprie dicta necessario est perfecta: quia consistit in esse punctuali nec suscipit magis & minus. Et dicit q nunq̄ cum quantitate numerali stat equalitas proprie dicta. ¶ Hec responsio nihil valet: quia procedit ex eodem fundamento dic vt supra.

Idē Alph. soluere nititur aliā rōnē Lādul.

Nota etiam q is Doctor nititur soluere rationem quā fecit Landulphus in primo distinctione decimanona questiōe secunda articulo secundo conclusione prima. qua probat ex fundamentis Scoti q in diuinis equalitas est distincta ab idemptitate & similitudine. Et arguit sic. Fundamenta non eadem ex natura rei fundātia relationem necessario fundant relationes distinctas. Sed infinitas & essentia: similiter infinitas & sapientia sunt non idem ex natura rei & fundant relationes adequantes suam rationem totalē. ergo fundant relationes distinctas: & per consequens equalitas q̄ fundatur in infinitate idemptitas in essentia & similitudo in sapientia erunt relationes distincte. Maior patet: quia ex quo ponitur relatio adequare fundamētum si fundamentum non sit illud relatio non erit eadem: si enim esset eadem alteri relationi excederet fundamentum suum: quia fundaretur in altero fundamēto distincto a suo. minor quantum ad primam partē supponitur: quantum ad secundam. scilicet q iste relationes adequent totam rationem fundamenti patz: quia pater est filio equalis secundum totam infinitatem adequate: & similiter idem secundum essentiam & similis secundum sapientiam adequatissime. hec Lādulphus. & h ratio potest patere a Sco. i primo distīctione decimanona: & distinctione trigesimaprima in quolibetis questione sexta. ¶ Respondet Alphonsus vbi supra dicens q nulla est distinctio nec formalis nec ex natura rei inter infinitatem & essentiam: & per consequens non ponuntur fundamenta distincta respectu harum relationum similitudinis idemptitatis & equalitatis.

Rñsio Alphonsi.

Alph. solō cruitur.

Dico q supra distinctione octaua questione secunda in responsione ad principale argumentum patet quomodo inter infinitatem intensiuam (que ponitur gradus intrinsecus essentie diuine) & essentiam diuinam ponitur distinctio & si non formalis ponitur tamen distinctio ex natura rei que est minima distinctio inter distinctiones que sunt preter opus intellectus. Dico etiam q saltem sunt non idem formaliter vel saltem distinguuntur formaliter negatiue licet non positiue: cū gradus intrinsecus non dicat distinctam formalitatē ab eo cuius est gradus intrinsecus. vt patet a Doctore vbi supra. Ex his ergo patet infallibilis positio Doctoris subtilis: & quomodo etiam possunt solui multe obiectiones contra ipsum. Sed sufficiant que dixi vt euitem tantam prolixitatem relinquendo multa ingeniosis & intellectus acumine preditis. Et sic terminatur hec distinctio decimanona quam bene libra.

¶ Questio secunda de circumincessione.

Utrum quelibet persona diuina sit in alia?



Q Uestio presens est tam plana & facilis in textu q nihil indiget expositione nostra. In qua quidem ponitur opinio Henrici q duobus modis potest intelligi aliquid esse in alio. primo scilicet secundū totum. vt vinum in amphora aut secundum partem &c. Unde in textu vbi hec opinio clara est ex se. Hen. i sū. ar. j. & quo li. 6. q. 5.

Contra illud. Quia dicit Henri. q licet persona que est in alia sit in illa secundum partem quia secundum essentiam: tamen illa persona in qua est alia quasi continet illā secundū se tota. Contra hoc arguit Doctor & probat primo q si persona secundum se tota continet aliam: q illa alia est in illa secundum se tota. Et supponit vnum. q personam esse in alia & econtra dicit relationem comunem: que dicitur cōmunis quia est inter extrema eiusdem rationis: vt similitudo & equalitas presentialitas amicitia & huiusmodi. Cum enim dicimus q vna persona est in alia: accipimus in proposito esse perfecte presentem illi & econtra. Cum ergo h presentialitas requirat extrema eiusdem rationis. i. q requirit fundamentum eiusdem rationis in extremis: que sic referuntur. ergo si vna dicitur presens secundum partem: & alia similiter. Et si vna secundū se totam & alia similiter. ¶ Ibi secundo sic. Quando aliquid dicitur esse in alio &c. ¶ Hec ratio probat q vna persona non dicatur esse in aliam secundum partem: & tota ratio clara est & cetera clara sunt vsq3 ibi.

Ad primum argumentum. In quo dicit aliqua. Primo q non sequitur vt si aliquid alicui primo conueniat parti maxime in etherogeneis. Et sic licet filio conueniat primo esse in patre (accipiendo esse in vt est suppositi perfecte presentis patri) non tamen conuenit parti. Et sic non sequitur q essentia sit in patre vel filiatio vt esse in dicit suppositum esse presens patri: & econtra. Secundo dicit q etiam licz aliquid conueniat alicui primo non autem sequitur q equaliter cuilibet parti: quia forte potest competere vni parti & non alteri vt intelligere primo competit homini: & tamē non competit corpori quia corpus non intelligit. Sed forte anime: lz tamen hec sit impropria anima intelligit: vt est coniuncta corpori. vt patet a Doctore in quarto distinctione quadragesimaquarta. Et posito etiam q competat anime: non tamen competit homini quia anime: quia tunc sibi competeret per partem. ¶ Si dicatur. nōne homo intelligit per animam? ¶ Dico q licet anima sit proxima ratio qua intelligere competit homini sicut

risibile per animam non tamen sequitur q primo intelligat per animam: quia intelligere primo sequitur totum coniunctum· Tertio dicit q posito q intelligere competat primo homini et nullo modo corpori nec anime: non tamen sequitur q si anima est ratio formalis inherentie huius predicati q etiam corpus sit talis ratio· Sic est in proposito· q licet filius sit in patre secundum se totum q filiatio et essentia sit in patre: et si essentia sit ratio formalis quare filius sit in patre: non tamen sequitur q sit filiatio· Cetera patent·

Quantum ad secundum articulum

dico· In isto articulo habetur q nec sola essentia est ratio talis presentialitatis nec sola proprietas sed vtraque: quia perfecta presentialitas aliquorum requirit distinctionem realem illorum inter se: et perfectam vnionem persone· ergo per proprietates sunt realiter distincte et per essentiam diuinam perfectissime vnite: et sic sunt sibi adinuicem perfectissime presentes·

Quantum ad tertium articulum·

Q iste modus essendi in: non est aliquis istorum modorum formaliter quos ponit philosophus quarto phisicorum: formaliter dico: quia omnes illi modi sunt per hoc q contentum est aliquid continentis et non econtra vt patet: quia genus continetur in specie vt pars essentialis et non econuerso: et pars integralis continetur in toto integrali vt pars: et non econuerso· Et breuiter vult dicere q in illis modis non est mutua continentia eiusdem rationis sicut est in modo essendi in presentiali: quia eo modo quo pater est perfecte presens filio et filius patri· Cetera pa·

Ad primum argumentum·

Quia dicit q sicut indiuisibile non distinguitur ab indiuisibili nisi sit extra illud: quia duo indiuisibilia simul posita non faciunt maius vno nec infinita· Cum ergo persone in diuinis sint indiuisibiles si sunt simul non sunt distincte· Hec ratio non concludit· Tum quia non est simile de indiuisibili in quantitate et de indiuisibili in substantia· Tum etiam quia non sequitur q si essent duo indiuisibilia simul: q non essent distincta inter se: tantum enim sequitur q non essent distincta situ. per se autem non habent situm vt patet· ¶ Ibi· Ad secundum argumentum· Responsio stat in hoc· Primo q si plura concurrunt in aliquo realiter q non est intelligibile ipsum non componi ex illis. Et sic essentia diuina cum proprietate componeret ipsam personam si proprietas illa esset formaliter in essentia diuina et realiter distincta ab illa· Secundo cum dicimus q persona est in alia persona non dicimus q sit illa formaliter: nec pars illius et disticta realiter· sed sic dicimus q est vnum suppositum realiter distinctum ab alio qd perfecte est in alio· idest qd perfectissime est presens illi· ¶ Ibi· Ad tertium· Patet responsio· Et cum dicit circa finem accipiendo esse in pro inexistentia intima: non sequitur ergo pater est filius? Sed est fallacia equiuocationis: quia cum dico paternitas intime inexistit patri· idest q perfectissime et intime est presens patri· Et cum infertur q si paternitas perfectissime inexistit patri modo preexposito· ergo pater est filius: infertur de inexistentia formali ac si paternitas formaliter inexisteret patri· et sic patet· ¶ Ibi· Ad quartum· Hic notantur plura· Primum· q quando a· habet habitudinem aliquam ad·b·et·b·habet similem habitudinem ad·c·sequitur q·a·habet similem habitudinem ad·c·et hoc est verum in relatiuis superpositionis et suppositionis: licet non in omnibus: et hoc tenet secundum rationem prioris et posterioris: vt patet infra· Ut sicut se habet abauus ad auum: ita auus ad patrem meum· ergo sicut pater meus est prior me: ita auus est prior patre meo: et abauus auo meo: et sic semper procedendo: et per consequens prior me· non valet autem conuertendo. idest q sicut se habet auus meus ad patrem meum: ita pater meus ad aui· ergo sicut auus erit prior patre meo· ergo et pater meus erit prior auo meo? quia tunc sequeretur q idem eet prior seipso· Secundum est· q propositio prius dicta non est vera in relatiuis equiparantie: quia sequeretur q idem esset sibi simile: et si debet esse vera oportet addere istam specificationem· scilicet omni alio a se· sic dicendo. Quicquid est simile sorti est simile omni alij a sorte simili sorti· vt patet in textu. Tertio addit q medium ad qd comparantur extrema sit limitatum· vt patet in textu· Quarto addit q sic arguendo tenet de priori et posteriori in essentialiter ordinatis in ratione prioris et posterioris: non autem in alijs condi tionibus consequentibus prius et posterius vt mediate vel immediate: quia non sequitur. pater meus est immediate prior me: et auus est immediate prior patre meo· ergo auus meus est immediate prior me? et sic patet responsio ista· Et argumentum non est ad propositum: quia cum dico filius est in patre: et pater in filio: tantum dico perfectam presentialitatem adinuicem: et non dico aliquem ordinem essentialem inter patrem et filium in ratione presentialitatis· vt supra dixi· ¶ Ibi· Ad aliud. q deus est in deo· Et cum infertur· ergo deus distinguitur a deo· Negatur consequentia propter fallaciam consequentis: quia in prima ly deus qui sequitur prepositionem in non confunditur: et ideo potest stare pro aliquo supposito indeterminato indeterminate· In consequente vero ly deus qui sequitur ad distingui confunditur propter negationem inclusam in distingui: et sic est fallacia consequentis arguendo a termino non distributo ad eundem distributum· vt patet quia non sequitur· Animal est ergo omne animal est genus?

¶ Distinctionis vigesime primi questio vnica·

Utrum tres persone sint equales in potentia?



RESpondeo omittendo potentiam logicam que dicit modum compositionis ab intellectu facte &c· Quia alias declaraui qd sit potentia logica: ideo non aliter extendo me in presenti declarare· Et cetera clara sunt

Difficultas. sunt. ¶ Incidit tamen in hac q̃stione vna difficultas. cum omnipotentia dicat vere potentiam actiuam: queritur an pater respectu generationis filij dicatur omnipotens: siue posse generare filium in diuinis pertineat ad omnipotentiam? Egidius expresse dicit q̃ sic: et rationes sue patent: excepto q̃ quando dicit de actione et transeunte: et vult dicere q̃ actio transiens ad extra q̃ non denominat agens dicitur possibilis: vel ex sua ratione formali: vel q̃ terminatur ad terminum possibilem: puta generare ignem vt transit in materiam extrinsecam dicitur esse possibile: et ex ratione sua formali: et q̃ terminus eius. scilicet ignis generatus est possibilis. Actio vero immanens ex hoc q̃ est in agente. Ultra predicta requiritur q̃ non repugnet agenti: et sic generare simpliciter in diuinis. Primo modo est simpliciter possibile. vt patet. Secundo modo est possibile tantũ respectu patris: quia tantũ denominat patrem et non filium: et hoc est qd̃ dicit.

Contra istud. Doctor intendit improbare q̃ generare in diuinis pertineat ad omnipotentiam vt omnipotentia dicit potentiam mere actiuam. Et supponit vnum ab omnibus concessum. scilicet q̃ tres persone sint equales in omnipotentia et in potentia actiua. vt patet in symbolo. Et ideo querit accipiendo generare in diuinis nõ comparando ad aliqd̃ suppositum: an ipsum respectu termini producendi puta filij dicat potentiam actiuam an non? Si primo? filius nõ erit eq̃ omnipotens cum patre: quia non potest generare. Si non? ergo generare non pertinet ad omnipotentiam qd̃ est intentum.


Quantum ergo ad istum articulum dico aliter: q̃ potentie actiue primũ correlatiuum est possibile: non cõmuniter sumptum vt opponitur impossibili: quia hoc modo possibile est deum esse et tamen illud possibile non est terminus alicuius potentie actiue: ergo oportet q̃ possibile vt est potentie actiue correlatiuum sumatur de terminatiue. hoc autem non videtur nisi secundum q̃ Auicenna accipit possibile sexto methaphysice et alibi frequenter pro ut opponitur ei qd̃ est necessarium ex se: et tunc cum quodlibet intrinsecum deo sit in se formaliter necessarium vel per identitatẽ cum essentia que est formaliter ex se necessaria nihil intrinsecum deo erit terminus potentie proprie dicte: et si hoc est cum ad omnia alia ab essentia diuina eandem rationem principij habeant tres persone: quia prius intelligitur principium illud producendi creaturas cõmunicatum tribus q̃ possit habere actũ producendi ista alia. sequitur q̃ equalis erit potentia trium personarum quantũ ad numerum possibilium. Assumptum autem declaratur in questione illa de ordine productionum extrinsecarum ad intrinsecas secundo libro questiõe prima ꝛc. vide textum Doctoris. Sententia huius est. q̃ cum potentie actiue correlatiuum sit ens possibile contingens. scilicet qd̃ potest esse et non esse: et possibile obiectiue non autem subiectiue: quia possibile subiectiue qd̃ est materia vel se habens loco materie est correlatiuum potentie actiue transmutatiue: quia transmutat materiam ab vna forma in aliam. vt patet de igne: et sic omnis potentia creata dicitur transmutatiua quia de necessitate presupponit subiectum in qd̃ agat. potentia vero diuina est simpliciter actiua et respicit primo ens possibile obiectiue. Et licet aliquando transmutet materiam de vna forma in aliam: non tamen est necesse: quia posset producere omne possibile nulla presupposita materia. Et sic omnipotentia dicitur potentia actiua vt respicit omne possibile: siue omne causabile: et q̃ talis potentia actiua respiciat aliud inquantum aliud probat infra per duas auctoritates philosophi. ¶ Ibi. Sed tunc restat dubitatio. scilicet ex quo in patre est potentia generandi: et talis potentia respicit possibile: et filius non est possibilis. Respondet q̃ possibile potest accipi. primo vt opponitur impossibili. vt patet supra distinctione secunda et sic filius est possibilis. secundo vt opponitur necessario ex se formaliter: et sic filius non est possibilis cum sit necesse ex se formaliter. vt patet supra distinctione secunda et octaua questione vltima. et h̃ modo omne ens aliud a deo dicitur possibile. vt patet supra distinctione octaua questione vltima. tertio vt opponitur necessario a se originaliter. idest q̃ non est necesse esse a se originaliter quia hoc habet a patre: et hoc modo potest dici possibilis. Sed possibile primo et tertio modo non respiciunt proprie potentiam actiuam: et sic non est correlatiuum potentie: sed solum secundo modo. ¶ Ibi. Sed nec sic vtuntur Sancti. ¶ Nam philosophi et Sancti cũ loquuntur de possibili qd̃ est terminus potentie productiue vel actiue: loquuntur de possibili secundo modo. et Doc. dicit q̃ lꝫ possibile primo et tertio modo vere sit in diuinis: quia tamen hoc nomen possibile sonat in voce licet non in re aliquam imperfectionem. ideo dicit q̃ non debet proprie concedi q̃ filius sit possibilis sed q̃ sit productus vel originatus et huiusmodi: et patet qd̃ sequitur. ¶ Ibi. Hoc modo loquendo ad questiõem. ¶ Sensus huius littere est. q̃ etiam posito q̃ in patre sit vere potentia generandi: tamen filius est ei equalis in potentia: et hic intendit Doctor q̃ filius habet simpliciter eandem memoriam fecundam quam pater habet: licet in patre habeat terminum adequatum vt productum a patre: et in filio habet eundem terminum sed non productum a filio: sed solum a patre. Cetera patent.

Ad argumẽta principalia. Ad primum. Ibi. Argumentum Augustini. Et argumentum tale est. Si non potest generare filium sibi equalẽ: ergo non est omnipotens. Si ergo potest generare sibi equalem erit omnipotens. ergo et posse generare pertinet ad omnipotentiam. Dicit Doctor q̃ hoc non tenet per locum intrinsecum (q̃ est quando terminus inferens continetur in termino illato: sicut superius in inferiori vel totũ in quãtitate qd̃ est vniuersale vniuersaliter sumptum respectu partium subiectiuarum.) quasi sic arguendo. Pater est omnipotens. idest potest omnia possibilia. ergo posse generare pertinet ad omnipotentiam? non sequitur: quia omnipotentia dicit potentiam actiuam que respicit possibile obiectiue secundo modo dictum. posse vero generare non est posse potentie actiue que respicit aliud: sed est posse potentie productiue vel originatiue: qd̃ in diuinis

non respicit aliud distinctum essentialiter: sed respicit tantum productum distinctum tantum personaliter· Cetera patent vsqз in finem·

¶ Distinctionis vigesime prime primi questio vnica·

Utrum hec sit vera· solus pater est deus?



Robat doc· in presenti distinctione per multas rationes ꝙ hec propositio sit vera solus pr̄ ē deus· Pima clara est ⁊ etiam probatio antecedentis· ¶ Ibi· Item solus deus est pater· Hoc antecedens patet per exponentes: nam exponentes exclusiue affirmatiue ⁊ primi ordinis sunt iste· Solus deus est pater. exponitur sic· Deus est pater. ⁊ non alius a deo est pater: vel nullus alius a deo est pater· Et iste sunt vere· ¶ Ibi· Item solus deus est deus· ergo solus pater est deus· ¶ Hanc consequentiam probat: quia semper illa consequentia est bona quādo antecedens infert exponentes consequentis·

Adûte multa de exponentibus q̄ pertinēt ad logicos·

Exemplum· tantum animal rationale est risibile· ergo tantum homo est risibilis· exponentes huius consequentis sunt iste· homo est risibilis: ⁊ nullus non homo vel nihil non homo est risibile· si iste inferuntur ab antecedente consequentia erit vera: ⁊ patet ꝙ inferuntur: quia bene sequitur. tantum animal rationale est risibile· ergo omne risibile est animal rationale· patet ab exclusiua vt supra ad vniuersalem affirmatiuam de terminis transpositis valet consequentia. Tunc vltra omne risibile est animal rationale· ergo homo est risibilis· patet quia est animal rationale: ⁊ sic habetur prima exponens· Secunda habetur sic· Tantum animal rationale ē risibile· ergo nihil non animal rationale est risibile: ⁊ animal rationale est diffinitio hominis· ergo sequitur. nihil non homo est risibile· Sic Doctor arguit in proposito· Solus deus est deus· hec est vera· ergo solus pater est deus? Negatur consequentia· Probatur· antecedens infert vtranqз exponentem consequentis· scilicet istas pater est deus: ⁊ nō alius a patre est deus· negatur ꝙ inferat istas· bene infert primam· scilicet istam pater est deus? vt patet ibi· Sed non infert secundam· Cū probatur sic· Solus deus est deus· Concedo· ergo non alius a deo est deus· Concedo: quia hec est secunda exponens huius solus deus est deus· Et vltra non alius a deo est deus· ergo non alius a patre est deus? Negatur ista vltima consequentia. Cum probatur: quia hic videtur fallacia consequentis· Alius a deo ergo alius a patre si est fallacia consequentis· ergo arguendo negatiue eodem ordine erit bonum argumentum. Dicit Doctor ꝙ non est fallacia consequētis· Immo hec simpliciter est vera· Alius a deo ergo alius a patre: sicut in ista aliud ab animali ergo aliud ab homine: quia animal stat ibi confuse distributiue pro omni animali· ⁊ probatur ꝙ alius a deo non inferat alius a patre: quia si infert et hoc infert quia deus stat ibi distributiue: quia alius a deo· ergo alius ab isto deo· Et ꝙ non stet distributiue: probat: quia tunc esset omnis propositio falsa vbi predicaretur relatiuum diuersitatis de aliquo puta diuersum differens ⁊c· ⁊ sic dicendo hoc est aliud· i· aliud distribueretur: ⁊ sic si homo est aliud erit aliō ab isto aliud ab isto aliud ab isto ⁊c· ⁊ sic aliud a semetipso· Et in responsione tota vis huius argumēti stat circa hoc. An relatiuum diuersitatis distribuatur in se an terminus sequens· ⁊ ibi videbitur ꝙ tantum terminus sequens· ⁊ sic patēt iste rationes.

Ad questionem· Hic sunt

aliqua notanda· Primum· ꝙ solus aliquando accipitur cathegorematice ⁊ idem est ꝙ solitarium· Aliq̄ñ sincathegorematice ⁊ tūc est exclusio: ⁊ negat associationem cum alio· Secunduз· Solus potest determinare aliquid in se absolute: vt cum dico solus homo vel solus pater est in diuinis ⁊ huiusmodi·

Hec dictio exclusiua solus q̄ño multipliciter pōt accipi·

Aut determinat aliquid non in se absolute: sed respectu alicuius predicati vt cum dico· Solus homo est risibilis· i· solus determinat hominem in comparatione ad risibile: ⁊ est sensus ꝙ risibile excluditur vel negatur a quolibet qδ non est homo· Tertium· Solus primo modo siue solitarie vel vt determinat aliqd in se absolute non est in diuinis: quia nihil est ibi solitarium· Si vero accipiatur secundo modo: ⁊ tunc aut comparatur ad essentiale: ⁊ voco hic essentiale cōmune tribus: ⁊ sic hec ē falsa: solus pater est deus: solus pater creat gubernat intelligit· est bonus est sapiens ⁊ huiusmodi· Si vero comparatur ad predicatum tantum notionale qδ competit vni persone: sic iste sunt vere: solus pater generat· solus pater est innascibilis: accipiendo innascibile pro improducibili· vt patet infra distinctione vigesimaoctaua· solus filius est genitus· solus spiritus sanctus est spiratus: ⁊ huiusmodi· Quartum ibi· Probatur etiam falsitas· Probat hic Doctor hanc propositionem esse simpliciter falsam· scilicet solus pater est deus· Et prima probatio clara est ⁊ secunda: licet enim ista tantuз homo est risibilis habeat duas exponentes· scilicet homo est risibilis ⁊ nullus non homo est risibilis: tamen per istam secundam exprimitur totus intellectus huius: tantum homo est risibilis· ¶ Ibi ⁊ vltra· Nullum risibile est non homo· ergo nullum risibile nō est homo per illud secundi Perihermenias ex negatiua de predicato infinito sequitur affirmatiua de predicato finito· vt bene sequitur· Nullum risibile est nō homo· ergo omne risibile est homo· Sequitur etiam ꝓpō negatiua de predicato negato· scilicet ista nullum risibile est tantum homo· ergo nullum risibile non est homo· qδ probatur per primū principium. scilicet quod ex negatiua de predicato infinito sequatur negatiua de predicato negato· aliter de eodem diceretur affirmatio ⁊ negatio: Si enim ista· nullum risibile est non homo non valeret istam: nullum risibile non est homo: tunc ho

mo affirmaretur de risibile et negaretur. Et sic patet ista probatio.

Ibi. Hinc aliqui instant.

Aliqui volunt concedere quod ista est vera: solus pater est deus: quia non excluditur filius: quia nunquam exclusiua comparata ad extremum predicatum excludit aliquid quod sit de per se conceptu subiecti. sicut in ista. Tantum homo est risibilis. non excludit quin animal sit risibile et quin rationale sit risibile: cum sit de conceptu hominis. Sic in proposito. Cum enim correlatiuum sit de conceptu correlatiui non intelligitur excludi. ¶ Doctor dicit quod non est sic quod correlatiuum non est sic de conceptu correlatiui quod sit pars eius essentialis vel integralis nec quod pertineat ad diffinitionem illius quidditatiuam. Immo tanta est diuersitas inter illa quod vnum vere excluditur ab alio. Et hoc patet expresse a philosopho primo phisicorum arguente contra Parmeni. et Meli. ponentes tantum esse vnum principium: et tantum esse vnum ens. et arguit sic. Si tantum est vnum principium: ergo principiati non est. et sic vult quod talis exclusio vere excludat correlatiuum: aliter argumentum philosophi non concluderet contra illos.

Uide phm primo phi.

Ad argumenta ibi. Ad primum

argumentum antecedens distinguitur secundum compositionem et diuisionem sicut ista. omnis homo qui est albus currit. sensus compositionis falsus est. quia ibi deus determinatur ad standum pro patre per istam implicationem qui est pater. sicut determinatur homo ad standum pro homine albo in sensu compositionis ibi homo qui est albus: et tunc consequentia tenet etc. ¶ Uult dicere Doctor quod ista. Solus deus qui est pater est deus: in sensu compositionis est falsa. Nam sensus est proprie quod solus pater est deus: quia in sensu composito ly deus in subiecto determinatur ad standum pro patre tantum. In sensu vero diuisionis est vera. et est sensus. solus deus est deus et solus deus est pater. et sic sunt due propositiones quarum vna enunciat deum de deo: et alia patrem de deo: et neutra specificat aliam. Cum enim dico solus deus est deus: non facit stare deum pro solo patre. Et hoc est quod dicit. Et cum infertur sic arguendo solus deus est deus: hec est vera: solus deus est pater. Similiter hec est vera: ergo solus pater est deus. Negatur consequentia: quia non valet a superiori ad suum inferius cum exclusione. quod sic debet intelligi cum exclusione addita inferiori. vt hic. Solum animal est sensibile: ergo solus homo est sensibilis. Non sequitur. Tamen sine exclusione inferioris bene sequitur. Solum animal est sensibile: ergo inferius ad animal erit sensibile. Sic in proposito. Solus deus est deus: ergo pater est deus: non tamen sequitur. ergo solus pater est deus. et hoc est quod dicit. ¶ Ibi. Et si obijcitur. Quia in creaturis hec videtur vera: vel saltem potest esse vera: tam in sensu composito quam diuiso scilicet ista. Solum animal quod est rationale est sensibile in sensu composito hec est vera. vel potest esse vera. Solum rationale est sensibile. Et similiter ista si accipiatur in sensu diuisionis. quia sensus est: solum animal est sensibile: solum animal est rationale. et sic potest se qui vltra quod solum rationale est sensibile. ¶ Doctor dat vnam singularem responsionem: quare in creaturis possit esse vera tam in sensu composito quam diuiso: que est hec. quia illud cui additur dictio exclusiua diuiditur et numeratur in illis pro quibus stat. Nam cum dico animal quod est rationale est sensibile: potest stare pro ipso risibili: siue in sensu composito siue diuiso: quia ex quo numeratur in illis: potest stare pro vno numerato. Nam cum dico solum animal quod est rationale est sensibile: in sensu composito accipio tantum ipsum animal non absolute vt est commune omni animali: sed pro ipso numerato et diuiso in rationali. Et similiter in sensu diuiso: quia cum dico solum animal est sensibile et solum animal est rationale: accipio in vtraque ipsum animal diuisum in rationali: et sic semper idem animal accipitur tam in sensu composito quam diuiso. Secundo dico quod in ista. solus deus qui est pater est deus. in sensu composito est manifeste falsa: et tunc tantum stat pro patre: et sic hec est falsa: quia ipse deus est simpliciter idem et indiuisibilis in tribus. In sensu vero diuiso est vera: quia non tantum stat pro vna persona: sed etiam stat pro tribus. Nam cum dico in sensu diuiso: solus deus est deus. ly deus in subiecto potest supponere pro tribus. Et sic patet responsio: quia non est simile in creatura et in deo.

Nota hanc responsionem.

Ibi. Alij etiam distingunt

principalem propositionem quasi ista. solus pater est deus possit habere sensum compositionis falsum et sensum diuisionis verum: adducentes illud Prisciani secundo constructionum inter exigens et exactum cadit aliquid medium.

Uarroli. 3. d. 2. q. vnica. S. Bona. li. j. di. 4. dub. 3. lateral.

Dicunt quod hec: solus pater est deus: potest distingui in sensu composito et diuiso. primo modo est falsa: et accipitur in sensu composito vt iacet. In sensu vero diuiso est vera: et est sensus. solus deus qui est pater est deus. ¶ Contra hoc arguit Doc. ibi. Sed istud non est logice dictum nec grammatice. Logice non: quia tunc non posset aliquid contrahi vel determinari per aliquam contractionem vel determinationem. quantumcunque enim immediate adderetur alicui determinatio cathegorica vel syncathegorica: vt homo albus currit vel omnis homo albus currit: adhuc restaret distinguere sicut hic in sensu compositionis et diuisionis: et in vtroque sensu restaret vlterius distinguere. et sic in infinitum: nec posset aliquis sensus determinate exprimi: nec docuit philosophus in talibus multiplicitatem secundum compositionem et diuisionem: sed tantum in illis vbi eadem materialia composita et diuisa diuersum sensum faciunt. ista autem materialia: omnis homo currit: vel omnis homo albus currit composita et diuisa nullum aliun sensum faciunt: secus est hic. ille videt nunc me currere. componendo nunc aduerbium cum verbo precedente vel sequente. ¶ Nec etiam est dictum grammatice: quia exigens et exactum dicuntur constructibilia quorum alterum dicitur a pueris regere alterum et si aliqua non est autem syncathegorematicum constructibile respectu cathegorematici quasi vnum regat aliud et aliqua vi. ¶ Et ideo licet hic cadat medium vel implicatio media cappa for. idest cappa que est for. non tamen hic homo albus et omnis homo albus.

¶ Ibi. Ad secundum dico. Hec responsio ex habitis superius est clara. Et cum dicit q licet superius sequatur ad inferius distributum, non tamen sequitur cum distributione superioris: vt patet in exemplo posito. Et addit q nunq̃ sequitur distributio superioris ad distributionem inferioris respectu inferioris ad inferius nisi sequatur distributio ipsius superioris ad inferius: quod est superius ad aliud inferius. Exemplum. Omnis homo est animal. nõ sequitur: ergo omne animal est homo: vel sic omnis homo currit. ergo omne animal currit. ergo Franciscus currit: non sequitur. Si enim distributio animalis non sequitur ad hominem: multo minus nõ sequitur ad inferius ad hominem. ¶ Ibi. Sed cum probatur ista ma. Cum dicit q aliqua illatio in terminis transpositis &c. Vult dicere q aliquãdo maior idemptitas notatur in conuersa q̃ in conuertente: vt patet de vniuersali negatiua in particularem negatiuam: quia cum dico nullum animal currit. tam homo q̃ animal stat confuse distributiue mobiliter: ergo aliquod currens non est animal. ibi currens supponit tantum determinate: et ideo maior idemptitas est extremorum in prima q̃ in secũda. De rigore ergo sermonis vniuersalis negatiua non conuertitur in particularem negatiuam licet inferat eam. Secundo notatur in vniuersali affirmatiua de terminis transpositis: tanta idemptitas extremorum quanta haberi potest in exclusiua: quia cum dico: tantum homo est risibilis. ly homo stat confuse tantum. et ly risibile stat confuse distributiue mobiliter: quia bene sequit. et hec sunt omnia risibilia: ergo tantum homo est hoc risibile et hoc risibile &c. Et similiter omne risibile est homo que est vniuersalis affirmatiua correspõdens exclusiue &c. Nam ly risibile stat confuse distributiue mobiliter: et ly homo confuse tantum: et ideo exclusiua affirmatiua conuertitur in vniuersalem affirmatiuam de terminis transpositis: et econtra. ¶ Et si obijcias. Aristo. male docuit &c. ¶ Patet responsio q2 ipse Aristo. tantum docuit conuersiones quibus syllogismi imperfecti (cuiusmodi sunt omnes secunde et tertie figure: et etiam particulares prime: vt patz primo priorum) possent reduci ad syllogismos perfectos: et exclusiua non teneret aliũ lc cum in perficiendo syllogismum perfectum quam alia indifinita non exclusiua. vt patet discurrenti per omnes syllogismos imperfectos. vt diffuse tractatur primo priorum. ¶ Ibi. Ad tertium dico. Negat Doctor q ex negatiua exponente antecedens. scilicet non alius a deo est deus: non sequitur negatiua exponens consequens. scilicet ergo non alius a patre est deus. Sequitur. Cum probatur quia non sequitur. Alius a deo ergo alius a patre negat. Nam hec consequentia est bona. vt dixi supra. ¶ Ibi. Et cum vl tertius probatur. ¶ Dicit Doctor hic q relatiuus diuersitatis in se nõ potest distribui: et ratio sua est: quia sicut relatiuum equiperantie acceptum in communi non refertur vt patet. Nam simile in communi non refertur sed refertur in suis inferioribus vbi vnum inferius distinguitur ab altero. Et sic hoc simile secundum similitudinem refertur ad aliud simile: quia oportet relatiuum semper referri ad aliud. Sic in proposito. Nam differens in communi acceptum: siue diuersum est relatiuum equiperantie: et certum est q non refertur. Sed si refertur: refertur in suis inferioribus: puta hoc est differens ab isto. Sicut homo est differẽs ab asino vel diuersus ab asino. Terminus ergo huius differentie vel diuersitatis bene distribuitur. Sed ipsa differentia vel diuersitas: vt est relatio siue relatiuum modo preexposito nõ distribuitur. Et tota ratio est: quia semper relatiuum quod refertur requirit distinctionem ab illo a quo refertur: et relatiuum equiperantie in communi acceptum non habet aliquod distinctum a quo referatur vt dicatur simile alicui simili simile. Et exemplum positum a Doctore de igne satis clarum est. ¶ Ibi. Ad aliam probationem cum dicitur solus deus. ergo solus pater vel solus filius. ¶ Quasi velit inferre. sicut sequitur solus deus: ergo solus pater. patet a superiore distributo ad inferius. sic similiter. solus deus est deus. ergo solus pater est deus. ¶ Unus Doctor distinguit istã. solus deus: quia ly deus aut comparatur ad predicatum: puta sic dicendo solus deus est deus: et sic ly deus in subiecto supponit personaliter. Et sequitur. ergo solus pater est deus. Sed sicut antecedens est falsum ita et consequens vt comparatur ad exclusionem tantum: et sic habet suppositionem simplicem vt dicendo solus deus est: et tunc non sequitur: ergo solus pater: quia ly deus in antecedente tantum supponit pro patre. ¶ Ibi. Cetera ista. Dicit Doctor q vnum extremum: puta subiectum in vno actu componendi et diuidendi: puta in propositione affirmatiua et negatiua habet rationem vnam secundum quam accipitur respectu alterius extremi. idest q respectu talis extremi: puta predicati habet vnam rationem supponendi. Et addit q diuerse rationes accipiendi idem extremum respectu eiusdem termini: puta subiectum respectu predicati nõ videtur stare cum vnitate actus componendi. idest q si idem subiectum comparetur ad idem predicatum in vno actu componendi: puta in vna propositione affirmatiua non videtur habere diuersas rationes supponendi: et si haberet hoc non posset esse eodem actu componendi: vt patet cum dico omne animal est substantia. stante tali compositione: certum est q animal stat confuse distributiue mobiliter: et non potest stare confuse tantum vel simpliciter nisi variato predicato seu variata compositione vt patet. Et Doctor hic intendit dicere q ratio vna supponendi puta confuse distributiue &c. vel simpliciter vel materialiter est ex hoc q comparatur ad predicatum. Et ideo non valet illud quod sequitur q ly deus sub exclusione habet aliam rationem &c. quia subiectum non supponit respectu sue dispositionis: sed tantum respectu predicati: quia talia sunt subiecta quo ad suppositionem simplicem vel materialem seu personalem: qualia permittunt eorum predicata. ¶ Ibi. Ideo dico aliter. Cum dicitur solus deus est deus. Concedit. ergo solus pater est deus: Negat consequentiam. Subiectum enim huius exclusiue stat tantum confuse: ideo non licet descendere sub eo. ergo solus pater &c. Sicut in ista. Solus homo est risibilis: ergo solus Franciscus est risibilis: non valet. et sic patet responsio. Dat etiam aliam responsionem q cum dico solus deus est deus: subiectum tantum stat pro ipso deo. vt patuit supra distinctione quarta questione secunda.

Et sic patet expositio istius questionis.

¶ Distin.

Relatiuũ in cõi nõ refertur: sed tñ in suis singularibus.

Bona explanatio.

¶ Distin. xxij. q. vnica.

Utrum deus sit nominabilis a nobis viatoribus aliquo nomine significante essentiam diuinam vt hec? Titulus huius questionis de se satis clarus est.



Hic dicitur ꝙ sicut deus itelligitur a nobis: ita potest ⁊ a nobis nominari. Hec est opinio Henri. que nunc pretermittatur a nobis propter suã facilitatem. Et similiter eius impugnatio ⁊ venio ad solutionẽ questionis nostri Doctoris subtilis cetera pretereundo.

Hen. i su. articulo. xxij. questiõe tertia ⁊ xij.

Potest dici breuiter ad q. ꝙ ipsa propositio communis multis opinionibus. s. ꝙ sicut aliquid intelligitur ita ⁊ nominatur. falsa est si intelligatur precise: quia distinctius potest aliquid significari q̃ȝ intelligi. Et hoc persuadet Doctor multipliciter. Tum quia substantia potest distinctius significari per nomen q̃ȝ in se intelligi. Patet qȝ pro statu isto tantum cognoscitur in conceptu communi. vt supra patuit distinctione tertia questione tertia: et tamen potest imponi aliquod nomen quod significet mihi distincte substantiam aliquam. aliter enim nullum nomen impositũ a viatore significaret aliquam rem de genere substantie: sed tantũ aliquam proprietatem accidentalem que intelligebatur ab imponente: ⁊ sic per hoc nomen lapis non significaretur aliquid de genere substantie sed tantum aliquid de genere actionis: puta lesio pedis quam exprimit ethymologia huius nominis: ⁊ fuit ratio a qua imponebatur nomen. ¶ Deinde probat Doctor qualiter sit possibile. videlicet aliquid distinctius significari quam intelligi: quia videmus diuersa accidentia succedere in eodem ⁊ vtrunqȝ illorum manet sine altero vt pȝ. Et probatur vtriqȝ illorum esse aliquod subiectum commune: quia vtrumlibet illorum potest destrui non destructo altero. ergo concluditur aliquid esse subiectũ vtriusqȝ vt quantitati ⁊ qualitati: ⁊ illud quod subest non concipitur in conceptu quiditatiuo nisi entis vel huius entis. Ex quo etiam diuersimode ista accidentia coniunguntur in diuersis concluditur substratum istis esse diuersum a substrato illis. Et ex hoc concluditur tertiũ illud esse aliud ab alio tertio ⁊c. ¶ Ad propositum ergo non accidentibus: sed isti alij sic distincto quicquid sit quod est cum istis coniunctis que intelliguntur imponitur nomen aliquod. illud videtur esse proprium signũ huius sub ratione qua hoc: ita ꝙ imponens nomen intendat illam essentiam de genere substantie significare: ⁊ sic intendit significare: ⁊ sicut intendit significare ita nomen quod imponit est signum: ⁊ tamen ipse non intelligit distincte quod distincte intendit significare per hoc nomen vel per hoc signum. Et exemplum positũ patet in littera ⁊c. ¶ Ultimo dicit Doctor ꝙ deus est nominabilis a viatore nomine significante propriaȝ essentiaȝ vt est hec essentia: quia viator potest vti illo signo ⁊ intendere exprimere significatum illius signi: siue ipse imposuerit illud signum siue alius quicunqȝ qui cognouit significatum: ⁊ tali etiam signo potest viator vti tanquam nomine: licet non potuerit illud imponere tanquam signum. vnde aliud est imponere nomen ⁊ aliud est vti nomine imposito. ¶ Et addit Doctor ꝙ si ista propositio esset vera ꝙ nullum nomen potest alicui imponi distinctius quam intelligatur: hec tamen est falsa ꝙ nullus potest vti nomine distinctius significante rem quam ipse possit intelligere. Et ideo simpliciter concedendum est ꝙ multis nominibus potest vti viator exprimentibus essentiam diuinam sub ratione essentie diuine: licet nec via naturali nec supernaturali loquendo de lege communi non possit eam distincte cognoscere.

Ad hec tamen Quidaȝ Nouus expositor prime partis Sancti Thome. q. xiij. arti. primo. Respondet dicens ista non esse consona veritati. Ad illud de substantia dicit ꝙ non est imaginabile imponi nomen distinctius significans quam concipiatur: quia voces significant res non nisi media conceptione intellectus. igitur significatio causatur ex conceptione. ergo distincta significatio supponit distinctam cõceptionem: ⁊ confusa confusam: ⁊ maior maiorem: ⁊ minor minorem. quare ab hac vniuersalissima regula de causa ⁊ causato hec excipienda sunt. Probatio autem sua nihil valet. Tum quia antecedens pro prima parte est falsum. Tum quia pro secũda parte male probatur. Dico enim ⁊ ita esse experimur ꝙ cognitis accidentibus cognoscimus rem quandam sublatere ⁊ hm se esse ⁊ subsistere ⁊c. ⁊ huiusmodi res nunq̃ȝ magis significabitur q̃ȝ cognoscetur. Si enim cognoscatur confuse vt in exemplo dato nunq̃ȝ significabitur nisi confuse. Ex tali siquidem nomine nunquam aliquis plus intelligi. ⁊ quã perfectius impositor apprehẽderit: quamuis ex meliori ingenio proprio cognito alicuius nominis significato in re discurrendo alia cognoscat: sicut ex principijs conclusiones deducimus: sed hoc non est ex vi significationis nominis. Unde ⁊ ipsemet Scotus ibidem sub dubio primum dictum dubiũ relinquere videtur. ¶ De secundo vero bene dicit Scotus. Experimur enim ꝙ multis nominibus vtimur confuse notis antequam ad notitiam distinctam illorum terminorũ veniamus. ¶ De tertio autẽ qȝ experientia teste nullũ tale nomẽ diuinũ hẽmus. Et rursus quia frustra hominibus darent̃ talia noia qñ nos non possumus deũ secũdũ se cognoscere. Et quia sine sufficienti auctoritate nouitas hec dicitur. Et quia Dio. in primo cele. hyer. dicit. Impossibile est nobis aliter lucere diuinum radium nisi varietate sacrorum velaminũ occultatum. Uidetur mihi simpliciter falsum dictum Scoti. Et dicendum ꝙ deus in hac vita non est a nobis nominabilis nisi ex creaturis: ⁊ hoc tam quo ad impositionem q̃ȝ vsum. hec expositor ille.

Tho. Gai. de vio mit-tur hec solvere contra Scotum.

Respondeo ad hunc expositorẽ. Et primo dico cum Docto. ꝙ possumus imponere aliquod nomẽ distinctius significare aliquid q̃ȝ illud in se cognoscamus. Et cum dicit ꝙ voces significant res admittit̃. Et cum vltra dicit ꝙ significatio vocis causatur a conceptione intellectus. Hoc indiget probatiõe. aliud est enim causari ⁊ aliud est presupponere. hoc enim no-

Infringunt̃ ⁊ nihil valent solutiones Tho. Gaie.

men lapis siue significatio huius nominis non causatur a conceptione lapidis nec a conceptione forte alterius nisi forte occasionaliter. imponitur enim talis significatio a voluntate instituentis: presupposita tamē aliquali cognitione saltem in communi: et sic imponit q hoc nomen lapis significet mihi quiditatiue substātiam lapidis quam tamen instituens distincte non cognoscit. Non enim conceptio rei et significatio eiusdē sic adinuicem adequantur q quanta sit cognitio rei tanta sit precise significatio nominis illius rei. Posito etiam q conceptio aliqua sit causa significationis nominis: adhuc habz probare q ab aliqua conceptione non possit causari nomen distinctius significans aliquid q̄z sit talis conceptio. Sed hoc requirit prolixiorem tractatum. videlicet a quo causetur nomen significans. de hoc habet videri in primo Perihyer. ¶ Et quod dicit q Scotus sub dubio loquitur etc. Hoc non est verum: quia expresse in principio questionis dicit q credit esse falsum. vt patet in littera. Et quod vltimo dicit q quantum ad vsum non possumus habere aliquod nomen distincte significans essentiam. falsum dicit. Sepe enim vtimur nominibus distincte nobis significantibus essentiam diuinam. vt patet in littera Doctoris. licet non ita distincte cognoscamus illam. Multa etiam alia dicit iste expositor minus vera que transeo pro nunc.

¶ Distin. xxiij. q. vnica.

Utrum persona secundum q dicit aliquod commune patri filio et spiritui sancto dicat precise aliquid secunde intentionis?

Egidius de Roma et Uarro li. j.



Ic dicitur q persona tantum dicit intentionem secundaz: quia sicut indiuiduum in omni natura ita suppositum in natura substantiali et persona in natura intellectuali etc. ¶ Ista opio dicit q psona que est communis tribus personis diuinis est tantum intentio secunda. sicut indiuiduum quod est commune pluribus indiuiduis: et talis persona que est intentio secunda: accipitē in concreto: et sic supponit pro tribus personis. Cetera patent quo ad istam opi.

Contra opi. in se. Hec ratio similiter clara est. Cuz tamē dicit q intentio secunda est relatio pertinens ad extremum vel ad actum intellectus componentis vel diuidentis etc. i. q secunda intentio vel per se pertinet ad extremum intellectus componentis vel diuidentis. s. quod est predicatum vel subiectum propositionis affirmatiue vel negatiue: et sic accipitur secunda intentio secundum quod ponitur in libro predicabilium: quia omne subiectum vel predicatuz pertinet ad terminos simplices qui sunt vniuersale singulare proprium vel accidens etc. pertinet ad actum intellectus componentis vel diuidentis. i. q accipitur vel pro relatione fabricata in propositione affirmatiua vel negatiua: vel ad actum intellectus comparantis vnum obiectuz ad alterum. et hoc vltimo modo est ad intentionem Doc. vt patet in suis vniuersalibus. Et cum dicit q intellectus negocians non potest causare circa rem prime intentionis: puta circa obiectum inquantum cognit. nisi relationem rationis. Hoc declaratum fuit supra distinctione octaua questione penul. Tertio dicit q si ipsa persona esset relatio rationis: tunc necessario eēt ad aliud tanquam ad correlatiuum. hoc patet diffuse in suis vniuersalibus: et q persona non sit ad aliud accipiendo ipsam in communi: patet infra distinctione vigesimaquinta. ¶ Ibi. Preterea contra rationez. Quia si tres persone sunt tres res: supple subsistentes: et res non dicit secundam intentionem: et tamen res significata per personam est communis tribus. patet quia quando aliqua numerantur: numerantur propter aliquod commune diuisum in illa. sicut dicimus tria animalia: quia animal est diuisum in illa. et per eandem rationem tenet illud quod dicit magister distinctione vigesimaquinta capitulo octauo. ¶ Ibi. Preterea. Contra additum arguo sic. ¶ Quia dicit q persona que est communis tribus est adiectiuum. arguit Doctor quomodo tale adiectiuum potest terminare dependentiam relationis adiectiui cuiusmodi est tres. Et hoc patet clare supra distinctione. xij.

Ad questionem. Ista clara sunt: et dictis hic et singulariter ex dictis distinctione secunda articulo secundo questione prima. et habetur bona glosa ibi. ¶ Contra istud potest obijci. Iste obiectiones clare sunt. ¶ Ibi. Ad primum istorum dico. Hec responsio valde notanda est: et dicit in sententia q abstractum ab vltimis distinctiuis (que vltima distinctiua sunt primo diuersa. vt patuit supra distinctione tertia questione tertia) est tantuz vel conceptus negatiuus vel conceptus positiuus dictus tantum denominatiue: accipiendo denominatiue pro non predicari essentialiter. vt satis patuit supra distinctione preallegata. Et sic conceptus abstractus ab vltimis differentijs non erit aliquo modo in quid. ¶ Ibi. Tamen dubitatur. Nota hanc responsionem quia singularis est.
¶ Si dicatur. nonne Doctor supra distinctione tertia Cōtradicet
questione prima contra Thomam et alibi arguit q sibi r̄. doc.
negatio non potest inesse alicui nisi per aliquam affirmationem? et tamen hic dicit q negatio potest esse cōmunis pluribus: et negatio eiusdem rationis: et tamen non inest illis pluribus per aliquam affirmationem communem in illis: siue per aliquod positiuum commu
ne illis. ¶ Respōdeo. facilis est responsio: quia ibi di Solo.
cit q negatio non predicatur de aliquo nisi presupponat aliquam affirmationez in illo. sicut non lapis nō conuenit homini nisi propter aliquam affirmationem: siue propter aliquam realitatem positiuam existentem in homine cui repugnat affirmatio lapidis. Et sic dicit in proposito q illa negatio communis nō potest competere inferiori nisi per aliquod positiuum vel affirmationem in illo. et non est necesse q competat sibi per aliquod positiuum commune inferioribus etc. Secundo dicit q negatio dicitur eiusdem rationis que repugnat affirmationi vnius rationis. Exemplū. Nam affirmatio lapidis repugnat animali. ergo negatio opposita illi competit animali. Et dicit vnius rationis quia opponitur affirmationi vnius rōis etc.

¶ Ibi.

Negatio in gñe et ext genus dcã et est fugiñs.

¶ Ibi. Cum secũdo obijcitur. Hic distinguit q̃ negatio est duplex. scilicet extra genus et in genere. prima dicitur illa que non determinat sibi aliquod subiectũ sicut nõ ens: similiter non chymera et huiusmodi. secunda est illa que determinat sibi aliquod subiectum: sicut non lapis: determinat sibi aliquod subiectu3: puta illud subiectu3 cui repugnat affirmatio lapidis. Et sic in proposito: esse incommunicabile vt quo et vt qđ. dicit negatione3 in genere quia determinat sibi aliqđ subiectum: puta suppositum cui repugnat affirmatio cõmunicabilitatis. Secundo dicit q̃ duplex est priuatio. scilicet secundum se: et secundu3 genus. de qua patet: et dr̃ priuatio s3 se negatio in subiecto apto nato: quod secundum se formaliter est aptum natum habere habitum oppositum tali priuationi. Et secundum genus est illa que est negatio i subiecto apto nato. nõ secundum se sed secundum genus. Et sic talpa licet in quantum talpa non sit apta nata videre: tamen inquã tum animal: est apta nata videre. Tertio dicit q̃ esse incommunicabile modo predicto est negatio in genere: et etiam est negatio sic in genere q̃ talis negatio opponitur priuationi: quia non est negatio in subiecto apto nato: quia cum dico suppositum est incommunicabile: non intelligo q̃ illud sit aptum natum cõmunicari: et hoc loquendo de priuatione secundum se: q2 forte secundum genus non repugnat sibi: quia licet Franciscus secundum se non sit aptus natus cõmunicari: tamen inquantum homo vel animal non repugnat sibi.


Duplex priuatio. s. s3 se et s3 gñs.

¶ Ibi. Est dubitatio vlterior. ¶ Dubitat Doctor. An in suppositis diuinis abstrahatur tantu3 conceptus negatiuus vel positiuus: et videtur declinare ad secundum: vt patet expresse ab ipso in tertio distinctione prima questione prima. Et cum dicit q̃ ab his indiuiduis non tantum potest abstrahi species: puta a Francisco Joan. Paul. etc. non tamen potest abstrahi homo qui dicit totam quiditatem indiuiduorum. Sed etiam aliquid quasi proprium: puta ratio indiuidualis que predicatur de ista et de ista: vel etia3 indiuidui quod predicatur de isto indiuiduo et de isto. et dicitur quasi proprium: quia nullo modo dicit quiditatem. vt patet supra. Et sic patet ista distinctio.

Nota hanc dubitatiõe3 Doc.

¶ Distin. xxiiij. q. vnica.

Utrum numerus sit proprie in diuinis?



Ista questio ponitur propter trinitate3 personarum: an. s. persone in diuinis possint proprie numerari: sicut etiam dicimus tres homines vel tria animalia. sic similiter proprie: an possimus dicere tres persone? Respondet Doctor primo distinguendo de numero. videlicet q̃ numerus aut ponitur q̃ habeat vnitatem formalem respectu cuius formalitatis vnitates sunt materiales et sicut materia illius forme. hec vnitas formalis potest dupliciter intelligi. Uel q̃ tantum sit vnitas aggregationis: ita q̃ numerus nihil aliud sit nisi aggregatio vnitatum que vnitates sunt modi rerum essentialiter et realiter distinctarum: ita q̃ non sit alia vnitas in numero nisi aggregationis: ita q̃ numerus ternarius solum diceretur tria simul aggregata. Uel potest intelligi vnitas formalis pro aliqua vnitate distincta ab vnitatibus materialibus resultans ex illis. vt ternarius dicat vnitatem formalem et specificam resultantem ex illis tribus vnitatibus materialibus que dicatur vnitas specifica qua numerus ternarius specie distinguitur a numero senario vel ab alijs numeris. Quicquid sit nõ videtur esse p̃ntis speculationis nũc tractare de numero in se. habet enim hoc alibi videri. Dico tamen q̃ vnitas formalis numeri debet magis accipi secundo modo q̃3 primo modo.

Multa notanda. vide hic de numeris.

¶ Deinde Doctor dicit q̃ accipiendo numerum pro vnitate formali specifica et non pro vnitate aggregationis in diuinis non est numerus: quia vna persona non potest eẽ ibi pars: quia quelibet persona est infinita et quelibet ꝓprietas personalis est eadem. scilicet realiter infinito: licet non formaliter vt supra patuit: et tale infinitum nullius potest esse pars. vt supra patuit distinctione octaua questione secunda. Et sic tenendo istam positionem de numero numerus non erit in diuinis. Si vero accipiatur numerus vt tantum dicit aggregationem vnitatum: cum aggregata sint simpliciter diuersa nec faciant per se vnum nec sunt aliquid per se vnũ: immo sunt minus vnum q̃3 illa que sunt vnu3 per accidens. vt supra patuit distinctione secunda parte secunda questione prima. et que sunt in diuinis sunt vere idem alicui vere vni quod est essentia. sequitur q̃ ibi nulla est aggregatio rei ad rem: et ita nullus est numerus secundum istam positionem numeri. ¶ Deinde dicit Doctor q̃ si numerus habeat esse in intellectu tantum simul concipiente plura vna vel plures vnitates. hoc modo posset poni numerus in diuinis: et sic talis numerus esset tantum vnus conceptus: et sic trinitas esset tantum vnus conceptus totalis trium personarum. De hoc numero in intellectu respectu diuinarum personaru3 darius dixi supra distinctione tertia questione quinta. de vestigio trinitatis. ¶ Ultimo dicit q̃ loquendo de numero in re in diuinis non est simpliciter numerus. Conceditur tamen ibi numerus secundum quid cum hac determinatione personarũ: quia trinitas personarum dicit distinctionem realem trium personarum. ibi enim fit abstractio a numero quod non dicit imperfectionem. scilicet distinctione3 ab eo quod notat imperfectionem aut in vtroq3 numeratorum aut saltem in altero. scilicet a potentialitate si numerus est vnus secundum formam: vel a diuersitate si numerus est vnus per aggregationem vnitatum plurium: bene tamen ibi conceditur distinctio sine diuersitate vel potentialitate vel etiam aggregatione que dicunt imperfectionem aliquam in vnitate. Et vult dicere q̃ absolute in re non debemus concedere numerum in diuinis: quia numerus sic in re simpliciter sumptus de necessitate includit potentialitatem numeratorum vel vnitatum si accipiatur numerus pro vnitate formali et specifica. vel de necessitate dicit diuersitatem realem et essentialem plurium si accipitur numerus pro aggregatione vnitatum. vt supra patuit. Cum tamen dicitur numerus personarum vel tres persone ibi tantum notatur distinctio realis personarum et nulla potentialitas nec diuersitas ibi notatur. Et sic patet ista questio.

¶ Distin. xxv. q. vnica.

Utrum persone in diuinis dicant substantiam vel relationem? Idest an persona puta patris sit vere substantia an tantum dicat relationem.



Hec questio stat in pluribus dictis. ¶ Primum. psona nõ dicit relationem propriam: q2 hoc nomẽ persona est cõe tribus sm Augu. vij. de tri. Si tres psone sunt cõe est eis hoc quod est psona & hoc cõtrate equiuocationis: q2 in equiuocis equiuocata non numerantur. vt patet. modo persone numerãtur cũ sint tres. ergo. ¶ Secundũ. persona non dicit relationẽ cõem. Probatur q2 quãdo inferius refert ad aliud & superius refertur ad illud. p3 q2 si duplum refert ad dimidium & multiplex refert ad dimidium: immo vsq3 ad genus generalissimũ: sed in proposito pater p se refert ad filiũ: quia hec est vera. pater filij pater. & tñ psona que est superius ad patrem non refert ad filiu3: q2 hec est falsa. pater est persona filij. sicut hec est vera. duplum refertur primo ad dimidium. ergo & multiplex refert ad dimidiũ l3 nõ primo: quia hec est vera. duplu3 est multiplex ad dimidiũ: ideo concedit duplũ eẽ multiplex dimidij. Et nota q superius nõ refert primo ad correlatiuum inferioris .i. nõ adequate & cõuertibilr. Nõ .n. sequit. omne dimidiũ ẽ dimidiũ multiplicis. ergo omne multiplex est dimidij multiplex vt p3. non sequit: quia multa sunt multiplicia que nõ adequate referuntur ad dimidiũ: multiplex vero adequate refert ad submultiplex: q2 omne multiplex est submultiplicis multiplex. & econuerso. omne submultiplex est multiplicis submultiplex. Si ergo psona esset relatiuum cõe patri & filio. sicut hec est vera. pater prio est filij pater. ergo hec esset vera. pater est filij persona p se l3 non primo. Et similiter sicut hec est vera filius est primo patris filius. ergo hec esset vera: filius est psona patris per se & si nõ primo. patet ergo ex his quomodo persona non dicit relatio propria: nec similiter pot dici relatio cõis. ¶ Tertiũ dictũ. persona nõ pot dici substãtia secũda .i. qditas q2 illa nõ numerat in tribus psonis. persona aũt nũeratur vt p3: q2 cõcedimus tres esse psonas in diuinis: nõ aute3 tres substãtias: q2 tñ est vna nũero in tribus .s. natura diuina. ¶ Quartũ dictum. si accipiat psona pro negatione in gñe supple q psona sit incõicabilis existẽtia que est negatio in gñe cõis tribus psonis sic nõ significat substãtiã nec relationẽ: p3 q2 nulla negatio de suo significato importat aliqd positiuu3 cuiusmodi est omnis substãtia & ois relatio. pot tñ aliquid cõnotare & cõnotat. psona hoc mõ est accepta .s. p negatione in gñe. primo ergo cõnotat illud de quo primo pdicat .s. patrem & filium & spũm sctũm que sunt positiua. nõ tñ cõnotat q̃si ex primo intellectu suo: 3 sicut cõe cõnotat inferius pro quo supponit. Scdo talis negatio cõnotat relationem qua .s. pri cõuenit talis negatio & similiter filio. Omnis .n. negatio in genere p̃supponit aliquã affirmationẽ: q2 si querat quare pater nõ ẽ cõicabilis nec vt quo nec vt quod: Rñdetur q2 pr̃ includit aliquam proprietatẽ p quã sibi repugnat sic cõicari: & ideo hec negatio cõis in gñe nõ inest alicui nisi pp positiuũ in illo. non .n. inest talis negatio albedini vt p3: q2 tunc albedo esset simpliciter incõicabilis vt qd & vt quo. Et sic negatio in genere determinat sibi aliquod positiuũ in aliquo subiecto per quod talis negatio sibi cõuenit: nõ sic est de negatione extra genus: & differẽtia istarum negationũ patuit supra distin. xxiij. & magis infra patebit distin. xxviij. Sic ergo ista negatio quam significat persona importat. Secundo relatione3 siue proprietatẽ pr̃is per quam proprietate3 talis negatio conuenit patri: & similiter dico de filio & spũ sancto. Tertio connotat essentiam que licet sit in primo connotati .s. in patre & filio & spũ sancto. non tñ est ibi rõ istius negationis: p3 q2 sola proprietas est ratio quare talis negatio cõueniat patri & filio & spiritui sancto: quia per illam repugnat eis ista affirmatio .s. esse cõmunicabile alteri. ergo per illam ppietate3 conuenit negatio talis cõicabilitatis: & hoc est quod dicit.

¶ Quintum dictum est. Si teneat q persona quidditatiue sit siue significet aliquid positiuum cõe tribus: ita q tale cõe sit abstractũ a tribus personis non tamen abstractum vt spẽs sed magis vt proprium. sicut supra dist. xxiij. expositum est: tunc potest concedi q persona cõmunis patri filio & spiritui sancto significat immediate aliquod positiuum cõmune illis tribus. Sed illud cõmune positiuum nec est substantia nec relatio sed est aliquod positiuum indifferens ad vtrũq3 .s. substantiam & relationem. Ratio enim subsistẽtis indifferens est ad absolutum & respectiuum: & hoc sustinendo q relatio possit constituere aliquid in ratione suppositi siue subsistentia. hoc .n. tantum habz veritatem in diuinis vbi cõmuniter tenetur q persone constituantur in esse personali per aliquam relationẽ. Persona tamen hoc modo accepta ex consequẽti dat intelligere sicut superius suum inferius illud pro quo accipitur: puta patrem filium & .s.s. & secundo dat intelligere ipsas relationes que sunt rationes formales incõmunicabiliter existenti. tertio ipsa3 essentiam que est in primo connotato siue in primo intellecto. scilicet patre filio & spiritu sancto. ¶ Deinde Doctor sic epilogat que dixit. vtraq3 opinio posita dist. xxiij. cõcordat in hoc q persona de prima ratione sua non dicit nec relationem nec substantiam: & hoc nec primam nec secundam: sed secundum vnam opi. dicit conceptum negationis in genere cõis tribus qui distinguitur in eis secũdũ aliã opi. dicit conceptum positiuũ cõis distincti in eis. Et sm vtranq3 opi. tale cõmune siue positiuum siue negatiuu3 cõnotat sicut suũ inferius illud de quo formaliter dicitur: puta patrem filium & spiritum sanctum: & quasi secundo connotat formalia distinctiua in eis. & tertio essentia3 cõmune3 eis &c.

Deinde doctor arguit probãdo q psona significet substantiã scdã3 siue qditatẽ p hoc qd dicit Aug. 7. de tri. c. 4. vel. 7. p hoc q ẽ tres psone. Rñdet ad .q. illa3 qua querit in diuinis qd tres: quid autem querit essentiam. ¶ Secundo. vij. de tri. c. v. vel. ix. q nõ est aliud deũ esse & personã esse. ergo psona est mere essentiale. ¶ Rñdet Doc. ad primũ q qd qñq3 q̃rit diffinitionem. vt patet primo topi. capitulo quarto. Diffinitio est oratio indicans quid est esse rei. Quãdoq3 querit illud de quo aliquid dicitur. vt patet per philosophum. x. metha. t. c. vij. vbi querit quid vnu3

quẽadmodũ

quemadmodum ⁊ quid ens tamēqꝫ non sufficiens: qꝛ hoc ipsuꝫ istius nāe. Intendit dicere ꝙ nō sufficit dicere ipsum vnum esse principium sicut aliqui philosophi vt platonici: sed aliquid de quo dicitur vnus ⁊ hunc textum prolixe exposui supra distinctione octaua questione secunda. Et secundum hoc questio ista quid est elementum duplicem habet responsionem vnam assignando elementi diffinitionem: aliam assignando illud de quo dicitur elementum. Nunc autē catholicis confitentibus tres quesierūt heretici quid tres non interrogantes huius nominis diffinitioneꝫ. sed quid esset illud substantiuum quod determinarēt per illud adiectiuū tres: siue de quo dicerēt: ⁊ ad hoc bene respondetur per hoc ꝙ est persona. ¶ Ad secundum de Augustino patebit distinctione. xxvj. ꝙ persona est ad se tam in se qꝫ in suis inferioribus licꝫ non sit ita ad se sicut essentia est ad se: ⁊ hoc ibi expositum est exponendo opi. Joannis de Ripis. tenendo tamē ꝙ persone constituantur in esse non per relationes sꝫ per absoluta. Et videtur Doctor tenere ꝙ constituantur in esse per absoluta. vt infra patebit: ⁊ etiam vt patet ex intentione: quia dicit. Si non ponatur diuinas personas constitui in esse personali per proprietates absolutas difficile videtur posse exponere auctoritatē beati Augustini. ¶ Nota tamen ꝙ Doctor videtur magis declinare ꝙ persone diuine constituantur in esse personali per aliquid positiuum: ita ꝙ persona diuina de suo formali significato importat aliquid positiuum quicquid sit de persona creata. Et hoc expresse vult in tertio distinctione prima questione prima. Et hoc magis patebit infra distinctione. xxviij. ⁊ ibi vide omnino prolixam expositionem de ratione formali cōstituendi personam.

Ochā in. j. di. xxv. arguit contra Doc.

Quidam arguit contra Doctorem: nō contra hoc quod dicit Doctor ꝙ a tribus personis potest abstrahi persona in communi siue persona significet positiuum siue negationem in genere: in hoc enim non videtur Ocham contradicere. Sed arguit quia dicit ꝙ Doctor videtur contradicere dictis suis in hoc ꝙ vult ꝙ a paternitate ⁊ filiatione potest abstrahi relatio communis vniuoca. licet hoc non pertineat ad principalem intentionem huius questionis. quia hic tantum loquitur de persona que non significat nec substantiam nec relationem: tamen pro nunc adducitur ista positio de relatione communi paternitati ⁊ filiationi: quia vult Doctor distinctione sequenti ꝙ relatio sit communis paternitati ⁊ filiationi in diuinis. Et licet Ocham videatur hoc concedere: arguit tamen ꝙ contradicat dictis Doctoris. ¶ Et arguit sic. Primo secundum Sco. alibi. Quandocunqꝫ aliquibus distinctis est aliquod commune vniuocū necessario in vtroqꝫ illorum est aliquid quo conuenit cū alio ⁊ aliquid quo differt ab eodem. ergo si paternitati ⁊ filiationi sit relatio communis vniuoca paternitas aliquo conuenit cum filiatione ⁊ aliquo differt ab eadem quod est impossibile: quia tunc paternitas nō esset vltimum constitutiuum sed esset aliud magis vltimate constitutiuuꝫ. ¶ Si dicatur ꝙ non est aliquid reale commune diuinis relationibus sed tantum aliquis conceptus. Contra. ergo eadem ratione vltimis differentijs posset esse aliquis cōceptus communis: qꝛ ipse differentie seipsis differrent ⁊ non per differentias. ¶ Preterea. ex istis sequeretur ꝙ potest eē conceptus communis sine omni communitate a parte rei. ergo ponendo commune vniuocum differentijs vltimis in creaturis non erit processus in infinitum. ¶ Preterea. ex isto sequeretur ꝙ aliquod vniuocum potest descendere in sua inferiora sine omnibus conceptibus contrahentibus: ita ꝙ non oportet ponere conceptum determinantem ⁊ determinabilem preter conceptum includentem vtrunqꝫ: que omnia sunt contra istum Doctorem alibi. ¶ Si dicatur ꝙ in paternitate includitur relatio ⁊ etiam aliquid preter relationem sed illud non est vltimum constitutiuum persone. ¶ Contra. quicquid est constitutiuuꝫ constitutiui est etiam constitutiuum constituti. ergo quicquid est differentia differentie est etiam differentia differentis. sed illud in paternitate preter relationem est constitutiuum paternitatis. ergo est etiam constitutiuum patris. ¶ Confirmatur. quia secundum istum ab anima intellectiua non sumitur vltima differentia hominis quia ipsa differt differentia. ergo similiter a paternitate non accipitur vltima differentia qua pater distinguitur a filio si ipsa paternitas non se tota distinguitur a filiatione sed per aliquid sui. Ex isto potest inferri ꝙ dicere ꝙ ab vltimis constitutiuis nature create non potest abstrahi conceptus quidditatiuus quia sunt eiusdem generis: ⁊ ab vltimis constitutiuis nature create potest abstrahi cōceptus quidditatiuus est non causa vt causa. sed sicut sunt eiusdem generis sic non ex hoc ipso ꝙ potest abstrahi commune contractum per aliquod contrahens illa sic constituta ex contrahente ⁊ contracto nō sunt vltima constitutiua. ¶ Preterea. si ab omni habente vnitatem quidditatiuam potest abstrahi conceptus quidditatiuus. ergo ab vltimis differentijs potest abstrahi conceptus quidditatiuus: quia accipio vltimam differentiam generis ⁊ quero de ea an habet vnitatem quidditatiuam: an eam quam vocat hic vnitatem indiuiduationis ⁊ singularitatis: Si detur primuꝫ: habeo propositum. Si detur secundum: Contra. Omnis differentia est eiusdem ambitus cum illo quod per ipsam constituitur. ergo vltima differentia generis est eiusdem communitatis cum genere. ⁊ per consequens non habet ex se vnitatem singularitatis. ¶ Ideo dico ꝙ si a personis diuinis potest abstrahi aliquis cōceptus communis quidditatiuus predicabilis in quid dē eis. Similiter potest a relationibus ⁊ vltimis constitutiuis abstrahi talis conceptus: ⁊ non tantum hoc est possibile in deo sed etiam a creaturis. quia a quibuscunqꝫ realitatibus cōstitutiuis potest abstrahi aliquod commune vniuocum predicabile in quid de eis. hec Ocham.

Annullant rationes Ocham.

Respondeo premittendo vnum quod dicit Doctor. Natura creata est determinabilis per aliquod determinatiuum eiusdem generis respectu cuius est in potentia ⁊ comparatur ad illud vt potentiale ad actuale. Illud autem determinatiuum nature create non habet vnitatem quidditatis: quia tunc non determinaret quidditatem ad rationem singularitatis. Et ideo ab huiusmodi determinationibus non potest abstrahi aliqs conceptus cōmunis quidditatiuus: sed tantum a natura ⁊ quidditate abstrahitur. Sed per omnia opposito modo est in diuinis. Nam ibi natura est determinatissima ⁊ singularissima. vt supra patuit distinctione quinta questione secunda. ⁊ in quolibe. questione prima. Et ideo non est determinabilis per aliquid eiusdem generis. scilicet de genere substantie nec est potentiale ad tale deter-

minatiuum. Unde per nihil pertinens ad genus substantie determinatur. Et ideo si sint aliqua determinantia pertinent ad aliud genus. scilicet relationis eo modo quo ponitur ibi genus. Et ideo huiusmodi determinantia habent rationem quiditatis ac si naturam non determinarent: quia non habent naturam aliam a natura in eodem genere sed in alio genere: propter quod retinent vnitatem quiditatiuam alterius generis. Et ideo ab huiusmodi determinatiuo potest abstrahi conceptus communis quiditatiuus. Unde relationes quia sunt determinatiue alterius generis nõ tribuunt singularitatem essentie sed determinant ad certum suppositum & retinent suas rationes quiditatiuas. Et ideo ab illis potest abstrahi conceptus communis. ¶ Hoc premisso respondeo ad primum argumentum. Primo quod illa maior. scilicet quando aliquibus distinctis est aliquod cõmune &c. vera ẽ vbi tale commune est commune ex natura rei: ita quod tantum conceptus non sit communis: ibi contentum sub tali communi habet aliquid quo conuenit & aliquid quo differt. modo paternitati & filiationi in diuinis relatio non est tale commune. ergo. Et cum infert quod eodem modo posset esse de vltimis differentijs in creaturis. Patet responsio quod non est simile cũ sint eiusdem rõnis cum contrahibili. Et etiam infert quod tunc posset esse conceptus communis sine cõmunitate a parte rei. Hoc non habetur pro inconuenienti. Et cum vltra infert quod aliquod commune vniuocum tunc posset descendere ad sua inferiora sine conceptibus contrahentibus. Dico quod non esset inconueniens loquendo de conceptu tantum non de contrahibili a parte rei: quia illud descendit ad inferiora per contractiua. Et quod dicit quod hec sunt contra Scotum. Uerum est loquẽdo de communi a parte rei & de cõmuni cõceptu tantum. Cum etiam infert quod non est maior ratio de vltimis constitutiuis in creaturis quam in diuinis. ergo si ab vltimis constitutiuis in diuinis potest abstrahi talis conceptus: quare etiam non ab vltimis constitutiuis in creaturis? Dico quod conceptus communis dictus in quid tantum est abstrahibilis ab illis que ex sua ratione dicunt quiditatem. modo vltima constitutiua in creaturis (vt supra patuit) nullo modo dicunt quiditatẽ. Ultima autem constitutiua in diuinis ex sua ratione formali dicunt quiditatem: non tamen quiditatem importantem aliquam perfectionem vel imperfectionẽ: sed dicunt quiditatem nec perfectam nec imperfectã. vt patet a Doctore in pluribus locis. Et cum dicit de vltima differentia generis aut dicit vnitatem singularitatis aut vnitatem quiditatis? Dico quod nec hoc nec illud. sicut etiam de vltima differentia anime intellectiue qua ipsa anima differt ab alia: illa differentia vltima non dicit vnitatem quiditatiuam cum sit eiusdem generis. vt patet a Doctore supra distinctione tertia: nec dicit vnitatem singularitatis: quia potest esse cõmunis. Sic vltima differentia animalis quecũque sit illa non dicit ex se vnitatem singularitatis: cum sit idẽ cum animali: nec vnitatem quiditatis. vt patet. ¶ Et nota pro ista materia illa que dixi supra distinctione secunda questione prima parte prima in exponendo illud argumentum quomodo non possunt esse plura necesse esse. Et que exposui supra distin. viij. q. secũda. Illa enim que proprie conueniunt in aliqua realitate communi quiditatiua & differunt adinuicem habent aliquid ex natura rei quo conueniunt & aliquid quo differunt. sicut Franciscus & Joannes conueniunt ex natura rei quiditatiue in humanitate & non tantum in conceptu communi: & differunt per suas proprias hecceitates contractiuas humanitatis ad esse singulare: & sic realiter conueniunt in humanitate & realiter differrunt per hecceitates. Illa vero que dicunt quiditatem & tantum conueniunt in conceptu aliquo et non in realitate quiditatiua non habent aliquid ex natura rei quo conueniant & aliquid quo differant: sed tantum seipsis ex natura rei sunt primo diuersa. Sic in proposito. paternitas in diuinis seipsa distinguitur: nec habet aliquid quo conueniat cum filiatione quiditatiue. pater vero ex natura rei habet aliquid quo quiditatiue conuenit cum filio & spiritu sancto: & similiter filius quo conuenit cum patre. s. essentiam diuinam que est ex natura rei in tribus personis. habent etiam aliquid quo realiter differũt abinuicem. s. suas proprietates. ¶ Si dicatur. nonne paternitas & filiatio in creaturis vel due paternitates ex natura rei conueniunt in aliqua realitate puta relationis: & per aliquid ex natura rei differunt? ¶ Dico quod sic. Quare etiã hoc non erit in diuinis? Dico quod nõ est simile hic & ibi: quia in diuinis paternitas vt paternitas est in vltima actualitate. nec. n. ibi est aliqua relatio que ex nã rei sit cõtrahibilis: adeo ab illis tñ potest abstrahi conceptus cõis dictus in quid nõ quod ex natura rei detur aliquod commune in quid: sed dicitur ille conceptus in quid ex hoc quia est abstractus a realitatibus quiditatiuis. vt dixi supra. In creaturis autem datur relatio vere potentialis ex natura rei ad hecceitatem contractiuã ad esse indiuiduale: & sic patet quõ non est simile. Et hoc est quod etiam dicit Doc. vbi supra distin. viij. questione secunda. quod deus & creatura sũt primo diuersa in realitatibus non in conceptu communi. Nõ. n. est aliqua realitas ex natura rei que sit cõmunis deo & creature que sit potentialis ad aliquid in deo: cum ipse deus secundum omnem realitatem sit sic in vltima actualitate: & sic in hoc seipso distinguitur a creaturis. conuenit tamen cum creatura in conceptu quiditatiuo abstracto per intellectum: quia tam deus quam creatura dicunt quiditatem: & sic conceptus abstractus ab eis poterit dici quiditatiuus quod bene nota. ¶ Nota etiam quod aliqua esse primo diuersa potest dupliciter intelligi. Primo quod sint primo diuersa hoc est non conuenientia in aliquo quiditatiue ex natura rei. idest in aliqua realitate communi quiditatiue. Similiter nec in aliquo conceptu quiditatiuo. hoc modo differentie vltime dicuntur primo diuersa: quia nec in aliqua realitate communi nec in conceptu cõmuni conueniunt quiditatiue. Secundo aliqua dicuntur primo diuersa quia non conueniunt in aliqua realitate communi in quid: possunt tamen conuenire in conceptu communi in quid: & hoc modo deus & creatura dicuntur primo diuersa. Similiter paternitas creata & increata. Similiter paternitas & filiatio in diuinis: & sic de multis alijs. Ista enim sic se habent quod que cõueniunt quiditatiue in realitate possunt conuenire quiditatiue in conceptu communi. sed non econuerso. Similiter sequitur quod que sunt primo diuersa in conceptu quiditatiuo sunt etiam primo diuersa in realitate quiditatiua. Sed nõ sequitur quod que sunt primo diuersa in realitate communi sint primo diuersa in conceptu communi. Que omnia bene nota. Et ex his apparet quomodo rationes Ocham non concludunt contra Doctorem. Nec intelligit iudicio meo mentem Doctoris in isto passu. Et sic patet ista distinctio. xxv.

¶ Distin.

De vltima dfiatiale aliqua.

Obiectio.

Solo.

Aliqua esse pño diuersa quõ pñt intelligi dupliciter: & quõ dicant primo diuersa.

Distinctionis vigesime septe primi senten-tiarum. questio unica.

Utrum persone constituantur in esse personali per relationes originis? Titulus questionis sic exponitur suppo nendo aliqua. Primo quod persona dicat aliquod con-stitutum ex essentia diuina et proprietate personali: sic quod persona patris ad suum esse personale includit essentiam diuinam et aliquam proprietatem: ita quod illa proprietas est ratio ultimate constitutiua persone pa tris: et ratio formalis distinguendi personam patris a qualibet alia persona. Titulus ergo questionis sic intelligitur. An proprietas constitutiua persone in esse personali sit relatio originis: ut paternitas respe ctu patris: et filiatio respectu filij siue generatio actiua patris que est idem quod paternitas: vel generatio passi ua que est idem quod filiatio. An illa proprietas constitu tiua sit aliqua entitas absoluta?



Espondeo. Opinio quorundam est si cut Prepositini quod perso ne seipsis distinguitur. Et ita non est querere quo for-maliter distinguntur vel quo constituuntur: quia non habent constitutiuum. Confirmatur positio ista. quia persona diuina est eque simplex sicut essentia. essen tia autem propter sui simplicitatem seipsa distingui-tur a quocunque: igitur et persona. Item abstractum et concretum idem significant. ergo paternitas et pater. ergo dicere patrem distingui paternitate est dicere ip sum seipso distingui. Uult ergo ista opinio quod persona tantum includat proprietatem personalem: ita quod non est quoddam constitutum ex proprietate et essentia. Et probat duabus rationibus que sunt clare in lit-tera.

Opi. Prepositini.

Contra istud arguitur sic. Quecunque non sunt primo diuersa aliquo sui distin guntur: quia que se toto distinguuntur sunt primo di-uersa. Si enim non sunt primo diuersa sed aliquid idem entitatis: tunc non eo distinguuntur quo sunt idem: sed aliquo sui quo non sunt idem. Sed persone di-uine non sunt primo diuerse: quia sunt eiusdem essen tie. ergo adhuc est querere quo distinguuntur. Hic Doctor improbat hanc opinionem ostendendo quod persone sunt vere constitute ex aliquo in quo conue niunt et ex aliquibus quibus differunt: et per conse-quens non seipsis distinguuntur. Et arguitur sic. Que se totis distinguuntur sunt primo diuersa. idest in nullo quiditatiue conuenientia. Sed persone diui ne non sunt primo diuerse: patet quia conueniunt qui ditatiue in deitate. patet quia hec est quiditatiue ve-ra. pater est deus. filius est deus. et per proprietates distinguuntur. Ibi. Item plures proprietates sunt in eadem persona sicut in patre innascibilitas: et gene ratio actiua. Et distinguitur hec secundum Augusti-num quinto de trinitate. capitulo sexto. vel. xiij. ubi vult quod si pater non esset ingenitus: posset tamen esse pater: et econuerso. ergo etsi per impossibile vna non distingueret patrem ab aliquo: posset alia distingue-re: et econuerso. ergo semper est aliquid quo distingui tur pater a filio: ita quod non primo se toto. Unde argu it sic Doctor in sententia probando quod pater non seip-so primo distinguitur a filio: et quod persona patris non sit sic simplex ut non includat plura: quia includit in-nascibilitatem et generationem actiuam. Posito er-go quod non distinguatur a filio generatione actiua: po-terit tamen distingui innascibilitate. Tunc sic. quod includit aliquid quod distinguitur ab alio: vel quod in cludit aliquid quod est ratio distinguendi. Et aliquid quod non est ratio distinguendi: non distinguitur se-ipso primo ut patet. sed pater includit innascibilitatem et generationem actiuam. Posito ergo quod generatio non sit ratio distinguendi: innascibilitas erit ratio distin-guendi: vel si innascibilitas non est ratio distinguendi generatio actiua erit ratio distinguendi. ergo include ret aliquid quod distingueretur: et aliquid quod non distingueretur. et sic non seipso primo distingueretur. Uel sic formetur ratio. Nihil includens plures pro prietates seipso primo distinguitur ab alio. sed perso na patris includit plures proprietates: quia innascibi litatem generationem actiuam per Augustinum quin to de trinitate. Ibi. Item in patre est generatio actiua et spiratio actiua. Et spiratione actiua non di-stinguitur a filio: quia illa est in filio: ergo pater non seipso toto eque primo distinguitur: sed aliquo quod est in eo. Tertio arguit Doctor contra Preposi-tinum sic. Nihil primo se toto distinguitur ab alio quod habet aliquid quod conuenit cum alio: et aliquid quo differt. sed pater conuenit cum filio in spiratione actiua et differt a filio paternitate. ergo pater non se-ipso toto eque primo distinguitur sed aliquo quod est in eo. Ibi. Item in prefatione de trinitate dicitur in personis proprietas. non autem persona est in se-ipsa: hoc modo sicut proprietas intelligitur esse in per sona. si ergo persona esset sola proprietas: sequere-tur quod persona esset in seipsa: et sic patet improbatio huius opinionis. que opinio non tenetur a sequenti-bus doctrinam Scoti.

Arguitur etiam ab alijs ali ter contra ipsum. Hic Doctor recitat vnam ratio nem quam facit Herueus Brito contra positionem Prepositini. Et arguit sic. quia si pater se toto di-stinguitur a filio. ergo et spiritu sancto. ergo eandem habitudinem habet ad vtrunque: patet quia eodem di stinguitur ab vtroque. ergo filius et spiritus sanctus habebunt habitudinem eiusdem rationis ad patrem: sicut si Paulus est similis Petro et lino. ergo Pe-trus et linus habent similitudinem eiusdem rationis ad Paulum: et tunc filius videtur distingui a patre relatione eiusdem rationis cum ea qua distinguitur spiritus sanctus a patre. Ibi. Sed forte istud argumentum non concludit: quia quocunque pater constituitur in esse personali: eo distinguitur primo personaliter a filio et spiritu san cto. non tamen sequitur econuerso. quod filius et spiri-tus sanctus distinguerentur aliquo eiusdem ratio-nis a patre. Dicit Doctor quod hoc argumen-tum non concludit: quia eodem quo pater constituitur

Herueus Brito.

in esse distinguitur a filio et spiritu sancto: non tamen sequitur quod filius et spiritus sanctus distinguantur a patre aliquibus eiusdem rationis: quia filius filiatione distinguitur et spiritus sanctus spiratione passiua.

D. xx. j. pte su. q. 40. arti. 2.

Alia est opinio communis

que dicit personas constitui per relationes: et hec conclusio probatur multis auctoritatibus sanctorum: et etiam multis rationibus. Et vt magis ordinate procedam adducam auctoritates et rationes soluendo illas: et post adducam rationes quibus probatur personas constitui in esse per absoluta. Probatur ergo primo quod constituantur in esse per relationes.

Prima auctoritas est Boetij de trinitate qui multa videtur tangere de hoc. et Augustinus similiter quinto de trinitate. Qua propter illud precipue teneamus quicquid ad se dicitur prestantissima illa et diuina sublimitas substantialiter dici. idest quod omne absolutum in diuinis pertinet ad substantiam diuinam. Et paulopost. Quicquid ad seipsum de singulis dicitur: non pluraliter in summa sed singulariter accipiatur. idest quod omne absolutum in diuinis dictum de personis non plurificatur: sed tantum singulariter accipitur. Hec est ratio distinguendi: cum omne tale dicatur de tribus. Et ibidem. vigesimotertio. de paruis. Et breuiter iste auctoritates concludunt quod omne absolutum in deo est commune tribus: et tale non constituit aliquid in esse personali.

Respondet doctor ad istas

auctoritates Augustini ibi. Ad illa que secundo modo videntur esse contra eum responderet discurrendo per ordinem supple Bona. et Joan. de ripa. qui tenet personas constitui per absoluta: et dicerent quod Augustinus loquitur de his que sunt ad se: ita quod nec sunt relatiua nec referibilia. idest quod illa absoluta que nullo modo sunt referibilia: sunt communia tribus et pertinent ad substantiam: et talia non sunt proprietates personales: sed illa absoluta que non sunt essentialiter relatiua. tamen sunt supposita referibilia et non sunt communia tribus. Et de istis absolutis non intendit Augustinus quod sint communia et cetera. sicut patet per exempla sua. Videtur enim dicere ipsemet ibi quod aliquid est ad se: licet sit referibile ad aliud. sicut expresse vult Augustinus septimo de trinitate capitulo quarto. vbi tractans quomodo Greci dicunt tres esse substantias: vult quod subsistere secundum quod competit substantie illo modo sit ad se. Subdit enim ibi. Si aliud est deo esse et aliud subsistere: sicut aliud est deum esse et aliud patrem esse relatione. igitur subsistit sicut relatione gignit. Et ex hoc infert. Itaque substantia iam non erit substantia quia relatiuum. Et infra. Absurdum est autem vt substantia relatiue dicatur. Omnis enim substantia ad se subsistit: quanto magis deus: quid expressius quam substantia secundum quod Greci accipiunt eam. scilicet pro persona. scilicet quod substantia prima non secunda sit ad se: et ad se subsistat illo subsistere quod competit substantie sic dicte. Vult ergo Augustinus quod persone dicantur substantia prima: accipiendo substantiam primam vt exponitur in expositione Bonauen. et Joan. de ripa. vt post declarabitur.

¶ Nota tamen quod Doctor exponit hanc auctoritatem aliter in quolibe. Omnis substantia ad se subsistit quanto magis deus: accipit ibi subsistere pro existentia. idest si quelibet substantia est per se existens: quanto magis deus erit per se existens. Si vero exponatur de persona debet sic accipi. Omnis substantia ad se subsistit. idest incommunicabiliter existit quanto magis deus. idest persona diuina incommunicabiliter existet. ¶ Ibi. Etsi obiiciatur quod ista verba Augustini de substantia et persona non debent magis accipi de personali quam de essentiali: quia dicit quod eodem dicitur deus et persona. ¶ Dicit Doctor quod eodem. idest aliquo dicto ad se dicitur deus et persona: illud tamen ad se potest accipi dupliciter. Dicit dupliciter ad se.

Uno modo illud dicatur ad se vt distinguitur contra illud quod est ad aliud. eo modo quo pater non est persona filij sicut nec est deus filij: et sic eodem dicitur deus et persona: quia persona vt persona non est correlatiuum. Alio modo accipitur ad se omnino absolute: et sic non eodem dicitur deus et persona: et patet littera. ¶ Ibi. Ad Augustinum vndecimo de ciuitate dei. Hic respondet ad dictum Augustini quod erat tale. Deus est quicquid habet excepto quod vna persona dicitur ad aliam et non est ipsa. nam pater habet filium nec tamen est ipse filius. Et ex hoc videtur concludere quod si persona filij esset quid absolutum: tunc pater esset filius. Dicit Doctor concedendo quod pater est quicquid habet excepto relatiuo quod habet et non est ipsum. Et sic concedit quod prima persona est quicquid habet ad quod non refertur. Posito ergo quod secunda persona sit quid absolutum: pater habet illam vt correlatiuum ad quod refertur. Et sic patet quod non est illa. ¶ Ibi. Ad Boetium quando dicit quod relatio multiplicat trinitatem et cetera. Dico quod Doctor ille accipit relationem pro origine: et sic intelligendo accipitur multiplicare non pro formaliter distinguere: sed quasi principiatiue correspondenter principio effectiuo: et hoc quidem non est extorquere verba. multiplicare enim est multa facere sicut christus vere multiplicauit panes euangelicos: et tamen ipse non fuit forma illa qua formaliter multiplicabantur panes illi: et deus creans multiplicat animas: non tamen est ipse forma qua formaliter anime ipse distinguntur. ¶ Hic Doctor dat singularem responsionem quod multiplicare trinitatem siue distinguere personas potest contingere dupliciter. Uno modo originatiue siue principiatiue. Alio modo formaliter. Multiplicare trinitates: seu psonas distinguere qualiter intelligi debeat.

Primo modo relationes originis multiplicant trinitatem. idest quod generatio actiua per quam habetur filius. et spiratio actiua per quam habetur spiritus sanctus: dicuntur principia per que persona filij et persona spiritus sancti originantur. Et hoc modo tales relationes dicuntur principiatiue distinguere. sicut etiam expositum est in questione vltima prologi.

Sed secundo modo persone formaliter distinguuntur per suas proprietates absolutas. ¶ Ibi. Ad Joan. Dama. qui dicebat quod pater et filius et spiritus sanctus secundum omnia vnum sunt: preter ingenerationem et generationem et processionem. Sed ista tria non sunt absoluta. ergo. Dicit Doctor quod vna eius auctoritas soluit aliam: quia capitulo primo. precise ponit ingenerationem. Et in libro tertio capitulo quinto. ponit paternalem proprietatem: et sic patet quod per ingenerationem intelligit omne personale patris: et tunc est sensus. quod pater et filius et spiritus sanctus secundum omnia sunt vnum preter ingenerationem et generationem et processionem. idest preter proprietates personales. Et hoc modo etiam exponit in quolibe.

in quolibe·questione quarta·⁊ hoc idem infra distinctione vigesimaoctaua·¶ Ibi·Ad Ricar·dico· Quando Ricardus dicit q᷑ persone non distinguuntur in diuinis nisi per alium ⁊ alium modum habendi eandem naturam·ergo filius distinguitur a patre: quia habet naturam per generationem ⁊ a spiritu sancto: quia habet eandem per spirationem·

¶ Dicit Doctor q᷑ modus existentie alius est: ⁊ hoc pertinet ad originem: quia natura diuina existit in filio per generationem ⁊ in spiritu sancto per spirationem·sed non sequitur q᷑ originatum non sit aliquid subsistens ad se distinctum aliqua realitate personali absoluta alia ab originante· ¶ Ibi·Ad Anselmum· Patet responsio sicut responsum est ad Boetium· Omnia enim sunt vnum ⁊ eadem: vbi non obuiat relationis oppositio vel formaliter·sicut relatio obuiat alicui relatiuo: vel sicut natum referri relatione opposita: ⁊ isto modo persone si essent absolute distinguerentur: quia in eis sunt relationes principiantes ⁊c·

Item per rationem· Deinde

Doctor adducit rationes q᷑·scilicet non constituantur per absoluta· Et prima stat in hoc·

Quia ex quo persona constituitur ex essentia ⁊ proprietate: si talis proprietas esset absoluta tunc persona esset composita: quia absolutum additum absoluto facit compositionem· Sed hoc non sequitur de relatione: quia nihil addit supra suum fundamentum: ⁊ per consequens non facit compositionem· ¶ Ibi· Aliter confirmatur ista ratio·quia relatio vt comparatur ad essentiam transit in essentiam: ⁊ vt comparatur ad oppositum manet· Sed absolutum semper manet etiam quando comparatur ad essentiam: ⁊ per consequens relatio non facit compositionem: quia nihil facit compositionem cum aliquo nisi comparetur ad illud: sed relatio vt comparatur ad essentiam nihil addit cum transeat in illam: absolutum vero vt comparatum ad essentiam vere manet ⁊ additur illi·ideo facit compositionem·¶ Respondet Doctor ibi·

Ad rationes pro secunda

opinione respondetur·Dicit Doctor ad hanc rationem q᷑ realitas proprie subsistentie in creatura non facit compositionem cum natura creata: relatio autem in creaturis facit compositionem cum fundamento· Ergo si relatio in diuinis non facit compositionem cum fundamento: multo minus realitas subsistentie siue realitas suppositi·

Dubitatio· # Hic tamen occurrit dubium·

quia Doctor supra distinctione quinta questione secunda·vult q᷑ natura dicat potentialitatem respectu singularitatis·⁊ singularitas est actus ipsius nature contrahens illam ad esse indiuiduale·ergo facit compositionem· Si dicatur q᷑ verum est de realitate singularitatis sed non de realitate subsistentie siue suppositi·Contra·quia quero an ratio suppositi dicat aliquid positiuum additum nature: ⁊ sic idem videtur· Si vero dicat tantum negationem: vt videtur ipse tenere infra distinctione vigesimaoctaua: ⁊ in tertio distinctione prima ·q·j· ⁊ in quolibe· questione decimanona·tunc licet non faciat compositionem in creaturis: tamen non ostendit quin talis entitas suppositalis non faciat compositionem in deo: quia ibi dicit entitatem positiuam·vt videtur ipse tenere in isto primo distinctione vigesimatertia ⁊ vigesimaoctaua·⁊ expresse in tertio distinctione prima questione pri· Rñsio·

¶ Dico breuiter q᷑ entitas indiuidualis ⁊ si sit contractiua nature ⁊ actus nature: quia tamen idemptificatur realiter cum natura·vt patet a Doctore in secundo distinctione tertia·ideo non facit compositionem cum natura· Exposito q᷑ improprie faciat quasi compositionem propter diuisibilitatem nature in plura indiuidua: in diuinis tamen non sequitur: quia natura diuina ex sua entitate formali est in vltima actualitate· ¶ Dico secundo·posito q᷑ in creaturis actus indiuidualis faciat aliquam compositionem cum natura: actus tamen suppositalis etiam positiuus si poneretur nullam penitus facit compositionem cum natura singulari cuius est talis actus·vt clare in presenti distinctione patebit. ¶ Ibi· Et cum confirmatur ratio·Dicit Doctor q᷑ relatio licet transeat secundum idemptitatem realem in essentiam: manet tamen secundum realitatem formalem: cum non sit eadem formaliter cum essentia diuina: ⁊ etiam vt comparata ad essentiam manet secundum realitatem formalem· Idem diceretur de absoluto constituente personam q᷑ transiret in essentiam realiter: maneret tamen secundum entitatem formalem. Hoc idem patet de attributis vt comparantur ad essentiam· Quomodo autem relatio vt comparata ad essentiam dicatur transire ⁊ manere vide prolixius in quolibe·questione tertia·¶ Secundo principaliter arguitur pro ista opinione·Ibi·Item eadem natura non potest esse in diuersis suppositis absolutis nisi distinguatur in eis· ¶ Si enim sunt duo supposita absoluta videtur q᷑ quicquid est in vno sit aliud a quocunq᷑ quod est in alio· Si dicatur q᷑ idem videtur de natura que est in pluribus suppositis relatiuis· Dico q᷑ non est simile: quia eadem natura omnino illimitata potest esse fundamentum plurium relationum originis: ⁊ sic potest eadem esse in pluribus suppositis relatiuis·

¶ Respondet ibi·Ad secundum argumentum dico q᷑ ponendo personas relatiuas oportet ponere eas vere subsistentes: ⁊ in eis esse eandem naturam indiuisam: hoc non potest poni propter aliquam imperfectionem personarum in subsistendo·quia ponuntur ita subsistentes sicut si essent absolute·ergo oportet q᷑ ponatur propter infinitatem essentie que est in subsistentibus·Sed eadem est infinitas si persone essent absolute·ergo· ¶ Tertio principaliter arguitur·Ibi·Item secundum omnes relationes sunt in personis diuinis·ergo si non constituunt videtur sequi: primo q᷑ sint ibi accidentales ⁊ aduentitie personis: secundo q᷑ sint entia rationis: quia relatio dei ad creaturam ideo est rationis quia presupponit personam in esse perfecto: nec dependentem ad creaturam: nec necessario coexigentem eam ad suum esse personale·ergo·

¶ Respondet Doctor ibi·Ad tertium instando dicitur q᷑ patri ⁊ filio spiratio actiua est aduentitia: ⁊ tamen non accidentalis secundum eos: nec etiam relatio rationis· Et quod dicitur de relatione ad creaturam non est simile: quia relatio ad creaturam non oritur ex natura rei ⁊ ex necessitate fundamenti sicut relatio originis vt patet·¶ Quarto arguitur· si proprietas absoluta constitueret esset formaliter in deo·ergo dans esse·ergo tria esse· ¶ Rñdet Doc·ibi·q᷑ ista rõ innitit̃ huic ꝓpositioni·s· q᷑ omne absolutum est actus: ⁊ p̃ ꝯñs dãs eẽ: ⁊ hoc improbat multipli· Prio quia in creaturis actus ypostaticus nõ dat esse: quia

tunc natura humana in christo nõ haberet idem esse quod haberet dimissa: patz quia actus personalis nõ est assumptibilis quia sibi repugnat. vt patet a Doctore in primo distinctione secunda parte secunda. ꝛ in tertio distinctione prima ꝛ distinctione secunda ꝛ in quolibe. questione nona. ꝛ. xix. Sed de hoc an dicat esse positiuum. vide glo. quã feci in distinctione prima questione prima tertij. vide ibi. Secundo quia actus dans esse dat operationem. hoc verũ est de esse dicẽte quiditatem: quia ratio formalis agendi alicui est entitas quiditatiua. vt patet a Doctore supra distinctione prima. ꝛ vide glo. in distinctione tertia questione sexta. Sed proprietas ypostatica in creaturis nõ dat operationem. vt pz p Dam. lib. 3. c. xv. Naturales ꝛ nõ ypostaticas aimus volũtates ꝛ opatiões ꝛc. Ex hoc enim ꝙ persone diuine non habent tres operationes concludit ꝙ operatio non est ypostatica. ¶ Si dicat. posito ꝙ pater sit constitutus per proprietatem absolutam: nonne dicimus ꝙ pater vere generat filium?

¶ Dico ꝙ operatio ista tantũ competit patri ratione memorie fecunde non ratione proprietatis. vt patuit supra distinctione septima. ¶ Itez arguit. ꝛ ratio stat in hoc. ꝙ illud quod est ratio recipiendi esse non dat esse illi recepto vt patet: sed proprietas ypostatica est ratio recipiendi esse ipsi supposito. patet quia cũ suppositum habeat esse ꝛ natura det illi esse: proprietas suppositalis erit ratio recipiendi esse nature. ergo non dat esse ipsi: ꝛ per consequens non facit aliquam compositionem. ¶ Ibi. Ad argumentum tunc potest dici ꝛc. ¶ Et dicit ꝙ sicut duplex est entitas. scilicet quiditatiua ꝛ ypostatica: ita duplex est esse. s. qditatiuuz ꝛ ypostaticum: ꝛ sic concedit ꝙ proprietas ypostatica dat esse ypostaticum: siue personale: siue suppositale: siue incommunicabile: que idem sunt: non autem dat aliquo modo esse quiditatiuum. Expono tamen istaz litteram cum dicit. sicut quiditatiue est dare esse: quia sicut talis entitas ẽ de se cõmunicabilis: ita ꝛ entitas ypostatica esset vt non sit actus dans esse: quia de se est incommunicabilis vt quo. Quomodo dicatur incõmunicabilis vt quo. supra exposui in distinctione secunda parte secunda questione prima illius partis: ꝛ prolixe exposui in distinctione prima questione prima tertij. vide ibi vbi multa singularia dixi. Sequitur. Et licet in creaturis proprietas indiuidualis det esse quia est alicuius gradus entitatis positiue vltra entitatem quiditatiuaz nature. De hoc vide Doctorẽ in secundo distinctione tertia questione sexta. Sequitur. Tamen vltra entitatẽ singularez proprietas suppositi nullam entitatem dat: immo nullum positiuuz addit ex. q. prima distinctionis prime tertij libri: vbi dicit Doctor ꝙ proprietas personalis dicit tantum negationem duplicis dependentie. scilicet actualis ꝛ aptitudinalis. vide ibi. et expositionem quam feci. Sequitur. Et licet illud addat tamen non esset ratio dandi esse. idest posito ꝙ proprietas ypostatica addat aliquod positiuum nature: tamen illud positiuum non est ratio dandi esse nisi tantum ypostaticum. Sequitur. Quia natura existens in qua includeretur natura ꝛ entitas singularitatis: est rõ totalis dandi esse. idest ꝙ sola natura actu existente cum sua singularitate que dicit entitatem positiuam eandem realiter cum tali natura existente est tota ratio dandi esse. vt patet discurrendo per omnia illa que dant esse alteri. Sequitur. Et ita quicquid intelligitur aduenire siue positiuum siue priuatiuum siue absolutum siue respectiuum non dabit esse: quia per illud quod iam preintelligitur datur esse. idest ꝙ nihil dat esse francisco intrinsece nisi natura ꝛ singularitas existens in illo: quia hoc totum est totum esse vere communicabile intrinsece ipsi francisco. licet ergo proprietas ypostatica vt ens positiuum adueniat nature singulari francisci: nullum tamen esse dat tali nature: quia si daret aliquod esse illud esset vere communicabile. modo proprietas ypostatica dat tantuz esse incommunicabile. Sequitur. Licet igitur in diuinis non sit proprietas personalis tantum negatio sed aliqua entitas positiua: tamen quia natura diuina est de se hec. vt supra exposui distinctione quinta questione secunda. ꝛ est per se existens: immo est quiditatiue sua existentia: vt supra patuit distinctione secunda questione secunda ꝛ patet in prima questione quolibe. ipsa natura diuina habebit totam rationem dandi esse quod esse est vere communicabile. ¶ Ibi. Ad argumentum igitur cum probatur ꝙ sit actus quia est ibi actualiter. dico q' est fallacia equiuocationis. Actus potest accipi dupliciter. Vno modo vt est differentia entis opposita potentie. sicut dicimus ꝙ ens diuiditur per actum et potentiam. ꝛ sic omne illud quod habet esse extra suam causam potest dici actus. Alio modo accipitur actus pro actu constituente cum aliquo aliquod totuz: ꝛ sic forma est actus materie: quia ipsa forma cũ materia constituunt aliquod totum. Arguendo ergo sic. actus dat esse. proprietas absoluta est actus. ergo proprietas dat esse. Si maior accipitur pro actu qui distinguitur contra potentiam est falsa ꝛ minor vera. Si vero accipitur pro actu secundo modo: maior est vera ꝛ minor falsa. Si vero in maiori accipitur actus pro actu secundo modo: ꝛ in minori pro actu primo modo. argumentum est in quattuor terminis ꝛ peccat per fallaciam equiuocationis. ¶ Ibi. Secunda ratio videtur deficere: quia istud non habet se ad ẽentiam vt perfectio ad perfectibile. ꝛ de hoc vide supra distinctione quinta questione secunda. ꝛ expositionẽ quam ego feci. ¶ Ibi. Secundo dato ꝙ aliquo modo se haberet ad essentiam vt informans ipsam.

Actus dupliciter accipi potest.

Explanatio litere.

¶ Dicit Doctor ꝙ etiam posito ꝙ proprietas absoluta informaret essentiaz: non tamen sequitur ꝙ sit perfectio essentie. patet quia si esset aliqua perfectio esset perfectio simpliciter: quia in diuinis non ponitur aliqua perfectio limitata: ꝛ ꝙ non sit perfectio simpliciter patet: quia quod est incommunicabile nullo modo est perfectio simpliciter. vt diffuse exposui in prima questione partis secunde distinctiõis secunde. vide ibi multa de perfectione simpliciter. ¶ Ibi. Tertio dato ꝙ haberetur hoc quod informat: non sequitur ꝙ sit perfectio simpliciter nec illa que inferuntur vlterius. scilicet ꝙ essentia diuina non sit simpliciter perfecta: vel ꝙ vna persona non sit simpliciter perfecta in se. ¶ Ibi. Preterea. ista ratio melius concluderet contrarium de relatione. ¶ Hic Doctor dicit ꝙ si sequatur hoc. absolutum incommunicabile est actus essentie. ergo est perfectio essentie: magis sequitur de relatione in diuinis: quia certum est ꝙ paternitas est actus. si ergo est actus essentie. ergo sequitur ꝙ magis erit perfectio essentie quam proprietas ypostatica absoluta. patet quia nulla proprietas ypostatica dicit aliquam perfectionem: quia si sic: maxime ꝓprietas ypostatica in diuinis diceret perfectionem: ꝛ sic aliqua perfectio esset in vna persona que non esset in alia: relationi tamen vnde relatio non repugnat perfectio. immo aliquam includit perfectionem. vt patet per Augustinum de quantitate anime. capitulo septimo.

septimo dicentem. Inequalitati equalitati iure preponimus: nec quisquam omnino est vt opinor humano sensu preditus cui non id videatur. hoc autem nõ est tantum a fundamento. potest enim inequalitas fundari in fundamentis perfectioribus quã equalitas. ¶ Ibi. Si dicatur ꝙ dictum Augustini verum est ratione fundamentorum proximorum non remotorum. proximum autem fundamentum equalitatis est paritas. Dicit Doctor hoc esse falsum. Et hec littera clara est. ¶ Item arguitur pro ista opinione probando ꝙ persone non sunt constitute per absoluta: quia multiplicato aliquo absoluto multiplicatur omne aliud absolutum circunstans illud. patet quia multiplicata quantitate multiplicari dicit̃ albedo inherẽs ⁊ econuerso. ergo essentia diuina distingueretur ad distinctionem talium absolutorum. ¶ Ibi. Et confirmatur maior. scilicet ꝙ multiplicato aliquo absoluto ⁊c. quia plura eiusdem speciei non possunt esse in eodem. sed ille proprietates si ponuntur absoluta erunt eiusdem speciei: quia si essent alterius speciei oporteret querere per quid altera istarum sit incommunicabilis: sicut cum ponitur paternitatem que differt specie a filiatione non posse esse de se incommunicabilẽ: ita erit de illa proprietate absoluta. ¶ Ibi. Confirmatur ista ratio: q[uia] sicut non sunt plura eiusdẽ rationis in eodem perfecto sic non sunt plura verba in essentia diuina. ¶ Respondet Doctor ibi. Tertia ratio habet maiorem falsam. in omnibus ordinatis essentialiter ex forma: licet gratia materie quandoq[ue] sit vera: quia ad multiplicationem posterioris formaliter non sequitur multiplicatio prioris. Et hoc patet per exempla posita in littera. Non enim sequitur ad multiplicationem potentiarum anime ꝙ ipsa anima multiplicetur. Et quod dicit ꝙ plura eiusdem speciei nõ possunt esse in eodem. Hoc est improbatum distinctione octaua tertij. vbi ostensum est ꝙ plures paternitates possunt esse in eodem. ¶ Ibi. Cum autem maior declaratur per inductionem fit fallacia consequentis. Et patet littera. Et quando dicit ꝙ sunt eiusdem speciei. Hoc potest negari. sicut etiam patet de proprietatibus indiuidualibus que sunt primo diuersa. Nam que sunt eiusdem speciei non possunt esse primo diuersa cum sint in aliquo quiditatiue conuenientia. Et cũ infert. ergo sunt alterius speciei? Negatur ista consequentia: quia nec due proprietates indiuiduales dicuntur alterius speciei. Et si queratur. quid ergo sunt? aut sunt eiusdem speciei aut alterius? Dico ꝙ loquendo de specie proprie. nec sunt eiusdem nec alterius: sed sunt primo diuersa: ⁊ hoc satis patuit supra distinctione tertiadecima. vbi ostenditur ꝙ productiones seipsis distinguuntur. ¶ Item arguitur pro ista opinione ibi. Quarto. Si p[ro]prietas absoluta que dicatur. a. exprimatur vel pullulet ab essentia. Et similiter. b. ⁊ expressum est in eodem supposito cum eo. a. quo exprimitur. ergo. a. ⁊. b. erunt in vna persona. quod est impossibile. ¶ Respondet Doctor ibi. Quarta ratio etiam procedit ex falsa imaginatione: ꝙ iste proprietates exprimantur ab essentia quasi per originem: quod non fuit dictum: sed sicut aliqui concedunt ꝙ relationes pullulant in essentia. sic posset concedi contra eos ꝙ iste proprietates absolute pullulent in essentia. Et cum dicit. ꝙ tunc erunt in eadem persona: patet quia si pullulant in essentia. ergo erunt in eadem persona in qua est essentia. Hoc concedit doctor. non tamen ex hoc sequitur ꝙ aliqua sit in eadem persona cum illa a qua habetur per veram originem: nec repugnat vera originatio persone habenti vnam a persona habente aliam: sicut etiam isti habent dicere qui dicunt suppositum constitui per relationem. scilicet ꝙ filius pullulat a patre per originem: ⁊ tamẽ filiatio aliquo modo pullulat in essentia siue ab essentia diuina. Sed de ista pullulatione proprietatum habet videri. infra distinctione vigesima octaua questione vltima. ¶ Vltimo arguitur pro ista opinione ibi. Quinto sequitur ꝙ non sit ibi origo: quia persona originata per originem capit essentiam: sed persona si est absoluta precedit ipsam relationem originis: Et sic secunda persona precederet in essendo ipsa[m] originem passiuam. ¶ Respondet Doctor ibi. Quinta ratio. videtur difficile. ¶ Q[uia] difficilius videtur sustinere originem ponendo extrema tantum relatiua formaliter quã ponendo ea esse absoluta. Nam si tantum sint relatiua nihil aliud erit personam originare personam q[uam] relatiuum habere correlatiuum: sed relatiuum positum sine omni alia actione videtur habere correlatiuum. Si vero ponantur absoluta non videtur tanta difficultas quomodo vnum suppositum gignatur ab alio: cum in creaturis secundum eos sint supposita absoluta: ⁊ tamen non negatur originatio huius ab alio. Et cum dicitur ꝙ absolutum precederet originationem. Dicit Doctor ꝙ originatio pertinet ad genus cause efficientis non formalis: nec videtur maior difficultas de prioritate absoluti ⁊ respectuum in creaturis q[uam] hic. ¶ Sustinendo tamen opinionem ꝙ persone constituantur tantum per relationes potest hoc declarari. et expono litteram in qua Doctor declarat intentum que ponitur.

De modo igitur ponendi

Declaratio notãda quõ rõ possit constituere personas.

qualiter possit relatio constituere personas ⁊ eas distinguere declaratur per hoc ꝙ producens necessario distinguetur a suo opposito realiter: quia idem non producit seipsum. ergo erit aliqua relatio realis ⁊ distinctio realis aliquorum que sunt in essentia diuina. Sed quomodo intelligatur distinctio realis proprietatum existentium in essentia diuina. supra exposui in distinctione secunda questione prima parte secunda. Sequitur. Non autem possunt ibi esse aliquo modo per informationem propter simplicitatem diuinam. hoc expositum est supra distinctione quinta questione secunda. ergo erunt persone per se subsistentes in illa natura. Hoc non debet intelligi ꝙ huiusmodi relationes personales sint persone subsistentes: q[uia] tantum sint rationes subsistendi. Sed debet intelligi ꝙ erunt ibi persone subsistentes per huiusmodi relationes tanquã per relationes formales subsistendi. Nam persona patris nihil aliud includit nisi essentiam ⁊ proprietatem. Et quia huiusmodi relationes realiter distinguuntur tanquã tres rationes subsistendi: ideo per eas persone constitute realiter distinguntur. Sequitur. Qualiter autem ex hoc non sequatur distinctio essentie in qua subsistunt declaratur: quia idem illimitatum potest esse fundamentum relationũ oppositarum. hoc prolixe expositum est supra distinctione secunda questione tertia. patet in secundo. Sequitur. Et tunc illa relatio dicitur vno modo manere ⁊ alio modo transire. hoc supra declaratum est. Innuit etiam hic ꝙ ipsa relatio non est formaliter essentia. sed hoc supra prolixe expositum est distinctione secunda questione prima partis secunde. Sequitur in littera. Ipsa etiam ex hoc ꝙ est relatio est oppositi necessarij vt termini: ita ꝙ comparare

eam ad essentiam non includendo habitudinem ad oppositum est non comparare relationē ad essentiam: patet quia essentia non potest esse terminus relationis originis: quia tunc essentia vere posset referri relatione originis. quod est improbatum supra distinctione quinta questione prima. Cum ergo essentia nō possit esse terminus talis relationis: sequitur q comparare relationem ad essentiam est ipsam non comparare ad essentiam. Sequitur. Et ex hoc q est oppositi necessario distinguitur realiter ab illo: & tamen non oportet essentiam realiter distingui: quia essentia non formaliter est relatio licet realiter. vide tamē que dixi supra distinctione secunda parte secunda questione prima. Sequitur. Nec oportet ibi esse compositionem. Hec littera clara est & prolixius declarata est supra distinctione quinta questione secunda: quomodo persona constituta ex essentia & proprietate non sit composita nec quasi composita. Sequitur. In speciali autem ponitur vlterius q tantum relationes originis constituunt personas & distinguunt eas: quia ille primo pullulant in essentia diuina: quia primo in essentia diuina est duplex fecunditas inquantum est intellectus infinitus & voluntas infinita: & mediantibus istis statim pullulant relationes originis: & post pullulant relationes communes vt equalitas & similitudo. de quibus supra patuit distinctione. xix. questione prima. & infra patebit distinctione trigesimaprima & in quolibe. q. vj.

Contra istam conclusionē.

Hic Doctor intendit probare q persone diuine constituantur in esse personali per absoluta siue per proprietates personales absolutas. & probat quattuor vijs. Primo comparando relationem ad relatum. Secundo comparando relationem ad originem. Tertio ex propria ratione ipsius constitutiui. Quarto per auctoritates. Et credo q hec via sit magis sustentabilis & clarior & facilior. & q Doctor magis declinet ad hanc viam: vt patet per argumenta que quodāmodo videntur insolubilia quamuis ea nitatur soluere: & credendum est q nisi opinio communis esset in contrarium: Doctor asseruisset hanc opinionem. licet nunc vtranque viam sustinere videatur. Et vt facilius exponantur ista argumenta cum suis responsionibus ordinate exponam argumenta. sic q exposito vno argumento: immediate exponam responsionem illius. Et sic deinceps.

Pria via. Ex prima via arguitur sic.

Omne relatiuum siue omnis relatio secundum quam aliquid dicitur esse relatiuum presupponit aliquid qd tali relatione vere refertur. hoc patet per Augustinum septimo de trinitate: quia omne relatiuum est aliquid excepta relatione. Sed paternitas in diuinis est relatio qua aliquid dicitur vere relatiuum: & qua refertur ad aliud. ergo paternitas de necessitate presupponit aliquod prius quod secundum eam referatur. Si sic: illud presuppositum non potest esse essentia diuina. patet quia essentia diuina non refertur. vt supra expositum est distinctione quinta questione prima. ergo erit aliquod suppositum realiter distinctum a termino ad quem refertur: & illud erit persona patris. ergo persona prima erit prius cōstituta per aliquod absolutum & non per aliquam relationem: cum illa sit posterior: & posterius non est constitutiuum prioris. Ex isto etiam medio arguitur sic. Omne constitutum preexigit partes constituentes & vnionem earum. Hoc patet tam in constituto per se q per accidens. Sed relatiuum est constitutum ex aliquo absoluto & relatione. ergo presupponit relationem prius vniri tali absoluto siue informare tale absolutum. Sed informatum aliqua forma statim denominatur ab illa. ergo absolutum in patre prius includens paternitatem qua dicatur pater: denominatur a paternitate: illud autem quod denominatur a paternitate non est essentia: quia tunc essentia posset referri paternitate: ergo erit aliquod absolutum quod non est essentia. & illud tale quod denominatur a paternitate non videtur esse nisi persona patris. ¶ Confirmatur ista ratio in simili: quia sicut homo non esset animatus primo nisi corpus esset quasi prius informatum anima. Sic in proposito nihil erit relatum primo nisi aliquid prius relatum quasi denominatiue per denominationem realem sit relatum tali relatione.

Scda via. Secundo principaliter arguitur ex eadem via.

Nihil preexigens realem distinctionem aliquorum est constitutiuum illorum: sed relatio realis preexigit realem distinctionem extremorum. ergo non constituit illam: maior est nota. quia nullum posterius est constitutiuum prioris. minor patet per Philosophum quinto methaphisice capitulo de eodem. tex. non habente commentum & incipit tex. Eadem vero dicuntur & quidem secundum accidens vt album. & patet in illo tex. quomodo idemptitas non est relatio realis: quia non preexigit realem distinctionem extremorum. Et sic patet ista minor quomodo relatio realis est inter extrema realia realiter distincta.
¶ Si dicatur q illa relatio non est realis que nec preexigit extrema realiter distincta: nec facit distinctionem realem extremorum siue non constituit extrema realiter distincta. Sed in proposito. quamuis paternitas & filiatio in diuinis non dicantur relationes reales ex hoc q preexigunt extrema realiter distincta: dicuntur tamen reales quia constituunt extrema realiter distincta. & hoc sufficit. ¶ Contra. ergo istud argumentum. extrema non sunt realiter distincta. ergo non est relatio realis: non valeret. Et tamen hoc argumentum tenet: quia si extrema non sunt realiter distincta. ergo relatio non est realis. Et q teneat patet per Aristo. vbi supra. Arguit enim Doctor q si relatio diceretur realis. ex hoc q constituit extrema realiter distincta: statim sequeretur q hoc argumentum nō valeret. extrema non sunt realiter distincta. ergo relatio inter illa non videtur realis. & q non valeat probat: quia in antecedente. Aut accipitur q extrema nō sunt distincta realiter distinctione precedente relationem: Et tunc non sequitur. ergo relatio non est realis. q autem non sequatur patet: quia sic posset accipi in proposito: quia per te extrema paternitatis in diuinis sunt realiter distincta: et non sunt realiter distincta distinctione precedente paternitatem: & sic sequeretur q paternitas in diuinis non est relatio realis. Aut accipitur in antecedente sic. extrema non sunt realiter distincta distinctione facta hac relatione: Si sic accipis: Ideo non est facta distinctio realis extremorum per illam: quia illa non est relatio realis. ergo inferre ex antecedente sic sumpto relationem non esse realem: est inferre: quia non est realis ideo non est realis. idest si extrema. a. & b. non sunt realiter distincta relatione. c. quia. c. nō est relatio realis: statim sequitur. ideo. c. non est relatio realis:

realis: quia non est relatio realis. ¶ Aliter dicitur q maior est vera de accidentali relatione que non constituit: sed tantum aduenit alicui post suum esse completum. Et sic ista est vera. relatio realis adueniens alicui post suum esse completum precexigit extrema realiter distincta. Sed paternitas in diuinis non aduenit supposito post suum esse completum sed constituit illud. ergo. ¶ Contra istud. quia relationi vnde relatio est: conuenit q sit ad aliud. idest q relatio inquantum relatio est ad aliud. ergo paternitas de necessitate est ad aliud. Aut ergo ad aliud distinctum sola filiatione: aut ad aliud distinctum distinctione priori quam illa que esset a filiatione. Si secundo modo: habetur propositum. scilicet q relatio realis precexigit extrema realiter distincta. Si primo modo: ergo arguendo. paternitas non est ad distinctum realiter. ergo non est realis: est arguere sic. huic relationi non est relatio realis opposita. ergo non est realis. Sed hec videtur petitio principij: quia antecedens non videtur manifestius consequente. vt patet.

¶ Tertio arguitur ex ista via sic. Omnis relatio primo terminatur ad absolutum. hec probabitur infra distinctione trigesima. Sed paternitas in diuinis est relatio. ergo terminatur ad aliquod absolutum. Sed non terminatur nisi ad personam filij. ergo persona filij erit absoluta.

Tenendo opinionem secundam que est magis communis. scilicet q persone constituantur per relationes. Respondetur ad rationes contra eum. ¶ Ad primam prime vie. Hic concedit Doctor q in diuinis est aliquid quod refertur relatione et illud est suppositum. Et cum dicitur q tale precexigitur relationi. Respondet q non sequitur de relatione constituente. Nam suppositum quod refertur in diuinis refertur relatione non adueniente sed relatione ipsum constituente. Ad illud de composito siue constituto dat duas responsiones: vnam pro opinione illorum qui dicunt q relatio est in essentia quasi actus in susceptiuo. dicens q oportet eis dicere q in ipsa persona que est quasi constituta: non oportet preintelligere informationem quasi partis a quasi parte: per denominationem antequam intelligatur totum constitutum. idest q relatio non prius denominat essentiam quam ipsam personam: sed tantum denominat personam. Et quamuis preintelligatur quasi informatio ipsi persone constitute: non tamen prius intelligitur talis vnio vel quasi informatio. per modum forme denominantis: quia talis relatio non est nata denominare essentiam: sed tantum personam.

¶ Sed melius videtur dicendum. ¶ Hic Doctor dat aliam responsionem que stat in hoc: q relatio non est quasi forma vel actus respectu essentie. vt supra patuit distinctione quinta questione secunda. Sed magis videtur essentia esse quasi forma et actus qua relatio subsistens est deus: et hoc videtur probare ex hoc: quia quantumcumque fundamentum est potentiale ad relationem prius naturaliter informatur fundamentum relatione q̃ suppositum. Et conceditur etiam ibi relatio esse aliquid formaliter secundum ipsum fundamentum. sicut concedit for. esse similem p3 albedinem. neutrum videtur esse dandum in proposito. nec q paternitas prius insit essentie q̃ patri: nec q pater secundum deitatem sit formaliter pater etc.

In hac littera occurrit aliqualis difficultas in hoc quod dicit. q paternitas nō inest prius essentie q̃ patri. Hoc non videtur esse verum. Tum quia paternitas immediate pullulat ab essentia. vt infra patebit distinctione vigesimaoctaua questione vltima. Et in illo priori quo pullulat non est pater: probatur quia constitutum est posterius cō stituentibus. Tum etiam quia paternitas siue generatio actiua qđ idem est: non presupponit suppositum patris. vt patet a Doctore in quolibet. questione quarta. nec simul est cum patre: patet quia aliquid dicitur prius esse tale in se q̃ ad aliud comparetur. ergo paternitas siue generatio actiua erit prius in se talis q̃ alteri comparetur. Et presertim in ratione constituendi. Tum tertio quia quando sunt duo constituentia intrinsece prius est habitudo adinuicem q̃ ad constitutum. Cum ergo paternitas et essentia vere constituant personam patris. ergo paternitas suo modo prius habebit respectum ad essentiam q̃ ad personam constitutam. Et sic paternitas prius est in essentia q̃ intelligatur persona patris. ¶ Respondeo supponendo aliqua. Primo q differentia est inter constitutum a natura et ratione suppositali et inter constitutum ab actibus essentialibus: quia constitutum secundo modo dicit aliquam tertiam entitatem realiter distinctam a partibus. quod probat Doctor in tertio distinctione secunda. Constitutum vero primo modo non dicit aliquam tertiam entitatem aliam a natura et a ratione suppositali: quia tale constitutum nihil aliud est nisi natura et proprietas suppositalis: et sic persona patris tantum dicit essentiam et proprietatem que est ratio subsistendi: ita q hoc totum essentia vt habens paternitatem est pater. Et ex hoc patet quomodo paternitas non prius insit essentie quam patri: quia in eodem instanti quo paternitas est in essentia pater est.

¶ Sustinendo etiam q pater dicat entitatem aliquam preter essentiam et paternitatem: adhuc paternitas non inest prius essentie quam patri (nisi forte secundum rationem) quia essentia et paternitas non dicuntur intrinsece causare aliquid distinctum. sicut materia et forma causant compositum realiter distinctum. Et ideo prius inest forma materie quā composito. Et cum dicitur q constituens est prius constituto. Verum est de constituente aliud distinctum a se. ¶ Ad secundum. Dico q in eodem instanti quo generatio actiua dicitur operatio nature diuine non presupponit suppositum: in eodem tamen instanti quo est talis productio est primum suppositum diuinum. Et similiter patet responsio ad tertium. ¶ Dico tamen ad omnes istas instantias vnica responsione: q aliquid prius inesse alteri contingit dupliciter. Vno modo vt actus informans siue vt perficiens. Alio modo vt ratio subsistendi in natura in qua subsistit. Primo modo paternitas non inest prius essentie: quia non est actus perficiens essentiam. Secundo modo inest prius essentie quā patri: quia proprietas personalis prius preintelligitur in natura cuius est q̃ intelligatur suppositum constitutum ex natura et tali proprietate. Si dicatur. Si paternitas prius inest essentie isto modo: ergo paternitas denominat essentiam. Negatur consequentia: et ratio negationis superposita est distinctione quinta questione secunda. ¶ In proposito intelligit Doctor q paternitas non insit prius essentie vt actus perficiens: siue vt actus inherens: siue vt actus determinans: non autem intelligit quin prius insit essentie eo modo quo proprietas

Notanda difficultas.


Scđo.

Aliqd inest alicui cōtingit dupl'r.

non respicit aliud distinctum essentialiter: sed respicit tantum productum distinctum tantum personaliter· Cetera patent vsq; in finem·

¶ Distinctionis vigesime prime primi questio vnica·

Utrum hec sit vera· solus pater est deus?



Robat doc· in presenti distinctione per multas rationes q̄ hec propositio sit vera solus p̄r ē deus· Prima clara est ⁊ etiam probatio antecedentis· ¶ Ibi· Item solus deus est pater· Hoc antecedens patet per exponentes: nam exponentes exclusiue affirmatiue ⁊ primi ordinis sunt iste· Solus deus est pater. exponitur sic· Deus est pater. ⁊ non alius a deo est pater: vel nullus alius a deo est pater· Et iste sunt vere· ¶ Ibi· Item solus deus est deus· ergo solus pater est deus· ¶ Hanc consequentiam probat: quia semper illa consequentia est bona quādo antecedens infert exponentes consequentis·

Adūte multa de exponentibus q̄ pertinēt ad logicos·

Exemplum· tantum animal rationale est risibile· ergo tantum homo est risibilis· exponentes huius consequentis sunt iste· homo est risibilis: ⁊ nullus non homo vel nihil non homo est risibile· si iste inferuntur ab antecedente consequentia erit vera: ⁊ patet q̄ inferuntur: quia bene sequitur. tantum animal rationale est risibile· ergo omne risibile est animal rationale· patet ab exclusiua vt supra ad vniuersalem affirmatiuam de terminis transpositis valet consequentia. Tunc vltra omne risibile est animal rationale· ergo homo est risibilis· patet quia est animal rationale: ⁊ sic habetur prima exponens· Secunda habetur sic· Tantum animal rationale ē risibile· ergo nihil non animal rationale est risibile: ⁊ animal rationale est diffinitio hominis· ergo sequitur. nihil non homo est risibile· Sic Doctor arguit in proposito· Solus deus est deus· hec est vera· ergo solus pater est deus? Negatur consequentia· Probat· antecedens infert vtranq̄ʒ exponentem consequentis· scilicet istas pater est deus: ⁊ nō alius a patre est deus· negatur q̄ inferat istas· bene infert primam· scilicet istam pater est deus? vt patet ibi· Sed non infert secundam· Cuʒ probatur sic· Solus deus est deus· Concedo· ergo non alius a deo est deus· Concedo: quia hec est secunda exponens huius solus deus est deus· Et vltra non alius a deo est deus· ergo non alius a patre est deus? Negatur ista vltima consequentia. Cum probatur: quia hic videtur fallacia consequentis· Alius a deo ergo alius a patre si est fallacia consequentis· ergo arguendo negatiue eodem ordine erit bonum argumentum. Dicit Doctor q̄ non est fallacia consequētis· Immo hec simpliciter est vera· Alius a deo ergo alius a patre: sicut in ista aliud ab animali ergo aliud ab homine: quia animal stat ibi confuse distributiue pro omni animali· ⁊ probatur q̄ alius a deo non inferat aliud a patre: quia si infert ex hoc infert quia deus stat ibi distributiue: quia alius a deo· ergo alius ab isto deo· Et q̄ non stet distributiue: probat: quia tunc esset omnis propositio falsa vbi predicaretur relatiuum diuersitatis de aliquo puta diuersum differens ⁊c· ⁊ sic dicendo hoc est aliud· l· aliud distribueretur: ⁊ sic si homo est aliud erit aliud ab isto aliud ab isto aliud ab isto ⁊c· ⁊ sic aliud a semetipso· Et in responsione tota vis huius argumēti stat circa hoc. An relatiuum diuersitatis distribuatur in se an terminus sequens· ⁊ ibi videbitur q̄ tantum terminus sequens· ⁊ sic patēt iste rationes.

Ad questionem· Hic sunt

aliqua notanda· Primum· q̄ solus aliquando accipitur cathegorematice ⁊ idem est q̄ solitarium· Aliq̄ñ sinchategorematice ⁊ tūc est exclusio: ⁊ negat associationem cum alio· Secunduʒ· Solus potest determinare aliquid in se absolute: vt cum dico solus homo vel solus pater est in diuinis ⁊ huiusmodi·

Hec dictio exclusiua solus q̄n̄o mltipliciter pōt accipi·

Aut determinat aliquid non in se absolute: sed respectu alicuius predicati vt cum dico· Solus homo est risibilis· l· solus determinat hominem in comparatione ad risibile: ⁊ est sensus q̄ risibile excluditur vel negatur a quolibet q̄d non est homo· Tertium· Solus primo modo siue solitarie vel vt determinat aliq̄d in se absolute non est in diuinis: quia nihil est ibi solitarium· Si vero accipiatur secundo modo: ⁊ tunc aut comparatur ad essentiale: ⁊ voco hic essentiale cōmune tribus: ⁊ sic hec ē falsa: solus pater est deus: solus pater creat gubernat intelligit· est bonus est sapiens ⁊ huiusmodi· Si vero comparatur ad predicatum tantum notionale q̄d competit vni persone: sic iste sunt vere: solus pater generat· solus pater est innascibilis: accipiendo innascibile pro improducibili· vt patet infra distinctione vigesimaoctaua· solus filius est genitus· solus spiritus sanctus est spiratus: ⁊ huiusmodi· Quartum ibi· Probatur etiam falsitas· Probat hic Doctor hanc propositionem esse simpliciter falsam· scilicet solus pater est deus· Et prima probatio clara est ⁊ secunda: licet enim ista tantuʒ homo est risibilis habeat duas exponentes· scilicet homo est risibilis ⁊ nullus non homo est risibilis: tamen per istam secundam exprimitur totus intellectus huius: tantum homo est risibilis· ¶ Ibi ⁊ vltra· Nullum risibile est non homo· ergo nullum risibile nō est homo per illud secundi Perihermenias ex negatiua de predicato infinito sequitur affirmatiua de predicato finito· vt bene sequitur· Nullum risibile est nō homo· ergo omne risibile est homo· Sequitur etiam p̄pō negatiua de predicato negato· scilicet ista nullum risibile est tantum homo· ergo nullum risibile non est homo· q̄d probatur per primū principium. scilicet quod ex negatiua de predicato infinito sequatur negatiua de predicato negato· aliter de eodem diceretur affirmatio ⁊ negatio: Si enim ista· nullum risibile est non homo non valeret istam: nullum risibile non est homo: tunc homo affirmaretur

mo affirmaretur de risibile et negaretur. Et sic patet ista probatio.

Ibi. Hinc aliqui instant.

Aliqui volunt concedere quod ista est vera: solus pater est deus: quia non excluditur filius: quia numquam exclusiua comparata ad extremum predicatum excludit aliquid quod sit de per se conceptu subiecti. sicut in ista. Tantum homo est risibilis. non excludit quin animal sit risibile et quin rationale sit risibile: cum sit de conceptu hominis. Sic in proposito. Cum enim correlatiuum sit de conceptu correlatiui non intelligitur excludi. ¶ Doctor dicit quod non est sic quod correlatiuum non est sic de conceptu correlatiui quod sit pars eius essentialis vel integralis nec quod pertineat ad diffinitionem illius qualitatiuam. Immo tanta est diuersitas inter illa quod vnum vere excluditur ab alio. Et hoc patet expresse a philosopho primo phisicorum arguente contra Parmenidem et Melissum ponentes tantum esse vnum principium: et tantum esse vnum ens. et arguit sic. Si tantum est vnum principium: ergo principiati non est. et sic vult quod talis exclusio vere excludat correlatiuum: aliter argumentum philosophi non concluderet contra illos. (Vide phm primo phi.)

Ad argumenta ibi. Ad pri

mum argumentum antecedens distinguitur secundum compositionem et diuisionem sicut ista. omnis homo qui est albus currit. sensus compositionis falsus est. quia ibi deus determinatur ad standum pro patre per istam implicationem qui est pater. sicut determinatur homo ad standum pro homine albo in sensu compositionis ibi homo qui est albus: et tunc consequentia tenet etc. ¶ Vult dicere Doctor quod ista. Solus deus qui est pater est deus: in sensu compositionis est falsa. Nam sensus est proprie quod solus pater est deus: quia in sensu composito ly deus in subiecto determinatur ad standum pro patre tantum. In sensu vero diuisionis est vera. et est sensus. solus deus est deus et solus deus est pater. et sic sunt due propositiones quarum vna enunciat deum de deo: et alia patrem de deo: et neutra specificat aliam. Cum enim dico solus deus est deus: non facit stare deum pro solo patre. Et hoc est quod dicit. Et cum inferetur sic arguendo solus deus est deus: hec est vera: solus deus est pater. Similiter hec est vera: ergo solus pater est deus! Negatur consequentia: quia non valet a superiori ad suum inferius cum exclusione. quod sic debet intelligi cum exclusione addita inferiori. vt hic. Solum animal est sensibile: ergo solus homo est sensibilis! Non sequitur. Tamen sine exclusione inferioris bene sequitur. Solum animal est sensibile: ergo inferius ad animal erit sensibile. Sic in proposito. Solus deus est deus: ergo pater est deus: non tamen sequitur. ergo solus pater est deus. et hoc est quod dicit. ¶ Ibi. Et si obijcitur. Quia in creaturis hec videtur vera: vel saltem potest esse vera: tam in sensu composito quam diuiso scilicet ista. Solum animal quod est rationale est sensibile in sensu composito hec est vera. vel potest esse vera. Solum rationale est sensibile. Et similiter ista si accipiatur in sensu diuisionis. quia sensus est: solum animal est sensibile: solum animal est rationale. et sic potest se

qui vltra quod solum rationale est sensibile. ¶ Doctor dat vnam singularem responsionem: quare in creaturis possit esse vera tam in sensu composito quam diuiso: que est hec. quia illud cui additur dictio exclusiua diuiditur et numeratur in illis pro quibus stat. Nam cum dico animal quod est rationale est sensibile: potest stare pro ipso risibili: siue in sensu composito siue diuiso: quia ex quo numeratur in illis: potest stare pro vno numerato. Nam cum dico solum animal quod est rationale est sensibile: in sensu composito accipio tantum ipsum animal non absolute vt est commune omni animali: sed pro ipso numerato et diuiso in rationali. Et similiter in sensu diuiso: quia cum dico solum animal est sensibile et solum animal est rationale: accipio in vtraque ipsum animal diuisum in rationali: et sic semper idem animal accipitur tam in sensu composito quam diuiso. Secundo dico quod in ista. solus deus qui est pater est deus. in sensu composito est manifeste falsa: et tunc tantum stat pro patre: et sic hec est falsa: quia ipse deus est simpliciter idem et indiuisibilis in tribus. In sensu vero diuiso est vera: quia non tantum stat pro vna persona: sed etiam stat pro tribus. Nam cum dico in sensu diuiso: solus deus est deus. ly deus in subiecto potest supponere pro tribus. Et sic patet responsio: quia non est simile in creaturis et in deo. (Nota hanc responsionem.)

Ibi. Alij etiam distingūt

principalem propositionem quasi ista. solus pater est deus possit habere sensum compositionis falsum et sensum diuisionis verum: adducentes illud Prisciani secundo constructionum inter exigens et exactum cadit aliquod medium. (Varro li. 3. d. 2. q. vnica. S. Bona. li. j. di. 4. dub. 3. litterali.)

Dicunt quod hec: solus pater est deus: potest distingui in sensu composito et diuiso. primo modo est falsa: et accipitur in sensu composito vt iacet. In sensu vero diuiso est vera: et est sensus. solus deus qui est pater est deus. ¶ Contra hoc arguit Doc. ibi. Sed istud non est logice dictum nec grammatice. Logice non: quia tunc non posset aliquid contrahi vel determinari per aliquam contractionem vel determinationem. quantumcumque enim immediate adderetur alicui determinatio cathegorica vel syncathegorica: vt homo albus currit vel omnis homo albus currit: adhuc restaret distinguere sicut hic in sensu compositionis et diuisionis: et in vtroque sensu restaret vlterius distinguere. et sic in infinitum: nec posset aliquis sensus determinate exprimi: nec docuit philosophus in talibus multiplicitatem secundum compositionem et diuisionem: sed tantum in illis vbi eadem materialia composita et diuisa diuersum sensum faciunt. ista autem materialia: omnis homo currit: vel omnis homo albus currit composita et diuisa nullum alium sensum faciunt: secus est hic. iste videt nunc me currere. componendo nunc aduerbium cum verbo precedente vel sequente. ¶ Nec etiam est dictum grammatice: quia exigens et exactum dicuntur constructibilia quorum alterum dicitur a pueris regere alterum ex vi aliqua non est autem syncathegorematicum constructibile respectu cathegorematici quasi vnum regat aliud ex aliqua vi. ¶ Et ideo licet hic cadat medium vel implicatio media cappa sor. idest cappa que est sor. non tamen hic homo albus et omnis homo albus.

¶ Ibi. Ad secundum dico. Hec responsio ex habitis superius est clara. Et cum dicit quod licet superius sequatur ad inferius distributum. non tamen sequitur cum distributione superioris: vt patet in exemplo posito. Et addit quod nunquam sequitur distributio superioris ad distributionem inferioris respectu inferioris ad inferius nisi sequatur distributio ipsius superioris ad inferius: quod est superius ad aliud inferius. Exemplum. Omnis homo est animal. non sequitur: ergo omne animal est homo: vel sic omnis homo currit. ergo omne animal currit. ergo franciscus currit: non sequitur. Si enim distributio animalis non sequitur ad hominem: multo minus non sequitur ad inferius ad hominem. ¶ Ibi. Sed cum probatur ista ma. Cum dicit quod aliqua illatio in terminis transpositis etc. Vult dicere quod aliquando maior idemptitas notatur in conuersa quam in conuertente: vt patet de vniuersali negatiua in particularem negatiuam: quia cum dico nullum animal currit. tam homo quam animal stat confuse distributiue mobiliter: ergo aliquod currens non est animal. ibi currens supponit tantum determinate: et ideo maior idemptitas est extremorum in prima quam in secunda. De rigore ergo sermonis vniuersalis negatiua non conuertitur in particularem negatiuam licet inferat eam. Secundo notatur in vniuersali affirmatiua de terminis transpositis: tanta idemptitas extremorum quanta haberi potest in exclusiua: quia cum dico: tantum homo est risibilis. ly homo stat confuse tantum. et ly risibile stat confuse distributiue mobiliter: quia bene sequitur. et hec sunt omnia risibilia: ergo tantum homo est hoc risibile et hoc risibile etc. Et similiter omne risibile est homo que est vniuersalis affirmatiua correspondens exclusiue etc. Nam ly risibile stat confuse distributiue mobiliter: et ly homo confuse tantum: et ideo exclusiua affirmatiua conuertitur in vniuersalem affirmatiuam de terminis transpositis: et econtra. ¶ Et si obycias. Aristo. male docuit etc. ¶ Patet responsio quia ipse Aristo. tantum docuit conuersiones quibus syllogismi imperfecti (cuiusmodi sunt omnes secunde et tertie figure: et etiam particulares prime: vt patet primo priorum) possent reduci ad syllogismos perfectos: et exclusiua non teneret alium locum in perficiendo syllogismum perfectum quam alia indiffinita non exclusiua. vt patet discurrenti per omnes syllogismos imperfectos. vt diffuse tractatur primo priorum. ¶ Ibi. Ad tertium dico. Negat Doctor quod ex negatiua exponente antecedens. scilicet non alius a deo est deus: non sequitur negatiua exponens consequens. scilicet ergo non alius a patre est deus. Sequitur. Cum probatur quia non sequitur. Alius a deo ergo alius a patre negat. Nam hec consequentia est bona. vt dixi supra. ¶ Ibi. Et cum vlterius probatur. ¶ Dicit Doctor hic quod relatiuum diuersitatis in se non potest distribui: et ratio sua est: quia sicut relatiuum equiperantie acceptum in communi non refertur vt patet. Nam simile in communi non refertur sed refertur in suis inferioribus vbi vnum inferius distinguitur ab altero. Et sic hoc simile secundum similitudinem refertur ad aliud simile: quia oportet relatiuum semper referri ad aliud. Sic in proposito. Nam differens in communi acceptum: siue diuersum est relatiuum equiperantie: et certum est quod non refertur. Sed si refertur: refertur in suis inferioribus: puta hoc est differens ab isto. Sicut homo est differens ab asino vel diuersus ab asino. Terminus ergo huius differentie vel diuersitatis bene distribuitur. Sed ipsa differentia vel diuersitas: vt est relatio siue relatiuum modo preexposito non distribuitur. Et tota ratio est: quia semper relatiuum quod refertur requirit distinctionem ab illo a quo refertur: et relatiuum equiperantie in communi acceptum non habet aliquod distinctum a quo referatur vt dicatur simile alicui simili simile. Et exemplum positum a Doctore de igne satis clarum est. ¶ Ibi. Ad aliam probationem cum dicitur solus deus. ergo solus pater vel solus filius. ¶ Quasi velit inferre. sicut sequitur solus deus: ergo solus pater. patet a superiore distributo ad inferius. sic similiter. solus deus est deus. ergo solus pater est deus. ¶ Unus Doctor distinguit istam. solus deus: quia ly deus aut comparatur ad predicatum: puta sic dicendo solus deus est deus: et sic ly deus in subiecto supponit personaliter. Et sequitur. ergo solus pater est deus. Sed sicut antecedens est falsum ita et consequens vt comparatur ad exclusionem tantum: et sic habet suppositionem simplicem vt dicendo solus deus est: et tunc non sequitur: ergo solus pater: quia ly deus in antecedente tantum supponit pro patre. ¶ Ibi. Cetera ista. Dicit Doctor quod vnum extremum: puta subiectum in vno actu componendi et diuidendi: puta in propositione affirmatiua et negatiua habet rationem vnam secundum quam accipitur respectu alterius extremi. idest quod respectu talis extremi: puta predicati habet vnam rationem supponendi. Et addit quod diuerse rationes accipiendi idem extremum respectu eiusdem termini: puta subiectum respectu predicati non videtur stare cum vnitate actus componendi. idest quod si idem subiectum comparetur ad idem predicatum in vno actu componendi: puta in vna propositione affirmatiua non videtur habere diuersas rationes supponendi: et si haberet hoc non posset esse eodem actu componendi: vt patet cum dico omne animal est substantia. stante tali compositione: certum est quod animal stat confuse distributiue mobiliter: et non potest stare confuse tantum vel simpliciter nisi variato predicato seu variata compositione vt patet. Et Doctor hic intendit dicere quod ratio vna supponendi puta confuse distributiue etc. vel simpliciter vel materialiter est ex hoc quod comparatur ad predicatum. Et ideo non valet illud quod sequitur quod ly deus sub exclusione habet aliam rationem etc. quia subiectum non supponit respectu sue dispositionis: sed tantum respectu predicati: quia talia sunt subiecta quo ad suppositionem simplicem vel materialem seu personalem: qualia permittunt eorum predicata. ¶ Ibi. Ideo dico aliter. Cum dicitur solus deus est deus. Concedit. ergo solus pater est deus. Negat consequentiam. Subiectum enim huius exclusiue stat tantum confuse: ideo non licet descendere sub eo. ergo solus pater etc. Sicut in ista. Solus homo est risibilis: ergo solus franciscus est risibilis: non valet. et sic patet responsio. Dat etiam aliam responsionem quod cum dico solus deus est deus: subiectum tantum stat pro ipso deo. vt patuit supra distinctione quarta questione secunda. Et sic patet expositio istius questionis.

Relatiuum in communi non refertur: sed tantum in suis singularibus.

Bona explanatio.

¶ Distin.

¶ Distin·xxij·q·vnica·

Utrum deus sit nominabilis a nobis viatoribus aliquo nomine significante eẽntiam diuinam vt hec? Titulus huius questionis de se satis clarus est·



Hic dicitur q sicut deus itelligitur a nobis:ita potest a nobis nominari· Hec est opinio Henri·que nunc pretermittatur a nobis propter suã facilitatem· Et similiter eius impugnatio et venio ad solutiones questionis nostri Doctoris subtilis cetera pretereundo·

Hen·i su·articulo·xxij· quolibet tertia ·xxij·

Potest dici breuiter ad·q· q ipsa propositio communis multis opinionibus·s· q sicut aliquid intelligitur ita et nominatur · falsa est si intelligatur precise:quia distinctius potest aliquid significari q̃ intelligi· Et hoc persuadet Doctor multipliciter· Tum quia substantia potest distinctius significari per nomen q̃ in se intelligi. Patet q: pro statu isto tantum cognoscitur in conceptu communi vt supra patuit distinctione tertia questione tertia:et tamen potest imponi aliquod nomen quod significet mihi distincte substantiam aliquam·aliter enim nullum nomen impositũ a viatore significaret aliquam rem de genere substantie : sed tantũ aliquam proprietatem accidentalem que intelligebatur ab imponente:et sic per hoc nomen lapis non significaretur aliquid de genere substantie sed tantum aliquid de genere actionis:puta lesio pedis quam exprimit ethymologia huius nominis:et fuit ratio a qua imponebatur nomen· ¶ Deinde probat Doctor qualiter sit possibile·videlicet aliquid distinctius significari quam intelligi:quia videmus diuersa accidentia succedere in eodem et vtrunq illorum manet sine altero vt pz· Et probatur vtriq illorum esse aliquod subiectum commune:quia vtrumlibet illorum potest destrui non destructo altero·ergo concluditur aliquid esse subiectũ vtriusq vt quantitati et qualitati:et illud quod subest non concipitur in conceptu quidditatiuo nisi entis vel huius entis· Ex quo etiam diuersimode ista accidentia coniunguntur in diuersis concluditur substratum istis esse diuersum a substrato illis· Et ex hoc concluditur tertiũ illud esse aliud ab alio tertio ꝛc· ¶ Ad ꝓpositum ergo non accidentibus : sed isti alij sic distincto quicquid sit quod est cum istis coniunctis que intelliguntur imponitur nomen aliquod· illud videtur esse proprium signũ huius sub ratione qua hoc: ita q imponens nomen intendat illam essentiam de genere substantie significare:et sic intendit significare: et sicut intendit significare ita nomen quod imponit est signum:et tamen ipse non intelligit distincte quod distincte intendit significare per hoc nomen vel per hoc signum· Et exemplum positũ patet in littera ꝛc· ¶ Ultimo dicit Doctor q deus est nominabilis a viatore nomine significante propriã essentiã vt est hec essentia:quia viator potest vti illo signo et intendere exprimere significatum illius signi:siue ipse imposuerit illud signum siue alius quicunq qui cognouit significatum:et tali etiam signo potest viator vti tanquam nomine:licet non potuerit illud imponere tanquam signum·vnde aliud est imponere nomen et aliud est vti nomine imposito· ¶ Et addit Doctor q si ista propositio esset vera q nullum nomen potest alicui imponi distinctius quam intelligatur: hec tamen est falsa q nullus potest vti nomine distinctius significante rem quam ipse possit intelligere· Et ideo simpliciter concedendum est q multis nominibus potest vti viator exprimentibus essentiam diuinam sub ratione essentie diuine:licet nec via naturali nec supernaturali loquendo de lege communi non possit eam distincte cognoscere·

Ad hec tamen Quidaz Nouus expositor prime partis Sancti Thome·q·xiij·arti·primo· Respondet dicens ista non esse consona veritati· Ad illud de substantia dicit q non est imaginabile imponi nomen distinctius significans quam concipiatur: quia voces significant res non nisi media conceptione intellectus·igitur significatio causatur ex conceptione·ergo distincta significatio supponit distinctam conceptionem:et confusa confusam:et maior maiorem : et minor minorem·quare ab hac vniuersalissima regula de causa et causato hec excipienda sunt· Probatio autem sua nihil valet· Tum quia antecedens pro prima parte est falsum· Tum quia pro secũda parte male probatur· Dico enim et ita esse experimur q cognitis accidentibus cognoscimus rem quandam sublatere et sin se esse et subsistere ꝛc· et huiusmodi res nunq̃ magis significabitur q̃ cognoscetur· Si enim cognoscatur confuse vt in exemplo dato nunq̃ significabitur nisi confuse· Et tali siquidem nomine nunquam aliquis plus intelligi·et quã perfectus impositor apprehẽderit : quamuis ex meliori ingenio proprio cognito alicuius nominis significato in re discurrendo alia cognoscat:sicut ex principijs conclusiones deducimus: sed hoc non est ex vi significationis nominis· Unde et ipsemet Scotus ibidem sub dubio primum dictum dubiũ relinquere videtur· ¶ De secundo vero bene dicit Scotus· Experimur enim q multis nominibus vtimur confuse notis antequam ad notitiam distinctam illorum terminorũ veniamus· ¶ De tertio autẽ q: experientia teste nullũ tale nomẽ diuinũ hẽmus· Et rursus quia frustra hominibus darent̃ talia noĩa q̃ni nos non possumus deũ secũdũ se cognoscere· Et quia sine sufficienti auctoritate nouitas hec dicitur· Et quia Dio·in primo cele·hyer·dicit · Impossibile est nobis aliter lucere diuinum radium nisi varietate sacrorum velaminũ occultatum · Uidetur mihi simpliciter falsum dictum Scoti· Et dicendum q deus in hac vita non est a nobis nominabilis nisi ex creaturis:et hoc tam quo ad impositionem q̃ vsum·hec expositor ille·

Tho·Gaie de vio nititur hec soluere contra Scotum·

Respondeo ad hunc expositorẽ· Et primo dico cum Docto·q possumus imponere aliquod nomẽ distinctius significare aliquid q̃ illud in se cognoscamus· Et cum dicit q voces significant res admittit̃· Et cum vltra dicit q significatio vocis causatur a conceptione intellectus· Hoc indiget probatiõe.aliud est enim causari et aliud est presupponere·hoc enim no·

Infringunt̃ et nihil valent solutiones Tho·Gaie·

men lapis siue significatio huius nominis non causatur a conceptione lapidis nec a conceptione forte alterius nisi forte occasionaliter. imponitur enim talis significatio a voluntate instituentis: presupposita tamē aliquali cognitione saltem in communi: et sic imponit q hoc nomen lapis significet mihi quiditatiue substantiam lapidis quam tamen instituens distincte non cognoscit. Non enim conceptio rei et significatio eiusdē sic adinuicem adequantur q quanta sit cognitio rei tanta sit precise significatio nominis illius rei. Posito etiam q conceptio aliqua sit causa significationis nominis: ad huc habz probare q ab aliqua conceptione non possit causari nomen distinctius significans aliquid q̄z sit talis conceptio. Sed hoc requirit proliriorem tractatum. videlicet a quo causetur nomen significans. de hoc habet videri in primo Perihyer. ¶ Et quod dicit q Scotus sub dubio loquitur etc. Hoc non est verum: quia expresse in principio questionis dicit q credit esse falsum. vt patet in littera. Et quod vltimo dicit q quantum ad vsum non possumus habere aliquod nomen distincte significans essentiam. falsum dicit. Sepe enim vtimur nominibus distincte nobis significantibus essentiam diuinam. vt patet in littera Doctoris. licet non ita distincte cognoscamus illam. Multa etiam alia dicit iste expositor minus vera que transeo pro nunc.

¶ Distin. xxiij. q. vnica.

Utrum persona secundum q dicit aliquod commune patri filio et spiritui sancto dicat precise aliquid secunde intentionis?

Egidius de Roma et Varro li. j.



Hic dicitur q persona tantum dicit intentionem secundā: quia sicut indiuiduum in omni natura ita suppositum in natura substantiali et persona in natura intellectua li etc. ¶ Ista opinio dicit q psona que est communis tribus personis diuinis est tantum intentio secunda. sicut indiuiduum quod est commune pluribus indiuiduis: et talis persona que est intentio secunda: accipit in concreto: et sic supponit pro tribus personis. Cetera patent quo ad istam opi.

Contra opi. in se. Hec ratio similiter clara est. Cuz tamē dicit q intentio secunda est relatio pertinens ad extremum vel ad actum intellectus componentis vel diuidentis etc. i. q secunda intentio vel per se pertinet ad extremum intellectus componentis vel diuidentis. s. quod est predicatum vel subiectum propositionis affirmatiue vel negatiue: et sic accipitur secunda intentio secundum quod ponitur in libro predicabilium: quia omne subiectum vel predicatuz pertinet ad terminos simplices qui sunt vniuersale singulare proprium vel accidens etc. pertinet ad actum intellectus componentis vel diuidentis. i. q accipitur vel pro relatione fabricata in propositione affirmatiua vel negatiua: vel ad actum intellectus comparantis vnum obiectuz ad alterum. et hoc vltimo modo est ad intentionem Doc. vt patet in suis vniuersalibus. Et cum dicit q intellectus negocians non potest causare circa rem prime intentionis: puta circa obiectum inquantum cognit. nisi relationem rationis. Hoc declaratum fuit supra distinctione octaua questione penul. Tertio dicit q si ipsa persona esset relatio rationis: tunc necessario eēt ad aliud tanquam ad correlatiuum. hoc patet diffuse in suis vniuersalibus: et q persona non sit ad aliud accipiendo ipsam in communi: patet infra distinctione vigesimaquinta. ¶ Ibi. Preterea contra rationes. Quia si tres persone sunt tres res: supple subsistentes: et res non dicit secundam intentionem: et tamen res significata per personam est communis tribus. patet quia quando aliqua numerantur annumerantur propter aliquod commune diuisum in illa. sicut dicimus tria animalia: quia animal est diuisum in illa. et per eandem rationem tenet illud quod dicit magister distinctione vigesimaquinta capitulo octauo. ¶ Ibi. Preterea. Contra additum arguo sic. ¶ Quia dicit q persona que est communis tribus est adiectiuum. arguit Doctor quomodo tale adiectiuum potest terminare dependentiam relationis adiectiui cuiusmodi est tres. Et hoc patet clare supra distinctione. xij.

Ad questionem. Ista clara sunt: et dictis hic et singulariter et dictis distinctione secunda articulo secundo questione prima. et habetur bona glosa ibi. ¶ Contra istud potest obiici. Iste obiectiones clare sunt. ¶ Ibi. Ad primum istorum dico. Hec responsio valde notanda est: et dicit in sententia q abstractum ab vltimis distinctiuis (que vltima distinctiua sunt primo diuersa. vt patuit supra distinctione tertia questione tertia) est tantuz vel conceptus negatiuus vel conceptus positiuus dictus tantum denominatione: accipiendo denominatiue pro non predicari essentialiter. vt satis patuit supra distinctione preallegata. Et sic conceptus abstractus ab vltimis differentijs non erit aliquo modo in quid. ¶ Ibi. Tamen dubitatur. Nota hanc responsionem quia singularis est. ¶ Si dicatur. nonne Doctor supra distinctione tertia questione prima contra Thomam et alibi arguit q negatio non potest inesse alicui nisi per aliquam affirmationem? et tamen hic dicit q negatio potest esse cōmunis pluribus: et negatio eiusdem rationis: et tamen non inest illis pluribus per aliquam affirmationem communem illis: siue per aliquod positiuum commune illis. ¶ Respōdeo. facilis est responsio: quia ibi dicit q negatio non predicatur de aliquo nisi presupponat aliquam affirmationez in illo. sicut non lapis nō conuenit homini nisi propter aliquam affirmationem: siue propter aliquam realitatem positiuam existentem in homine cui repugnat affirmatio lapidis. Et sic dicit in proposito q illa negatio communis nō potest competere inferiori nisi per aliquod positiuum vel affirmationem in illo. et non est necesse q competat sibi per aliquod positiuum commune inferioribus etc. Secundo dicit q negatio dicitur eiusdem rationis que repugnat affirmationi vnius rationis. Exemplū. Nam affirmatio lapidis repugnat animali. ergo negatio opposita illi competit animali. Et dicit vnius rationis quia opponitur affirmationi vnius rōis etc. ¶ Ibi.

Cōtradicere sibi vr̄. doc.

Solo.

Negatio in ge. et ex ge. nus dcā et est supius.

¶ Ibi· Cum secūdo obijcitur· Hic distinguit qꝫ negatio est duplex ·scilicet extra genus et in genere· prima dicitur illa que non determinat sibi aliquod subiectū sicut nō ens:similiter non chymera et huiusmodi· secunda est illa que determinat sibi aliquod subiectum: sicut non lapis:determinat sibi aliquod subiectū:puta illud subiectū cui repugnat affirmatio lapidis· Et sic in proposito:esse incomunicabile vt quo et vt quod· dicit negationē in genere quia determinat sibi aliquod subiectum:puta suppositum cui repugnat affirmatio cōmunicabilitatis· Secundo dicit qꝫ duplex est priuatio·scilicet secundum se:et secundū genus· de qua patet:et dr̄ priuatio sꝫ se negatio in subiecto apto nato: quod secundum se formaliter est aptum natum habere habitum oppositum tali priuationi· Et secundum genus est illa que est negatio i subiecto apto nato, nō secundum se sed secundum genus· Et sic talpa licet in quantum talpa non sit apta nata videre:tamen inquātum animal:est apta nata videre· Tertio dicit qꝫ esse incommunicabile modo predicto est negatio in genere:et etiam est negatio sic in genere qꝫ talis negatio opponitur priuationi: quia non est negatio in subiecto apto nato:quia cum dico suppositum est incommunicabile:non intelligo qꝫ illud sit aptum natum cōmunicari:et hoc loquendo de priuatione secundum se: quia forte secundum genus non repugnat sibi: quia licet Franciscus secundum se non sit aptus natus cōmunicari:tamen inquantum homo vel animal non repugnat sibi· ¶ Ibi· Est dubitatio vlterior· ¶ Dubitat Doctor· An in supposito diuino abstrahatur tantū conceptus negatiuus vel positiuus:et videtur declinare ad secundum:vt patet expresse ab ipso in tertio distinctione prima questione prima. Et cum dicit qꝫ ab his indiuiduis non tantum potest abstrahi species:puta a Francisco Joan· Paul· et c· non tamen potest abstrahi homo qui dicit totam quiditatem indiuiduorum· Sed etiam aliquid quasi proprium:puta ratio indiuidualis que predicatur de ista et de ista:vel etiam indiuidui quod predicatur de isto indiuiduo et de isto· et dicitur quasi proprium:quia nullo modo dicit quiditatem·vt patet supra· Et sic patet ista distinctio·

Duplex priuatio·s·sm se et sꝫ gn̄a·

Nota hanc dubitatiōē Doc·

¶ Distin·xxiiij·q·vnica·

Utrum numerus sit proprie in diuinis?



Sta questio ponitur propter trinitatē personarum:an·s·persone in diuinis possint proprie numerari:sicut etiam dicimus tres homines vel tria animalia·sic similiter proprie: an possimus dicere tres persone? Respondet Doctor primo distinguendo de numero. videlicet qꝫ numerus aut ponitur qꝫ habeat vnitatem formalem respectu cuius formalitatis vnitates sunt materiales et sicut materia illius forme· hec vnitas formalis potest dupliciter intelligi· Uel qꝫ tantum sit vnitas aggregationis:ita qꝫ numerus nihil aliud sit nisi aggregatio vnitatum que vnitates sunt modi rerum essentialiter et realiter distinctarum:ita qꝫ non sit alia vnitas in numero nisi aggregationis:ita qꝫ numerus ternarius solum diceretur tria simul aggregata· Uel potest intelligi vnitas formalis pro aliqua vnitate distincta ab vnitatibus materialibus resultans ex illis· vt ternarius dicat vnitatem formalem et specificam resultantem ex illis tribus vnitatibus materialibus que dicatur vnitas specifica qua numerus ternarius specie distinguitur a numero senario vel ab alijs numeris· Quicquid sit nō videtur esse presentis speculationis nunc tractare de numero in se· habet enim hoc alibi videri· Dico tamen qꝫ vnitas formalis numeri debet magis accipi secundo modo quā primo modo· ¶ Deinde Doctor dicit qꝫ accipiendo numerum pro vnitate formali specifica et non pro vnitate aggregationis in diuinis non est numerus:quia vna persona non potest esse ibi pars:quia quelibet persona est infinita et quelibet proprietas personalis est eadem·scilicet realiter infinito: licet non formaliter vt supra patuit:et tale infinitum nullius potest esse pars· vt supra patuit distinctione octaua questione secunda· Et sic tenendo istam positionem de numero numerus non erit in diuinis· Si vero accipiatur numerus vt tantum dicit aggregationem vnitatum:cum aggregata sint simpliciter diuersa nec faciant per se vnum nec sunt aliquid per se vnū: immo sunt minus vnum quā illa que sunt vnū per accidens· vt supra patuit distinctione secunda parte secunda questione prima· et que sunt in diuinis sunt vere idem alicui vere vni quod est essentia · sequitur qꝫ ibi nulla est aggregatio rei ad rem:et ita nullus est numerus secundum istam positionem numeri· ¶ Deinde dicit Doctor qꝫ si numerus habeat esse in intellectu tantum simul concipiente plura vna vel plures vnitates· hoc modo posset poni numerus in diuinis : et sic talis numerus esset tantum vnus conceptus :et sic trinitas esset tantum vnus conceptus totalis trium personarum· De hoc numero in intellectu respectu diuinarum personarum clarius dixi supra distinctione tertia questione quinta· de vestigio trinitatis· ¶ Ultimo dicit qꝫ loquendo de numero in re in diuinis non est simpliciter numerus· Conceditur tamen ibi numerus secundum quid cum hac determinatione personarū: quia trinitas personarum dicit distinctionem realem trium personarum ·ibi enim fit abstractio a numero quod non dicit imperfectionem·scilicet distinctionem ab eo quod notat imperfectionem aut in vtroqꝫ numeratorum aut saltem in altero·scilicet a potentialitate si numerus est vnus secundum formam:vel a diuersitate si numerus est vnus per aggregationem vnitatum plurium:bene tamen ibi conceditur distinctio sine diuersitate vel potentialitate vel etiam aggregatione que dicunt imperfectionem aliquam in vnitate· Et vult dicere qꝫ absolute in re non debemus concedere numerum in diuinis:quia numerus sic in re simpliciter sumptus de necessitate includit potentialitatem numeratorum vel vnitatum si accipiatur numerus pro vnitate formali et specifica· vel de necessitate dicit diuersitatem realem et essentialem plurium si accipitur numerus pro aggregatione vnitatum· vt supra patuit· Cum tamen dicitur numerus personarum vel tres persone ibi tantum notatur distinctio realis personarum et nulla potentialitas nec diuersitas ibi notatur· Et sic patet ista questio·

Multa notanda· vide hic de numeris·

¶ Distin. xxv. q. vnica.

Utrum persone in diuinis dicant substantiaz vl' relationem? Idest an persona puta patris sit vere sub stantia an tantum dicat relationem.



Ec questio
stat in pluribus dictis.
¶ Primum. psona nõ di
cit relationem propriam:
q2 hoc nomẽ persona est
cõe tribus ſm Augu. vij.
de tri. Si tres psone sunt
cõe est eis hoc quod est p
sona. 7 hoc cõitate vniuo
cationis: q2 in equiuocis equiuocata non numerant.
vt patet. modo persone numerãtur cũ sint tres. ergo.
¶ Secundũ. persona non dicit relationẽ cõem. Pro
batur q2 quãdo inferius refert ad aliud 7 superius re
fertur ad illud. p3 q2 si duplum refert ad dimidium ẽt
multiplex refert ad dimidiuz: immo vsq3 ad genus ge
neralissimũ: sed in proposito pater p se refert ad filiũ:
quia hec est vera. pater filij pater. 7 tñ psona que est
superius ad patrem non refert ad filiuz: q2 hec est fal
sa. pater est persona filij. sicut hec est vera. duplum
refertur primo ad dimidium. ergo 7 multiplex refert
ad dimidiũ l3 nõ primo: quia hec est vera. dupluz est
multiplex ad dimidiũ: 7 ideo concedit duplũ eẽ multi
plex dimidij. Et nota q superius nõ refert primo ad
correlatiuum inferioris. i. nõ adequate 7 cõuertibilr.
Nõ. n. sequit. omne dimidiũ ẽ dimidiũ multiplicis.
ergo omne multiplex est dimidij multiplex vt p3. non
sequit: quia multa sunt multiplicia que nõ adequa
te referuntur ad dimidiũ: multiplex vero adequate re
fert ad submultiplex: q2 omne multiplex est submulti
plicis multiplex. 7 econuerso. omne submultiplex est
multiplicis submultiplex. Si ergo psona esset relati
uum cõe patri 7 filio. sicut hec est vera. pater prio est
filij pater. ergo hec esset vera. pater est filij persona p
se l3 non primo. Et similiter sicut hec est vera filius est
primo patris filius. ergo hec esset vera: filius est pso
na patris per se 7 si nõ primo. patet ergo ex his quo
modo persona non dicit relatio propria: nec similiter
pot dici relatio cõis. ¶ Tertiũ dictũ. persona nõ pot
dici substãtia scđa. i. qditas q2 illa nõ numerat in
tribus psonis. persona aũt nũeratur vt p3: q2 cõcedi
mus tres esse psonas in diuinis: nõ autez tres substã
tias: q2 tñ est vna nũero in tribus. s. natura diuina.
¶ Quartũ dictum. si accipiat psona pro negatione in
gñe supple q psona sit incõicabilis existẽtia que est ne
gatio in gñe cõis tribus psonis sic nõ significat substã
tiã nec relationẽ: p3 q2 nulla negatio de suo significato
importat aliqd positiuuz cuiusmodi est omnis substã
tia 7 ois relatio. põt tñ aliquid cõnotare 7 cõnotat. p
sona hoc mõ est accepta. s. p negatione in gñe. primo
ergo cõnotat illud de quo primo pdicat. s. patrem 7 fi
lium 7 spũm sctũm que sunt positiua. nõ tñ cõnotat q̃
si ex primo intellectu suo: s3 sicut cõe cõnotat inferius
pro quo supponit. Scđo talis negatio cõnotat relatio
nem qua. s. prĩ cõuenit talis negatio 7 similiter filio.
Omnis. n. negatio in genere p̃supponit aliquã affir
matioñẽ: q2 si querat quare pater nõ ẽ cõicabilis nec
vt quo nec vt quod: Rñdetur q2 prĩ includit aliquam
proprietatẽ p quã sibi repugnat sic cõicari: 7 ideo hec
negatio cõis in gñe nõ inest alicui nisi pp positiuũ in
illo. non. n. inest talis negatio albedini vt p3: q2 tunc
albedo esset simpliciter incõicabilis vt qđ 7 vt quo.
Et sic negatio in genere determinat sibi aliquod posi
tiuũ in aliquo subiecto per quod talis negatio sibi cõ
uenit: nõ sic est de negatione extra genus: 7 differẽtia
istarum negationũ patuit supra distin. xxiij. 7 magis
infra patebit distin. xxviij. Sic ergo ista negatio quaz
significat persona importat. Secundo relationez siue
proprietatẽ prĩs per quaz proprietatez talis negatio
conuenit patri: 7 similiter dico de filio 7 spũ sancto.
Tertio connotat essentiam que licet sit in primo con
notati. s. in patre 7 filio 7 spũ sancto. non tñ est ibi rõ
istius negationis: p3 q2 sola proprietas est ratio qua
re talis negatio cõueniat patri 7 filio 7 spiritui sancto:
quia per illam repugnat eis ista affirmatio. s. esse cõ
municabile alteri. ergo per illam ppietatez conuenit
negatio talis cõicabilitatis: 7 hoc est quod dicit.
¶ Quintum dictum est. Si teneat q persona quidi
tatiue sit siue significet aliquid positiuum cõe tribus:
ita q tale cõe sit abstractũ a tribus personis non ta
men abstractum vt spẽs sed magis vt proprium. sicut
supra dist. xxiij. expositum est: tunc potest concedi q
persona communis patri filio 7 spiritui sancto significat
immediate aliquod positiuum cõmune illis tribus.
Sed illud cõmune positiuum nec est substantia nec
relatio sed est aliquod positiuum indifferens ad vtrũ
q3. s. substantiam 7 relationem. Ratio enim subsistẽ
tis indifferens est ad absolutum 7 respectiuum: 7 hoc
sustinendo q relatio possit constituere aliquid in ra
tione suppositi siue subsistentis. hoc. n. tantum hab3
veritatem in diuinis vbi cõmuniter tenetur q perso
ne constituantur in esse personali per aliquaz relatio
nẽ. Persona tamen hoc modo accepta ex consequẽti
dat intelligere sicut superius suum inferius illud pro
quo accipitur: puta patrem filium 7. s. s. 7 secundo
dat intelligere ipsas relationes que sunt rationes for
males incõmunicabiliter existenti. tertio ipsaz essen
tiam que est in primo connotato siue in primo intelle
cto. scilicet patre filio 7 spiritu sancto. ¶ Deinde Do
ctor sic epilogat que dixit. vtraq3 opinio posita dist.
xxiij. cõcordat in hoc q persona de prima ratione sua
non dicit nec relationem nec substantiam: 7 hoc nec
primam nec secundam: sed secundum vnam opi. dicit
conceptum negationis in genere cõis tribus qui di
stinguntur in eis secũdũ aliã opi. dicit conceptum po
sitiui cõis distincti in eis. Et ſm vtranq3 opi. tale cõ
mune siue positiuum siue negatiuuz cõnotat sicut suũ
inferius illud de quo formaliter dicitur: puta patrem
filium 7 spiritum sanctum: 7 quasi secundo connotat
formalia distinctiua in eis. 7 tertio essentiaz cõmunez
eis 7c.

Deinde doctor arguit probãdo q psona

significet substantiã scđaz siue qditatẽ p hoc qđ dicit
Aug. 7. de tri. c. 4. vel. 7. p hoc q ẽ tres psone. Rñdet
ad. q. illaz qua querit in diuinis qd tres: quid autem
querit essentiam. ¶ Secundo. vij. de tri. c. v. vel. ix. q
nõ est aliud deũ esse 7 personã esse. ergo psona est me
re essentiale. ¶ Rñdet Doc. ad primũ q qd qñq3 q̃rit
diffinitionem. vt patet primo topi. capitulo quarto.
Diffinitio est oratio indicans quid est esse rei. Quã
doq3 querit illud de quo aliquid dicitur. vt patet per
philosophum. x. metha. t. c. vij. vbi querit quid vnuz
quẽadmodũ

quemadmodum ⁊ quid ens tamen non sufficiens: quia hoc ipsum istius nature. Intendit dicere ꝙ nō sufficit dicere ipsum vnum esse principium sicut aliqui philosophi vt platonici: sed aliquid de quo dicitur vnum ⁊ hunc textum prolixe exposui supra distinctione octaua questione secunda. Et secundum hoc questio ista quid est elementum duplicem habet responsionem vnam assignando elementi diffinitionem: aliam assignando illud de quo dicitur elementum. Nunc autem catholicis confitentibus tres quesierūt heretici quid tres non interrogantes huius nominis diffinitionem. sed quid esset illud substantiuum quod determinaret per illud adiectiuū tres: siue de quo diceret: ⁊ ad hoc bene respondetur per hoc ꝙ est persona. ¶ Ad secundum de Augustino patebit distinctione. xxvi. ꝙ persona est ad se tam in se quam in suis inferioribus licet non sit ita ad se sicut essentia est ad se: ⁊ hoc ibi expositum est exponendo opi. Joannis de Ripis. tenendo tamē ꝙ persone constituantur in esse non per relationes sed per absoluta. Et videtur Doctor tenere ꝙ constituantur in esse per absoluta. vt infra patebit: ⁊ etiam vt patet ex intentione: quia dicit. Si non ponatur diuinas personas constitui in esse personali per proprietates absolutas difficile videtur posse exponere auctoritatē beati Augustini. ¶ Nota tamen ꝙ Doctor videtur magis declinare ꝙ persone diuine constituantur in esse personali per aliquid positiuum: ita ꝙ persona diuina de suo formali significato importat aliquid positiuum quicquid sit de persona creata. Et hoc expresse vult in tertio distinctione prima questione prima. Et hoc magis patebit infra distinctione. xxviij. ⁊ ibi vide omnino prolixam expositionem de ratione formali cōstituendi personam.

Ochā in. j. di. xxv. arguit contra Doc.

Quidam arguit contra Doctorem nō contra hoc quod dicit Doctor ꝙ a tribus personis potest abstrahi persona in communi siue persona significet positiuum siue negationem in genere. in hoc enim non videtur Ocham contradicere. Sed arguit quia dicit ꝙ Doctor videtur contradicere dictis suis in hoc ꝙ vult ꝙ a paternitate ⁊ filiatione potest abstrahi relatio communis vniuoca. licet hoc non pertineat ad principalem intentionem huius questionis. quia hic tantum loquitur de persona que non significat nec substantiam nec relationem: tamen pro nunc adducitur ista positio de relatione communi paternitati ⁊ filiationi: quia vult Doctor distinctione sequenti: ꝙ relatio sit communis paternitati ⁊ filiationi in diuinis. Et licet Ocham videatur hoc concedere: arguit tamen ꝙ contradicat dictis Doctoris. ¶ Et arguit sic. Primo secundum Sco. alibi. Quandocunque aliquibus distinctis est aliquod commune vniuocū necessario in vtroque illorum est aliquid quo conuenit cū alio ⁊ aliquid quo differt ab eodem. ergo si paternitati ⁊ filiationi sit relatio communis vniuoca paternitas aliquo conuenit cum filiatione ⁊ aliquo differt ab eadem quod est impossibile: quia tunc paternitas nō esset vltimum constitutiuum sed esset aliud magis vltimate constitutiuum. ¶ Si dicatur ꝙ non est aliquid reale commune diuinis relationibus sed tantum aliquis conceptus. Contra. ergo eadem ratione vltimis differentijs posset esse aliquis cōceptus communis: quamuis ipse differentie seipsis differrent ⁊ non per differentias. ¶ Preterea. ex istis sequeretur ꝙ potest eē conceptus communis sine omni communitate a parte rei. ergo ponendo commune vniuocum differentijs vltimis in creaturis non erit processus in infinitum. ¶ Preterea. ex isto sequeretur ꝙ aliquod vniuocum potest descendere in sua inferiora sine omnibus conceptibus contrahentibus: ita ꝙ non oportet ponere conceptum determinantem ⁊ determinabilem preter conceptum includentem vtrunque: que omnia sunt contra istum Doctorem alibi. ¶ Si dicatur ꝙ in paternitate includitur relatio ⁊ etiam aliquid preter relationem sed illud non est vltimum constitutiuum persone. ¶ Contra. quicquid est constitutiuum constituti in est etiam constitutiuum constituti. ergo quicquid est differentia differentie est etiam differentia differentis. sed illud in paternitate preter relationem est constitutiuum paternitatis. ergo est etiam constitutiuum patris. ¶ Confirmatur. quia secundum istum ab anima intellectiua non sumitur vltima differentia hominis quia ipsa differt differentia. ergo similiter a paternitate non accipitur vltima differentia qua pater distinguitur a filio si ipsa paternitas non se tota distinguitur a filiatione sed per aliquid sui. Ex isto potest inferri ꝙ dicere ꝙ ab vltimis constitutiuis nature create non potest abstrahi conceptus quiditatiuus quia sunt eiusdem generis: ⁊ ab vltimis constitutiuis nature create potest abstrahi cōceptus quiditatiuus est non causa vt causa. sed siue sint eiusdem generis siue non ex hoc ipso ꝙ potest abstrahi commune contractum per aliquod contrahens illa sic constituta ex contrahente ⁊ contracto nō sunt vltima constitutiua. ¶ Preterea. si ab omni habente vnitatem quiditatiuam potest abstrahi conceptus quiditatiuus. ergo ab vltimis differentijs potest abstrahi conceptus quiditatiuus: quia accipio vltimam differentiam generis ⁊ quero de ea an habet vnitatem quiditatiuam: an eam quam vocat hic vnitatem indiuiduationis ⁊ singularitatis? Si detur primum habeo propositum. Si detur secundum. Contra. Omnis differentia est eiusdem ambitus cum illo quod per ipsam constituitur. ergo vltima differentia generis est eiusdem communitatis cum genere. ⁊ per consequens non habet ex se vnitatem singularitatis. ¶ Ideo dico ꝙ si a personis diuinis potest abstrahi aliquis cōceptus communis quiditatiuus predicabilis in quid de eis. Similiter potest a relationibus ⁊ vltimis constitutiuis abstrahi talis conceptus: ⁊ non tantum hoc est possibile in deo sed etiam a creaturis. quia a quibuscunque realitatibus cōstitutiuis potest abstrahi aliquod commune vniuocum predicabile in quid de eis. hec Ocham.

Annulant rationes Ocham.

Respondeo premittendo vnum quod dicit Doctor. Natura creata est determinabilis per aliquod determinatiuum eiusdem generis respectu cuius est in potentia ⁊ comparatur ad illud vt potentiale ad actuale. Illud autem determinatiuum nature create non habet vnitatem quiditatis: quia tunc non determinaret quiditatem ad rationem singularitatis. Et ideo ab huiusmodi determinationibus non potest abstrahi aliquis conceptus cōmunis quiditatiuus: sed tantum a natura ⁊ quiditate abstrahitur. Sed per omnia opposito modo est in diuinis. Nam ibi natura est determinatissima ⁊ singularissima. vt supra patuit distinctione quinta questione secunda. ⁊ in quolibe. questione prima. Et ideo non est determinabilis per aliquid eiusdem generis. scilicet de genere substantie nec est potentiale ad tale deter-

minatiuum. Unde per nihil pertinens ad genus sub
stantie determinatur. Et ideo si sint aliqua determi-
nantia pertinent ad aliud genus. scilicet relationis eo
modo quo ponitur ibi genus. Et ideo huiusmodi de-
terminantia habent rationem quiditatis ac si naturā
non determinarent: quia non habent naturam aliam
a natura in eodem genere sed in alio genere: propter
quod retinent vnitatem quiditatiuam alterius gene-
ris. Et ideo ab huiusmodi determinatiuo potest ab-
strahi conceptus communis quiditatiuus. Unde re-
lationes quia sunt determinatiue alterius generis nō
tribuunt singularitatem essentie sed determinant ad
certum suppositum ⁊ retinent suas rationes quidita-
tiuas. Et ideo ab illis potest abstrahi conceptus com
munis. ¶ Hoc premisso respondeo ad primum argu
mentum. Primo ꝙ illa maior. scilicet quando aliqui
bus distinctis est aliquod cōmune ⁊c. vera ē vbi tale
commune est commune ex natura rei: ita ꝙ tantum
conceptus non sit communis: ibi contentum sub tali
communi habet aliquid quo conuenit ⁊ aliquid quo
differt. modo paternitati ⁊ filiationi in diuinis relatio
non est talē commune. ergo. Et cum infert ꝙ eodem
modo posset esse de vltimis differentijs in creaturis.
Patet responsio ꝙ non est simile cū sint eiusdem rōnis
cum contrahibili. Et etiam infert ꝙ tunc posset esse
conceptus communis sine cōmunitate a parte rei.
Hoc non habetur pro inconuenienti. Et cum vltra
infert ꝙ aliquod commune vniuocum tunc posset de
scendere ad sua inferiora sine conceptibus contrahen
tibus. Dico ꝙ non esset inconueniens loquendo de
conceptu tantum non de contrahibili a parte rei: quia
illud descendit ad inferiora per contractiua. Et quod
dicit ꝙ hec sunt contra Scotum. Uerum est loquēdo
de communi a parte rei ⁊ de cōmuni cōceptu tantum.
Cum etiam infert ꝙ non est maior ratio de vltimis
constitutiuis in creaturis q̄z in diuinis. ergo si ab vlti
mis constitutiuis in diuinis potest abstrahi talis con
ceptus: quare etiam non ab vltimis constitutiuis in
creaturis? Dico ꝙ conceptus communis dictus in qd
tantum est abstrahibilis ab illis que ex sua ratione
dicunt quiditatem. modo vltima constitutiua in crea-
turis (vt supra patuit) nullo modo dicunt quiditatē.
Ultima autem constitutiua in diuinis ex sua ratione
formali dicunt quiditatem: non tamen quiditatem im
portantem aliquam perfectionem vel imperfectionē:
sed dicunt quiditatem nec perfectam nec imperfectā.
vt patet a Doctore in pluribus locis. Et cum dicit de
vltima differentia generis aut dicit vnitatem singula
ritatis aut vnitatem quiditatis? Dico ꝙ nec hoc nec
illud. sicut etiam de vltima differentia anime intelle-
ctiue qua ipsa anima differt ab alia: illa differentia vl
tima non dicit vnitatem quiditatiuam cum sit eiusdem
generis. vt patet a Doctore supra distinctione tertia:
nec dicit vnitatem singularitatis: quia potest esse cō-
munis. Sic vltima differentia animalis quecunque sit
illa non dicit ex se vnitatem singularitatis: cum sit idē
cum animali: nec vnitatem quiditatis. vt patet. ¶ Et
nota pro ista materia illa que dixi supra distinctione
secunda questione prima parte prima in exponendo
illud argumentum quomodo non possunt esse plura
necesse esse. Et que exposui supra distin. viij. q. scōa.
Illa enim que proprie conueniunt in aliqua realitate
communi quiditatiua ⁊ differunt adinuicem habent
aliquid ex natura rei quo conueniunt ⁊ aliquid quo
differunt. sicut Franciscus ⁊ Joannes conueniunt ex

De vltima differentia aliqua.

natura rei quiditatiue in humanitate ⁊ non tantum in
conceptu communi: ⁊ differunt per suas proprias he
cceitates contractiuas humanitatis ad esse singula-
re: ⁊ sic realiter conueniunt in humanitate ⁊ realiter
differunt per hecceitates. Illa vero que dicunt qui-
ditatem ⁊ tantum conueniunt in conceptu aliquo et
non in realitate quiditatiua non habent aliquid ex na
tura rei quo conueniant ⁊ aliquid quo differant: sed
tantum seipsis ex natura rei sunt primo diuersa. Sic
in proposito. paternitas in diuinis seipsa distinguit:
nec habet aliquid quo conueniat cum filiatione qui-
ditatiue. pater vero ex natura rei habet aliquid quo
quiditatiue conuenit cum filio ⁊ spiritu sancto: ⁊ simi
liter filius quo conuenit cum patre. s. essentiam diui-
nam que est ex natura rei in tribus personis. habent
etiam aliquid quo realiter differūt abinuicem. s. suas
proprietates. ¶ Si dicatur. nonne paternitas ⁊ filia-
tio in creaturis vel due paternitates ex natura rei con
ueniunt in aliqua realitate puta relationis: ⁊ per aliqd
ex natura rei differunt? ¶ Dico ꝙ sic. Quare etiā hoc
non erit in diuinis? Dico ꝙ nō est simile hic ⁊ ibi: quia
in diuinis paternitas vt paternitas est in vltima actu
alitate. nec enim ibi est aliqua relatio que ex nā rei sit cō-
trahibilis: ideo ab illis tm̄ potest abstrahi conceptus
cōis dictus in quid nō ꝙ ex natura rei detur aliquod
commune in quid: sed dicitur ille conceptus in quid
ex hoc quia est abstractus a realitatibus quiditatiuis.
vt dixi supra. In creaturis autem datur relatio vere
potentialis ex natura rei ad hecceitatem contractiuā
ad esse indiuiduale: ⁊ sic patet quō non est simile. Et
hoc est quod etiam dicit Doc. vbi supra distin. viij.
questione secunda. ꝙ deus ⁊ creatura sūt primo diuer-
sa in realitatibus non in conceptu communi. Nō enim
est aliqua realitas ex natura rei que sit cōmunis deo
⁊ creature que sit potentialis ad aliquid in deo: cum
ipse deus secundum omnem realitatem sit sic in vlti-
ma actualitate: ⁊ sic in hoc seipso distinguitur a crea-
turis. conuenit tamen cum creatura in conceptu qui
ditatiuo abstracto per intellectum: quia tam deus q̄z
creatura dicunt quiditatem: ⁊ sic conceptus abstra-
ctus ab eis poterit dici quiditatiuus quod bene nota.
¶ Nota etiam ꝙ aliqua esse primo diuersa potest du
pliciter intelligi. Primo ꝙ sint primo diuersa hoc est
non conuenientia in aliquo quiditatiue ex natura rei.
idest in aliqua realitate communi quiditatiue. Simi-
liter nec in aliquo conceptu quiditatiuo. hoc modo
differentie vltime dicuntur primo diuersa: quia nec
in aliqua realitate communi nec in conceptu cōmuni
conueniunt quiditatiue. Secundo aliqua dicuntur
primo diuersa quia non conueniunt in aliqua realita
te communi in quid: possunt tamen conuenire in con
ceptu communi in quid: ⁊ hoc modo deus ⁊ creatura
dicuntur primo diuersa. Similiter paternitas creata
⁊ increata. Similiter paternitas ⁊ filiatio in diuinis:
⁊ sic de multis alijs. Ista enim sic se habent ꝙ que cō-
ueniunt quiditatiue in realitate possunt conuenire q-
ditatiue in conceptu communi. sed non econtra. Similiter
sequitur ꝙ que sunt primo diuersa in conceptu quidi
tatiuo sunt etiam primo diuersa in realitate quiditati
ua. Sed nō sequitur ꝙ que sunt primo diuersa in rea
litate communi sint primo diuersa in conceptu com-
muni. Que omnia bene nota. Et ex his apparet quo
modo rationes Ockam non concludunt contra Do-
ctorem. Nec intelligit iudicio meo mentem Doctoris
in isto passu. Et sic patet ista distinctio. xxv.

¶ Distin.

Obiectio.


Solo.

Aliqua esse primo diuersa quō possunt intelligi dupliciter: ⁊ q̄ dicantur primo diuersa.

¶ Distinctionis vigesime sexte primi senten- tiarum. questio vnica.

Utrum persone constituantur in esse personali per relationes originis? Titulus questionis sic exponitur suppo- nendo aliqua. Primo ꝙ persona dicat aliquod con- stitutum ex essentia diuina ⁊ proprietate personali: sic ꝙ persona patris ad suum esse personale includit essentiam diuinam ⁊ aliquam proprietatem: ita ꝙ illa proprietas est ratio vltimate constitutiua persone pa- tris: ⁊ ratio formalis distinguendi personam patris a qualibet alia persona. ¶ Titulus ergo questionis sic intelligitur. An proprietas constitutiua persone in esse personali sit relatio originis: vt paternitas respe- ctu patris: ⁊ filiatio respectu filij siue generatio actiua patris que est idem ꝙ paternitas: vel generatio passi- ua que est idem ꝙ filiatio. An illa proprietas constitu- tiua sit aliqua entitas absoluta?

Opi. Prepositini.



Espondeo. Opinio quorundam est si- cut Prepositini ꝙ perso- ne seipsis distinguntur. Et ita nō est querere quo for- maliter distinguntur vel quo constituuntur: quia non habent constitutiuū. ¶ Confirmatur positio ista. quia persona diuina est ēque simplex sicut essentia. essen- tia autem propter sui simplicitatem seipsa distingui- tur a quocunque: igitur ⁊ persona. ¶ Item abstractum ⁊ concretum idem significant. ergo paternitas ⁊ pater. ergo dicere patrem distingui paternitate est dicere ip- sum seipso distingui. Uult ergo ista opinio ꝙ persona tantum includat proprietatem personalem: ita ꝙ non est quoddam constitutum ex proprietate ⁊ essentia. Et probat duabus rationibus que sunt clare in lit- tera.

Contra istud arguitur sic. Queecunque non sunt primo diuersa aliquo sui distin- guntur: quia que se toto distinguuntur sunt primo di- uersa. Si enim non sunt primo diuersa sed aliquid idem entia: tunc non eo distinguuntur quo sunt idem. sed aliquo sui quo non sunt idem. Sed persone di- uine non sunt primo diuerse: quia sunt eiusdem essen- tie. ergo adhuc est querere quo distinguuntur. ¶ Hic Doctor improbat hanc opinionē ostendendo ꝙ persone sunt vere constitute ex aliquo in quo conue- niunt ⁊ ex aliquibus quibus differunt: ⁊ per conse- quens non seipsis distinguuntur. Et arguitur sic. Que se totis distinguuntur sunt primo diuersa. idest in nullo quidditatiue conuenientia. Sed persone diui- ne non sunt primo diuersa: patet quia conueniunt qui- dditatiue in deitate. patet quia hec est quidditatiue ve- ra. pater est deus. filius est deus. ⁊ per proprietates distinguuntur. ¶ Ibi. Item plures proprietates sūt in eadem persona sicut in patre innascibilitas ⁊ gene- ratio actio. Et distinguuntur hec secundum Augusti- num quinto de trinitate. capitulo sexto. vel. xiij. vbi vult ꝙ si pater non esset ingenitus: posset tamen esse pater: ⁊ econuerso. ergo etiā per impossibile vna non distingueret patrem ab aliquo: posset alia distingue- re. ⁊ econuerso. ergo semper est aliquid quo distingui- tur pater a filio: ita ꝙ non primo se toto. Unde argu- it sic Doctor in sententia probando ꝙ pater non seip- so primo distinguitur a filio: ⁊ ꝙ persona patris non sit sic simplex vt non includat plura: quia includit in- nascibilitatem ⁊ generationem actiuam. Posito er- go ꝙ non distinguatur a filio generatione actiua: po- terit tamen distingui innascibilitate. Tunc sic. quod includit aliquid quod distinguitur ab alio: vel quod in- cludit aliquid quod est ratio distinguendi. Et aliquid quod non est ratio distinguendi: non distinguitur se- ipso primo vt patet. sed pater includit innascibilitatē ⁊ generationem actiuā. Posito ergo ꝙ generatio non sit ratio distinguendi: innascibilitas erit ratio distin- guendi: vel si innascibilitas non est ratio distinguendi generatio actiua erit ratio distinguendi. ergo include- ret aliquid quod distingueretur: et aliquid quod nō distingueretur. ⁊ sic non seipso primo distingueretur. Uel sic formetur ratio. Nihil includens plures pro- prietates seipso primo distinguitur ab alio. sed perso- na patris includit plures proprietates: quia innascibi- litatem generationem actiuam per Augustinum quin- to de trinitate. ¶ Ibi. Item in patre est generatio actiua ⁊ spiratio actiua. Et spiratione actiua non di- stinguitur a filio: quia illa est in filio: ergo pater non seipso toto eque primo distinguitur: sed aliquo quod est in eo. ¶ Tertio arguit Doctor contra Preposi- num sic. Nihil primo se toto distinguitur ab alio quod habet aliquid quod conuenit cum alio: ⁊ aliquid quo differt. sed pater conuenit cum filio in spiratione actiua et differt a filio paternitate. ergo pater non se- ipso toto eque primo distinguitur sed aliquo quod est in eo. ¶ Ibi. Item in prefatione de trinitate dicitur in personis proprietas. non autem persona est in se- ipsa: hoc modo sicut proprietas intelligitur esse in per- sona. si ergo persona esset sola proprietas: sequere- tur ꝙ persona esset in seipsa: ⁊ sic patet improbatio huius opinionis. que opinio non tenetur a sequenti- bus doctrinam Scoti.

Arguitur etiam ab alijs aliter contra ipsum. ¶ Hic Doctor recitat vnam ratio- nem quam facit Herueus Brito contra positionem Prepositini. Et arguit sic. quia si pater se toto di- stinguitur a filio. ergo ⁊ spiritu sancto. ergo eandem habitudinem habet ad vtrunque: patet quia eodem di- stinguitur ab vtroque. ergo filius ⁊ spiritus sanctus habebunt habitudinem eiusdem rationis ad patrē: sicut si Paulus est similis Petro et Lino. ergo Pe- trus ⁊ Linus habent similitudinem eiusdem rationis ad Paulum: ⁊ tunc filius videtur distingui a patre relatione eiusdem rationis cum ea qua distinguitur spiritus sanctus a patre. Herueus Brito.

¶ Ibi. Sed forte istud argumentum non concludit: quia quocunque pater constituitur in esse personali: eo distinguitur primo personaliter a filio ⁊ spiritu san- cto. non tamen sequitur econuerso. ꝙ filius ⁊ spiri- tus sanctus distinguerentur aliquo eiusdem ratio- nis a patre. ¶ Dicit Doctor ꝙ hoc argumen- tum non concludit: quia eodem quo pater constituit

in esse distinguitur a filio et spiritu sancto: non tamen sequitur quod filius et spiritus sanctus distinguantur a patre aliquibus eiusdem rationis: quia filius filiatione distinguitur et spiritus sanctus spiratione passiua.

Tho. j. pte su. q. 40. arti. 2.

Alia est opinio communis que dicit personas constitui per relationes: et hec conclusio probatur multis auctoritatibus sanctorum: et etiam multis rationibus. Et vt magis ordinate procedam adducam auctoritates et rationes soluendo illas: et post adducam rationes quibus probatur personas constitui in esse per absoluta. Probatur ergo primo quod constituantur in esse per relationes. Prima auctoritas est Boetij de trinitate qui multa videtur tangere de hoc. et Augustinus similiter quinto de trinitate. Qua propter illud precipue teneamus quicquid ad se dicitur prestantissima illa et diuina sublimitas substantialiter dici. idest quod omne absolutum in diuinis pertinet ad substantiam diuinam. Et paulopost. Quicquid ad seipsum de singulis dicitur: non pluraliter in summa sed singulariter accipiatur. idest quod omne absolutum in diuinis dictum de personis non pluraficatur: sed tantum singulariter accipitur. Nec est ratio distinguendi: cum omne tale dicatur de tribus. Et ibidem. vigesimotertio. de paruis. Et breuiter iste auctoritates concludunt quod omne absolutum in deo est commune tribus: et tale non constituit aliquid in esse personali.

Respondet doctor ad istas auctoritates Augustini ibi. Ad illa que secundo modo videntur esse contra eum responderet discurrendo per ordinem supple Bona. et Joan. de ripa. qui tenent personas constitui per absoluta: et dicerent quod Augustinus loquitur de his que sunt ad se: ita quod nec sunt relatiua nec referibilia. idest quod illa absoluta que nullo modo sunt referibilia: sunt communia tribus et pertinent ad substantiam: et talia non sunt proprietates personales: sed illa absoluta que non sunt essentialiter relatiua. tamen sunt supposita referibilia et non sunt communia tribus. Et de istis absolutis non intendit Augustinus quod sint communia et cetera. sicut patet per exempla sua. Videtur enim dicere ipsemet ibi quod aliquid est ad se: licet sit referibile ad aliud. sicut expresse vult Augustinus septimo de trinitate capitulo quarto. vbi tractans quomodo Greci dicunt tres esse substantias: vult quod subsistere secundum quod competit substantie illo modo sit ad se. Subdit enim ibi. Si aliud est deo esse et aliud subsistere: sicut aliud est deum esse et aliud patrem esse relatione. igitur subsistit sicut relatione gignit. Et ex hoc infert. Itaque substantia iam non erit substantia quia relatiuum. Et infra. Absurdum est autem vt substantia relatiue dicatur. Omnis enim substantia ad se subsistit: quanto magis deus: quid expressius quam substantia secundum quod Greci accipiunt eam. scilicet pro persona. scilicet quod substantia prima non secunda sit ad se: et ad se subsistat illo subsistere quod competit substantie sic dicte. Vult ergo Augustinus quod persone dicantur substantia prima: accipiendo substantiam primam vt exponitur in expositione Bonauen. et Joan. de ripa. vt post declarabitur.

Nota tamen quod Doctor exponit hanc auctoritatem aliter in quolibe. Omnis substantia ad se subsistit quanto magis deus: accipit ibi subsistere pro existentia. idest si quelibet substantia est per se existens: quanto magis deus erit per se existens. Si vero exponatur de persona debet sic accipi. Omnis substantia ad se subsistit. idest incommunicabiliter existit quanto magis deus. idest persona diuina incommunicabiliter existet. Ibi. Etsi obijciatur quod ista verba Augustini de substantia et persona non debent magis accipi de personali quam de essentiali: quia dicit quod eodem dicitur deus et persona. Dicit Doctor quod eodem. idest aliquo dicto ad se dicitur deus et persona: illud tamen ad se potest accipi dupliciter.

Dicitur dupliciter ad se.

Uno modo illud dicatur ad se vt distinguitur contra illud quod est ad aliud. eo modo quo pater non est persona filij sicut nec est deus filij: et sic eodem dicitur deus et persona: quia persona vt persona non est correlatiuum. Alio modo accipitur ad se omnino absolute: et sic non eodem dicitur deus et persona: et patet littera. Ibi. Ad Augustinum vndecimo de ciuitate dei. Hic respondet ad dictum Augustini quod erat tale. Deus est quicquid habet excepto quod vna persona dicitur ad aliam et non est ipsa. nam pater habet filium nec tamen est ipse filius. Et ex hoc videtur concludere quod si persona filij esset quid absolutum: tunc pater esset filius. Dicit Doctor concedendo quod pater est quicquid habet excepto relatiuo quod habet et non est ipsum. Et sic concedit quod prima persona est quicquid habet ad quod non refertur. Posito ergo quod secunda persona sit quid absolutum: pater habet illam vt correlatiuum ad quod refertur. Et sic patet quod non est illa. Ibi. Ad Boecium quando dicit quod relatio multiplicat trinitatem et cetera. Dico quod Doctor ille accipit relationem pro origine: et sic intelligendo accipitur multiplicare non pro formaliter distinguere: sed quasi principiatiue correspondenter principio effectiuo: et hoc quidem non est extorquere verba. multiplicare enim est multa facere sicut christus vere multiplicauit panes euangelicos: et tamen ipse non fuit forma illa qua formaliter multiplicabantur panes illi: et deus creans multiplicat animas: non tamen est ipse forma qua formaliter anime ipse distinguuntur. Hic Doctor dat singularem responsionem quod multiplicare trinitatem siue distinguere personas potest contingere dupliciter. Uno modo originatiue siue principiatiue. Alio modo formaliter.

Multiplicare trinitates: seu psonas distinguere quomodo intelligi debeat.

Primo modo relationes originis multiplicant trinitatem. idest quod generatio actiua per quam habetur filius. et spiratio actiua per quam habetur spiritus sanctus: dicuntur principia per que persona filij et persona spiritus sancti originantur. Et hoc modo tales relationes dicuntur principiatiua distinguere. sicut etiam expositum est in questione vltima prologi. Sed secundo modo persone formaliter distinguuntur per suas proprietates absolutas. Ibi. Ad Joan. Dama. qui dicebat quod pater et filius et spiritus sanctus secundum omnia vnum sunt: preter ingenerationem et generationem et processionem. Sed ista tria non sunt absoluta. ergo. Dicit Doctor quod vna eius auctoritas soluit aliam: quia capitulo primo. precise ponit ingenerationem. Et in libro tertio capitulo quinto. ponit paternalem proprietatem: et sic patet quod per ingenerationem intelligit omne personale patris: et tunc est sensus. quod pater et filius et spiritus sanctus secundum omnia sunt vnum preter ingenerationem et generationem et processionem. idest preter proprietates personales. Et hoc modo etiam exponit in quolibe.

in quolibe·questione quarta·& hoc idem infra distinctione vigesimaoctaua·¶ Ibi·Ad Ricar·dico· Quando Ricardus dicit q persone non distinguuntur in diuinis nisi per alium & alium modum habendi eandem naturam·ergo filius distinguitur a patre: quia habet naturam per generationem & a spiritu sancto: quia habet eandem per spirationem·

¶ Dicit Doctor q modus existentie alius est: & hoc pertinet ad originem: quia natura diuina existit in filio per generationem & in spiritu sancto per spirationem·sed non sequitur q originatum non sit aliquid subsistens ad se distinctum aliqua realitate personali absoluta alia ab originante· ¶ Ibi·Ad Anselmum·Patet responsio sicut responsum est ad Boetium·Omnia enim sunt vnum & eadem: vbi non obuiat relationis oppositio vel formaliter·sicut relatio obuiat alicui relatiuo: vel sicut natum referri relatione opposita: & isto modo persone si essent absolute distinguerentur: quia in eis sunt relationes principiantes &c·

Item per rationem· Deinde Doctor adducit rationes q ·scilicet non constituantur per absoluta· Et prima stat in hoc·

Quia ex quo persona constituitur ex essentia & proprietate: si talis proprietas esset absoluta tunc persona esset composita: quia absolutum additum absoluto facit compositionem· Sed hoc non sequitur de relatione: quia nihil addit supra suum fundamentum: & per consequens non facit compositionem· ¶ Ibi·Aliter confirmatur ista ratio·quia relatio vt comparatur ad essentiam transit in essentiam: & vt comparatur ad oppositum manet· Sed absolutum semper manet etiam quando comparatur ad essentiam: & per consequens relatio non facit compositionem: quia nihil facit compositionem cum aliquo nisi comparetur ad illud: sed relatio vt comparatur ad essentiam nihil addit cum transeat in illam: absolutum vero vt comparatum ad essentiam vere manet & additur illi·ideo facit compositionem·¶ Respondet Doctor ibi·

Ad rationes pro secunda opinione respondetur·Dicit Doctor ad hanc rationem q realitas proprie subsistentie in creatura non facit compositionem cum natura creata: relatio autem in creaturis facit compositionem cum fundamento·Ergo si relatio in diuinis non facit compositionem cum fundamento: multo minus realitas subsistentie siue realitas suppositi·

Dubitatio· Hic tamen occurrit dubium· quia Doctor supra distinctione quinta questione secunda·vult q natura dicat potentialitatem respectu singularitatis·& singularitas est actus ipsius nature contrahens illam ad esse indiuiduale·ergo facit compositionem· Si dicatur q verum est de realitate singularitatis sed non de realitate subsistentie siue suppositi·Contra·quia quero an ratio suppositi dicat aliquid positiuum additum nature: & sic idem videtur· Si vero dicat tantum negationem: vt videtur ipse tenere infra distinctione vigesimaoctaua: & in tertio distinctione prima ·q·j· & in quolibe· questione decimanona·tunc licet non faciat compositionem in creaturis: tamen non ostendit quin talis entitas suppositalis non faciat compositionem in deo: quia ibi dicit entitatem positiuam·vt videtur ipse tenere in isto primo distinctione vigesimatertia & vigesimaoctaua·& expresse in tertio distinctione prima questione prima·

¶ Dico breuiter q entitas indiuidualis & si sit contractiua nature & actus nature: quia tamen idemptificatur realiter cum natura·vt patet a Doctore in secundo distinctione tertia·ideo non facit compositionem cum natura· Exposito q improprie faciat quasi compositionem propter diuisibilitatem nature in plura indiuidua: in diuinis tamen non sequitur: quia natura diuina ex sua entitate formali est in vltima actualitate· ¶ Dico secundo·posito q in creaturis actus indiuidualis faciat aliquam compositionem cum natura: actus tamen suppositalis etiam positiuus si poneretur nullam penitus facit compositionem cum natura singulari cuius est talis actus·vt clare in presenti distinctione patebit. ¶ Ibi· Et cum confirmatur ratio·Dicit Doctor q relatio licet transeat secundum idemptitatem realem in essentiam: manet tamen secundum realitatem formalem: cum non sit eadem formaliter cum essentia diuina: & etiam vt comparata ad essentiam manet secundum realitatem formalem· Idem diceretur de absoluto constituente personam q transiret in essentiam realiter: maneret tamen secundum entitatem formalem. Hoc idem patet de attributis vt comparantur ad essentiam· Quomodo autem relatio vt comparata ad essentiam dicatur transire & manere vide prolixius in quolibe·questione tertia·¶ Secundo principaliter arguitur pro ista opinione·Ibi·Item eadem natura non potest esse in diuersis suppositis ab.solutis nisi distinguatur in eis·¶ Si enim sunt duo supposita absoluta videtur q quicquid est in vno sit aliud a quocumque quod est in alio· Si dicatur q idem videtur de natura que est in pluribus suppositis relatiuis· Dico q non est simile: quia eadem natura omnino illimitata potest esse fundamentum plurium relationum originis: & sic potest eadem esse in pluribus suppositis relatiuis·

¶ Respondet ibi·Ad secundum argumentum dico q ponendo personas relatiuas oportet ponere eas vere subsistentes: & in eis esse eandem naturam indiuisam: hoc non potest poni propter aliquam imperfectionem personarum in subsistendo·quia ponuntur ita subsistentes sicut si essent absolute·ergo oportet q ponatur propter infinitatem essentie que est in subsistentibus·Sed eadem est infinitas si persone essent absolute·ergo· ¶ Tertio principaliter arguitur·Ibi·Item secundum omnes relationes sunt in personis diuinis·ergo si non constituunt videtur sequi: primo q sint ibi accidentales & aduentitie personis: secundo q sint entia rationis: quia relatio dei ad creaturam ideo est rationis quia presupponit personam in esse perfecto: nec dependentem ad creaturam: nec necessario coexigentem eam ad suum esse personale·ergo·

¶ Respondet Doctor ibi· Ad tertium instando dicitur q patri & filio spiratio actiua est aduentitia: & tamen non accidentalis secundum eos: nec etiam relatio rationis· Et quod dicitur de relatione ad creaturam non est simile: quia relatio ad creaturam non oritur ex natura rei & ex necessitate fundamenti sicut relatio originis vt patet·¶ Quarto arguitur· si proprietas absoluta constitueret esset formaliter in deo·ergo dans esse·ergo tria esse· ¶ Rndet Doc·ibi·q ista rone innitit huic ppositioni·s· q omne absolutum est actus: & p cons dans esse: & hoc improbat multipliciter· Primo quia in creaturis actus ypostaticus non dat esse: quia

Rnsio·

tunc natura humana in christo nō haberet idem esse quod haberet dimissa: patꝫ quia actus personalis nō est assumptibilis quia sibi repugnat. vt patet a Doctore in primo distinctione secunda parte secunda. ⁊ in tertio distinctione prima ⁊ distinctione secunda ⁊ in quolibe. questione nona. ⁊. xix. Sed de hoc an dicat esse positiuum. vide glo. quā feci in distinctione prīa questione prima tertij. vide ibi. Secundo quia actus dans esse dat operationem. hoc verū est de esse dicē te quiditatem: quia ratio formalis agendi alicui est entitas quiditatiua. vt patet a Doctore supra distinctione prima. ⁊ vide glo. in distinctione tertia questione sexta. Sed proprietas ypostatica in creaturis nō dat operationem. vt pꝫ p Dam. lib. 3. c. xv. Naturales ⁊ nō ypostaticas aimus volūtates ⁊ opatōes ⁊c. Ex hoc enim q̄ persone diuine non habent tres operationes concludit q̄ operatio non est ypostatica. ¶ Si dicat. posito q̄ pater sit constitutus per proprietatem absolutam: nonne dicimus q̄ pater vere generat filium?

¶ Dico q̄ operatio ista tantū competit patri ratione memorie fecunde non ratione proprietatis. vt patuit supra distinctione septima. ¶ Itē arguit. ⁊ ratio stat in hoc. q̄ illud quod est ratio recipiendi esse non dat esse illi recepto vt patet: sed proprietas ypostatica est ratio recipiendi esse ipsi supposito. patet quia cū suppositum habeat esse ⁊ natura det illi esse: proprietas suppositalis erit ratio recipiendi esse nature. ergo non dat esse ipsi: ⁊ per consequens non facit aliquam compositionem. ¶ Ibi. Ad argumentum tunc potest dici ⁊c. ¶ Et dicit q̄ sicut duplex est entitas. scilicet quiditatiua ⁊ ypostatica: ita duplex est esse. s. q̄ditatiuuꝫ ⁊ ypostaticum: ⁊ sic concedit q̄ proprietas ypostatica dat esse ypostaticum: siue personale: siue suppositale: siue incommunicabile: que idem sunt: non autem dat aliquo modo esse quiditatiuum. Expono tamen istaꝫ litteram cum dicit. sicut quiditatiue est dare esse: quia sicut talis entitas ē de se cōmunicabilis: ita ⁊ entitas ypostatica est vt non sit actus dans esse: quia de se est incommunicabilis vt quo. Quomodo dicatur incōmunicabilis vt quo. supra exposui in distinctione secunda parte secunda questione prima illius partis: ⁊ prolixe exposui in distinctione prima questione prima tertij. vide ibi vbi multa singularia dixi. Sequitur. Et licet in creaturis proprietas indiuidualis det esse quia est alicuius gradus entitatis positiue vltra entitatem quiditatiuā nature. De hoc vide Doctorē in secundo distinctione tertia questione sexta. Sequitur. Tamen vltra entitatē singularē proprietas suppositi nullam entitatem dat: immo nullum positiuuꝫ addit ex. q. prima distinctionis prime tertij libri: vbi dicit Doctor q̄ proprietas personalis dicit tantum negationem duplicis dependentie. scilicet actualis ⁊ aptitudinalis. vide ibi. et expositionem quam feci. Sequitur. Et licet illud addat tamen non esset ratio dandi esse. idest posito q̄ proprietas ypostatica addat aliquod positiuum nature: tamen illud positiuum non est ratio dandi esse nisi tantum ypostaticum. Sequitur. Quia natura existens in qua includeretur natura ⁊ entitas singularitatis: est rō totalis dandi esse. idest q̄ sola natura actu existente cum sua singularitate que dicit entitatem positiuam eandem realiter cum tali natura existente est tota ratio dandi esse. vt patet discurrendo per omnia illa que dant esse alteri. Sequitur. Et ita quicquid intelligitur aduenire siue positiuum siue priuatiuum siue absolutum siue respectiuum non dabit esse: quia per illud quod iam preintelligitur datur esse. idest q̄ nihil dat esse francisco intrinsece nisi natura ⁊ singularitas existens in illo: quia hoc totum est totum esse vere communicabile intrinsece ipsi francisco. licet ergo proprietas ypostatica vt ens positiuum adueniat nature singulari francisci: nullum tamen esse dat tali nature: quia si daret aliquod esse illud esset vere communicabile. modo proprietas ypostatica dat tantuꝫ esse incommunicabile. Sequitur. Licet igitur in diuinis non sit proprietas personalis tantum negatio sed aliqua entitas positiua: tamen quia natura diuina est de se hec. vt supra exposui distinctione quinta questione secunda. ⁊ est per se existens: immo est quiditatiue sua existentia: vt supra patuit distinctione secunda questione secunda ⁊ patet in prima questione quolibe. ipsa natura diuina habebit totam rationem dandi esse quod esse est vere communicabile. ¶ Ibi. Ad argumentum igitur cum probatur q̄ sit actus quia est ibi actualiter. dico q̄ est fallacia equiuocationis. Actus potest accipi dupliciter. Vno modo vt est differentia entis opposita potentie. sicut dicimus q̄ ens diuiditur per actum et potentiam. ⁊ sic omne illud quod habet esse extra suam causam potest dici actus. Alio modo accipitur actus pro actu constituente cum aliquo aliquod totuꝫ: ⁊ sic forma est actus materie: quia ipsa forma cū materia constituunt aliquod totum. Arguendo ergo sic. actus dat esse. proprietas absoluta est actus. ergo proprietas dat esse. Si maior accipitur pro actu qui distinguitur contra potentiam est falsa ⁊ minor vera. Si vero accipitur pro actu secundo modo: maior est vera ⁊ minor falsa. Si vero in maiori accipitur actus pro actu secundo modo: ⁊ in minori pro actu primo modo. argumentum est in quattuor terminis ⁊ peccat per fallaciam equiuocationis. ¶ Ibi. Secunda ratio videtur deficere: quia istud non habet se ad essentiam vt perfectio ad perfectibile. ⁊ de hoc vide supra distinctione quinta questione secunda ⁊ expositionē quam ego feci. ¶ Ibi. Secundo dato q̄ aliquo modo se haberet ad essentiam vt informans ipsam.

¶ Dicit Doctor q̄ etiam posito q̄ proprietas absoluta informaret essentiaꝫ: non tamen sequitur q̄ sit perfectio essentie. patet quia si esset aliqua perfectio esset perfectio simpliciter: quia in diuinis non ponitur aliqua perfectio limitata: ⁊ q̄ non sit perfectio simpliciter patet: quia quod est incommunicabile nullo modo est perfectio simpliciter. vt diffuse exposui in prima questione partis secunde distinctiōis secunde. vide ibi multa de perfectione simpliciter. ¶ Ibi. Tertio dato q̄ haberetur hoc quod informat: non sequitur q̄ sit perfectio simpliciter nec illa que inferuntur vlterius. scilicet q̄ essentia diuina non sit simpliciter perfecta: vel q̄ vna persona non sit simpliciter perfecta in se. ¶ Ibi. Preterea. ista ratio melius concluderet contrarium de relatione. ¶ Hic Doctor dicit q̄ si sequatur hoc. absolutum incommunicabile est actus essentie. ergo est perfectio essentie: magis sequitur de relatione in diuinis: quia certum est q̄ paternitas est actus. si ergo est actus essentie. ergo sequitur q̄ magis erit perfectio essentie quam proprietas ypostatica absoluta. patet quia nulla proprietas ypostatica dicit aliquam perfectionem: quia si sic: maxime proprietas ypostatica in diuinis diceret perfectionem: ⁊ sic aliqua perfectio esset in vna persona que non esset in alia: relationi tamen vnde relatio non repugnat perfectio. immo aliquam includit perfectionem. vt patet per Augustinum de quantitate anime. capitulo septimo.

Explanatio lre. [margin note, left, beside "aliquo modo esse quiditatiuum"]

Act⁹ dupl'r accipi pot. [margin note, right, beside "q̄ est fallacia equiuocationis. Actus potest accipi dupliciter"]

septimo dicentem · Inequalitati equalitati iure preponimus: nec quisquam omnino est vt opinor huma no sensu preditus cui non id videatur· hoc autem nō est tantum a fundamento · potest enim inequalitas fundari in fundamentis perfectioribus quā equalitas·¶ Ibi·Si dicatur q dictum Augustini verum est ratione fundamentorum proximorum non remotorum. proximum autem fundamentum equalitatis est paritas· Dicit Doctor hoc esse falsum · Et hec littera clara est ·¶ Item arguitur pro ista opinione probando q persone non sint constitute per absoluta: quia multiplicato aliquo absoluto multiplicatur omne aliud absolutum circunstans illud ·patet quia multiplicata quantitate multiplicari dicit albedo inherēs et econuerso· ergo essentia diuina distingueretur ad distinctionem talium absolutorum · ¶ Ibi· Et confirmatur maior ·scilicet q multiplicato aliquo absoluto etc ·quia plura eiusdem speciei non possunt esse in eodem ·sed iste proprietates si ponuntur absoluta erunt eiusdem speciei: quia si essent alterius speciei oporteret querere per quid altera istarum sit incommunicabilis: sicut enim ponitur paternitatem que differt specie a filiatione non posse esse de se incommunicabilē: ita erit de illa proprietate absoluta· ¶ Ibi· Confirmatur ista ratio: q: sicut non sunt plura eiusdē rationis in eodem perfecto sic non sunt plura verba in essentia diuina· ¶ Respondet Doctor ibi· Tertia ratio habet maiorem falsam ·in omnibus ordinatis essentialiter et formaliter licet gratia materie quandoq3 sit vera: quia ad multiplicationem posterioris formaliter non sequitur multiplicatio prioris· Et hoc patet per exempla posita in littera· Non enim sequitur ad multiplicationem potentiarum anime q ipsa anima multiplicetur· Et quod dicit q plura eiusdem speciei nō possunt esse in eodem· Hoc est improbatum distinctione octaua tertij· vbi ostensum est q plures paternitates possunt esse in eodem· ¶ Ibi· Cum autem maior declaratur per inductionem fit fallacia consequentis· Et patet littera. Et quando dicit q sunt eiusdem speciei· Hoc potest negari ·sicut etiam patet de proprietatibus indiuidualibus que sunt primo diuersa· Nam que sunt eiusdem speciei non possunt esse primo diuersa cum sint in aliquo quiditatiue conuenientia· Et cū infert ·ergo sunt alterius speciei? Negatur ista consequentia: quia nec due proprietates indiuiduales dicuntur alterius speciei· Et si queratur· quid ergo sunt? aut sunt eiusdem speciei aut alterius? Dico q loquendo de specie proprie. nec sunt eiusdem nec alterius: sed sunt primo diuersa: et hoc satis patuit supra distinctione terciadecima· vbi ostenditur q productiones seipsis distinguuntur· ¶ Item arguitur pro ista opinione ibi· Quarto· Si proprietas absoluta que dicatur ·a· exprimatur vel pullulet ab essentia· Et similiter ·b· et expressum est in eodem supposito cum eo ·a· quo exprimitur ·ergo ·a· et ·b· erunt in vna persona ·quod est impossibile· ¶ Respondet Doctor ibi· Quarta ratio etiam procedit ex falsa imaginatione: q iste proprietates exprimantur ab essentia quasi per originem: quod non fuit dictum: sed sicut aliqui concedunt q relationes pullulant in essentia ·sic posset concedi contra eos q iste proprietates absolute pullulent in essentia· Et cum dicit ·q tunc erunt in eadem persona: patet quia si pullulant in essentia ·ergo erunt in eadem persona in qua est essentia· Hoc concedit doctor ·non tamen ex hoc sequitur q aliqua sit in eadem persona cum illa a qua habetur per veram originem: nec repugnat vera originatio persone habenti vnam a persona habente aliam: sicut etiam isti habent dicere qui dicunt suppositum constitui per relationem· scilicet q filius pullulat a patre per originem: et tamē filiatio aliquo modo pullulat in essentia siue ab essentia diuina· Sed de ista pullulatione proprietatum habet videri ·infra distinctione vigesima octaua questione vltima· ¶ Vltimo arguitur pro ista opinione ibi· Quinto sequitur q non sit ibi origo: quia persona originata per originem capit essentiam: sed persona si est absoluta precedit ipsam relationem originis: Et sic secunda persona precederet in essendo ipsā originem passiuam· ¶ Respondet Doctor ibi· Quinta ratio ·videtur difficile· ¶ Q: difficilius videtur sustinere originem ponendo extrema tantum relatiua formaliter quā ponendo ea esse absoluta· Nam si tantum sint relatiua nihil aliud erit personam originare personam q3 relatiuum habere correlatiuum: sed relatiuum positum sine omni alia actione videtur habere correlatiuum· Si vero ponantur absoluta non videtur tanta difficultas quomodo vnum suppositum gignatur ab alio: cum in creaturis secundum eos sint supposita absoluta: et tamen non negatur originatio huius ab alio· Et cum dicitur q absolutum precederet originationem· Dicit Doctor q originatio pertinet ad genus cause efficientis non formalis: nec videtur maior difficultas de prioritate absoluti et respectiui in creaturis q3 hic· ¶ Sustinendo tamen opinionem q persone constituantur tantum per relationes potest hoc declarari ·et expono litteram in qua Doctor declarat intentum que ponitur·

De modo igitur ponendi

qualiter possit relatio constituere personas et eas distinguere declaratur per hoc q producens necessario distinguetur a suo opposito realiter: quia idem non producit seipsum ·ergo erit aliqua relatio realis et distinctio realis aliquorum que sunt in essentia diuina· Sed quomodo intelligatur distinctio realis proprietatum existentium in essentia diuina · supra exposui in distinctione secunda questione prima parte secunda· Sequitur. Non autem possunt ibi esse aliquo modo per informationem propter simplicitatem diuinam· hoc expositum est supra distinctione quinta questione secunda ·ergo erunt persone per se subsistentes in illa natura· Hoc non debet intelligi q huiusmodi relationes personales sint persone subsistentes: q: tantum sint rationes subsistendi· Sed debet intelligi q erunt ibi persone subsistentes per huiusmodi relationes tanquā per relationes formales subsistendi· Nam persona patris nihil aliud includit nisi essentiam et proprietatem· Et quia huiusmodi relationes realiter distinguuntur tanquā tres rationes subsistendi: ideo per eas persone constitute realiter distinguuntur· Sequitur· Qualiter autem ex hoc non sequatur distinctio essentie in qua subsistunt declaratur: quia idem illimitatum potest esse fundamentum relationum oppositarum· hoc prolixe expositum est supra distinctione secunda questione tertia ·patet in secundo· Sequitur· Et tunc illa relatio dicitur vno modo manere et alio modo transire· hoc supra declaratum est· Innuit etiam hic q ipsa relatio non est formaliter essentia· sed hoc supra prolixe expositum est distinctione secunda questione prima partis secunde· Sequitur in littera· Ipsa etiam ex hoc q est relatio est oppositi necessarij vt termini: ita q comparare

Declaratio notādaquō rio possit constituere personas·

eam ad essentiam non includendo habitudinem ad oppositum est non comparare relationē ad essentiaȝ: patet quia essentia non potest esse terminus relationis originis: quia tunc essentia vere posset referri relatione originis. quod est improbatum supra distinctione quinta questione prima. Cum ergo essentia nō possit esse terminus talis relationis: sequitur ꝙ comparare relationem ad essentiam est ipsam non comparare ad essentiam. Sequitur. Et ex hoc ꝙ est oppositi necessario distinguitur realiter ab illo: ꝛ tamen non oportet essentiam realiter distingui: quia essentia non formaliter est relatio licet realiter. vide tamē que dixi supra distinctione secunda parte secunda questione prima. Sequitur. Nec oportet ibi esse compositionem. Hec littera clara est ꝛ prolixius declarata est supra distinctione quinta questione secunda: quomodo persona constituta ex essentia ꝛ proprietate non sit composita nec quasi composita. Sequitur. In speciali autem ponitur vlterius ꝙ tantum relationes originis constituunt personas ꝛ distingunt eas: quia ille primo pullulant in essentia diuina: quia primo in essentia diuina est duplex fecunditas inquantum est intellectus infinitus ꝛ voluntas infinita: ꝛ mediantibus istis statim pullulant relationes originis: ꝛ post pullulant relationes communes vt equalitas ꝛ similitudo. de quibus supra patuit distinctione. xix. questione prima. ꝛ infra patebit distinctione trigesimaprima ꝛ in quolibe. q. vj.

Contra istam conclusionē.

Hic Doctor intendit probare ꝙ persone diuine constituantur in esse personali per absoluta siue per proprietates personales absolutas. ꝛ probat quattuor vijs. Primo comparando relationem ad relatiuum. Secundo comparando relationem ad originem. Tertio ex propria ratione ipsius constitutiui. Quarto per auctoritates. Et credo ꝙ hec via sit magis sustentabilis ꝛ clarior ꝛ facilior. ꝛ ꝙ Doctor magis declinet ad hanc viam: vt patet per argumenta que quodāmodo videntur insolubilia quamuis ea nitatur soluere: ꝛ credendum est ꝙ nisi opinio communis esset in contrarium: Doctor asseruisset hanc opinionem. licet nunc vtramqȝ viam sustinere videatur. Et vt facilius exponantur ista argumenta cum suis responsionibus ordinate exponam argumenta. sic ꝙ exposito vno argumento: immediate exponam responsionem illius. Et sic deinceps.

Pria via.

Ex prima via arguitur sic.

Omne relatiuum siue omnis relatio secundum quam aliquid dicitur esse relatiuum presupponit aliquid qđ tali relatione vere refertur. hoc patet per Augustinuȝ septimo de trinitate: quia omne relatiuum est aliquid excepta relatione. Sed paternitas in diuinis est relatio qua aliquid dicitur vere relatiuum: ꝛ qua refertur ad aliud. ergo paternitas de necessitate presupponit aliquid prius quod secundum eam referatur. Si sic: illud presuppositum non potest esse essentia diuina. patet quia essentia diuina non refertur. vt supra expositum est distinctione quinta questione prima. ergo erit aliquod suppositum realiter distinctuȝ a termino ad quem refertur: ꝛ illud erit persona patris. ergo persona prima erit prius cōstituta per aliquod absolutum ꝛ non per aliquam relationem: cum illa sit posterior: ꝛ posterius non est constitutiuum prioris. Ex isto etiam medio arguitur sic. Omne constitutum preexigit partes constituentes ꝛ vnionem earum. Hoc patet tam in constituto per se qȝ per accidens. Sed relatiuum est constitutum ex aliquo absoluto ꝛ relatione. ergo presupponit relationem prius vniri tali absoluto siue informare tale absolutum. Sed informatum aliqua forma statim denominatur ab illa. ergo absolutum in patre prius includens paternitatem qua dicatur pater: denominatur a paternitate; illud autem quod denominatur a paternitate non est essentia: quia tunc essentia posset referri paternitate: ergo erit aliquod absolutum quod non est essentia. ꝛ illud tale quod denominatur a paternitate non videtur esse nisi persona patris. ¶ Confirmatur ista ratio in simili: quia sicut homo non esset animatus primo nisi corpus esset quasi prius informatum anima. Sic in proposito nihil erit relatum primo nisi aliquid prius relatum quasi denominatiue per denominationem realem sit relatum tali relatione.

Scda via.

Secundo principaliter arguitur ex eadem via.

Nihil preexigens realem distinctionem aliquorum est constitutiuum illorum: sed relatio realis preexigit realem distinctionem extremorum. ergo non constituit illa: maior est nota. quia nullum posterius est constitutiuum prioris. minor patet p Philosophum quinto metaphysice capitulo de eodem. tex. non habente commentum ꝛ incipit tex. Eadem vero dicuntur ꝛ quidem secundum accidens vt album. ꝛ patet in illo tex. quomodo idemptitas non est relatio realis: quia non preexigit realem distinctionem extremorum. Et sic patet ista minor quomodo relatio realis est inter extrema realia realiter distincta.
¶ Si dicatur ꝙ illa relatio non est realis que nec preexigit extrema realiter distincta: nec facit distinctionem realem extremorum siue non constituit extrema realiter distincta. Sed in proposito. quamuis paternitas ꝛ filiatio in diuinis non dicantur relationes reales ex hoc ꝙ preexigunt extrema realiter distincta: dicuntur tamen reales quia constituunt extrema realiter distincta. ꝛ hoc sufficit. ¶ Contra. ergo istud argumentum. extrema non sunt realiter distincta. ergo non est relatio realis: non valeret. Et tamen hoc argumentum tenet: quia si extrema non sunt realiter distincta. ergo relatio non est realis. Et ꝙ teneat patet per Aristo. vbi supra. Arguit enim Doctor ꝙ si relatio diceretur realis. ex hoc ꝙ constituit extrema realiter distincta: statim sequeret ꝙ hoc argumentum nō valeret. extrema non sunt realiter distincta. ergo relatio inter illa non videtur realis. ꝛ ꝙ non valeat probat: quia in antecedente. Aut accipitur ꝙ extrema nō sunt distincta realiter distinctione precedente relationem! Et tunc non sequitur. ergo relatio non est realis. ꝙ autem non sequatur patet: quia sic posset accipi in proposito: quia per te extrema paternitatis in diuinis sunt realiter distincta: et non sunt realiter distincta distinctione precedente paternitatem: ꝛ sic sequeretur ꝙ paternitas in diuinis non est relatio realis. Aut accipitur in antecedente sic. extrema non sunt realiter distincta distinctione facta hac relatione! Si sic accipis! Ideo non est facta distinctio realis extremorum per illam: quia illa non est relatio realis. ergo inferre ex antecedente sic sumpto relationem non esse realem: est inferre: quia non est realis ideo non est realis. idest si extrema. a. ꝛ. b. non sunt realiter distincta relatione. c. quia. c. nō est relatio realis: statim sequitur. ideo. c. non est relatio realis:

realis: quia non est relatio realis. ¶ Aliter dicitur q maior est vera de accidentali relatione que non constituit: sed tantum aduenit alicui post suum esse completum. Et sic ista est vera. relatio realis adueniens alicui post suum esse completum preexigit extrema realiter distincta. Sed paternitas in diuinis non aduenit supposito post suum esse completum sed constituit illud. ergo. ¶ Contra istud. quia relationi vnde relatio est: conuenit q sit ad aliud. idest q relatio inquantum relatio est ad aliud. ergo paternitas de necessitate est ad aliud. Aut ergo ad aliud distinctum sola filiatione: aut ad aliud distinctum distinctione priori quam illa que esset a filiatione. Si secundo modo: habetur propositum. scilicet q relatio realis preexigit extrema realiter distincta. Si primo modo: ergo arguendo. paternitas non est ad distinctum realiter. ergo non est realis: est arguere sic. huic relationi non est relatio realis opposita. ergo non est realis. Sed hec videtur petitio principij: quia antecedens non videtur manifestius consequente. vt patet.

¶ Tertio arguitur ex ista via sic. Omnis relatio primo terminatur ad absolutum. hec probabitur infra distinctione trigesima. Sed paternitas in diuinis est relatio. ergo terminatur ad aliquod absolutum. Sed non terminatur nisi ad personam filij. ergo persona filij erit absoluta.

Tenendo opinionem secundam que est magis communis. scilicet q persone constituantur per relationes. Respondetur ad rationes contra eam. ¶ Ad primam prime vie. Hic concedit Doctor q in diuinis est aliquid quod refertur relatione et illud est suppositum. Et cum dicitur q tale preexigitur relationi. Respondet q non sequitur de relatione constituente. Nam suppositum quod refertur in diuinis refertur relatione non adueniente sed relatione ipsum constituente. Ad illud de composito siue constituto dat duas responsiones: vnam pro opinione illorum qui dicunt q relatio est in essentia quasi actus in susceptiuo. dicens q oportet eis dicere q in ipsa persona que est quasi constituta: non oportet preintelligere informationem quasi partis a quasi parte: per denominationem antequam intelligatur totum constitutum. idest q relatio non prius denominat essentiam quam ipsam personam: sed tantum denominat personam. Et quamuis preintelligatur quasi informatio ipsi persone constitute: non tamen prius intelligitur talis vnio vel quasi informatio. per modum forme denominantis: quia talis relatio non est nata denominare essentiam: sed tantum personam.

¶ Sed melius videtur dicendum. ¶ Hic Doctor dat aliam responsionem que stat in hoc: q relatio non est quasi forma vel actus respectu essentie. vt supra patuit distinctione quinta questione secunda. Sed magis videtur essentia esse quasi forma et actus qua relatio subsistens est deus: et hoc videtur probare ex hoc: quia quantumcunque fundamentum est potentiale ad relationem prius naturaliter informatur fundamentum relatione quam suppositum. Et conceditur etiam ibi relatio esse aliquid formaliter secundum ipsum fundamentum. sicut concedit for. esse similem per albedinem. neutrum videtur esse dandum in proposito. nec q paternitas prius insit essentie quam patri: nec q pater secundum deitatem sit formaliter pater etc.

In hac littera occurrit aliqualis difficultas in hoc quod dicit q paternitas non inest prius essentie quam patri. Hoc non videtur esse verum. Tum quia paternitas immediate pullulat ab essentia. vt infra patebit distinctione vigesimaoctaua questione vltima. Et in illo priori quo pullulat non est pater: probatur quia constitutum est posterius constituentibus. Tum etiam quia paternitas siue generatio actiua quod idem est: non presupponit suppositum patris. vt patet a Doctore in quolibet. questione quarta. nec simul est cum patre: patet quia aliquid dicitur prius esse tale in se quam ad aliud comparetur. ergo paternitas siue generatio actiua erit prius in se talis quam alteri comparetur. Et presertim in ratione constituendi. Tum tertio quia quando sunt duo constituentia intrinsece prius est habitudo adinuicem quam ad constitutum. Cum ergo paternitas et essentia vere constituant personam patris. ergo paternitas suo modo prius habebit respectum ad essentiam quam ad personam constitutam. Et sic paternitas prius est in essentia quam intelligatur persona patris. ¶ Respondeo supponendo aliqua. Primo q differentia est inter constitutum a natura et ratione suppositali et inter constitutum ab actibus essentialibus: quia constitutum secundo modo dicit aliquam tertiam entitatem realiter distinctam a partibus. quod probat Doctor in tertio distinctione secunda. Constitutum vero primo modo non dicit aliquam tertiam entitatem aliam a natura et a ratione suppositali: quia tale constitutum nihil aliud est nisi natura et proprietas suppositalis: et sic persona patris tantum dicit essentiam et proprietatem que est ratio subsistendi: ita q hoc totum essentia vt habens paternitatem est pater. Et ex hoc patet quomodo paternitas non prius insit essentie quam patri: quia in eodem instanti quo paternitas est in essentia pater est.

Notanda difficultas.

Scd.

¶ Sustinendo etiam q pater dicat entitatem aliquam preter essentiam et paternitatem: adhuc paternitas non inest prius essentie quam patri (nisi forte secundum rationem) quia essentia et paternitas non dicuntur intrinsece causare aliquid distinctum. sicut materia et forma causant compositum realiter distinctum. Et ideo prius inest forma materie quam composito. Et cum dicitur q constituens est prius constituto. Uerum est de constituente aliud distinctum a se. ¶ Ad secundum. Dico q in eodem instanti quo generatio actiua dicitur operatio nature diuine non presupponit suppositum: in eodem tamen instanti quo est talis productio est primum suppositum diuinum. Et similiter patet responsio ad tertium. ¶ Dico tamen ad omnes istas instantias vnica responsione: q aliquid prius inesse alteri contingit dupliciter. Uno modo vt actus informans siue vt perficiens. Alio modo vt ratio subsistendi in natura in qua subsistit. Primo modo paternitas non inest prius essentie: quia non est actus perficiens essentiam. Secundo modo inest prius essentie quam patri: quia proprietas personalis prius preintelligitur in natura cuius est quam intelligatur suppositum constitutum ex natura et tali proprietate. Si dicatur. Si paternitas prius inest essentie isto modo: ergo paternitas denominat essentiam. Negatur consequentia: et ratio negationis superposita est distinctione quinta questione secunda.

Aliquid inest alicui contingit dupliciter.

¶ In proposito intelligit Doctor q paternitas non insit prius essentie vt actus perficiens: siue vt actus inherens: siue vt actus determinans: non autem intelligit quin prius insit essentie eo modo quo proprietas

ypostatica inest nature: et sic pz lra. ¶ Cum confirmatur ratio per hoc q nihil est quantum primo et per se nisi aliquod sit quantum per se deno atiue Doc. dicit q si quantitas possit esse eadem alicui: ita q non informaret illud aliquid esset quantum primo. Et tamen nihil esset quantum per informationem: sicut est in proposito de essentia et proprietate. ¶ Ad secundu princi p. le. Dicit Doc. q relatio in diuinis loquendo de relatione originis: seipsa est formaliter realis: ita q non dicitur realis: ex hoc precise q preexigat extrema realia realiter distincta: nec ex hoc q constituat extrema realiter distincta: sed si per impossibile daretur paternitas diuina separata: adhuc esset vere realis. Et hec est sententia littere. Quia tamen hec littera est aliqualiter obscura: ideo ipsam sic declaro. Cum dicit. Quelibet forma si ipsa est talis forma nec est alia ratio intrinseca quare est talis forma: ly seipsa intelligitur formaliter et non originatiue. sicut dicimus q humanitas est seipsa formaliter talis forma: licet originatiue possit esse ab alio. Sequitur. Ita etiam relatio aliqua seipsa est formaliter realis: et aliqua seipsa formaliter est tantum relatio rationis. Nam paternitas siue creata siue increata seipsa formaliter est talis generatio realis et secunda intentio seipsa formaliter est relatio ronis: originatiue tamen siue a causa extrinseca. huiusmodi relationes possunt dici talis vel talis. Et hoc est quod sequitur. Tamen huius vel illius aliquando sunt cause extrinsece effectiue vel materiales: aliquando etiam aliqua causata vel aliqua signa posteriora sunt ex quibus possunt hec inferri demonstratione quia: supple ex quibus inferruntur tales relationes esse reales vel rationis. Sequitur. Dico tunc q idemptitas et c. idest si queratur quare idemptitas inquantum idemptitas sit formaliter siue quiditatiue relatio rationis. et paternitas inquantum paternitas sit quiditatiue relatio realis: no est assignanda alia causa intrinseca nisi quia talis entitas. Sicut etiam dicimus de humanitate inquantum humanitas est entitas realis: quare? quia talis entitas: et hoc est quod dicit. Sequitur. Tamen quia relatio realis nata est habere causas extrinsecas causantes eam communiter loquendo in creaturis. Sequitur. Ibi. supple in creaturis q relatio que non habet tales causas: supple extrema realia causantia huiusmodi relationem non est realis. Et tenet consequentia a negatione cause ad negationem causati. supple extrema. a. et. b. non causant relationem ex natura rei. ergo talis relatio inter extrema non est ex natura rei: vel sic. extrema no sunt ex natura rei realiter distincta. ergo relatio inter illa non erit realis. Sequitur. Similiter relatio aliqua realis si non habet talem distinctionem causarum priorem: saltem causat distinctionem. vt paternitas in diuinis que etsi non dicatur realis: ex hoc q oriatur ab extremis realibus et realiter distinctis: dicitur tamen realis quia causat extrema realia: vt puta: quia paternitas in diuinis realiter constituit personam patris: et filiatio realiter constituit personam filij que dicuntur extrema talium relationum. Sequitur. Et tunc ex remotione tam cause qua causati quorum alterum correspondet relationi reali: potest concludi aliquam relationem non esse realem. vt ista idemptitas numeralis non preexigit extrema realia realiter distincta: nec realiter constituit extrema realia realiter distincta. ergo idemptitas numeralis non est ratio realis. Ibi enim est negatio tam cause qua causati. Est negatio cause in hoc quod dico non preexigit extrema et c. Est negatio causati in hoc quod dico: non constituit extrema et c. Sequitur. Sed consequentia bona est sicut ex remotione cause sequitur remotio causati: et ex remotione causati: sequitur remotio cause demonstratione quia. arguimus enim multotiens talem causam non esse talis conditionis: quia talis effectus non sequitur. Sequitur. Cum dicitur vlterius. ergo inferre relationem non esse reale: quia non est inter extrema realiter distincta: est inferre non est realis quia non est realis. Dico q non: licet non sequatur. ideo non distinguit extrema quia non est relatio realis: quasi arguendo a causa ad causatum: tamen sequitur. non distinguit: ergo non est realis. sicut a causato ad causam. Et hoc addito q nec preexigit distincte extrema: quia tunc concurrunt ibi et negatio cause relationis realis. et negatio signi. Ex quibus concurrentibus perfecte infertur negatio relationis realis: hec littera clara est. Sequitur. Sed quandoque distinctione precedente relationes reales. Ista littera vsque ibi. Ad tertium dici potest: non est littera Docto. Et quia in ista littera tangitur vnum. scilicet q eadem voluntas realiter refertur ad ipsam vt mobilis ad mouentem et econtra. quomodo ponitur talis relatio realis: que tamen non est inter extrema realiter distincta? De hoc vide expositionem quam feci in distinctione vigesimaquinta secundi. Doc. ¶ Ad tertium argumentum huius prime vie. Dicit Doctor hic q absolutum semper terminat relationem que est mensurati ad mensuram. vt infra patebit distinctione trigesima. Et addit q vniuersaliter loquendo non oportet concedere terminum relationis esse absolutum nisi in relationibus disquiparantiis. vt infra patebit distinctione trigesima. quales non sunt relationes diuine. Addit q etiam relatio terminatur ad absolutu loquendo de termino formali. scilicet ratione cuius primus terminus. i. totalis siue adequatus terminat. Et sensus est. Relatio realis vel per se terminatur ad terminum totalem absolutum: vel saltem terminatur ad aliquid qd licet in se no sit totaliter absolutum: includit tamen aliqd absolutum in ratione termini formalis. Et hoc secundo modo relatio originis in diuinis potest dici terminari ad absolutum. et patet littera.

Et secunda via. arguitur primo et ordine quem necessario requirit originatio. Et arguitur. Primo sic. Originans est prius originato: relatiuum nullo modo est prius suo correlatiuo. ¶ Confirmatur ratio quasi ex opposito conclusionis sic. Si persone non sunt absolute sed primo relatiue tunc non erit aliud patrem originare filium q patrem habere filium vt correlatiuum: sed pater inquantum pater habet filium vt correlatiuum. ergo non originat illum: qd est falsum. ¶ Hoc manifestius sic arguitur. Illud non originatur qd posito in nascibili puta prima persona et circumscripta omni actione habet suum totum esse. tale est correlatiuum innascibilis: patet quia ex sola natura relationis que est actus primus circumscripta omni actione siue actu secundo. correlatiuum innascibilis est inascibili existente: patet quia patre existente qui est innascibilis filius est. ergo circumscripta omni originatione filius erit: sequentia argumenta clara sunt.

Ad primum et secundum. Hic doc. respondet ad argumenta facta pro prima via: et dicit q patrem originare filiu no est tantum patrem habere filium pro correlatiuo: sed est patrem habere filium vt tale correlatiuum: et quia talis

talis correlatio est relatio originis: ideo vnum extremum potest esse prius origine altero: licet sint simul natura· Sed hoc magis patebit ·i·d·28· Potest etiam dici conformiter ad ea que dixi·s·d·j·q·z·exponendo illud quomodo pater prius origine sit beat⁹ q̄ʒ generet filium· ¶ Ad tertiū· Primo doc·negat istam q̄ relatio non possit esse terminus formalis generationis: patet enim q̄ vnio nature humane ad uerbum est vere causata a trinitate· vide doc·in·3·d·j·q·j· Et expositionem quam ibi feci· ¶ Sed hec responsio nō videtur ad propositum: quia doc· ibi se exponit de relatione extrinsecus aduenie͂te q̄ illa potest esse terminus alicuius productionis: ꝛ simpliciter negat de relatione intrinsecus aduenie͂te: in proposito autem filiatio est relatio intrinsecus adueniens· ¶ Dico q̄ doc· sibi non contradicit: q2 ibi in tertio loquitur tantum de relatione que de necessitate oritur positis fundamento ꝛ termi͂o: vt ibi prolixius exposui: filiatio autē in diuinis non oritur ex natura extremorum: patet q2 ipsa constituit filium· Si enim filiatio creata esset aliqua forma constituens aliquid ipsa per se terminaret aliquam productionem. Vult ergo dicere doc·q̄ relationi vnde relatio non repugnat sibi esse terminū formalem alicuius productionis: licet alicui in particulari repugnet: ꝛ patet littera· ¶ Ad quartum qd̄ erat tale. Nulla productio in diuinis est generatio: q2 generatio est ad primam substantiam ꝛ ad productum· Hic autem ponitur relatio vel relatiuum primum productum· Et dicitur q̄ ista productio est generatio: quia ista relatio habet vim cōstituendi secundam personā vel primam substantiam in natura diuina: vel saltem oportet dicere tenendo istam viam: q̄ relatio constituat personam in esse personali: ꝛ ista relatio potest esse proprietas personalis subsistentis in natura diuina: sicut si esset aliqua proprietas personalis absoluta· ¶ Ad quintum· Nunc respondet ad argumentum factum pro secunda via qd̄ est tertium in ordine: ꝛ ponitur·ibi· Preterea ad tertium· Omne relatiuum eq̄ naturaliter respicit suum correlatiuum ꝛc· ¶ Dicit doc·q̄ est difficile eis respondere qui dicūt personas esse relatiuas: ꝛ cum hoc relationes esse principia agēdi: q2 tunc nec ex parte agentis: nec ex parte principij agendi potest esse libertas. ꝛ hoc·s·patuit·d·7· Ideo tenendo q̄ relationes constituant personam ꝛ q̄ non sint rationes principiandi patet responsio: q̄ de necessitate prior est relatio generantis ad genitum q̄ʒ spirantis ad spiratum: vt·s·patuit·d·z·parte·z·ꝛ d·7·ꝛ·13· ¶ Deinde ex eadem via arguit: q2 suppositū aliquo modo preintelligitur actioni ꝛc· ¶ Ad ista argumenta sequentia doc·non respondet: sed facilis est responsio ex his que·s·exposui·d·j·quomodo generatio non presupponit suppositum. ꝛ facilis est responsio ex his que ponit doc·in·q·4·quol· respondendo ad argumenta principalia·

Quantum ad tertiam viā arguitur· Primo sic: que via sumitur ex propria ratione ipsius constitutiui· ꝛ arguit quattuor medijs quorum primum· Quicquid constituit formaliter in aliquo primo esse ꝛ in vnitate correspondente tali esse se toto repugnat distinctioni opposite illi vnitati ꝛ esse· Exemplum· Si rationale primo constituit hominem in entitate ꝛ vnitate specifica se toto primo repugnat di·specifice: patet q2 rationali vt rationale repugnat sibi diuidi in plura specie: ꝛ similiter homini constituto· Sed per te paternitas constituit patrē in esse personali ꝛ incōmunicabili·ergo paternitati ex sua ratione primo repugnat cōmunicabilitas: ꝛ sed hoc videtur falsum· Tum q2 secundum illos qui tenent hanc opi·nulla quiditas de se est icōmunicabilis· ergo nec paternitas· Tum secundo: q2 paternitas non erit de se hec circūscripto oi eo qd̄ non est de ratione formali paternitatis: ꝛ sic circūscripta deitate patet q̄ non est de se h: ꝛ si non est de se h: nec multo magis erit de se icōmunicabilis· ꝛ probat: q2 paternitas non est de se formaliter infinita: ꝛ per consequens non est de se hec· Probatur consequentia· continens per idēptitatem aliquid qd̄ est extra eius rationem propriaꝫ est quodāmodo illimitatum·ergo continens formaliter tale est simpliciter illimitatum siue infinitum: continentia enim formalis requirit maiorem perfectionē continentis· ¶ Hec littera declarat̄ sic· Ista est consequentia: paternitas non est de se formaliter infinita· ergo non est de se hec· probat hanc consequentiam. ibi· Continens per idemptitatem aliquid: hoc sic debet intelligi· Continens per idemptitatem aliquid qd̄ est extra eius rationem propriam vel primam· idest continens per idemptitatem hecbeitatem est quodā modo illimitatum: sed continens illam formaliter est simpliciter illimitatum ꝛ infinitum· Cum ergo paternitas non sit formaliter infinita: sequitur q̄ non erit de se formaliter hec: ꝛ infert· continentia enim formalis requirit maiorem perfectionem continentis·

Sed hoc videtur repugnare dictis Doc.s·di·z· vbi vult q̄ prima causa ex hoc q̄ continet virtualiter causalitatem secundarum causarūꝫ dicatur perfectior q̄ʒ si formaliter contineret· Hoc idem ex intentione·di·8·q·vlti· ¶ Dico q̄ aliqua est continentia virtualis que est perfectior formali: sicut causa equoca dicitur perfectior ex hoc q̄ continet effectum virtualiter q̄ʒ si contineret formaliter: vt patet. Et similiter dicitur causa prima perfectior ex hoc q̄ virtualiter continet calliditatem solis q̄ʒ si illam haberet formaliter· Aliqua vero est cōtinentia formalis que dicitur perfectior cōtinentia virtuali· vt patet de perfectionibus simpliciter· Nam perfectius est in deo habere formaliter sapientiam q̄ʒ virtualiter: ꝛ similiter perfectius est in se habere formaliter: ꝛ ex sua ratione formali hecbeitatem qua dicitur hoc q̄ʒ habere illam virtualiter: ꝛ h modo loquitur doc· Et sic non est contradictio· Multa alia possent dici de continentia virtuali ꝛ formali que breuitatis causa transeo·

Tum tertio: quia quelibet relatio diuina originis est eq̄ eadem essentie diuine·ergo si paternitas est incōmunicabilis etiam spiratio erit incommunicabilis: quod est falsum· Et ex hoc sequitur quia cum opposita relatiua videantur vniformiter se habere ad incōmunicabilitatem: ergo si spiratio passiua sit incōmunicabilis ꝛ spiratio actiua erit incōmunicabilis· Tum quinto: q2 positis positionibus qbuscūq̄ʒ ipossibili⁹ vel cōpossibilib⁹: stante intellectu rōnalitatis repugnaret sibi diuidi in plures nās specificas· puta si ponat̄ q̄ rationale esset differentia specifica coloris: ꝛ q̄ ille color possit causare substantias de nihilo vel qaecunq̄ʒ talia· Posita autem hac positione impossibili q̄ prior esset productio voluntatis q̄ʒ intellectus: salvata ratione generationis ꝛ spirationis: spiratio actiua esset in vno supposito ꝛ generatio actiua tunc esset in duobus· ergo modo generationi actiue in se non repugnat in se formaliter incommunicabilitas· ¶ Ad illud argumentum de primo incommunicabili·

¶ Ibi· Ad istud argumentum de primo incōmunica

Hic apparet cōtradictio·

Solu·

Apparens ɔ̄dictio·

Respōsio·

De multiplici cōtinētia vide·s·

bili. ¶ Respondetur dupliciter. Uno modo φ pater nitas licet nō sit incommunicabilis vnde paternitas: tamen paternitas vnde diuia est incommunicabilis. Alio mō dicit φ paternitas subsistens qualis est ista que in deo est incommunicabilis: sed non paternitas inherens. ¶ Contra primam responsionem. Hec littera patet vsqꝫ ibi. Preterea. essentia non dat incōmunicabilitatem patri vt mere essentia est: quia est communicabilis. ergo vt ipsa intelligatur habere virtualiter paternitatem in se: ꝛ est sensus. φ essentia nō dat incommunicabilitatem patri vt essentia est: quia tunc ipsa esset ratio formalis incōmunicabilitatis patri qδ est impossibile: q2 qδ est ex sua ratiōe formali cōmunicabile non potest esse ratio formalis incōmunicabilitatis. ergo erit ratio vt virtualiter. idest φ ipsa essentia habet in virtute sua vel habet virtutem aliquam tribuendi icōmunicabilitatem patri: ꝛ hoc est falsum: vt patet ex hoc qδ sequitur ꝛc.

Ad primum tertie vie dico φ paternitas est de se formaliter incōmunicabilis. ¶ Hec responsio ad argumentum est singularis tenendo personam constitui per relationem: licet sit valde dubiū quomodo paternitas pullulet ab essentia diuina vt h. Cum relatio realis vt huiusmodi sit quiditas: ꝛ sic cōmunicabilis: tamen sustinendo ipsam paternitatem constituere personam in esse incommunicabili. hec responsio solemnis est. Alia clara sunt vsqꝫ ibi. Et per hoc patet ad omnes alias probationes. ¶ Nota bene illud qδ dicit Doc. φ a paternitate creata ꝛ increata potest abstrahi conceptus communis qui tamen non dicitur cōtrahi per aliquid ad qδ sit in potentia (q2 vt vidimus. δ. d. 8. q. 2.) ille cōceptus est in potentia ad alium: qui accipitur ab vna realitate que est in potentia ad aliam realitatē a qua accipitur alius conceptus ad quem est in potentia: ꝛ ibi vide pulcras glosas. ¶ Ibi. Nec illa propositio ē vera φ omnis quiditas est cōmunicabilis patet ibi. ¶ Dicerē tamen vnum: φ omnis quiditas vt quiditas est cōmunicabilis: licet aliqua quiditas que de se est h̄ita φ non est contrahibilis ad hecceitatem cuꝫ sit de natura sua hec: ꝛ ratio subsistendi sit incōmunicabilis: ꝛ hoc modo accipitur quiditas paternitatis i diuinis. cetera patent: ꝛ nota bona dicta in ista littera. ¶ Secundo pincipaliter arguitur sic quantum ad istam viam. scilicet tertiā. Hoc argumentum clarum est. ¶ Ibi. Respondetur negando minorem. ¶ Uult dicere doc. φ ex quo fiunt multa problemmata de generatione siue de productione in cōmuni: puta an productio sit actio transiens: an mutatio: an sit causa ꝛ huiusmodi: ꝛ ista problemmata soluuntur per media generalia anteqꝫ descendatur ꝛ queratur de productionibus in speciali. Cum ergo problemmata ista de productione non fiant tantum de voce sed de cōceptu: sequitur φ intellectus certus de isto conceptu: puta φ productio filij in diuinis sit productio: ꝛ dubius sit an sit generatio vel spiratio: an per modum nature: vel per modum libertatis. ergo habet illum conceptum de productione in cōmuni alium ab illis conceptibus dubijs: ꝛ hoc est qδ dicit. ¶ Ad aliud dico φ licet aliquis conceptus communis posset haberi qui dicatur i quid de generatione diuina. ¶ Nota hāc responsionem q2 ex hac habetur expresse φ datur aliquis conceptus dictus in quid de deo vel de aliquo vt deo: qui tamen est vere posterior: cum non accipiatur ab aliqua realitate priori que sit in potentia ad aliam: vt dixi. δ. d. 8. q. 2. ꝛ h responsio multum valet

Nota h de cōceptu dicto i qd de deo q tñ vere ē posteri or ꝛc.

ad intelligendum glo. quam fecit d. 2. q. 1. ¶ Ibi. Et primum effectuū sit simpliciter necesse esse. vide ibi. Et q2 doc. dicit hic φ a generatione ꝛ spiratione pōt abstrahi conceptus cōmunis realis dictus in qd.

Contradictio apparēs.

·q·quasi in principio· Dicit Hen·in sn̄ia ꝙ verbum diuinum non tm̄ includit relationem rlēm ad patrē: sꝫ etiam includit rlōnem ad creaturas: q: dicit respectū declarantis ad creaturam declaratam· ¶ Ibi·Declaratur istud·Cum dicit de dono· Uult dicere ꝙ spiritus sanctus ex quo dr̄ donum: rlō ipsius aptitudinalis ꝑtinet ad proprietatē spiritus sancti nō actualis: sic pariformiter de verbo· ¶ Ibi·Cōtra istud. Hic intendit ꝓbare doc·ꝙ nulla ꝑsona icludit aliquē respectū ad creaturā vt sibi ꝓpriam: ⁊ qd̄ dicit de dono vide·j·in aditionibus·d·18· ¶ Ibi·Tn̄ pp auctoritatē Aug·est sciendū·ꝙ donū pōt multiplr̄ accipi· Similr̄ ibidem· Rn̄deo primo ad rē in se· scd̄o ad intentionē Aug· Et ibi clarū est qd̄ hic dicit doc· ¶ Nō est ergo difficultas de re an·s·verbū dicat aliquā rlōnem ꝓpriam ad creaturas: q: in re oīs respectus dei ad creaturā est cōis tribus: ⁊ singlr̄ doc·hoc ꝓbat in·d·j·q·j·est ergo vis de noīe. verbum· An supple vocali significet respectum ad creaturam·⁊ hic dicit multa· Primū·ꝙ rlō verbi expressi ad exprimentē est alia a rlōne verbi declarātis ad rem declaratā·pria est realis: scd̄a tm̄ rōis· Siue verbū dicit respectū declarātis ad creaturā declaratā siue ad exprimētē declarata: siue ad seipsum vt declarantis ad declaratum semper est rlō rationis· Secūdum·ex quo rlō rationis ⁊ realis non faciunt vnum

Dei sum·

conceptum per se: verbum vt dicit hanc duplicem relationem non significat vnum conceptum per se. Tertium. Verbum diuinum proprie significat relationem realem expressi ad exprimentem: et cõnotat notitiam: et quia talis notitia est communis tribus: et ipsa est declaratiua omnium obiectorum que cognoscuntur per illam: verbum ex consequenti cõnotat huiusmodi relationem rationis. Et sicut cõnotat illam notitiam essentialem non vt proprium sed vt appropriatum: sic etiam cõnotat illam relationem rationis non vt proprium sed vt appropriatum. et hoc est quod intendit hic doc. ¶ Ibi. Ad illud pro opinione. ¶ Uult doc. quod melius interpretatur logos grece per verbum latine quam per rationem: quia verbum proprie diuinum (vt dixi) significat relationem expressi ad exprimentem: et cõnotat relationem rationis ad declaratum: ratio autem non et ideo melius interpretatur logos per verbum quam per rationem: et sic tantum habetur quod verbum significat et cõnotat modo preexposito. Et quod non dicat relationem rationis ad creaturam sibi propriũ vt dixit Hē. et hec est intentio Augustini cum dicit. quod per verbum non solum significatur respectus ad patrem: sed ad illa etiam que per verbum facta sunt operatiua potentia. idest mediante potentia operatiua vt principio formali productiuo. Et cũ dicitur hic quod etiam significatur respectus ad illa etc. Debet intelligi sic. quod verbum significat respectum ad patrem et cõnotat respectũ ad illa etc. Et potentia operatiua patris non dicitur proprie verbum: ita quod pater ipso verbo vt potentia operatiua dicatur operari: quia sic pater est potentia operatiua sicut et verbum: sed debet intelligi quod verbum sit potentia operatiua patris appropriate tantum: et de hoc in secundo distinctione prima questione prima. ¶ Ibi. Si autem aliter scilicet intendat etc.

¶ Uult dicere quod si etiam Augustinus intendat quod verbum significet illum duplicem respectum: dicit Doctor. quod etiam hoc admittendo: verbum significabit primum respectum. scilicet relationem vt proprietatem filij: et alium respectum tantum significabit vt appropriatum. ¶ Ibi. Cum additur postea. Nec litera patet hic et supra in q̃o. de dono q̃ remittit etc.

Jo. Angli. Bac. lib. j. d. 27.

Contra aliqua

dicta Doc. in questione prima distin. presentis. Uidelicet contra hoc quod verbum nostrum sit actualis intellectio obiecti. Et arguit sic Joannes Anglicus Bachonis. Uerbum secundum omnes est terminus actus dicendi: sed intelligere vel actus intelligendi nõ est huiusmodi: quia actionis terminus non est actio. vt patet a philosopho quinto phisico. tex. cõmen. x. ¶ Item. Quicunque intelligit actu intelligẽdi intelligit. Si ergo intelligere esset verbum: pater in diuinis intelligeret verbo: et ita esset verbo vt deducit Augustinus septimo de trinitate capitulo nono de paruis.

Rñsio ad Jo. Angli.

¶ Respondetur ad Joannem: conceditur quod verbum est terminus actus dicendi: et negatur quod intelligere in nobis non sit huiusmodi: imo verbum quod est actualis intellectio dictione dicitur. Nam ipsum precedit productio que vt terminatur ad intelligere dicitur dictio: et hoc patuit supra a Sco. d. 3. q. vlti. respondendo ad vltimum argumentum principale: et hoc idem patet in quol. q. 13. ¶ Ad secundum concedo quod actu intelligendi intelligimus et per consequens verbo. Cum infertur. ergo pater in diuinis intelligit verbo. Dico quod si accipiatur verbum pro intelligere illo intelligit formaliter. vt supra patuit. Si vero accipiatur pro persona producta que dicitur verbum: pater tali verbo non intelligit: et sic debet intelligi Augu.

Item Idem Jo.

Jo. Angli. bac. vbi. s.

Ubi supra arguit probando quod intelligere nõ sit qualitas absoluta. vt dicit Scot. in primo distinctione tertia questione nona: et in quolibetis qõe. 13. ¶ Primo arguit ex dictis Scoti: quia supra. d. tertia q. vlti. dicit doc. quod intelligere non est proprie actio de genere actionis: quia deficit sibi ista conditio. scilicet habere terminum productum cum sit finis: eadem ratione dicetur quod non est qualitas: quia habet vnam conditionem que non cõuenit qualitati. scilicet habere obiectum circa quod.

¶ Secundo si ex hoc non est actio quia non habet terminum productum. ergo philosophus nono metha. text. cõ. 16. male diuidit actionem in actionem cuius est aliquid operatum et in actionem cuius non est aliquid operatum: sed ipsa est finis. Probatur consequentia: quia vtrunque diuidentium includitur in naturam diuisi. ¶ Tertio phs. x. ethi. c. 3. dicit quod non sequitur si delectatio non est qualitas propter hoc non est bonũ vt quidam inferrebant: quia nec operationes virtutis sũt qualitates nec felicitates et tamen sunt bona. Unde Commen. ibidem cõ. 3. Quedam bona non entia qualitates induxit: sed non virtutem: operationes autem bone quidem sunt: qualitates autem non sunt. ¶ Specialiter arguit quod non sit in prima specie qualitatis (vt tenet Sco. in quol. q. 13.) Quia in prima specie ponuntur tantum actus primi: patet quia si ibi essent actus secundi: superflue philosophus septimo phisicorum tex. com. 17. probaret speciali processu quod ad ea que sunt in prima specie qualitatis non est motus: cũ speciali processu in quinto phisico. tex. com. x. probauit quod ad actum secundum. scilicet actionem non est motus. sed vna esset probatio vtriusque. ¶ Respondeo ad primum. quod intelligere non includit formaliter et quidditatiue relationem ad obiectum vt ad terminum licet concomitanter: et ideo intellectio absolute sumpta erit verum ens absolutum. actio vero formaliter et quidditatiue includit hoc quod est esse ad terminum productum: et sic non est simile. Et quod intellectio non includat formaliter talem relationem ad obiectum: patet a Scoto in quolibetis questione tertiadecima.

Rñsio ad. Jo. Ang. et ei9 oia argumẽta soluuntur.

¶ Ad secundum. Dico quod Aristotiles non diuidit actionem proprie dictam in actionem cuius est aliquid operatum et in actionem cuius non est aliquid operatum: tanquam superius in inferiora: sed magis equiuocũ in equiuocata. Accipit ergo actionem cuius est aliquid operatum pro factione proprie dicta et non pro actione proprie dicta: vt patet ibi in textu et in commento. Edificatoria inquit est in illo quod edificatur: et textoria in illo quod texitur: omnia vero que non habent aliam operationem preter actionem: actus est in eis vt consideratio in considerante etc. Et Commentator idem expresse.

¶ Ad aliud de decimo ethicorum dico quod intendit ibi tantum de qualitatibus in esse quieto. Cũ dicit neque virtutis operationes qualitates sunt. vt glosat Sco. in qõne tertiadecima quoli. vide ibi circa finem tertij articuli: vbi ostendit quod philosophus tantum intelligat de qualitatibus permanentibus in esse quieto. ¶ Datur alia responsio quod operationes virtutis dicũtur actiones elicitiue operationum proprie dictarum:

et ille

& ille actiones bone sunt: q2 generatio boni est bona: ille autem operationes actiones non sunt qualitates sed proprie sunt de genere actionis: & hoc patet a Cōmentatore sic dicente· Siquidem operatio motio: motio autem non est qualitas· hec ille· Hec responsio ponitur a Scoto vbi supra· ¶ Ad illud quo probat q non sit in prima specie qualitatis· Dico q ista est falsa: q actus secundus non sit ibi q̄uis sit immanens· Et quomodo tales actus dicuntur in prima specie qualitatis· vide Sco· vbi supra: & expositionem textus philosophi & omnia ibi erūt clara & aperta &c·

¶ Distinctionis vigesimeoctaue primi sententiarum questio prima·

Utrum ingenitum sit proprietas ipsius patris?



QUantum ad primum dico q Aristote· 5· methaphisice tex· commen· 17· assignat multiplicitatem potentie· Primo in abstracto. Secundo in concreto· Nam potentia primo accipitur pro potētia actiua siue transmutatiua· Secundo pro potentia passiua qua aliquid natum est transmutari· Tertio pro potentia benefaciendi siue bene agendi· Nam differunt agere & bene agere· Quarto pro potentia qua aliquid est potens resistere: sicut patet de corpore forti qd est potens resistere infirmitatibus in concreto· applica tu: & sicut potētia siue potens bis quattuor modis accipitur: ita impotens vt est priuatio potentie potest accipi bis quattuor modis· ¶ Dicit ergo doc· q dictio composita ex aliquo multiplici & particula priuatiua: sicut impotentia que componitur ex potentia & priuatione· est dupliciter multiplex: patet q2 potentia accipitur quadrupliciter: & similiter impotentia siue priuatio illa q̄drupliciter: & tunc applica ad ingenitum· Nam quot modis potest accipi genitum tota & ingenitum·

Quantum ad primum &c· Hic dicit doc· q genitum potest capi tripliciter· Primo pro termino adequato generationis proprie sumpto: & sic filius proprie dicitur genitus in diuinis· Secundo pro termino formali cōmunicato p generationem: & sic essentia diuina potest dici genita qd idem est q cōmunicata· Tertio prout est terminus adequatus alicuius productionis: & sic productū potest dici genitum· & hoc modo spiritus sanctus vt est terminus adequatus productionis potest dici genitus· ¶ Priuatio ēt dicit· Hic dicit Doc· q priuatio potest capi tripliciter· Uno modo vt est negatio i subiecto apto nato secundum omnes circumstantias requisitas· vt puta in tempore determinato & huiusmodi· Secundo vt est negatio in subiecto apto nato sed non secundum omnes circumstantias: vt puta ante tēpus determinatum· Et sic catulus ante nouem dies hoc modo potest dici cecus· Tertio modo vt est negatio i subiecto apto nato non secundum se· idest secundum naturam propriam sed secundum genus cui priuatio & habitus possunt in esse: vt patet de talpa· & hec priuatio secundum genus habet gradus secundum magis & minus cōmune: & sic intelligit doc· & ponit exempla clara· ¶ Negatio etiam distinguitur· Negatio ꝓprie extra genus est propria negatio esse sicut nō ens & affirmatio extra genus erit ipsum ens· negatio vero in genere est illa que determinat sibi aliqd subiectū· sicut cum dico· homo est non asinus· ly non asinus: est negatio in genere· Nam supponit affirmationem in genere puta hominem esse rationalem & huiusmodi· & hec negatio in genere habet gradus secundū magis & minus cōmune &c· ¶ Ad propositum igitur loquendo· ¶ Uult doc· q loquendo de negatione & de priuatione in genere q sint simpliciter idem: intelligēdo tamen sic q negatio in genere non dicatur de illo secundum rationem propriam: nam cum dico homo non est asinus· si accipiatur illa negatio pro priuatione secundum naturam hominis hec est falsa· Nā sensus est q homo secundum naturam propriā esset aptus natus esse asinus· si vero accipiatur secundum genus: puta secundum naturam animalis qd est commune homini & asino: sic non differunt: q2 homini vt animal non repugnat q sit asinus: & hoc est qd dicit· ¶ Et si obiicias contra· Hoc clarum est & dicit q etiā in diuinis potest esse priuatio aliqua secundum naturam alicuius cōmunis· vt patet· Nam ingenitum potest competere patri vt est negatio in subiecto apto nato & hoc secundum hoc cōmune qd est persona: & tūc hoc est verum q patri in diuinis non repugnat generari non vt pater est sed vt persona: q2 persona vt persona non repugnat generari: q2 si sic: tunc cuilibet repugnaret: & sic persona filij non posset generari: sicut animali vt animal repugnat q sit lapis ita cuilibꝫ animali repugnabit· ¶ Et tunc hoc nomen ingenitū poterit ad propositum quadrupliciter accipi· Primo ꝓprijssime: & sic importat carentiaꝫ geniti proprie sumpti: & hoc secundum naturam propriam: & hoc modo non est ingenitus in diuinis: q2 qd est aptū natum generari secundum naturam propriam est ibi actu genitum· Secundo accipitur ingenitum vt dicit carentiam geniti proprie sumpti cōnotando subsistens siue personam in cōmuni: & sic pater dicitur ingenitus & spiritus sanctus qd potest dupliciter intelligi· Uno modo q sit ibi negatio secundum genus qd est persona: & sic est negatio in subiecto apto nato: secundum rationem persone in cōmuni: vel vt est negatio huius qd dico genitum: non in subiecto apto nato secundūꝫ rationem persone in cōmuni· vel vt est negatio huius qd dico genitum: non in subiecto apto nato secundūꝫ naturam illius subiecti: & sic pater potest dici ingenitus· idest nullo modo genitus: sicut homo dicitur nō lapis· hoc idem dico de spiritu sancto· Et sic essentia diuina non potest dici ingenita: q2 licet ibi sit negatio ingeniti non tamen illa negatio cōnotat personam siue subsistens: natura essentia diuina non est persona. Tertio vt dicit negationem termini formalis cōmunicati per generationem: & sic essentia diuina non dicitur ingenerabilis vt ly ingenerabile dicit aptitudinem ad cōmunicari: sed bene vt in patre potest dici ingenita· Quarto accipitur ingenitum vt dicit negationem producti: & sic pater est igenitus siue improduct9· Qd potest dupliciter intelligi: vel secundum genus ꝑsone & sic illa negatio erit in sbtō apto nato sꝫ gen9 ꝑsone·

Negatio in gñe: & negatio ex͞ gen9

Uel secundum naturam propriam patris: ⁊ sic pater
vt pater est simpliciter improductus ⁊ repugnat sibi
posse produci· Et hoc modo debet intelligi q ingeni/
tum est proprietas patris accipiendo ingenitum pro
improducto: ⁊ hoc secundum naturam ipsius patris
non autem secundum cōmunem qđ est persona com
munis tribus: quia vt sic etiam filius potest dici im/
productus vt persona : quia persone vt persona non
repugnat sibi esse improductum: quia tunc cuilibet re
pugnaret: vt dixi supra: ⁊ omnia clara sunt vsq3 ibi.

Ad argumenta huius qstiōis· Ad pri/

mum nego minorem· ¶ Sunt aliqua notanda in ista
responsione· Primo· posset faciliter solui ista ratio
sic· q essentia diuina non est genita accipiendo geni/
tum pro termino adequato generationis vel produc/
tionis· Et vltra accipiendo non genitum vt connotat
personam subsistentem aptam natam generari sal/
tem secundum genus· vt patet supra· Doctor tamen
negat istam minorem: scilicet q essentia diuina sit nō
genita ⁊c· Bene negat vt ly non genitum dicit priua/
tionem vel negationem nature geniti in subiecto apto
nato· ¶ Et nota singulare dictum in ista littera : a
negatione de predicato finito ad affirmationem de p/
dicato infinito non tenet nisi in virtute primi princi/
pij. scilicet q contradictoria non possunt verificari de
eodem: vt cum dico · franciscus non est iustus · ergo
franciscus est non iustus! Si enim in prima negare/
tur iustitia a francisco ⁊ in secunda affirmaretur: tūc
contradictoria verificarentur de eodem · scilicet iustū
⁊ non iustum· Et addit doctor · q debet intelligi de
negatione extra genus non de negatione in genere·
Nam negatio extra genus qđ est non esse proprie cō
tradicit affirmationi qđ est esse · negatio vero in ge/
nere non contradicit affirmationi extra genus qđ est
esse · Nam cum dico · franciscus non est iustus · ne/
gatur ibi ⁊ iustus ⁊ esse siue ly est· Cum vero dico·
franciscus est non iustus· illa negatio negat tantū iu
stum : ⁊ sic non contradicit affirmationi· Cum dico
est non iustus· Si ergo debet valerē illa consequentia
oportet q ly non iustus sit negatio extra genus· scili/
cet q neget ⁊ ly iustum ⁊ ly est sicut ⁊ prima : qđ est
singulare notabile· Hoc modo dico in proposito·
Nam non sequitur essentia diuina non est genita· er
go essentia diuina est non genita ! ⁊ si non sequitur
hoc: multo minus nec hoc· ergo essentia diuina est in
genita· ¶ Ad secundum concedo· Hic nota tantum
vnum· scilicet q negatio de se non est absoluta neq3
respectiua cum nihil sit· posset tamen dici absoluta
quia opponitur affirmationi absolute : vt cum dico
homo non est asinus que opponitur affirmationi: pu
ta homini: aliquando respectiua que opponitur rela/
tioni sicut ingenitum opponitur genito· Cetera patēt·

Negatō vt negatio nō ē absoluta nec respec/ tiua·

¶ Questio secunda distinctio
nis vigesimeoctaue

Utrum innascibilitas sit ppᷓrie/tas consti

tutiua persone in diuinis!



D questionem secundā videtur
posse dici· Ista opi· que non est doc·
dicit in sniā· q ingenitū vt dicit nega
tionē vere producti constituit primā
personam in esse personali: ⁊ probat
supponendo· Primo q essentia sit alicui actu cōmu/
nicata: nam actu cōicatur filio per generationē ⁊ spi/
ritui sancto per spirationem : non filio preexistenti
sed sic dicitur cōmunicari vt filius habeat esse perfe/
ctionale per istam· vt declaratum fuit· ī·d· 5·q·2· du/
bio quarto· Secundo supponit q ipsa essentia est in
aliquo actu non cōmunicata : hoc est non est in illo p
aliquam productionem: ⁊ sic est in patre ex semetipsa.
Tertio suppōit q generatio actiua ⁊ paternitas sunt
idem ⁊ sunt in persona patris per respectum ad filiū:
⁊ sic paternitas ⁊ generatio actiua presupponunt ip/
sam personam primam : ⁊ sic non constituunt ipsam
in esse personali· ergo aliquid prius illis constituet p
sonam patris: ⁊ illud tale videtur esse ingenitum· Et
sic constitutum ex essentia diuina ⁊ negatione huius
qđ est esse productum constituitur prima persona· ⁊
hoc est qđ dicit ista opi· in sniā· Et cōfirmatur per au
gustinum: q2 si pater non genuisset adhuc esset inge·
nitus: ⁊ sic ingenitum prius inest q3 generatio actiua
siue paternitas. ¶ Ibi· Preterea· in omni ordine eēn
tiali· ¶ Dicit q si· a· sit productum a· b· ⁊ ipsum· a· p
ducat· c. a· prius habet respectum ad· b· q3 ad ipsum
c· patet q2 ipsū· a· prius intelligitur habere esse a· b·
q3 intelligatur producere· c · sicut ergo affirmatio re/
spectus· a· ad· b· est prior affirmatione respectus· a·
ad· c· sic si· a· non esset productum prior esset respect9
siue negatio ad non producens q3 respectus ipsius· a.
ad productum· ergo cum pater non sit productus siue
persona patris non sit producta prius habet negatio-
nem ad non producens q3 habeat respectum ad filiū
productum· ergo in tali priori erit persona patris pri
or respectu ad filium: ⁊ sic erit vere constituta ex essen
tia ⁊ tali negatione que est non esse producta·

Doc· expe/ dit se paucis de priti· q· quā tū dif/ fuse vide in quoli· q· 4· ⁊ i reporta.

Contra istam viam · Quia

hec via dicit q vltimum constitutiuum primi sup/
positi in diuinis est negatio modo preexposito Do/
ctor contra hoc arguit · Primo quia constituens ali/
quid in esse personali est simpliciter incōmunicabile
vt conceditur ab omnibus · Sed negatio aliqua ex
sua ratione non est incōmunicabilis : quia nec de se
est vna vel plures· ⁊ si aliqua dicatur incōmunicabi/
lis hoc erit propter aliqđ positiuum in illa · Exem/
plum· Non finitū est negatio finitatis vt soli deo cō/
petit: etsi sic dicitur incommunicabilis creature: hoc
non erit ratione negationis q · scilicet competat soli
deo: sed propter aliqđ positiuum qđ tantum compe/
tit deo puta infinita perfectio · Similiter dicimus
q indiuiduum signatum puta hec albedo est incom/
municabilis vt qđ · Hec negatio puta non commu/
nicari vt quod dicitur hoc modo incommunicabilis:
non ratione sui sed ratione hecheitatis : que est ra/
tio formalis vt hec albedo sit incommunicabilis vt
quod · Si ergo negatio aliqua non potest dici in·
communicabilis vt quo ⁊ vt quod : nisi propter ali/
quod positiuum quod est ratio communicabilita/
tis vt quo ⁊ vt qđ · Cum ergo ingenitum dicat ne/
gationem ingeniti : illa negatio si est incommunica/
bilis : erit propter aliquod positiuum · detur illud ·
Si essentia!

Si essentia? hoc non: quia essentia de se est incōmunicabilis tribus · si aliqua proprietas incōmunicabilis siue sit absoluta siue respectiua? habetur propositum ꝙ negatio illa constituet personam: quia nō inest nisi persone constitute · Alia argumenta sequentia clara sunt·

Difficultas notanda·

Sed oritur mihi difficultas· Ex quo enim negatio non ē ex sua ratiōe formali incōmunicabilis nec vt quo nec vt qd : ⁊ sic non est ratio constituendi aliquid in esse suppositi vel personali: quomodo persona creata constituitur in esse personali vel suppositali per negationem? Ideo quidam vult deducere Doctor ad contradictionem dicens Doctor supra distinctione secunda distinctione vigesimatertia dicit ꝙ suppositum creatum dicit tantum negationem duplicis cōmunicabilitatis vt quo ⁊ qd: ⁊ in tertio expresse distinctione pri in aquestione prima dicit ꝙ suppositum dicit negationem duplicis dependētie actualis ⁊ aptitudinalis· in quolibetis in questione qua queritur an angelus possit informare materiam. in quarto ⁊ in secundo. ⁊ alibi· Et hic dicit ꝙ negatio ex se non est incōmunicabilis nisi propter aliquod positiuum · ergo si ista duplex negatio inerit supposito ⁊ non sit a se incōmunicabilis· ergo inerit sibi propter aliqd incōmunicabile positiuum qd erit ratio communicabilitatis vt quo ⁊ vt qd · ergo suppositū creatum constituitur in esse p aliqd positiuū · ergo ɔtradicit sibi · ¶ Preterea · Hic dicit in secundo argumento ꝙ negatio non potest esse propria alicui nisi propter aliqd positiuum proprium in illo: sicut negatio finitatis non potest esse propria deo nisi per aliqd positiuum in ipso proprium sibi · Hoc idem doctor in distinctione tertia questione prima ⁊ ex intentione distinctione vigesimatertia primi · hoc idem vt in tertio distinctione prima questiōe prima · Et expresse in quolibetis · ergo si negatio duplicis cōmunicabilitatis vel duplicis dependentie actualis ⁊ aptitudinalis erit propria alicui supposito: hoc erit propter aliqd positiuum in illo non propter naturam: cum illa sit cōmunis nō propter hecheitatē: cū illa sit cōmunicabilis vt quo · vt patet a Doctore distinctione secunda distinctione vigesimatertia primi · in tertio distinctione prima questione prima · ⁊ i quolibetis in questione prima : ⁊ questione preallegata ⁊ alibi · ergo erit propria propter aliqd aliud positiuum qd erit proprium illi qd erit ratio incōmunicabilitatis vt quo ⁊ vt qd ·

Solu·

Respondeo ꝙ si Doctor determinate ⁊ assertiue diceret personam creatam constitui in esse personali per solā negationem : ⁊ ex alia parte diceret ꝙ negatio quelibet ex sua ratione est incōmunicabilis esset difficile soluere quin sibi contradiceret · Potest tamen dici ꝙ negatio est duplex · Quedam extra genus ⁊ quedam in genere que determinat sibi aliqd subiectum ⁊ illa posset constituere · Sic intelligendo ꝙ negatio duplicis cōmunicabilitatis tantum competat indiuiduo de genere substātie: ⁊ sic in eodem quo ponitur tale indiuiduum de necessitate oritur negatio duplicis cōmunicabilitatis: ⁊ hoc semper sibi inest nisi preueniatur ab alio supposito · vt patet de indiuiduo nature humane personato in verbo diuino de quo in·3·d·i·q·i· Et sic talis negatio posset dici ibi propria ex se: qr consequitur talē naturam sic indiuiduatam · h autem negatio non cōpetit albedini singulari: qr ipsa posita non sequitur hmōi negatio · ¶ Dicerem ergo ꝙ talis negatio in

De istis negatōib⁹ vide superiori folio·

est pp aliqd positiuū : ⁊ illud positiuum est singulare non quodlibet sed singulare predicamēti substātie · Cū dicis · illud singulare est ex se cōicabile · Concedo · Cū infers · ergo non est rō q̄re insit sibi talis negatio · Negatur: qr dico ꝙ est talis nāe sic ꝙ ipso posito ⁊ nō p̄uento ab alio statī inest talis negatio q̄ non inerit alteri singulari · vt pʒ de albedine singulari · ¶ Scdo dico ꝙ fm doc. forte non esset incōueniens dicere negationē aliquam esse ex se incōmunicabilē: ⁊ posset elici ab ipso · ĕ · d · 23 · ⁊ alibi · ¶ Tertio dico (sustinēdo q̄ · ĕ · dici in argumētando: ꝙ psona creata constituat̄ in eē psonali per aliqd positiuū) ꝙ erit ratio incōicabilitatis vt quo ⁊ vt qd: ⁊ sic talis negatio diceret̄ incōicabilis pp hmōi positiuū: nec habeo ,p inconuenienti · ¶ Si dicat̄ doc · dicit ɔtrium · ¶ Dico ꝙ hoc non inuenio a doc · assertiue: tñ · ii · dicit vt · ĕ · d · 2 · d · 23 · ꝙ suppositū dicit negationem duplicis cōicabilitatis ⁊c · ⁊ in · 3 · dicit · d · i · q · i · ꝙ supposituū dicit negatōeʒ duplicis depēdētie · vt · ĕ · dīcī · ¶ Si dicatur ɔ̄ · Nā doc · in · 3 · vbi · ĕ · facit dñiam inter psonam diuinam ⁊ creatam: qr diuina dicit aliqd positiuū. creata vero nō: ⁊ in · i · d · 26 · dicit expresse ꝙ suppositum vel ratio suppositalis nō dr̄ actus in creatura: cum dicat negationē · ¶ Respondeo ꝙ lʒ doc · vbi · ĕ · asserat personaʒ constitui per positiuum ⁊ creatam non : hoc forte dicit non ad intentionem propriam · Nam ipse doc · in · i · d · 26 · dicit ꝙ ratio suppositalis siue sit ratio negatiua siue positiua adhuc non erit actus dans esse ⁊c · Posset autem dici ꝙ aliud est de persona diuina ⁊ aliud de creata propter maximas difficultates · Uidetur enim valde difficile ꝙ persona diuina sit tantum essentia ⁊ aliqua negatio · Ideo ad fugiendum hanc difficultatem asserit ipsam constitui per positiuum: non negando tamē expresse personam creatam non constitui per positiuum · ¶ Si dicatur · si ratio suppositalis dicit aliqd positiuum · ergo potuit assumi a verbo · vt patet a doctore in tertio · hoc autem est falsum: quia suppositū expresse dicit negationem duplicis cōmunicabilitatis · ¶ Si dicatur ꝙ non assumpsit illud positiuum: licet hoc doctor neget: vltra hoc sequitur ꝙ nō assumpsit totam naturam humanam ⁊ omnem perfectionem humanam · ⁊ vltra si nunc naturam humanam assumpsit ⁊ ipsam dimisisset · quero in quo supposita retur? aut in positiuo qd prius habuit? aut in alio? Si primo modo? videtur inconueniens · Nam tunc oporteret illud conseruare · Etiā esset dubium in quo posset constitui: qd esset difficile soluere · Si in alio? ergo primum non pertinebit ad esse nature · ¶ Dico sine assertione ⁊ saluo semper meliori iuditio : sustinendo ꝙ ratio suppositalis dicat aliqd positiuum ꝙ illud non fuit assumptum: quia in eodem instanti quo natura singularis fuit assumpta a verbo : si non fuisset assumpta esset supposita in illo positiuo : quia tunc ex natura rei ortum fuisset tale positiuum in tali natura. Cum dicitur ꝙ tunc non assumpsisset omneʒ perfectionem nature humane · Negatur: ⁊ dico tunc ꝙ huiusmodi positiuum esset tantum actus personalis ⁊ nullo modo perficiens naturam · vt patet a doctore in primo distinctione quinta questione secunda distinctione vigesima · Et cum dicitur · Si verbuʒ nūc dimitteret naturam humanam in quo supposita retur? Dico ꝙ in eodem instanti quo natura fuisset dimissa: statim oriretur in ipsa huiusmodi positiuum ⁊ hoc ex natura rei: nec oporteret dicere ꝙ d̄ nouo crearetur illud positiuum: quia etiam posita nunc albedine statim ex natura rei oritur relatio ·

Obiectio·

Responsio·

Obiectio·

Solu·

Nec que dixi magis disputatiue q̃z assertiue dixi: licet nullam contradictionem inueniam nec ex se nec in Doc. sustinendo tamē ea que dixi: ⁊ multa alia essent hic dicenda: sed breuitatis causa transeo. Et sic oportet te publice confiteri Sco. sibi non contradicere: immo fateri vel teipsum ignorare vel proteruire: qđ non est signum docti viri ⁊c.

Ad argumentum in oppositum. Solutio ista patet hic ⁊ ex glo. superiori in .26. d. in soluendo auctoritatem Dama. quam uideas ibi.

Ad argumenta pro opi. Nota hic vnū dictum. scilicet q̄ aliud est priuationem cōnotare aliqđ subiectum. ⁊ aliud est ipsam precxigere aliqđ positiuum in subiecto: quo positiuo in subiecto non existente talis priuatio non inerit: vt patet. Nam cecitas cōnotat oculum qđ est subiectum visionis ⁊ cecitatis: non tamen potest inesse oculo nisi propter aliqđ positiuum repugnans visioni. vt puta dispositio preuia visioni. Sic in proposito: licet ingenitum cōnotet aliquam personam: non tamen potest inesse alicui persone nisi propter aliqđ positiuum qđ repugnet genito siue generari. Et nota hanc solutionem quia singularis est. Cetera patent.

¶ Questio. 3. d. 28.

Utrum prima persona constituatur in esse personali aliqua relatione positiua ad secundam personam?



In presenti questiōe ponuntur plures ac varie doctorum opiniones. vt dūi Thome. Sancti seraphici doctoris Bonauenture Cardi. Item Henrici ⁊ Joannis de Ripa tamen q2 ⁊ ille opini. hic recitate satis clare sunt ⁊ earum improbationes: paruo ⁊ ebeti meo iudicio apertiori non indigent interpretatione. Et sic me confero ad opinionem Joannis de Ripa declarandam: que est ibi.

Tho. j. pte su. q. 4. ar. 4.

S. Bo. li. j. d. 26. q. 3.

Hen. quo li. 9. q. j. ⁊ 3. ⁊ in su.

Jo. de Ripa. d. 25. ⁊ 26. huius primi.

Aliter ponitur tenendo conclusionem oppositam istis tribus opi. ¶ Hic nota ista duo argumenta que iudicio meo satis manifeste ostendunt personas constitui per absoluta. Primum est clarum. Secundum etiam sed magis patebit. j. d. 30. quomodo relatiuum non primo refertur ad correlatiuum. ¶ Ibi. Contra istam opi. arguitur q̄ esset heretica. Hoc non dicit ex intentione cum magis declinet ad istam opi. Sed ex intentione aliorum qui tenent personas necessario constitui per relationes ⁊c. Nec amplius hic tempus contero q2 alibi supra tacta sunt ea que dicenda erant in presenti opi.

Ad questionem istam. Hic doc. sustinendo q̄ pater constituatur in esse per paternitatem: dat modum sustinendi quomodo est possibile patrem posse generare filium: cum in eodem instanti quo pater est filius sit: ⁊ tamen generās debet esse prius generato. Dicit ergo doc. q̄ sufficit ad hoc vt sit generās q̄ sit prius origine ipso generato licet non sit prius natura. Et probationes eius clare sunt. ¶ Ibi. Ad hoc etiam adducitur Auicenna cum dicit q̄ causa inquantum causa est prior natura causato inquantum causato. Nō debet hic accipi prius natura. vt. s. dixi: quia vt sic non repugnaret cause inquantū causa posse esse sine causato. Sed debet accipi prius natura. idest prius origine ⁊c. ¶ Ibi. Sed tunc est aliud dubiū. Totum clarum est vsq3 ad argumenta ⁊ sunt valde notabilia q̄ hic dicit. ¶ Ibi. Ad argumenta solutio patet hic ⁊ ex supra habitis in distin. 26.

¶ Distinctio. 29. q. vnica.

Utruz principium vno modo dicatur de principio sumpto personaliter ⁊ notionaliter ⁊c.



Ad istaz questionem dico. Suppono p̄mū q̄ hic accipitur principium pro principio productiuo: ⁊ hoc pro significato tantum: sicut satis supra. patet distinctione septima. principium enim pro significato dicit relationem connotando subiectum. Secundo suppono q̄ principiū personale hic dicitur generans siue spirans: principium notionale dicitur generatio actiua ⁊ spiratio actiua que reducuntur ad genus principij. vt patet. s. distinctione vigesimasexta in exponendo opi. Jo. de ripa. Principiū essentiale accipitur pro respectu ad extra dicens principiatione; sicut creatio ⁊c. Tertio suppono q̄ principium essentiale (qđ i proposito dicitur essentiale quia cōmune tribus: non q̄ sit de essentia alicuius: nec q̄ dicat essentiam nec perfectionem aliquam: sed quia tantum cōmune vt patet a Doctore prima questiōe quolibetoꝝ) est tantum relatio rationis: quia omnis relatio dei ad creaturam est tantum rationis. vt patet infra distinctione trigesima questione prima ⁊ secunda: ⁊ supra distinctione secunda ⁊ octaua ⁊ alibi. Principium vero notionale est relatio nature realis. scilicet generatio actiua ⁊ spiratio actiua: ⁊ personale est ipsa relatio realis sumpta in concreto. Quarto sequitur ex dictis q̄ principium in cōmuni tantum potest se habere vno modo. idest non potest esse vniuocum ad huiusmodi prius: quia enti rationis ⁊ enti reali non est cōmune vniuocum. vt patet hic a Doctore: ⁊ in quolibetis questione tertia. Quinto nota q̄ principium ad intra predicatur vniuoce de personali ⁊ notionali. Sexto nota q̄ primum argumentum factum in principio questiōis tantum vadit de principio vt est cōmune personali ⁊ notionali: non autem essentiali: ⁊ sic Doctor respondet q̄ tale principium potest esse vniuocum notionali ⁊ personali. ¶ Ibi. Ad argumentum ad oppositum patet responsio. Creauit de principio ⁊c. Nam cū dico: deus est creans. ergo principians. Nam sicut creans dicit respectum rationis: ita ⁊ principians. ⁊ cum dicit: pater est generans. ergo principians. Hic generans dicit relationem realem: ⁊ similiter principians. Et sic patet ista distinctio.


Nota bene hanc declarationez de multiplici principio.

¶ Distinctio

¶Distinctionis trigesime primi sententiarum questio prima.

In hac distin· ponuntur due questiões· Prima· Utrum de deo dicatur aliqua relatio ex tempore? Secunda· An dei ad creaturam possit esse aliqua relatio realis?

Hen·quodli·7·qõe·1· q quodli·9·q·1·



Ad primā·q· Hen· vult q non sit aliq relatio in deo noua in se sed tantum noua appellatio· Nam relatio dei vt creatiui vt potentis creare vt creantis est simpliciter eadem sed diuersimode nominata: q sic negat in deo omnem relationem nouam siue realem siue rationis· ¶Ibi·Ad secundam·q· Hic vult Hen· q in deo nulla sit relatio realis ad creaturam etiam ab eterno q in hoc verum dicit· Sed probatio sua in multis deficit vt patebit infra·

Hen·quodli·3·q·4·

Contra istam opi· Doc· in ista ratione probat q relatio aptitudinalis in deo q actualis non sunt simpliciter eadem· Tum qz sicut relationi aptitudinali in deo: puta relatiõi creatiui correspondet in creatura relatio aptitudinalis ab eterno puta relatio creabilis·ergo cum creatura habeat esse de nouo q temporaliter: tunc dicet relationem actualem creati de nouo ad deum creantē de nouo·Si ergo relatio creantis q creatiui est simpliciter eadem in deo:sic q in creatura relatio creabilis q creati erit eadem·Et cum relatio creatiui in deo sit ab eterno q similiter creantis:cum sit eadem erit ab eterno·ergo q relatio creati actualiter q ex tpe: cum sit eadem cum relatione creabilis erit ab eterno: q sic nulla creatura dicit relationem ex tempore determinatam ad deum creantem:qd est inconueniens· Tum quia si relatio illa non est noua creatura·ergo nec ipsa creatura erit noua:patet qz impossibile est fundamentum relationis esse posterius relatione. Tum qz sequitur ipsam creaturam esse de necessitate ab eterno si relatio ipsius est ab eterno:patet qz secundum Hen· totū esse creature siue esse ratum est ipsa relatio creature exemplate ad deum vel participatiue ad ipsum deum· vt patuit·ẽ·d·3·q·5·in positione illa de ratitudine· ¶Ibi·Specialiter etiam videtur inconueniens secūdum istos·Hoc consequens est illud·ẽ·ergo pari ratione non est aliqua relatio noua creature ad deum:q q sit inconueniens probat supponendo q Hen· dicit scilicet esse existentie dicit tantum respectum ad causam efficientem q effectus est·idest q existentia creature non aliud est nisi respectus terminatus ad causā efficientem·Tunc vltra: aut ille respectus erit cōmunis? q habetur propositum:aut non erit nouus? ergo nihil creatur de nouo: q sic nihil simpliciter creatur: qz creari proprie est aliquid fieri de nihilo: ita q si nihil precedat in aliqua determinatione ipsum esse· vt patuit supra distinctione secunda questione prima q distinctione octaua questione vltima q in secunda distinctione prima q in quolibetis questione prima·

ergo cum aliquid creetur secundum fidem q de nouo·ergo respectus ipsius creature erit nouus: q pariformiter in deo creante de nouo erit aliquis respectus nouus· ¶Ibi·Preterea·Non potest esse eadem relatio·Ista ratione probat Doctor· q relatio aptitudinalis in deo que terminatur ad esse possibile in creatura:q relatio actualis que terminatur ad esse existētie creature non sunt simpliciter eadem relatio: quia termini earum sunt diuersi; quia esse possibile q esse existens simpliciter differunt:vt notat Doctor in confirmatione· Si ergo intellectus diuinus comparat eundem actum intelligendi ad creaturam intellectam in esse possibili.derelinquitur ibi aliqua relatio rationis que terminatur ad creaturam vt cognitam in esse possibili· Et vltra si comparat eundem actum ad creaturam intellectam in esse existentie pro tali vel tali tēpore:derelinquitur vna relatio rationis que terminatur ad creaturam intellectam in esse existentie pro tali tempore:q sic iste due relatiões rationis inter se differunt:quia termini earum inter se differunt· Cetera patent. ¶Contra illud qd dicitur ad secundam questionem·Iste improbationes clare sunt; quia hic dicit q necessario perfecta similitudo q equalitas est in personis diuinis:q patuit infra·Et si ibi per impossibile essent duo fundamenta esset similitudo realis.q patz infra· Quia mõ nõ ponitur esse rationis nisi per intellectum comparantem illam magnitudinem vnā· ¶Hoc videtur contra ipsum:quia expresse distinctione decimanona questione prima·q infra distinctione trigesimaprima primi·q in quolibetis questione sexta ponit illam similitudinem in diuinis q equalitatez esse reales· ¶Dico q sibi non contradicit: quia hic vult exemplum ponere q si p ipossibile essent ibi due magnitudines realiter distincte vna non ordinaretur ad aliam realiter:q non negat q ibi non sit similitudo realis· ¶Secundo dico q ibi potest esse similitudo realis comparando illam magnitudinem tantum ad seipsam:q hoc per actum intellectus negotiantis: qz omnis comparatio eiusdem ad se siue relatio est tantum rationis Doctor autem in locis preallegatis ponit extrema equalia q similia inter se realiter distincta habentia eandem magnitudinem que est fundamentum equalitatis:q positis talibus extremis ex natura rei oritur equalitas eorum: vel si hoc dicit hic q est tantum similitudo q equalitas relatio rationis:qz fundamentum est vnum:forte loquitur secundū opinionem Henrici que expresse negat in deo vel in personis diuinis esse similitudinem q equalitatem q idēptitatem esse relationes reales· vt infra patebit distinctione trigesimaprima q contrarium probat Doctor· ¶Ibi·Nec sequitur adinuicem ordinantur·ergo dependent adinuicem.patet quia cum causa dicat relationem realem ad causatum secundum opinionē istaz ordinabitur ad illud:q tamen non dependebit ab illo· Et probat q non dependeat·

Cōtradictō apparēs.

Solō·

Aliter dicitur· Ad primam questionem· Illa opinio concordat cum precedente:Sed modus ponendi est diuersus: vult enim q si deus dicatur creator de nouo:non denominatur creator per aliquam relationem de nouo existentem in illo·Sed per relationem existentem in creatura qua refertur ad deum creantem q c· ¶Ibi·Ad secundam questionem· Ista opinio concordat cum precedente· Sed modus ponendi est alius· vt patet in littera·

Gul· Uarro li·1·pfiti d·q·vnica: q i·4·i mā de eucharistia· San· Tho·1·pte su·q·13·ar·7·i sol·principal' rōis·

varro ⁊ thoma vbi·ẜ·

Contra primam. Iſta opi· dicit quia actio eſt in paciente: ⁊ ſic creatio actiua eſt in creatura· Contra hoc arguit: q2 impoſſibile eſt aliquam relationem eſſe in aliquo ſubiecto vbi non eſt fundamentum illius relationis· Sed voluntas dei ſiue velle dei eſt fundamentuꝫ creationis actiue: ⁊ tale fundamentuꝫ non eſt in creatura· ergo falſum eſt dicere ꝙ creatio actio ſit formaliter in creatura· ¶ Ibi· Preterea oppoſite relationes· quomodo iſte relationes repugnant· patet·ẜ·d·z· Sed ꝑ iſtam in creatura eſt creatio paſſio ⁊ eſt creatio actio: que magis repugnant q̃ꝫ relatio producentis et producti: patet q2 iſte poſſunt eſſe in eadem natura quia in eſſentia diuina· vt patet·ẜ·d·z· iſte autem non poſſunt eſſe in eadem natura· vt patet·ẜ· Ergo multo minus nec in eodem ſuppoſito· ergo falſum eſt dicere ꝙ creatio actio ſit in ſuppoſito creato: q2 ibi etiam creatio paſſio: ⁊ hoc eſt qđ dicit· ¶ Ibi· Ratio que ponitur ad ſecundam·q· primo petit principium: cum dicit ꝙ relatio realis non eſt ſine ordine. Hoc deberet probare· ¶ Ibi. Et deus non habet ordinem: hoc deberet probare· Secundo cõmittit fallaciam conſequẽtis arguendo a negatione inferioris ad negationẽ ſuperioris· Naꝫ bene ſequitur· Omnis ordo eſt relatio ⁊ non econtra: non tamen ſequitur in aliquo· quoniã in deo non eſt ordo ad creaturam· ergo nõ eſt relatio! non ſequitur· ſicut argueretur in franciſco non eſt albedo· ergo non eſt color! Et ſic patet improbatio huiꝰ opi· ⁊c· ¶ Ibi· Reſpondeo igitur ad primam· q̃õneꝫ· ¶ Hic doc· intendit probare ꝙ non eſt neceſſe relationem alicuius relatiui habere de neceſſitate relationẽ oppoſitam correſpondentem ſibi: q2 poteſt terminari ad aliqđ abſolutum: ⁊ ꝙ in tali abſoluto ſit relatio correſpondens magis accidit ſibi: ⁊ probat ſingularibus rationibus· Prima ratio eſt clara· ¶ Ibi· Et iſtud ẽt probatur ex intentione philoſophi· ¶ Vult ibi Ari· ꝙ potentia diffiniatur per actuꝫ· vt patet: q2 viſibile diffinitur per hoc ꝙ eſt aptum natum videri: ⁊ ſimiliter edificatiuum per hunc actum qđ poteſt edificare: ⁊ ſic ſi potentia diffinitur per actum: q2 terminatur ad ipſum actuꝫ: erit prior potentia· Si ergo actus eſſet correlatiuus potentie diffiniretur per potentiaꝫ: ⁊ ſic potentia eſſet prior actu· ergo circulus: q2 idem eſſet prius ⁊ poſterius eſſentialiter reſpectu eiuſdem: qđ eſt iͣpoſſibile ⁊ contra Ari· in pluribus locis· ¶ Ibi· Hoc etiaꝫ probatur generalius per omnia relatiua· ¶ Hic dicit in ſententia ꝙ ex quo relatiuum non refert̃ primo ad correlatiuum ſicut pater ad filium: ⁊ ſic nõ terminatur primo ad filium: q2 ſi paternitas terminaretur ad filium inquantum filius diffiniretur per ipſuꝫ: ⁊ omne diffiniens ſiue eſſentialiter ſiue per additamẽtum eſt prius diffinito: ⁊ ꝙ diffiniens per additamentum ſit prius patet per Ari. in·7· metha· comparãdo accidens ad ſubſtantiam· Nam ſubſtantia eſt prior accidente diffinitione ⁊c· relatiuum autem diffinitur per fundamentum ⁊ terminum ad quem primo refertur ſiue primo terminatur: ⁊ ſic terminus erit prior: ⁊ ſic paternitas diffinitur per fundamentum patris: ⁊ per abſolutum filij ad qđ terminatur· Si ergo relatio terminatur primo ad abſolutum: non requiritur iͣ tali abſoluto ꝙ terminet inquantum habet relationem oppoſitam: imo accidit ſibi econuerſo referri relatione ſibi inherente. ergo non eſt impoſſibile creaturam referri realiter ⁊ terminari ad deum ſub ratione abſoluta: ⁊ ſic in deo nõ erit relatio oppoſita relationi creature· ¶ Ibi· Preterea· licet intellectus poſſit negotiari· ¶ Dicit doctor ꝙ etiam poſito ꝙ intellectus cauſaret aliquam relationem ratiõis in eſſentia diuina: puta relatio rationis creantis ad creaturam: non tamen ſequitur ꝙ ipſe deus terminet ipſam relationem creature ſub ratione illius relationis rationis: q2 ſi illa nõ eſſet: adhuc poſſet terminare relationem creature: terminat ergo ſub ratione abſoluta: ⁊ ſic non eſt neceſſe ponere in deo aliquam relationem ſiue realem ſiue rationis ex hoc ꝙ creatura realiter ⁊ ex tempore refert̃ ad ipſuꝫ: ⁊ hoc eſt qđ dicit· ¶ Ibi· Abſolute igitur dico· ¶ Doctor hic tangit duo· Primum· ꝙ in deo poteſt poni aliqua relatio rationis ⁊ de nouo: ⁊ hoc cauſata per intellectum creatum· puta ſi intellectus angeli comparat eſſentiam diuinam cognitam ad creaturam cognitam: puta in ratione creantis: vel in ratione gubernantis: vel in ratione amantis ⁊ huiuſmodi cauſat in deo relationem rationis nouam: ⁊ talis relatio non facit compoſitionem nec nouitatem nec mutationem in deo· vt patet· Secundum· ꝙ omnis relatio rationis cauſata ab intellectu diuino in eſſentia diuina eſt ab eterno cauſata· Tertium· ꝙ intellectus diuinus non poteſt cauſare relationem nouam rationis iͣ eſſentia diuina: ⁊ hoc probat ⁊ patet probatio ipſius· Quia tamen doctor dicit ꝙ ſi intellectus diuinus cauſaret relationem rationis nouam in eſſentia diuina: de neceſſitate eſſet ibi aliqua mutatio: q2 cauſare nouam relationem ſit ex noua comparatiõe· Exemplũ: intellectus diuinus ab eterno comparauit voluntateꝫ diuinam cognitam ⁊ volentem antichriſtum pro inſtanti·a· eſſe album ad ipſum antichriſtum cognituꝫ in tali eſſe albo: tunc derelinquitur relatio rationis in voluntate diuina ſic cognita terminata ad antichriſtum ſic cognituꝫ· Si ergo intellectus diuinus poſſet cauſare relationem nouam: hoc eſſet q2 de nouo compararet ipſam voluntatem ſub alio modo cognitam· vt puta volentem antichriſtum fore tantum nigrum: ⁊ ſic aliter cognoſceretur voluntas diuina ⁊ aliter antechriſtus: q2 prima cognita fuit ſub illa ratione q̃ voluit antichriſtum fore album: ⁊ poſt ſub illa ratione qua voluit ipſum fore nigrum: ergo aliter ⁊ aliter intellecta· ergo mutatio non in antichriſto: q2 non eſt ergo in intellectu diuino aliter ⁊ aliter cognoſcente: ⁊ ſic eſſet tranſitus a contradictorio in contradictorium: ⁊ per conſequens mutatio· ¶ Dico tamen (ſaluo ſemper meliori iudicio) non intendẽdo aliquo modo contradicere dictis Docto· immo in omnibus ſibi inherendo: ꝙ non haberem pro iͣpoſſibili relationem ratiõis cauſari de nouo ab intellectu diuino· Et ſi ponitur aliqua mutatio: erit tantum rationis: q2 eſſe cognitum vt ſic: non eſſe cognitum vt ſic ſunt tãtũ reſpectu ratiõis· ¶ Si dicatur· intellectus diuinus ſi cognoſcit antichriſtum fore album ⁊ poſt non cognoſcit fore album· ergo mutatur! nego conſequentiam: q2 ſimpliciter eadẽ cognitione cognoſcit vtrũqꝫ· Illa ergo cognitio non dicitur variari in ſe: ſed variari ſecundum diuerſos reſpectus qui non faciunt mutationem aliquaꝫ· vt patet a doc·ẜ·d·z· ⁊ infra·d·39· ⁊ in quoli·q·14· ⁊ alibi· ¶ Dico ſecundo ꝙ ſi intellectus diuinus nunc cauſat aliquam relationem rationis· ergo de nouo! non ſequitur: quia ſemper illaꝫ cauſat iͣ inſtanti eternitatis qđ non tranſit in preteritũ neqꝫ in futurum· Hic multa eſſent dicenda: ſed reſeruo ad materiam de predeſtinatione ⁊c. Cetera patent·

Nõ vr̃ iconueniẽs rlõnẽ rõis poſſe de nouo ab itellectu diuio cãri·

Ad argumenta. Ad primum patet ⁊ ſimiliter ad ſecundum ⁊ ad tertium·

ad tertium· ❡ Ibi· Ad secundam questionem respondeo· Doctor probat ꝙ in deo non sit aliqua relatio realis terminata ad creaturam: ⁊ probatio sua est clara supponendo ꝙ deus sit summe simplex: ⁊ per consequens quicquid est ibi realiter est realiter ⁊ essentialiter perfecte idem sibi ⁊ idem ꝙ deus· vt patet supra dist· secunda· ⁊· viij· ⁊· v· questione secunda· ⁊· xxvj· ⁊ alibi· et est simpliciter necesse esse: ⁊ quicquid est ibi realiter est simpliciter necesse esse. vt supra patuit distin· secunda· Secundo supponendo quod declaratum est supra distin· viij· questione vltima· ꝙ illud quod est ex se necesse ⁊ perfectissime non potest non esse: posito quocunq̄ alio ab ipso: ⁊ destructo quocunq̄ alio ab ipso: siue quacunq̄ positione impossibili ratione alterius ab ipso: quia tunc si ex destructione alicuius quod est impossibile non esse sequeretur destructio ipsius dei: quod est simpliciter impossibile ipsum non esse: tunc maius impossibile sequeretur ex minus impossibili· vt patet supra distin. viij· Tertio supponendo ꝙ quelibet creatura quantumcunq̄ perfecta quo ad suum esse existentie simpliciter potest non esse· vt patuit· 8· distinctione· viij· questione vltima· Quarto supponendo ꝙ relatio realis actualis de necessitate exigit terminum realem actu existentem vt patet: ⁊ ipso destructo statim destruitur relatio ad ipsum· Si ergo deus haberet relationem realem terminatam ad creaturam· ergo destructa creatura destrueretur talis relatio: ⁊ per consequens destrueretur deus: cum ipsa sit realiter ⁊ essentialiter id quod deus· Hoc autē est impossibile· ergo est impossibile deum realiter referri ad creaturā: ⁊ hoc est quod infert hic doc. ❡ Ibi· Contra istam rationem instatur primo· ❡ Hic Doctor per ista argumenta intendit probare ꝙ possit esse relatio realis ad creaturam· Et primo ex hoc: ꝙ si relatio realis in deo (vt dicis) est idem quod deus: ⁊ sic necesse esse: ⁊ sic de necessitate requirit terminum puta creaturam: ⁊ sic talis terminus erit necesse esse: aliter ipsa non erit necesse esse: ⁊ per te creatura non est necesse esse ⁊c· Potest tamen saluari ꝙ licet non sit necesse esse in esse existentie: est tamen necesse esse in esse possibili· Cum ergo producat ipsam in esse possibili· vt patet a doctore supra distin. tertia questione quarta· ⁊ infra dist· xv· ⁊· xvj· ⁊· 43· ergo erit relatio realis ad ipsam in tali esse possibili· Secunda ratio clara est ex ista nunc dicta: ⁊ iste due soluuntur dupliciter· Primo quia si est aliqua relatio ad illa in esse possibili: erit tantum rationis: quia in tali esse nihil reale dicunt· Sed tantum esse cognitum: vt patet supra in locis preh abitis· Secundo ꝙ etiam posito ꝙ sit necesse esse: tamen illud necesse esse esset participatum: ⁊ per consequens minus necesse esse q̄ ipse deus· Si ergo est relatio realis ad illud: destructo tali esse creature per impossibile: sequeretur destructio dei: ⁊ sic maius impossibile sequeretur ad minus impossibile· vt patuit supra· ❡ Alia duo argumenta patent ⁊ responsiones eorum maxime responsio ad vltimum argumentum· Nam non est simile de sole ⁊ de deo: quia posito ꝙ sol sit necesse esse: non est simpliciter simplex: ⁊ per consequens si haberet relationem realem ad aliquod causatum possibile ⁊ contingens: illa tamen relatio non esset idem realiter ⁊ essentialiter cum sole· in deo autem (cum sit simpliciter simplex) quicquid est ibi realiter est perfecte idem sibi: ⁊ ex alia parte si esset relatio ad creaturam destructa creatura destrueretur deus·

Ad argumenta secunde· q· ibi· Ad aliud de actione ⁊ passione·

Sed queres· Durandus dicit ꝙ relationes primi ⁊ secundi modi: ideo dicuntur reales ⁊ mutue propter naturalem inclinationem fundamenti vnius ad fundamentum alterius· Et hoc improbat Doctor multiplici ratione que sunt manifeste ⁊c. ❡ Et nota ibi singulare dictum quare cause create ad causatum sit relatio mutua ⁊ realis: non autem dei ad creaturam· — *Durandus in primo distin· prima·*

Contra hoc quod dicit Sco· s· ꝙ ratio formalis terminandi relationem est absolutum relatiui· arguit Nouus interpres philosophi dicens ꝙ hec positio non est peripatetica· ❡ Primo quia si relatio nō esset ratio terminandi: tunc omnes relationes essent tertij modi· ⁊ deducitur: quia relatiua tertij modi sunt que non per relationes eorum referuntur: sed quia alia ad ipsa: modo apud istum virum omnia relatiua referuntur: quia alia ad ipsa referuntur· igitur omnia essent dicta tertij modi: vel saltem non posset assignari differentia inter relatiua tertij modi ⁊ aliorum generum· — *Aug· Sue· imitat cōtra Scotum·*

❡ Secundo si ita esset: non quicunq̄ diffinite sciret alterum relatiuum diffinite sciret ⁊ alterum· deducitur: quia non quicunq̄ diffinite sciret vnum relatiuum diffinite sciret absolutum alterius· non enim vnum relatiuum conuertitur cum absoluto alterius: consequens est contra Ari· in predicamentis· igitur ⁊ antecedens· ❡ Tertio· Ea ratione alterum correlatiuum terminat relationem alterius qua ratione refertur ad ipsum· vt patet in predicamentis: sed nō refertur per absolutū· igitur nec per absolutum terminat relationem·

❡ Quarto Aristo· in predicamentis habet pro impossibili ꝙ substantia sit ad aliquid· igitur secundum ipsum ratio terminandi non potest esse absolutum: tenet argumentum: quia vbi ē absolutum ratio terminandi substantia potest esse ad aliquid: saltem quia aliud est ad ipsam· ❡ Et respondet ad rationes Scoti quas succincte sic recitat ⁊ forte non ad intentionem Scoti·

Prima ratio Scoti patet de relatiuis tertij generis: quia vt dicitur in textu hec dicuntur relatiua: quia alia referuntur ad ipsa· igitur terminant vt absoluta ⁊ nō vt relatiua· ❡ Secundo de actu ⁊ potentia: quia habetur in hac conclusiōe ꝙ potentia per actū diffinitur ⁊ nō econtra· igitur actus vt prior potentia diffinit potentiam: sed vt relatiuum non est prius· igitur vt absolutum diffinit potentiam: ⁊ per consequens vt sic terminat potentie relationem· ❡ Tertio omnis relatio diffinitur per terminum ad quem· igitur terminus ad quem est prior relatione diffinita secundum diffinitionem· igitur non sub ratione relatiui terminat: quia vt sic nō est prius· ❡ Quarto tunc in diffinitionibus esset circulus: quia relatio alterius esset ratio diffiniendi alterum: ⁊ illius relatio esset ratio etiam diffiniendi alterum: ⁊ sic in diffinitionibus esset circulus· ❡ Respondet ad ista· primo ad primum ⁊ secundum: ⁊ dicit ꝙ concludunt de relatiuis tertij generis· Illa enim solum referuntur quia alia referuntur ad ipsa: secus est de relatiuis reciprocis de quibus rationes non cogunt· — *Scoti rōes soluere conatur idem Augu·*

❡ Ad tertium dicit ꝙ vnum relatiuum diffinitur per alterum: ⁊ negatur ꝙ illud quod est de diffinitione sit prius: quia solum in relatiuis habetur ꝙ diffiniens ⁊ diffinitum sint simul natura: vt dicit Aristo· Immo nec per notius sed per eque notum: quia vt dicit Boe· Magis condiffiniuntur q̄ vnum per alterum diffiniatur. Sunt enim diffinitione ⁊ intelligentia simul natura· ❡ Ad quartum concedit circulum in relatiuis: quia magis condiffiniuntur ambo q̄ alterum altero diffiniatur· secus est in alijs aliorum predicamentorum·

formaliter ⁊ materialiter. Primo modo pro relationibus accipiuntur quibus aliquid dicitur esse formaliter in potentia: ⁊ formaliter aliquid dicitur esse in actu. Secundo modo pro his que denominantur. verbi gratia. potentia moueri deorsum pro graui: actus vero pro descensu. potentia moueri sursum pro leui: actus autem pro ascensu. Tunc dicit (saluo meliori iudicio:) si actus ⁊ potentia sumantur formaliter sunt simul ratione: quia vt sic sunt relatiua vt recte Auerois sentit in dicto. xi. comento. At si sumuntur materialiter: sic actus est prior ipsa potentia. vnde Aristo. pro moueri ad medium: diffinit graue: ⁊ pro moueri a medio diffinit leue: ⁊ per moueri circa medium diffinit neutrum. ¶ Secundo dicit q licet actus sit potentia ratione prior: tamen nec omnis actus omni potentia est ratione prior nec aliquis actus omni potentia: sed omnis actus omni potentia sibi correspondente est prior. vt moueri ad medium est ratione prius ipso graui: quatenus in illius ratione cadit ⁊ non econtra.

Cōtra Aug. Sue. dans solōnes ad argu. facta ꝯ Sco.

Respondeo ad nouum expositorem.

Et primo dico q iste rationes quas dicit esse Scoti in primo distin. xxx. non bene vidit Sco. Ibi enim tantum facit vnum argumentum de potentia ⁊ actu quo probat relationem potentie terminari ad absolutum. vide ibi. ¶ Dico secundo q posito q Sco. hoc asserat verum dicit ⁊ rationes posite vere sunt: licet ab isto interprete non soluantur. Deinde concedo q actus est simpliciter prior potentia. Unde Aristo. ix. metha. t. c. xiij. Omni itaq3 tali prior est actus ratione. i. diffinitione ⁊ substantia. i. perfectione. tempore vero non quidem vt sic est autem vt non. vt patet infra in textu: sed pro nunc non est presentis speculationis terminare: an actus sit prior tempore potentia. De hoc vide expositionem Sco. super. ix. metha. t. c. xiiij. ⁊ in quoli. Sed sufficit q actus sit prior potentia diffinitione. Nam potentia dicit ordinem ad actum: ⁊ ille ordo essentialiter est respectus ad actum ⁊ non econuerso: quia ratio actus est absoluta: ⁊ sic diffinitur per actū. Et sic potentia formaliter sumpta diffinitur per actū ad quem terminatur: ⁊ non tantum potentia fundamentaliter sumpta: ⁊ forte talis non diffinitur per actum: sed de hoc alias.

Aug. Sue. sibimet cō-tradicit.

¶ Deinde iste interpres contradicit sibimet: quia prius. v. metha. sic concessit q relatio potentie terminatur ad absolutum. Hic vero negat. vt patet intuenti. Et quod adducit de Comentatore soluat ipse qui soluendo contradicit his que dixit in. v. metha. Nec Comentator intendit q actus proprie diffiniatur per potentiam: sed forte quia actus terminat relationem potentie aliqualiter cognoscitur per potentiam. Non enim est intentio Arist. q actus proprie diffiniatur per potentiam. vt patet per ipsum ix. metha. t. c. xiij. vbi simpliciter vult q potentia diffiniatur per actum: non autem dicit econuerso: vt patz intuenti textum illum.

Gre. Ari. in. j. d. 28. q. 2.

Nota q Grego. de Arimino in primo probat duas conclusiones.

Prima q deus referebatur eternaliter ad creaturam que non erat: ⁊ hoc relatione reali. Secunda q deus refertur realiter ad creaturam ex tempore.

Pria ꝯclō pricipalis.

¶ Primam probat sic. Deus ab eterno fuit realiter causatiuus ⁊ prescius. ergo ab eterno realiter referebatur ad causabile ⁊ ad prescita: consequentia patet: quia causatiuus ⁊ prescius hec ipsa que sunt ad aliqd sunt. Antecedens patet. quoniam secundum fidem constat q fuit causatiuus ⁊ prescius. q autem realiter etiam nō est dubium: cum nulla anima fuerit que ab eterno cognouerit deum. Nec valet dicere q deus ab eterno cognouit se causatiuum ⁊ prescium: quia istud non tollit quin fuerit realiter causatiuus ⁊ prescius non ad se sz ad creaturam causabilem ⁊ prescitam: alioquin eq3 faciliter diceretur q deus pater non referrebatur realiter ad filium. Nam ⁊ semper nouit se patrem. Etsi dicatur q licet nouerit se patrem non tamen per huiusmodi notitiam fecit se patrem: nec ideo fuit pater quia nouit se patrem: ⁊ ideo non secundum rationem sed realiter referrebatur ad filium. Sic in proposito dicetur: q nec per illam notitiam qua nouit se causatiuum fecit se causatiuum: nec ideo fuit causatiuus vel prescius: quia nouit se causatiuum ⁊ prescium: quapropter simpliciter sequitur q realiter referrebatur ad causabile ⁊ prescitū. ¶ Probat tamen prius duas alias conclusiones ex quibus videtur dependere ista. Prima q aliquid potest referri realiter ad non ens. Secunda q nō ens potest realiter referri ad ens. Primam probat sic. Possibile est aliquid dum non apprehenditur ab anima esse veram imaginem alicuius non existentis. ergo aliqd potest realiter referri ad non existens. Antecedens patet. nam imago Herculis existens in pariete vel in vi memoratiua: ita est imago eius dum illud non est: sicut dum est. consequentia patet: quia imago vt imago est ad aliquid secundum Augu. vij. de trini. capitulo primo. Quid autem absurdius q3 imaginem ad se dici. ¶ Secundo aliquid est realiter memoria non existentis. ergo aliquid refertur realiter ad non existens. consequentia patet. Nam constat q memoria dicitur memoria relatiue: ⁊ idem ponit expresse Augu. x. de tri. Antecedens etiam satis est notum. Naz memoria est respectu preteritorum secundum philosophum in de me. ⁊ remi. Et secundum Augu. ix. de trini. capitulo. xj. ¶ Tertio secundum philosophum v. metha. capitulo de ad aliquid. t. c. xx. Quedā dicitur ad aliquid secundum potentiam actiuam ⁊ passiuam vt calefactiuum ad calefactibile q3 potest. Et post dicit q talium dicuntur secundum tempora. vt q fecit ad factum: ⁊ facturum ad faciendum. Ex his sic arguit. Aliquid est realiter productiuu3 seu perfectiuum ⁊ realiter facturum. ergo aliquid realiter refertur ad non ens. Antecedens est certum. nam q sol vel ignis sit productiuus caloris aut alterius ignis: aut sit producturus vel facturus non plus depēdet ab anima q3 q sit sol vel ignis. consequentia patet: quia productiuum dicitur ad producibile ⁊ facturum ad faciendum: ⁊ cōstat q nec producibile nec factibile est ens. ¶ Secundam conclusionem probat sic. Omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam. ergo non ens realiter refertur ad ens. Antecedens patet per Augu. vij. de trini. capitulo primo. qui dicit q omnia que relatiue dicuntur adinuicem dicuntur: ⁊ per hoc probat q pater non dicitur relatiue ad essentiam: cum essentia non dicatur relatiue ad patrem. Patet etiam per philosophum in predicamentis. consequentia probatur. Nam productiuum dicitur ad producibile: ⁊ facturum ad faciendum: ⁊ imago ad imaginatum: ⁊ memoria ad memoratum. ergo econuerso producibile refertur ad productiuum: ⁊ tale nō est. ergo. ¶ Nec valet dicere q talia etsi referantur nō tamen realiter: sed secundum rationem tantum. Naz siue talia considerentur ab anima siue non nihil minus producibile est producibile a productiuo ergo.

Scda ꝯclō principalis Grego.

Secunda conclusio principalis.

videlicet q deus refertur realiter ad creatura3 ex tempore probatur sic a Gregorio. Nam constat q ex tempore seu de

nouo deus est creans seu dominus creaturarum: et vt sic refertur ad creaturam ex tempore· vt dicit Augu· quinto de trinitate· et hoc non est per operationē anime: quia siue anima deum intelligat siue non: nō minus ipse est creans et dñs· ¶ Confirmat· quia si solum secundum rationem refertur: aut ideo est qr ipse non est dñs vel creator nisi per operationem anime: quod nullus catholicus diceret· aut quia etsi absq; operatione anime sit dñs et creator: nō tamen absq; operatione anime est relatiue dñs et creator: et illud implicat manifestam contradictionem: quoniam cōtradictio est dicere q aliquis sit dñs et non sit dñs alterius: et per consequens q non sit relatiue dominus· Si non sine operatione anime est dominus relatiue: non sine operatione anime est dominus: et sic sine operatione anime est dominus: et nō sine operatione anime est dominus: que manifeste contradicunt· Eodem modo potest probari q ab eterno realiter referrebat: supposito secundum fidem q eternaliter fuerit pscius quia sine operatione anime fuit prescius et non potuit esse prescius nisi relatiue· Scientia enim prescientia: dispositio: prouidentia: et predestinatio: sunt ad aliqd: sicut dicit Augu· de sacra· libro primo parte secunda capitulo nono· et vbi non diceret de se patet· ¶ Secundo arguitur sic iuxta modum communem loquendi· Quecunq; relatio consequit extrema ex natura rei sine consideratione intellectus est realis: hoc patet per Sco· in primo distin· xxx· vbi ponit eam in propria forma· Omnes etiam communiter ponentes relationes rationis dicunt eas consequi actum intellectus: et aliter non habere esse: et quando non diceret propositio patet de se: alias quelibet relatio realis posset dici rationis. Sed aliqua relatio dei ad creaturam consequitur sua extrema· scilicet deum et creaturam ex natura rei sine consideratione intellectus· ergo· Minor declaratur· nā posito deo et lapide et nulla consideratione intellectus existente: deus est distinctus a lapide et causa et dominus eius: ac per hoc iuxta illum modum loquendi consequitur distinctio dei a lapide et causalitas et dominium: et certe non minus q̄ consequatur distinctio lapidis a deo et seruitus· Et si diceretur q deus esset distinctus et dominus absq; distinctione et dominio· Eadem facilitate posset dici q lapis esset distinctus et causatus et seruus sine distinctiōe et alijs relationibus· ¶ Tertio exclusa omni consideratione anime natura humana est vnita verbo in christo· ergo exclusa omni consideratione anime verbum est vnitum nature humane· Et patet consequentia: quia impossibile est aliquid esse vnitum non vnito· Unitum enim vnito vnitum est· cum ergo omne vnitum referatur ad vnitum: sequitur q verbum exclusa omni consideratione anime est vnitum: et per consequens realiter refertur ad vnitam sibi naturam· ¶ Quarto· Spiritus sanctus temporaliter est datus et donatus creature· nec in hoc est necessaria consideratio anime nostre: cum etiam pueris detur in baptismo: et datum et donatum relatiue dicuntur· sicut patet per Augu· quinto de tri· capitulo xv· vi· xv· Si hoc deberet negari: aut hoc esset pter auctoritatem ecclesie vel scripture sacre: aut alicuius sancti vel famosi philosophi: vel propter cogentem rationem ad oppositum: Sed nec ecclesia alicubi dicit oppositum nec in tota scriptura sacra: aut doctrina cuiuscunq; sancti aliqua auctoritas reperitur ad oppositum quam vnq̄ viderim vel audierim· Inuenitur autem frequenter in scriptura et in dictis sanctorum q deus est omnipotens creator et dominus: et plura alia

que denotant eum ad creaturam referri: et nullibi dicitur q tantum secundum rationem sit dominus vel omnipotens vel creator· Similiter nec philosophus nec Comentator vnq̄ hoc dixerūt: cum tamē dixerint deum esse principium et motorem et causam finalem aliorum· ¶ Et si arguatur contra hanc conclusionem per rationes Sco· sic dicentis· Deus est perfecte simplex· ergo non refertur realiter ad creaturam· Probatur consequentia· quia si est perfecte simplex nihil est in eo quod non sit ipsum: sm Augu· xi· de ciuita· dei· capitulo· x· Deus inquit simplex est: et quia est id qd habet· Item perfecta necessitas eius est talis q non variabitur essentia quacunq; ypothesi possibili siue impossibili ponatur circa aliud a se: quia alia non sūt necessaria nisi secundaria· ¶ Ex his autem sequitur q nulla est in eo realitas que necessario coexigat aliud a se· Tale enim necessario exigens aliud a deo nō esset illo exacto non existente: et per consequens aliquid qd esset perfecte idem deo non esset aliquo alio quod nō est necessarium ex se non existente· relatio autem realis necessario coexigit ad suum esse terminum relationis· ergo in deo non est relatio realis ad aliud a se. ¶ Ad hoc etiam videtur esse auctoritas Magri in· xxx· distin· qui dicit sic· Appellatio qua creatura dicit ad creatorem relatiue relatiua est: et relationē notat q̄ est in ipsa creatura· Appellatio vero illa qua creator relatiue dicitur ad creaturam relatiua quidem est: sz nullam vocat relationem que sit in creatore· ¶ Item potest argui contra fundamentum probationis predictarum conclusionum· Ex hoc enim q deus omni aīe consideratione exclusa est vere prescius et dominus: et sic de alijs que relatiue dicuntur de eo arguebatur q esset realiter prescius et dominus· ¶ Contra hoc quidem: quia similiter probaretur q identitas eiusdem ad seipsum esset relatio realis· nam exclusa omni cōsideratione anime quodlibet est sibiipsi idem· vt sor· ē idem sorti· ergo illa identitas esset realis qd est contra philosophum· v· metha· capitulo de eodem· t· c· xvi· Palam quia identitas vnitas quedam est aut plurium essendi· i· eorum que sunt plura in esse: aut quando vtitur pluribus veluti quando dixerit ipsum ipsi idem· nam vt duobus vtitur eodem· Ex quibus innuit q relatio talis non fit nisi quando intellectus vtitur eodem tanq̄ duobus idem sibi referendo· ¶ Respondet ipse Grego· dicens q non omnis relatio exigit necessario ad suum esse q eius terminus sit in rerum natura· sicut supra patuit· ¶ Ad auctoritatē Magistri dicit q non est contra: cum ipse non dicat q deus non refertur ad creaturam sed dicit oppositū· Intendit tamen q cum de nouo dicitur ad creaturam nulla nouitas vel mutatio est in deo sed tantum in creatura: quam mutationem in creatura propter quam et ipsa ad deum et deus ad ipsam referuntur: vocat relationem iuxta modum suum quo talia complexe significabilia quibus dicitur aliquid referri vocare consueuit relationes· ¶ Ad aliud de identitate concedit q identitas eiusdem ad se sit realis: si illud quod dicitur idem sit res· Nec philosophus dicit oppositum: nec aliquis alius deberet hoc negare: cum nullus sane mentis negaret q sortes est sibiipsi idem realiter: et multo plus q̄ sit platoni cui tamen conceditur esse realiter idem secundum speciem· ¶ Preterea· constat q aliqua res vna numero est vna realiter: cum ergo identitas numeralis non sit aliud q̄ vnitas numeralis: sequitur q identitas numeralis est idēptitas realis· Dico ergo q talis identitas est realis: et si ipsa sit relatio

sit relatio est relatio realis. Nec philosophus opposi
tum sentit: sed solum vult q quibus modis dicit vnū
dicitur idem: et q sicut vnitas sic et idemptitas est du
plex. quedam eorum que sunt plura sicut idemptitas
generis et specifica. quedam vnius sicut idemptitas nu
meralis que est illa quam significamus cum eo dē vti
mur vt duobus. i. sicut vtimur duobus. hoc autem est
quando dicimus ipsum ipsi idem. verbi gratia. Pe
trus est idem Petro: sic enim vtimur tunc Petro
pro eo quod refertur et eo cui refert: sicut in significā
do idemptitatem aliam que est plurium vtimur duo
bus. verbi gratia. cum dicimus Petrus est idē Pau
lo. ¶ Et si dicatur q quelibet relatio realis requirit
duo extrema realiter distincta. Dicendum hoc eē fal
sum. quod patet: quia inter mouens et motum vel agēs
et patiens est relatio realis etiam secundum commu
nem doctrinam: et tamen voluntas agit in se causan
do suum actum: ita q ipsa est agens et patiens et mo
uens et mota. Unde non plus requiritur ad relationē
realem nisi q preter operationem anime ipsum quod
refertur sit tale quale denotatur per predicationem re
latiuam de ipso. Et ideo si idemptitas inquantum idē
ptitas sit relatio non requiritur ad hoc q sit relatio:
nisi q illud quod dicitur idem sit idem preter ope
rationem anime. hec Gregorius.

Soluuntur oēs rationes Gregorij.

Respondeo ad omnes rationes Gregorii:
quia sunt directe contra Sco. Ad illam qua pro
bat q deus relatione reali referatur ab eterno ad crea
turam non existentem. Cum arguitur q deus realiter
est causatiuus et prescius. Concedo. ergo realiter refer
tur ad non existens. Negatur consequentia. Tum qz
esse tantum causatiuum non dicit relationē nisi apti
tudinalem: quia esse realiter causatiuum est ipsum ha
bere aptitudinem ad causandum: sed super tali natu
ra sic apta non potest fundari relatio actualis realis:
sed tantum aptitudinalis (si tamen posset dari aliqua
aptitudinalis in deo ad creaturam) Tum etiam quia
si realiter refertur hoc relatione reali. ergo creatura fu
it ab eterno in esse realis existentie: patet quia relatio
nes secundi modi sunt mutue. ergo si deus actu refer
tur ad creaturam relatione reali secundi modi. ergo et
creatura ab eterno refertur relatione reali: que funda
tur super potentia passiua. ergo ipsa fuit ab eterno: pz
quia aut ponis relationem realem creature esse aliam
realiter ab ipsa: et tunc sequitur q est impossibile ipsaz
esse nisi in fundamento realiter existente: quia nullus
accidens reale potest fundari in non existente realiter
vt patet: si vero ponis ipsam relationem nullo modo
distingui ab ipsa creatura: sed tantum esse ipsaz crea
turam que refertur (vt isti videntur dicere) adhuc se
quitur q sit de necessitate ab eterno: patet quia nihil
realiter refert nisi sit ens reale: sed non potest dici ens
reale non includendo existentiā. ergo creatura ab eter
no existit: et sic si deus refertur ab eterno relatione rea
li ad creaturam: oportet ipsam creaturam ab eterno
existere. Non enim diceretur album esse realiter simi
le. s. similitudine reali nisi album vere esset. Nam qd
non est: nulli realiter erit simile. Sic in proposito. Itē
cum de ratione relationis sit ad aliud terminari. vt pz
in predicamento relationis et in quinto metha. capitu
lo de ad aliquid. t. c. xx. ergo terminans relationez rea
lem actu est. ¶ Dico ergo ad argumentum q deus ab
eterno est realiter causatiuus sed non relatione reali:
quia vt sic nihil aliud est nisi ab eterno habere realiter
potentiam qua possit causare: et ex hoc nulla ponitur
relatio in deo. Cum dicitur causatiuum realiter refer
tur ad causabile. Dico q tantum dicit aptitudinē ad
causandum que aptitudo est ipsa voluntas diuina re
aliter. Et quando dicit q refertur ad causabile. Dico
q nullo modo refertur nisi forte relatione rationis:
quando. s. intellectus diuinus comparat voluntatem
diuinam ad ipsum causabile in ratione causatiui. Et
ideo non valet dicere q anima non considerat: qz suf
ficit q intellectus diuinus actu suo sic comparet. vt
patet a Sco. presenti distin. Hoc idem dico de presci
entia q deus est ab eterno realiter prescius. Si intel
ligatur q ab eterno habuit actum realem quo pscit:
Concedo. quia actum intelligendi. Si vero q talis ac
tus ab eterno terminetur ad prescitum: et hoc termina
tione vel transitione reali: Negatur: quia actum illuz
sic terminari ad creaturaz non est aliquod reale i deo.
vt patet a Sco. infra distin. xxxix. Si etiam intelligat
q actus intellectus diuini quo prescit ab eterno inclu
dat relationem realem ad prescitum: hoc hz probare:
quia si huiusmodi relationem includeret creatura pre
scita: necessario ab eterno existeret. vt supra patuit d
causatiuo. ¶ Ad illa argumenta quibus probat q ali
quid realiter potest referri ad non ens. Dico premit
tendo aliqua. Primo q relatio realis et maxime intri
secus adueniens necessario dependet in esse a termi
no et a fundamento: immo sic dependet q nullo mo
do potest causari. vt patet quinto phisi. t. c. x. quia in
adaliquid non est motus nec mutatio: quia posito fun
damento et termino necessario oritur ex natura rei: et
sic ab illis dependet in esse et conseruari. Secundo pre
mitto q nihil ab eo quod nō est: potest dependere in
esse et conseruari verum ens reale: hoc patet. Istis pre
suppositis dico ad primum de imagine ad imagina
tum: q si imaginatum non est actu nec relatio imagi
nis realis est inter imaginem et imaginatum. Cum ar
guit q imago non est ad se. Dico q imago potest du
pliciter considerari. Uno modo quantum ad sui fun
damentuz reale: puta pro illa imagine erea Herculis.
Alio modo formaliter: vt vltra fundamentum inclu
dit relationem ad imaginatum. Dico q imago potest
esse primo modo sine imaginato: non tamen secundo
modo potest esse. Nec valet dicere per imaginem co
gnoscit imaginatum non existens. ergo refertur ad il
lud realiter: Negatur consequentia: quia cognito pri
us Hercule: post cognita imagine illa erea: statim du
cor in cognitionem Herculis: et tamen non sequitur
q relatione reali referatur talis imago. Et si refertur
aliqua relatione actuali ad ipsum imaginatum: hoc
erit tantum relatione rationis que fit per actum cola
tiuum intellectus comparantis imaginem eream et
cognitam ad ipsum Herculem prius cognitum.

Imago duobus modis capi pt.

Nec enim est imaginabile aliquid referri relatione rea
li ad aliquid quod nullo modo est ens: cum talis rela
tio in esse et conseruari dependeat a termino et diffinia
tur per ipsum. Et per istam responsionez patet respō
sio ad omnes alias rationes. s. de memoria et potētia
actiua et passiua et huiusmodi. Nisi enim dentur extre
ma. scilicet fundamentum et terminus est impossibi
le dari relationez realem. Nisi iste velit dicere q rela
tio imaginis est tantuz ipsa imago: et nulla relatio dif
fert realiter ab eo cuius est relatio (q̄uis licet sit ma
nifeste falsum. vt subtiliter probat Sco. in secundo di
stinctione prima: et ibi vide expositionem quam feci et
resolutiones argumentorum contrarium probantiū)
Dico q ad hoc requiritur existentia correlatiui patet.
Si. n. pater actu realiter refertur ad filiū. ergo filius

actu est patet: quia si filius non est actu nec pater erit actu·relatiua enim posita se ponunt ⁊ peremota se perimunt·ergo si imago realiter actu refertur ad imaginatum: sequitur ꝙ imaginatum erit actu existens· Et patet quomodo ille rationes non concludunt propositum suum·

Alie ratões ·z·ↄclonis Gre·soluũtur·

Ad argumenta alterius cõclusionis quibus probat Grego· ꝙ actu non existens potest realiter referri ad ens siue ad id quod existit· Antequã respondeam premitto ꝙ accidens dependens a termino ⁊ fundamento: includit maiorem necessitatem fundamenti q̃ȝ termini· Tum quia accidentis esse est inesse· vt patet· vij·meth̃ 1· Tum quia substantia est prior accidente cognitione diffinitione ⁊c· vij·metha·t·c·4· Secundo premitto ꝙ relatio realis necessario requirit fundamentum existere· Non enim est imaginabile aliquod accidens reale posse fundari in non existente· ¶ Si dicatur ꝙ relatio realis non est res distincta a fundamento· ¶ Adhuc dico ꝙ si accipiatur relatio realis pro re que refertur: adhuc patet quomodo nihil non realiter ens potest realiter ⁊ actu referri·

Rlõ realis necessario reqrit fundamẽtũ reale ⁊ exñs·

Si enim realiter referri est ipsum esse ens reale: quomodo non ens poterit realiter referri? Nec valet dicere ꝙ ideo realiter dicitur referri: quia non refertur per operationem intellectus· Hoc nihil est: quia presupponit falsum·s· ꝙ non ens possit referri· Bene enim sequeretur non ens refertur relatione actuali ⁊ non ꝑ operationem intellectus· ergo non ens realiter refertur· Sed constat antecedens esse falsum· ¶ Ad probationem concedo ꝙ correlatiua dicuntur ad conuertentiam: ⁊ eo modo quo sunt correlatiua dicuntur ad cõuertentiam·s· si actu actu: si potentia potentia: si aptitudine aptitudine. vt patet in omnibus correlatiuis· Sed postea negatur ꝙ non ens sit correlatiuum realiter· Cum probatur· quia causatiuum realiter refertur ad causabile· Negatur· immo dico ꝙ actualiter nullo modo refertur: ⁊ si actu refertur ad causabile non existens: hoc erit tantum per operationem intellectus cõparantis vnum ad aliud· vt supra dixi· Hoc idem dico de productiuo ⁊ producibili· Dico etiam posito ꝙ productiuum referatur realiter ad producibile nõ existens: adhuc non sequitur ꝙ producibile non existens referatur realiter ad productiuum: quia licet dicantur ad conuertentiam: non tamen sequitur ꝙ si vnum realiter refertur: ꝙ reliquum realiter referatur· vt exposui supra respondendo ad obiectiones Ocham ↄtra Scotum presenti distin· vide ibi· Et pȝ ad istam opinionẽ quid dicendum.

Alie rõnes Gre·soluũtur·

Ad rationes quibus probat Grego· ꝙ deus referatur realiter ex tempore ad creaturam· Ad primã cum dicitur ꝙ deus de nouo est realiter creans· Si intelligis ꝙ sit realiter creans relatione reali de nouo sibi adueniente? Negatur sicut etiam ipse negat· Si vero intelligis ꝙ de nouo sit realiter creans quia noua actione reali in ipso existente? similiter hec negatur & a te· Si autem intelligis ꝙ ipse deus de nouo dicitur creator: quia aliqua creatura accipit esse de nouo per creationem· i· ꝙ deus dicitur realiter referri ad creaturam: quia creatura relatione reali refertur ad ipsum: ⁊ sic denominatione extrinseca dicitur de nouo realiter referri? ⁊ hoc etiam Magister concedit: ⁊ hoc non habet difficultatem· vt patuit supra respondendo ad obiectiones Ocham· Si vero intelligitur de nouo referri realiter ad creaturam ⁊ non per relationem creature terminatam ad ipsam: sed se sola·i· entitate sua? Hoc non videtur intelligibile ꝙ dicatur realiter referri ⁊ non per aliquid de nouo sibi adueniens: nec per hoc ꝙ aliud: puta creatura referatur ad ipsum· Si vero dicatur ꝙ de nouo realiter refertur·i· relatione actuali· Detur illa· non potest dari nisi quia de nouo creat: ⁊ tunc ista nouitas tantum est in creatura vt patȝ: ⁊ sic propter nouum effectum dicatur realiter referri: non ꝙ adueniat sibi nouum aliquid· Sed hoc non est proprie realiter referri de nouo nisi habeat vel relationem realem nouam: vel saltem quia relatio realis creature terminatur ad ipsum· vt docet Arist· quinto metha· capitulo de ad aliquid· t· c· xx· Omne enim qđ ad aliud refertur vel refertur relatione quam habet: vel ideo refertur quia aliud refertur ad ipsum· vt supra patuit contra Ocham· Nõ enim datur alius modus nisi prauus sensus detur philosopho vbi supra: sicut etiam ipse Grego· vult exponere philosophum: ⁊ simili modo exponit cum Ocham· vide supra: quia certe non est exponere textum: sed magis extorquere· ¶ Ad aliud de confirmatione· Dico ꝙ si deus intelligitur creator de nouo: potest dici creator: quia noua creatura refertur ad ipsum relatione reali: ⁊ sic quia talis relatio terminatur ad ipsum ex tempore: ita conceditur creator ex tempore· Si vero intelligatur creator de nouo aliqua relatione noua existente in deo· Dico tunc ꝙ nulla relatio inest deo nisi tantum rationis: ⁊ talis relatio rationis est tantum causata ab intellectu creato: non ab intellectu diuino qui nullum ens rationis potest đ nouo causare· vt supra patuit a Doctore· Et cum dicit ꝙ est inconueniens esse creatorem vel dominum tantum per operationem anime· Verum esset si operatio anime cõcurreret ad creare· Solo· n· actu voluntatis sue creat ⁊ non aliquo respectu rationis: immo si nullus intellectus creatus esset: adhuc crearet lapidem: licet tunc non diceretur creator aliqua relatione sibi inherente· vt patuit· ¶ Ad aliud quando dicit fm Sco· quecunqȝ relatio consequitur extrema ex natura rei sine consideratione intellectus est realis· Concedo istam· Sed negatur ista·s· ꝙ inter deum ⁊ creaturam oriatur relatio ex natura rei sine consideratione intellectus: ⁊ hoc loquẽdo de relatione dei ad creaturam: quia bene certum est ꝙ oritur relatio realis in creatura· Ad probationem cum dicitur ꝙ posito deo ⁊ lapide nulla consideratione intellectus existẽte deus est distinctus a lapide· ergo realiter refertur vt distinctus realiter ad ipsum lapidem distinctum·

Dico ꝙ distingui realiter ab aliquo contingere potest dupliciter·s· fundamentaliter ⁊ formaliter· sicut etiaȝ simile dicitur fundamentaliter vt albedo: ⁊ sic sortes est similis albedine vt fundamento similitudinis alteri albo· Formaliter vero dicitur similis similitudine relatione· sicut deus dicitur deitate realiter distinctus a lapide deitate: dico vt ratione fundamentali distinguendi· Et dicitur distinctus formaliter distinctione: sed tunc negatur ꝙ talis distinctio qua deus dicitur formaliter distingui sit relatio realis· Est enim tantum relatio rationis ⁊ eterna· vt quando intellectus diuinus comparat deum cognitum in ratione distincti ad creaturam cognitam: ⁊ potest esse temporalis vt quando intellectus creatus comparat ex tempore· Et cum dicitur ꝙ posito deo ⁊ lapide nullo intellectu creato existente deus realiter distinguitur a lapide· Concedo· Cum infertur· ergo realiter refertur· Negatur consequentia: quia ipsum sic realiter referri est realiter habere relationem realem· ¶ Si dicatur· di-

stinctio

stinctio qua distinguitur ante omne opus intellectus est relatio· Negatur· Quid ergo est? Dico q̄ nihil: q̄ ut sic tantum intelligitur deus in se· Si inferatur· Deus non est lapis· ergo distinguitur a lapide· Dico q̄ ista comparatio non fit sine actu intellectus· Sicut dicimus nullo intellectu considerante homo non est asinus: non est ibi ista negatio nisi tantum fundamentaliter· Sic in proposito·

Tho· Gaiā nō bñ percepit verba nec sensum Sco·

Ex supradictis patet quomodo ille nouus expositor Sancti Thome male intellexit Scotum: cū ipse attribuat Scoto sic dicens· Hinc habes defectum Scoti credentis q̄ deus dicitur dominus ex sola relatione que est in creatura· Ponit enim effectum formalem· scilicet dominum absq̄ causa formali· scilicet relatione dominij: quod non est intelligibile· hec ille· Hic habes multiplicem responsionem ex superius dilucidatis· ¶ Ad aliud de unione nature humane ad verbum· Concedo· q̄ natura humana realiter ꝛ relatione reali refertur ad verbum: ꝛ q̄ talis unio qua natura humana dicitur uniri verbo est relatio vere realis extrinsecus tamen adueniens· ut patet a Doctore in tertio distin· prima questione prima· Sed negatur q̄ verbum realiter· s· relatione reali referatur ad naturam humanam· Cum dicitur verbum realiter est unitū. Si intelligis q̄ unione reali sibi de nouo inherente? Negatur· Si vero unione reali nature humane terminata ad ipsum? Concedo· Si vero aliqua unione sibi inherente: nulla potest dari nisi tantum rationis· ut patet a Doctore in tertio distinctiōe prima questione prima· ¶ Ad alia duo patet responsio ex supradictis· Ad solutiones quas facit ad rationes Sco· patet ex his que dixi q̄ nihil valent nec quouismodo soluūt illas rationes·

Gul· Och· in· j· di· 30· q· v· primi· ꝯ aliq̄ dcā· Docto· arguit·

Ochā arguit contra multa dicta Scoti· primo ꝯ hoc qđ dicit q̄ aliq̄ relatiōes sunt mutue ꝛ alique non: ꝛ propter hoc distinguitur tertius modus a duobus primis: arguit sic primo· Quia fm intentionem philosophi omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam· Et si dicatur q̄ non intelligit de tertio modo· Contra· de isto modo exemplificat specialiter· Unde subdit post· Similiter ꝛ in alijs sed aliquotiens differunt fm locutionem ut scientia scibilis sciētia dicitur: ꝛ sensus sensati sensus: ꝛ sensatum sensu sensatum· Uult dicere q̄ omne relatiuum si conuenienter assignetur assignabitur ad unum quod similiter refertur ad ipsum: q̄uis non referatur ad ipsum sub eodem casu quo ipsum refertur ad illud· ¶ Item ibidem philosophus· At vero aliqualiter non videtur cōuerti nisi conuenienter illud ad quod dicitur assignetur: ergo semper quando conuenienter assignatur illud ad quod dicitur conuertitur: ꝛ per consequens relatio mutua. Item postea concludit· Omnia ergo que ad aliquid dicuntur si conuenienter assignentur ad cōuertentiam dicuntur· Ex quibus auctoritatibus patet q̄ inter omnia relatiua conuenienter assignata est conuertentia hoc est relatio mutua: quia· s· sicut unum refertur ad aliud: ita econuerso· aliud refertur ad ipm· ¶ Et si dicatur q̄ quāuis in tertio modo possit assignari aliquod nomen quod relatiue dicatur ad aliud: tamen in alio extremo non est relatio ex natura rei: sꝫ in primis duobus modis est relatio ex natura rei· Istud non sufficit· Tum quia ex natura rei sensibile est sensibile: ita q̄ calidum non est calidum nec sensibile per actum intellectus plusq̄ȝ sol sit calefactiuus per actum intellectus· Tum quia eadem facilitate dicam q̄ in agente non est relatio ex natura rei sed tantum in passo: ꝛ ita in secundo modo nō est relatio mutua· ¶ Item philosophus in predicamentis ostendēs q̄ aliqua relatiua sunt simul natura: specialiter excipit illa relatiua que sunt de tertio modo· ubi autem dicit q̄ omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam illa non excipit: sed etiam de illis dicit q̄ dicuntur ad conuertentiam sicut alia· ergo tertius modus magis distinguitur ab illis per hoc q̄ in tertio modo relatiua non sunt simul natura q̄ȝ per hoc q̄ in illis non est relatio mutua: in alijs non·

Idē Ochā arguit ꝯ·

Secundo principaliter arguit contra aliud dictum Scoti· vȝ· q̄ omnes relationes dei ad creaturam sunt relationes communes· Et arguit primo sic· Quandocunq̄ȝ aliquid importatur per aliqđ nomen quod non potest alicui competere nisi aliqua causa causante: si illa causa non causat illud: nullo modo nomen tale dicetur de aliquo: sed per te istđ nomē creator dominus ꝛ huiusmodi: importat relationem rationis que nullo modo potest esse nisi intellectu nostro causante· ergo si intellectus creatus non causet talem relationem rationis non dicetur vere creator vel creans· ergo nec existente intellectu deus non posset creare unum lapidem· ¶ Secūdo· quando aliquid est equale siue intellectus sit siue non sit: per nullum extremum importatur aliquid causatum ab intellectu· sicut si homo realiter sit albus siue intellectus sit siue non sit: nec per hominem nec per album importatur aliquid causatum ab intellectu: sed siue intellectus sit siue non sit deus est realiter creans· sicut sensibile est realiter sensatum· ergo nec per deum nec per creantem importatur aliquod causatum ab intellectu· ¶ Tertio per istos· sicut intellectus causat respectum rationis: ita etiam voluntas potest causare respectum rationis: sed ad hoc q̄ deus creet lapidem nihil penitus plus facit intellectus noster q̄ȝ volūtas creata. ergo vel utrūq̄ȝ causabit illum respectum: vel neutrum: ꝛ per consequens vel nullum respectum importabit: ꝛ habetur propositum: vel importabit duos respectus rationis unum causatum per actum intellectus alium per actum voluntatis: quod videtur satis inutile· ¶ Quarto· Sicut propositio est in voce ita etiam in scripto: sꝫ hoc· ergo sicut aliqua vox est relatiua ita ꝛ nomen scriptum· ergo posito q̄ nullus intellectus esset: ꝛ tamen q̄ hec scriberetur· deus creat vel deus est creās· adhuc esset hoc nomen relatiuum: ꝛ certum est q̄ nō importaret respectum rationis: quia tunc esset falsa· talia· n· noīa creator redemptor ꝛ huiusmodi nō important aliquos respectus rationis·

Gul· Och· iterū instat·

Contra aliud quod dicit Sco· scȝ q̄ relatio dei ad creaturam non potest dici realis illo modo quo relatio solis ad corpora patientia inferiora dicitur realis· Et instat: quia ita potest dici relatio realis dei ad creaturam sicut solis ad effectus suos: quia sicut per hoc q̄ sol efficit effectus suos nihil reale nouū ponitur in sole: ita per hoc q̄ deus creat creaturas nihil reale nouum ponitur in deo· ¶ Ideo ipse Ocham pbat q̄ creans conseruans ꝛ huiusmodi non importāt respectus rationis· Primo sic· fm istos respectus rationis causatur ex operatione intellectus comparantis unam rem ad aliam vel ad seipsam: tūc sic· Quandocunq̄ȝ ex comparatione alicuius ad alterum causatur aliquid ex simili comparatione ad aliud causatur

simile: quia quando aliquid potest eodem modo compa- parari ad diuersa non est maior ratio q causetur ex vna comparatione q̄z ex alia. ergo si ad comparationē qua deum comparat ad creaturam consequitur respe ctus rationis per quem dicatur deus creator creatu- re: eadem ratione ad comparationem qua intellectus comparat creaturam ad aliam creaturam: sequit̄ re- spectus rationis per quem dicetur vna creatura crea- trix alterius creature. quod est manifeste falsuz·❡ Si dicatur q vna comparatio est vera ⁊ alia erit falsa: ⁊ ideo vnam consequitur respectus rationis qui aliam non consequitur·❡ Hoc non sufficit: quia respectus rationis ita consequitur comparationem falsam sicut veram·❡ Item sicut nihil vere est albuin nisi albedo sit in esse sibi conuenienti: ita nihil est vere creans nisi creatio sit in esse sibi conuenienti· ergo si creatio est q̄ dam respectus rationis: nunq̄z realiter nec vere deus crearet nisi talis respectus communis poneretur vere per talem compositionem intellectus: quod est mani- feste falsum: quia non plus comparatio intellectus re quiritur ad hoc q deus creet q̄z ad hoc q sol illumi- net medium·❡ Item si intellectus potest comparare causam non habentem respectum realem ad effectuz suuz: ita s̄m istos ⁊ realiter vere potest comparare cau sam habentem respectum realem ad effectum suum: et qua ratione ex prima comparatione consequeretur talis respectus rationis: eadem ratione ex secunda cō paratione consequeretur consimilis respectus ratōis: ⁊ per consequens talis causa haberet duos respectus ad effectum suum·i·vnum realem ⁊ vnum rationis: quod est superfluuz· Ideo dico q per tales terminos creans creatiuus conseruans cōseruatiuus dominus secundum q competunt deo: ⁊ per huiusmodi nomi- na que competunt deo ex tempore nullus respectus rationis importatur: nec comparatio intellectus ibi aliquid operatur plus q̄z in alijs relatiuis quibuscun- q̄z: quia ita vere ⁊ ita realiter est deus creans: ⁊ simili ter ita realiter conseruat sicut sol calefacit·❡ Secun- do dico q potest aliquo modo dici talis relatio rea- lis: non q aliqua res deo adueniat: sicut nec res ima- ginabilis aduenit sorti albo s̄m hoc q sit similis Pla toni de nouo existenti albo· Sed sicut similitudo dici- tur relatio realis propter hoc q vnum album ex na- tura rei est simile alteri albo: ⁊ ad hoc q vnum sit simi le alteri nō plus facit intellectus q̄z facit ad hoc q Sor tes sit albus vel Plato sit albus· Ita in proposito·in tellectus creatus nihil facit ad hoc q deus sit creans: immo potest realiter deus creare lapideꝫ si intellectus non sit: ideo potest illa relatio dici aliquo modo realis non quidem q ista relatio sit aliqua res: sed q impor tat veras res que non requirunt operationem intelle ctus ad hoc q vna sit creans ⁊ alia creata· sicut simili tudo dicitur relatio realis non q sit vna res alia ab ab solutis: sed quia importat veras res circa quas nihil facit intellectus ad hoc q vna sit similis alteri· ⁊ econ- uerso· hec Ocham·

Gul· q̄rit Scoti rōes infringere·

Ultimo respondet

ad ratiōes Sco ti· Ad primam dicit q hec non est differentia inter relatiua de tertio modo ⁊ relatiua aliorum modorum q in illo non est relatio mutua ⁊ in alijs est relatio mutua: immo sem- per in omnibus relatiuis est mutua relatio· si conue- nienter assignentur· nam ita est relatio scibilis ad sciē tiam: sicut dupli ad dimidium ⁊c· Nec aliter replico eius responsionem: quia respondendo ad dicta supra patebunt omnia alia hic dicta ab Ocham·

Infringit rōes Gul· Ocham·

Respōdeo ad rationes

Ocham quibus probat q omnes relationes sunt mutue· Ad primum dico q omnia correlatiua dicuntur ad conuertentiam tam tertij modi q̄z aliorum modorum: licet sub alia et alia habitudine casuum· Sꝫ postea nego q huiusmo- di correlatiua includant relationes oppositas vel mu- tuas· Licet enim scientia reali relatione referatur ad scibile: non tamen scibile refertur relatione reali sibi inherente formaliter: sed si refertur ideo tantum refer tur: quia relatio scientie terminatur ad ipsum· Et cuꝫ dicit de sensibili q ex natura rei est sensibile· Conce- do· ergo realiter refertur: Dico q realiter referri rela- tione potest dupliciter intelligi· aut denominatione intrinseca: aut extrinseca: primo modo non refertur ad visionem que est mensurata a visibili· Tunc enim sibi realiter ⁊ formaliter inesset relatio realis mensure ad visionem mensuratam· Sed secundo modo reali- ter refertur: quia relatione reali mensurati ad mensu- ram· Et cum vltra dicit: q eadem facilitate diceretur q in agente non est relatio ex natura rei· Dico primo q communiter Doctores hoc non concederent· Sed quomodo scibilis siue mensura referatur ad mensura tum: vide prolixe Sco· in quolibe· q· xiij· Et aliquali- ter potest in littera Sco· hic presenti distin· assignari ratio: vbi docet quare inter aliqua oritur relatio ex na tura rei· vide ibi·❡ Dico secundo q vbi habemus ex- pressum textum philosophi illum debemus sequi et maxime cum non appareat ita manifesta differentia· Unde expresse philosophus· v· met· c· de ad aliquid· Omnia inquit relatiua que dicuntur modo numeri ⁊ potentie sunt relatiua: quia essentia eorum dicunt ad aliquid: ⁊ non quia illud aliud dicitur ad illa· Men surabile autem ⁊ scibile ⁊ intellectuale eo q aliud ad ipsum dicitur ad aliquid dicuntur· nam intellectuale aliquid significat q ipsius intellectus est·i· q intelle- ctuale obiectum significat q intellectio ipsius est· Si- militer est de sensibili respectu sensus: hec enim quā- tum est de se non referuntur nisi quatenus alia refe- runtur ad ipsa· puta sensus ad sensibile ⁊ intellectus ad intelligibile· Constat ergo q in tertio modo relati- uorum non est mutua relatio· Hoc idem Comenta- tor expresse ibi comento· xx· nec oportet hic amplius insistere·

Responsio ad Ochaꝫ·

Ad aliud Ocham vbi


arguit q creator ⁊ conseruator non dicant relationem rationis· Dico p̄ mittendo aliqua· Primo q nulla relatio rationis no ua potest inesse deo per actum intellectus diuini· vt patet hic a Doc· ⁊ sic cum esse creatoreꝫ actu dicat ali quid ex tempore si illud sit respectus rationis nō erit ab intellectu diuino qui vt dixi: nihil de nouo potest comparare· Esse tamen creatiuum vel conseruatiuꝫ siue potens creare vel potens conseruare potest dicere aliquem respectum rationis: ⁊ hoc ab eterno: quia in tellectus diuinus potuit ab eterno comparare volun- tatem diuinam vt potentem creare ad creaturam vt possibilem creari: ⁊ sic ex tali comparatione potest ori ri in deo aliquis respectus rationis· vt patet hic in lit tera Doc· Secundo premitto q deum esse creatorem potest dupliciter intelligi vel fundamentaliter vel for- maliter· Primo modo est quid reale quia actus rea- lis voluntatis diuine· Ista est enim vera deus creat actu voluntatis sue: ⁊ sic creare importat aliquid rea- le·s· illum actum eternum: ⁊ ideꝫ realiter quod deus: ⁊ hoc modo nulla est difficultas· Secundo modo·s· formaliter

Deus pōt dici creator formaliter siue funda- mentaliter·

formaliter vt cum dico. deus creat creatione siue creatione est creator. Sicut cum dicimus agens actione respectus agit. Et hoc modo potest dupliciter intelligi. scilicet vel deus dicitur creator creatione respectus creatione scilicet sibi formaliter inherente: vel creatione non sibi formaliter inherente sed creatione ad ipsum terminante. Secundo modo nulla est difficultas. vt patuit supra loquendo de denominatione extrinsecus adueniente. sicut etiam dicimus q paries est visus non tamen visione sibi inherente sed visione ad ipsum terminante secundo modo. scilicet loquendo de relatione formaliter inherente: patet q creatio actiua nullam relationem realem dicit: vt probat Doctor in littera. Sed an dicat relationem rationis distinguo. Aut intelligitur q creare de necessitate dicit relationem rationis quasi sit impossibile lapidem creari nisi in creante sit talis relatio rationis: hoc modo non ponitur: quia si nullus intellectus creatus esset adhuc posset deus creare lapidem. aut intelligitur q intellectus creatus potest comparare ipsum deum in ratione creatoris ad ipsam creaturam: et sic ex tali comparatione posset esse in deo nouus respectus rationis quo formaliter diceretur ex tempore creator: non tamen est necessarius: quia si intellectus creatus nullo modo compararet: adhuc vere diceretur creator lapidis: sed non relatione sibi formaliter inherente nec reali nec rationis. Non enim Scotus intelligit q huiusmodi relatio rationis sit necessaria respectu creare. vt patet intuenti litteram Doctoris. Nec ponitur talis relatio vt ratio formalis creandi: quia sola voluntas diuina vel eius actus est ratio formalis creandi. vt patet a Doctore in secundo distinctione prima questione prima. et in quolibe. questione. viij. ¶ Et ex his patet quid dicendum ad argumenta Ochã. Procedunt enim ex falso intellectu positionis Scoti quasi q Scotus velit dicere q creare sic necessario dicat respectum rationis nouum causatum per actum intellectus creati: et si talis respectus rationis non inesset: non posset deus aliquid creare: vel non posset dici quouis modo creator quod tamen ipse Scotus non dicit. Immo dicit q nullus respectus est necessarius in deo: quia relatio creature potest terminari ad absolutum in deo: immo et de facto terminatur. vt patet hic in littera: et in quolibe. questione octaua. ¶ Ad aliud vbi dicit q sicut sol dicit relationem realem quando est agens: ita et deus vt creans videtur dicere relationem realem. Patet responsio ex his que dicit Scotus in soluendo argumenta principalia. Uide ibi. Multa etiam falsa dicit hic Ocham que breuitatis causa omitto ingeniosioribus etc.

¶ Distin. trigesimeprime questio vnica primi.

Utrum idemptitas similitudo et equalitas sint relationes reales in deo?



Ad questionem videtur. Ex istis patet expresse q ad distinctionem realem requiritur necessario distinctio realis extremorum: et hoc nota propter illud qd habetur. 3. distin. xxvj. qd alias notaui q sit extra tertiū. ¶ Ibi. Quantum ad primam conditionem. ¶ Opinio Hen. est: q equalitas similitudo etc. non sit relatio nisi rationis in diuinis: quia magnitudo que est fundamentum equalitatis: non est ibi ex natura rei: sed transit totaliter in essentiam diuinam: ita q ex natura rei non est nisi essentia diuina. Hē. quoli. v. q. j. et alibi.

Sed contra istud. Hoc argumentum clarum est. vt p3. 3. distin. viij. q. penul. ¶ Ibi. Item intellectus. Hic nota q supponit Doc. q essentia diuina sit formaliter infinita: quod probauit supra dist. 2. q. pria. Secundo q cum actus comprehensiuus alicuius obiecti commensuretur ipsi obiecto in perfectione: ita q si essentia diuina est formaliter infinita: intellectio comprehensiua erit formaliter infinita. et hoc p3 a doc. q. xiiij. quolibe. Tertio q actus comprehensiuus essentie precedit oēm actum negociatiuū intellectus. Immo habito actu cōprehensiuo pōt circa essentiam reducere omnes relationes in actu. i. q pōt efficere oēs relationes rōnis que nate sunt fieri circa essentiam. Quarto sequitur ex dictis q illa intellectio et intellectus erūt ibi formaliter infinita et ex natura rei. ergo erit ibi magnitudo infinita ex natura rei. ¶ Ibi. Preterea ratio illorum nō valet. ¶ Hic nota aliqua. Primo q q̄titas accidentalis est aliqd simplr additū sue subiecti: et sic repugnat sibi q possit transire in idēptitatem realem subiecti: et manere sub rōne formali vt quātitatis molis. qd p3. Scdo. magnitudo virtutis siue quantitas virtualis est simplr idē realiter cum ente cuius est: et tñ pōt manere sub sua ratione formali. ¶ Sed videt difficultas contra hoc. Nā3 Doc. 3. dist. viij. dicit q gradus intrinsecus cuiusmodi est quātitas virtualis: nō dicit distinctam formalitatem a re cuius est: ita q res illa sit quodāmodo in potentia perfectibili ad illa: vt p3. 3. Et vltra: non dicit distinctā formalitatem: accipiendo formalitatem proprie vt sit obiectum formale distinctum formaliter a re cuius est. vt patet supra distinctione octaua. Ipsa tamē aliquo modo sm suam rationem distinguitur a re cuius est. Et sic Doc. cum dicit hic q manet sm propriam rationem distinctam a re cuius est: non debet intelligi: sm distinctam formalitatem modo preexposito. Tertio Doctor ex isto argumento vult inferre q si quantitas virtualis est eadem res realiter quod essentia diuina: licet sit non idem formalr: vt p3. 3. dist. viij. sequit q cū essentia diuina sit ibi ex nā rei. sic et talis quātitas virtualis que est infinitas intensiua: sit ibi ex nā rei: et sic fundamentū equalitatis erit ibi ex natura rei. Difficultas.

Secundum principale. Hec rō clara est. Cū dicit q in filio est eq̄litas: sic dz intelligi. q cū nihil possit esse realr sibi eq̄le. et sic pr nō pōt esse sibi eq̄lis realr. Seqt q filio producto qui distinguit realr a prē: cui cōicat ois pfectio: statim erit equalis patri secundū illam perfectionem: et econtra. Et sic intelligetur q in filio est prima equalitas. scilicet q producto filio: statim sequit prima eq̄litas.

¶ Ibi·Quantum ad tertiam conditionem infra·Sꝫ de equalitate· ¶ Primo videtur ꝙ equalitas nullo modo distinguatur a similitudine ⁊ idemptitate in diuinis·⁊ suppono ꝙ essentia vt vna est fundamentum idemptitatis:⁊ magnitudo vt vna est fundamentum equalitatis in diuinis· Similiter qualitas essentialis vt vna est fundamentum similitudinis·vt patet supra distinctione decimanona questione prima·Secundo suppono ꝙ ipsa magnitudo sit perfecte eadem cum essentia diuina·et similiter cum omnibus attributis·cum ergo pater dicatur idem filio propter vnitatem essentie:⁊ si est perfecte idem:erit idem quia habet eandem simpliciter essentiam secundum omnem perfectionem·ergo equalitas patris ⁊ filij non videtur differre ab idemptitate· Nam ex quo dicuntur perfecte idem essentialiter quia est eadem essentia perfectissime in vtroqꝫ:⁊ non potest esse perfectissime in vtroqꝫ nisi sit ibi cum omni perfectione: quia est impossibile ꝙ detur essentia actu existens sine gradu intrinseco:vt patet supra distinctione octaua·ergo secundum eandem essentiam sic perfectam dicuntur equales·Et sic equalitas ⁊ idemptitas sunt idem in deo·hoc idem dico de similitudine·

Ad primuꝫ potest concedi·

Hic nota singularem responsionem que stat in hoc·Ex quo enim equalitas dicit proprium modum fundamenti similitudinis ⁊ idemptitatis:⁊ etiā propriuꝫ moduꝫ vtriusqꝫ relationis·Sequitur ꝙ sit alia a qualibet illarum:⁊ ꝙ dicat proprium modum fundamenti pater:nam si essentia esset in patre vt infinita: hec eadem esset in filio vt centum gradus:pater esset idem filio secundum essentiam: ⁊ tamen non esset equalis secundum essentiam:quia perfectior esset in patre· Uerum non esset ibi perfectissima idemptitas· Si ergo esset ēentia formaliter infinita in patre ⁊ in filio: tunc pater secundum essentiam esset perfectissime idē filio:quia esset sibi equalis secundum omnem perfectionem essentie·Et sic equalitas dicit proprium modum fundamenti perfectissime idemptitatis· Nam illud est perfectissime idem alicui secundum aliquam perfectionem:quod est sibi equale secundum eandem perfectionem· Hoc idem dico de similitudine·nam si pater haberet sapientiam formaliter infinitam:⁊ filius eandem sed finitam:pater secundum sapientiam esset similis filio:non tamen equalis secundum sapiētiam:quia perfectior in patre· Si ergo pater ⁊ filius haberet eandem sapientiam secundum omnem perfectionem:tunc pater esset similis perfectissime filio secundum sapientiam:quia esset equalis sibi secundum sapientiam· Et sic equalis dicit proprium modum fundamenti similitudinis perfectissime: et modum proprium similitudinis perfectissime·

¶ Ibi·Ad secundum potest concedi·Doctor dicit hic duo·Primum·ꝙ in patre possunt esse tot equalitates formaliter distincte quot magnitudines sunt ibi formaliter distincte· Et quia quodlibet attributum distinguitur formaliter ab essentia et ab inuicem: ⁊ quodlibet est formaliter infinitum·vt patet supra distinctione octaua questione penultima·ergo quodlibet habet propriam infinitatem: ⁊ sic propriam magnitudinem perfectionalem:⁊ per consequens secundum omnes istas magnitudines potest esse equalis filio:et econtra· Secundum·quia essentia et omnia attributa ⁊ magnitudo omnium istorum sunt simpliciter vna res realiter:ideo in patre secundum omnia ista erit vna equalitas ad filium realiter:licet sint plures distincte formaliter·Et hoc est quod dicit·

Ibi·Ad primum argumentum·

Hec responsio clara est· Nam pater secundum essentiam infinitam est equalis filio fundamentaliter ⁊ secundum equalitatem est equalis filio formaliter· Et similiter secundum sapientiam est similis filio fundamentaliter:quia est fundamentum similitudinis:⁊ secundum similitudineꝫ est similis formaliter·¶ Ibi·Et si obijcias tunc pater posset dici secundum essentiam·¶ Quod tamen negatum est supra distinctiōe quinta questione prima·in responsione illius argumenti·Pater ⁊ filius est essentia· Ultra responsionē hic datam a Doc·posset dici:ꝙ aliud est dicere patrē secundum essentiam:⁊ patrem esse idem secundum essentiam vel equalem:quia licet paternitas fundetur in essentia non tamen habet vim quodāmodo denominandi illam:vel ꝙ quasi formaliter sit in illa· Est enim sicut subsistens in natura in qua subsistit·vt patet supra distinctione quinta questione secunda·⁊ vigesimasexta· idemptitas siue equalitas non sunt in essentia sicut subsistens: sed magis formaliter denominatiue:licet non per informationem·vt patet supra distinctione quinta questione secunda·⁊ distinctione vigesimasexta·Responsio tamen Docto·clara est·quia essentia vt est fundamentum similitudinis ⁊c·accipitur sub illa ratione qua est perfectissima vna in tribus·vt patet supra distinctiōe decimanona questione prima·Et sic potest dici ꝙ pater secundum eēntiam est similis filio·Cum vero dicitur pater secundū essentiam:de virtute sermonis non habetur ꝙ essentia vt vna sub ratione perfectissima vnitatis sit in tribus·Immo magis ex hoc quod dico pater qui produs est distinctum realiter a se:ex virtute sermonis videtur quodammodo distincta vt patet· Nam vt in patre est:simpliciter consideratur vt est principium formale productiuum:⁊ vt in filio vt terminus formalis generationis:licet tamen in re sit simpliciter indiuisa in tribus· Si ergo diceretur pater secundum essentiam:⁊ similiter filius secundum essentiam:ita ꝙ pater dicatur pater filij secundum essentiam:⁊ filius dicatur filius patris secundum essentiam: sequeretur ꝙ de virtute sermonis essentia sub ratione perfectissima vnitatis esset fundamentum harum relationū· ¶ Ad quartum·Ex hac responsione videtur declinare Docto·ad hanc opinionem ꝙ persone sint constitute per absoluta:quia dicit Aristo·difficile est ⁊c· Et sic finis istius distinctionis·


Datur alia respōsio extra tex·

¶ Distinctio·trigesimesecunde q̄stio prima ⁊ secunda·

Circa istam di·duo queruntur·

Primo an pater ⁊ filius diligant se spiritu sancto? Secundo an pater sit sapiens sapientia genita?

Goffre. pl. gauen.



PRimam qōnē magister reputat difficilem ⁊ dimittit eam insolutam. Aliqui negauerūt istam propositionem. pater ⁊ filius diligunt se spiritu sancto: ⁊ dixerunt eā ab Augustino retractatā in finali primo Retra. ca. xxxj. vbi retractat istam pater est sapiens sapientia genita: cui ista videtur assimilari.

¶ Contra. Non solum diuersas materias retractandas seorsum Augu. retractat: sed etiam eandem materiam que in diuersis libris ponitur: que tamen est retractanda Augustinus pluries retractat: quando scilicet facit mentionem de illis diuersis libris. ergo multo magis retractaret istam seorsum si esset retractanda. Item Augustinus non retractat dicta aliorū sanctorum qui istam videntur concedere.

Ouer. Pietro. sup pa xxij. i principio.
Simon de Lorraco.

Alij dixerunt ꝙ debet sic exponi spiritu sancto se diligunt vt signo dilectionis communis. ¶ Contra. Ita potest dici ꝙ diligunt se creatura: q2 ipsa est signū dilectionis eo2.

Alij dicunt ꝙ diligunt se amore appropriato spiritui sancto. ¶ Contra. Igitur ita essent boni spiritu sancto: quia bonitas appropriatur spiritui sancto.

Alex. d ales in prīa pte sūme.
Tho. j. pte su. q. y. articulo. z.

Aliter dicitur ꝙ ablatiuus iste construit in ratione effectus cāe formalis: q2 licet non omnis res sit forma: tamen omne illud a quo aliquid denominatur quantum ad hoc habet habitudinem forme: vt si dicatur iste est indutus indumento: construitur in habitudine cause formalis: licet non sit forma hominis. Contingit autem aliquid denominari per illud quod ab ipso procedit: non solum sicut agens ab actione: sed etiam sicut termino actiōis qui est effectus eius quando ipse effectus in intellectu actionis includitur: vt dicimus de igne ꝙ est calefaciēs calefactione: quāuis calefactio non sit calor qui est forma ignis: sed actio que ab igne procedit: ⁊ dicimus ꝙ arbor est florens floribus: quāuis flores non sint forma arboris: sed quidam effectus ab ipsa procedentes. Secundum hoc igitur dicendum ꝙ cum diligere in diuinis dupliciter sumatur. scilicet essentialiter ⁊ notionaliter. Primo modo pater ⁊ filius non diligunt se spiritu sancto sed essentia sua. Secundo modo sic diligere nihil aliud est quā spirare amorem: sicut dicere est verbum producere ⁊ florere flores producere. Sicut igitur arbor dicitur florens floribus: ita pater dicitur dicens verbo vel filio se ⁊ creaturam: ⁊ pater ⁊ filius dicuntur diligentes se ⁊ nos spiritu sancto vel amore producente. hec Tho.

Contra hanc positionem arguit Doctor. Primo quia edificare distincte importat edificium: ⁊ tamen non conceditur ꝙ edificator edificet edificio. cum spirare distinctius importet spiritum sanctum q̄3 diligere: ⁊ tamen non conceditur ꝙ spirent spiritu sancto. Secundo etsi talis predicatio concederetur: non tamen vt est cōuersiua super agēs: idest dato ꝙ concederetur talis modus predicandi non tamen cum pronomine reciproco quod est conuersiue predicari vt est in proposito. cum dico pater ⁊ filius diligunt se spiritu sancto: quia etiam non concederetur de igne dici aliquid quod terminaretur ad ipsum ignem vt aliquo producto a se. ¶ Ite3 in constructione transitiua nūq3 effectus ex vi effectus cōstruitur cum ablatiuo. diligere est verbum transitiuum vt patet. Nec exemplum Sancti Tho. est ad propositū sed ad oppositu3. Florere enim est verbum neutrum non actiuum. Omne autem verbum neutrum significat idem cum nomine adiectiuo si esset nomen impositum nisi ꝙ nomen significat per modum habitus ⁊ quietis. Verbum autem quasi significat in fieri: vt idē est ignis calet calore: ⁊ est calidus calore: ⁊ vtrunq3 est in ratione forme a qua est ista denominatio per modum quietis in vno ⁊ per modum fieri in alio. Ista autem forma in aliquo est inherens: vt qualitas aliquando se habet per modum forme ab extra denominantis. sicut est de genere habitus ⁊ vtroq3 modo potest fieri denominatio. Et sic sicut potest dici iste est ornatus vestimento a quo extrinsece denominatur: ita potest dici iste nitet vestimento vel aliquo alio verbo neutro. Ita est in proposito: quia arborem florere non significat formaliter arborem producere florem. Si enim ponatur verbum actiuum quod sic significet puta florificare si esset in vsu: hec esset falsa. arbor florificat floribus. hec aute3 vera. arbor floret floribus: quia per istud verbum neutrum significat aliquid denominans subiectum quasi per modum habitus: lic3 non sit proprie habitus in inanimatis: quia proprie habitus est tantu3 in animatis. possunt tamen denominari ab aliquo adiacente quod inquantum est aliquo modo ornamentum vel tegumentum eo2 potest reduci ad genus habitus. Exemplum igitur est ad oppositum loquendo de verbo actiuo: ⁊ nihil ad propositum vt verum est de verbo neutro.

Pro grāmaticis.

Sed quidam nouus expositor. S. Tho in prīa parte. q. xxxvij. articulo secundo nititur soluere has rationes Scoti ꝯ Tho. Et primo premittit aliqua. Primo ꝙ in intellectu actus sic significati claudi effectum contingit dupliciter. Vno modo vt significantē seu vt determinantem qualitate3 actionis: sicut in dealbare clauditur albedo: et in calefacere clauditur calor. Vt enim ostendatur ꝙ non quodcunq3 facere sed tale significetur calefacere ⁊ dealbare ⁊ edificare. Scd̄o mō claudit effectus vt cōiunctus illi actioni vt ꝓductū sue ꝓductioni. ⁊ hoc mō sumitur in ꝓposito: ita ꝙ sensus illius fundamēti est. quādocūq3 in intellectu actionis tali termino significate claudit effectus vt effectus coniunctus sue ꝓductiōi: tūc producēs denominari pōt ab illo effectu in ablatiuo. ¶ Tunc ad primū argumentū rn̄det negādo assumptū: qm̄ edificare spirare ⁊ h nōi non important effectū nisi specificatiue. ¶ Ad scd̄m dicit ꝙ pōt fieri cōstructio cōuersiua sup se: qn̄ obiectū actus pōt esse ipsu3 agēs vt accidit in ꝓposito ⁊ in filious. Pōt. n. sortes dicere seipsu3 nō minus q̄3 Troie hystoriā. ¶ Ad tertiū negat assumptū in verbis claudētibus in se effectū ⁊ trāseūtibus sup obiectū: qualia sūt diligere dicere ⁊c. vt sortes dicit verbo hystoriā. ¶ Ad aliud de exēplo dici pt ꝙ exēpla ponimus non vt ita sint ⁊c. Tn̄ sustinendo exemplū dicimus ꝙ florere vere significat flores emittere: vt p3 ex vsu loquētiū. nec huic repugnat neutralitas verbi: quoniā hec ad modum significandi non ad significatum. Si autem deus flores imponeret q̄3 vere diceretur arbor florida non tamen ꝙ floruit. Esset enim ista vera. arbor que nō floruit est florida. hec ille expositor.

Tho. Gal. de rio studet Scoti rōes soluere.

Solutiões Gaie. nulle ostenduntur.

Dico primo q iste exponit ⁊ non ad mentem Thome. vt patet in littera vbi sic ait in prima parte questione trigesimaseptima articulo secundo. Contingit aliquid denominari per id quod ab ipso procedit: non solum sicut agens actione: sed etiam sicut ipso termino actionis: qui est effectus quando ipse effectus clauditur in intellectu actionis. Dicimus enim q ignis est calefaciens calefactione: quamuis calefactio non sit calor qui est forma ignis: sed actio ab igne procedens. Et dicimus q arbor est florens floribus: quamuis flores non sint forma arboris sed quidam effectus ab ipsa procedentes. hec ille ad litteram. Si ergo Tho. intelligit vt iste exponit in secundo membro: cum omnis effectus sit coniunctus sue productioni: sequitur q producens possit a tali effectu denominari: quod est falsum: ⁊ sic est ista vera. edificans edificat edificio. Et quod dicit ad primum argumentum cum dicit q edificare ⁊ spirare non important effectum nisi primo modo. scilicet specificatiue: ⁊ non secundo modo vt includitur siue vt coniunctus sue actioni. Dico q hoc est dictum ad placitum. quare enim magis calor includitur in calefactione vt coniunctus illi quam edificatiuum in edificatione? nulla apparet differentia nisi voluntaria. Similiter quare spiritus sanctus magis est coniunctus dilectioni notionaliter sumpte q̃ spirationi? cum ex vi vocabuli apparet manifeste q spiritus sanctus magis est coniunctus sue productioni per hoc quod dico spirare q̃ per diligere notionaliter: cum spirare dicat tm̃ productionem et spiratione passiua dicitur spiritus sanctus. Et ideo responsio ista est tantum voluntaria. ¶ Ad secundam responsionem: cum dicit q potest fieri constructio conuersiua super se: vt Joannes dicit se. scilicet verbo: patet q ista responsio de virtute sermonis est manifeste falsa: nec cõceditur q aliquis dicat se verbo vt ly dicere importat actionem: sicut nec concedimus q ignis calet se calore. Et cum dicit q vera est quando obiectum actus potest esse ipsum agens vt accidit in proposito. quero quid intelligis per obiectum actus: si ipsum producens puta q talis actus terminetur ad ipsum: vt cum dico. dico me verbo: quia ipsum dicere terminatur ad me vt obiectum circa quod. hoc modo non est vera: quando dicimus pater diligit se spiritu sancto. nõ enim diligere notionaliter terminatur ad patrem producentem: sed tantum terminatur ad spiritum sanctum. Etsi tamen detur aliquod obiectum circa quod non potest dari nisi essentia diuina: sed illa non est ꝓducens nec spirans nec diligens notionaliter. vt patuit supra distinctione quinta questione prima. Si vero accipitur obiectum ipsum agens alio modo: detur ille modus ⁊ non poterit dari. ¶ Per hoc patet responsionem ad tertium argumentum Scoti nihil valere. ¶ Ad aliam de florere quod dicit exempla ponimus ⁊c. Patet q Sanctus Thomas accipit illud pro vero exemplo. vt patet ex lr̃a sua. Et cũ q̃rit sustinere illam q hec est vera. arbor floret floribus. prout florere est flores actiue emittere: patet hoc eẽ contra verbum neutrum vt neutrum quod nullo modo dicit actionem. Et cum dicit q naturalitas spectat tantum ad modum significandi ⁊ non ad significatũ. Concedatur. ⁊ tamen ex hoc sequitur q quo ad modum significandi dicat actionem per te. Si enim dicis arbor floret floribus. idest emittit flores. ergo florere per modum significandi importat actionem ⁊ nõ neutralitatem. Cum addit q si deus imprimeret flores hec esset vera. arbor est florida floribus: ⁊ hec falsa arbor floret floribus. Dico q si deus imprimeret flores per modum fieri siue infieri: hec esset optima. arbor floret floribus. vt patet ex superius dictis.

¶ Ex his patet quomodo iste Nouus expositor ⁊ male exponit Sanctũ Thomam ⁊ peius ipsum defendit ⁊c.

Ad istam questionem soluendã.

Primo respondendum est ad secundam questionem. Et antequam respondeat ad questionem premittit vnum. scilicet q memoria gignit notitiam actualem: que ad memoriam habet duplicem relationem. scilicet geniti ad gignens: ⁊ hec relatio est de secundo modo relatiuorum ⁊ mutua: ⁊ alia est declarantis ad declaratum: ⁊ hec tertij modi ⁊ non mutua: sicut autem notitia genita declarat obiectum latens in memoria: ita illud quod producit notitiam actualem ⁊ dat illi istam vim declarandi potest dici declarare ista notitia quasi effectiue. ¶ Nota cum dicit q memoria gignit: non debet accipi simpliciter pro ipsa memoria: sꝫ pro supposito habente memoriam: quia suppositum tali mediante memoria vt principio formali gignendi gignit. Et similiter cum dicit q notitia genita dicit relationẽ secundi modi ad memoriã. Debet intelligi ad suppositum habens memoriam: aliter in diuinis relatio realis notitie genite terminaretur ad memoriam vt memoria est: ⁊ sic realiter distingueretur notitia genita a memoria. Etiam in creaturis quãuis notitia genita realiter distinguatur a memoria: non tamen relatio notitie genite terminatur ad memoriam: quia tunc de virtute sermonis ipsa memoria gigneret: sed tantũ terminatur ad suppositum gignens. De relatione declarantis in diuinis talis potest terminari ad memoriam vel ad obiectum relucens in memoria. id est vt est presens intellectui: quia vt sic tunc est pars memorie: quia talis declaratio (vt supra patuit distinctione vigesimaseptima) est tantum relatio rationis. Et quod dicit de declarare formaliter ⁊ effectiue: patet in littera: ⁊ per exemplum ibi positum. ¶ Ibi. Ad propositum. verbum diuinum a patre exprimitur siue producitur ⁊ hec expressio est relatio originis.

Hic hr̃ memoria pro supposito memoriam habente.

¶ Quia est idem quod originatio actiua siue productio actiua. Huic enim expresso. scilicet verbo diuino communicatur ex vi productionis sue notitia infinita que ex hoc est declaratiua omnis declarabilis. scilicet omnis obiecti per ipsam intelligibilis. Intellectio enim semper est declaratiua formaliter obiecti ad qđ terminatur. Sequitur. Habet igitur relationem realem (scilicet ipsum verbum siue notitia genita) ad exprimentem a quo gignitur: ⁊ accipitur hic notitia genita que in re est ipse filius dei: ⁊ nõ pro notitia essentiali formaliter infinita que filio communicatur: quia illa est communis tribus: nec est genita: sed tantum communicata per generationem filij: ⁊ ideo non dicit relationem aliquam realem. Sequitur. Sed aliam relationem scilicet declarantis habet. scilicet notitia genita non tantum ad ipsum. scilicet exprimẽtem: sed quia est infinitum. scilicet ipsum verbum habet respectum declaratiui ad se ⁊ ad ipsum ⁊ ad omnia alia: ⁊ ista est tantum relatio rationis: quia non tantum est ad creaturam sed ad seipsum. Sed istud declarare competit formaliter verbo: producenti aũt cõpetit principiatiue: ⁊ tũc verbũ declarat formaliter omne declarabile: pr̃ ãt verbo declarat nõ formalr̃ sꝫ principiatiue

Notitia genita ꝓ filio: ⁊ nõ ꝓ notitia essentiali.

principiatiue inquantum verbo communicat notitiam actualem infinitam quam verbum formaliter declarat et actualiter. ¶ Applicando igitur hanc realitatem ad illud vocabulum quod est dicere. Dico quod dicere vno modo accipitur essentialiter. vt patet per Ansel. mono. xij. capitulo. lxiij. et sic non loquitur Aug. quia secundum ipsum pater et filius et spiritus sanctus sunt vnum dicens: et quelibet persona dicit formaliter: et nulla dicit alia ablatiue. nam quelibet persona formaliter intelligit omne intelligibile: et quelibet suo modo dicit illam intellectionem essentialem. Alio modo accipitur dicere personaliter: et sic denotat illam relationem originis que est gignentis ad genitum: et hoc modo solus pater dicit: quia solus gignit verbum: et sic solus pater dicit non quidem verbo sed ipsum verbum. Tertio modo dicere potest significare illam relationem rationis que est declarare et hoc formaliter: et sic verbum dicit formaliter omne declarabile et seipsum seipso formaliter: et sic loquitur August. vij. de trinitate capitulo tertio vel. xvj. et sic dicere est essentiale: appropriatur tamen filio. nam quelibet persona declaratur sua intelligentia que in ipsa est: appropriatur tamen filio. Quarto potest significare illam relationem declarandi non formaliter sed principiatiue: et hoc modo conuenit patri qui sic dicit verbo: et hoc modo loquitur Augu. vij. de trinitate capitulo primo vel secundo. pater dicit verbo. hoc etiam modo loquitur Aug. xv. de trinitate capitulo. xiiij. quod pater seipsum dicens genuit filium sibi equalem per omnia: vbi accipitur dicere pro principiatiue declarare: licet non addat ibi illud principiatiuum quo pater dicit: et sic principale significatum eius est essentiale: connotat tamen notionale. vt supradictum est de dono. ¶ Sed tunc ibi est vnum dubium. vtrum declarare omne declarabile sit proprium verbi. ¶ Dicit Henri. quod sic: quia ex vi productionis sue hoc sibi competit. Sed hoc improbatum est distinctione. xxxij. questione tertia huius primi. vide ibi. Sequentia sunt clara vsque ad secundam questionem.

Quid sit dicere et quotupliciter accipitur.

He. quoli. 2. q. vj.

Ad secundam questionem.

Doctor concedit partem negatiuam. quod scilicet quod pater non est sapiens sapientia genita propter rationem Augu. 7. de tri. c. 4. cuius declaratio est ista. Actus essentialis non potest esse alicuius suppositi mediante aliquo principio vt quo: nisi illud sit tali persone principium essendi formale. Actus essentialis non accipitur pro actu qui sit de essentia alicuius: sed dicitur essentialis quia communis tribus suppositis sicut sapere vel intelligere. Similiter quando dicit quod principium essendi formale: non semper accipitur pro principio dante esse essentiale: sed eo modo quo est principium alicui formaliter eo modo dat esse illi. Dicit ergo Doctor quod hic actus essentialis. scilicet sapere non potest inesse formaliter alicui supposito mediante aliquo principio vt quo: nisi tale principium sit formaliter in tali supposito. sicut dicimus ignis calet formaliter calore vt quo sibi formaliter inexistente. Et hoc modo non est sapiens sapientia genita: quia tunc sapientia genita esset formaliter in patre vt principium quo etc. Sequitur. Vel sit principium sibi essendi principiatiuum. sicut dicimus quod filius est sapiens sapientia ingenita a qua filius habet quod sit sapiens. scilicet ab ipso patre qui est sapientia ingenita. Nec hoc modo pater dicitur sapiens sapientia genita: quia tunc hoc haberet a filio originatiue etc. Sequitur. Vel sit principium subauctoritatiuum talis actus quomodo conceditur quod pater creat verbo. scilicet vt

Actus essentialis.

principio subauctoritatiuo: et hoc modo pater non dicitur sapiens sapientia genita: quia verbum non producit istum actum in se sed concausatur sibi a patre. Et sic patet ad secundam questionem. ¶ Ad argumenta principalia huius questionis. Patent omnia illa cum suis responsionibus ex declaratis in littera.

Nota tamen quod quidam Nouus expositor Sancti Tho. imponit Doctori quod hic in presenti distin. questione prima tenet quod verbum sic procedit de scientia solius essentie quod non procedit vt verbum persone nisi concomitanter. Ita quod imaginatur patrem ex hoc quod intelligit diuinam essentiam verbum producere: quod quidem ex vi productionis sue exprimit essentiam: personas autem diuinas concomitanter tamquam res necessario iunctas essentie: creaturas vero habet quod representet completa iam productione ipsius verbi. Est autem fundamentum positionis sue: quia ponit in. xxxv. distin. primi creaturas produci a deo in esse cognito: et propterea imaginatur quod essentia diuina primo quasi mouet intellectum paternum ad productionem termini infiniti. i. verbi. et deinde ad terminum finitum. i. creaturam in esse cognito: et sic verbum non potest produci de scientia creaturarum que est in secundo instanti nature. Arguit quoque ad hoc in secundo distin. prima questione prima. ¶ Primo si verbum procederet vt verbum diuine essentie et omnis intelligibilis: pari ratione spiritus sanctus spiraretur vt amor diuine essentie et omnis amabilis intellecti: et tunc sequeretur quod vel deus necessario amaret creaturas: vel quod spiritus sanctus non necessario produceretur: que sunt impossibilia. ¶ Secundo. Si verbum procederet ex omnibus etc. ergo procederet ex seipso verbo vt noto patri: quod est inconueniens. ¶ Tertio. Nulla relatio realis alicuius persone diuine est ad creaturas: sed geniti ad id de quo gignitur (si est distinctum realiter) est relatio realis. ergo verbum non est genitum de lapide vt noto patri. Si vero Tho. tenet quod verbum est genitum ex omnibus que sunt in scientia patris. scilicet essentia: personis: et omni alio intelligibili simplici: quod dico propter scita a deo scientia visionis. ¶ Ad imaginationes autem Scoticas facile est respondere. Primarium enim fundamentum nihil valere ex eo patet quod productio illa creaturarum chimerica est: et periculosam ingerens doctrinam. Sequitur enim deum gloriosum non posse esse absque hoc quod sint creature in esse diminuto: quod in phisica ridiculum: in fide autem scandalum videtur. Nos enim essentiam diuinam et formaliter et obiectiue omne intelligibile comprehendere tenemus: et sic verbum procedit ex notitia omnium que sciuntur. ¶ Ad primam obiectionem Scoti dicitur quod vniformiter loquendo. scilicet de creatura intellecta in deo: et similiter amata in deo par ratio est de verbo et spiritu sancto: nec aliud sequitur inconueniens.

Tho. Gaie. de vio.

Possent tamen simpliciter negari sequela et paritas rationis: quia amor respicit res amabiles in seipsis: verbum autem in intellectu. ¶ Ad secundum dicitur quod nullum inconueniens est verbum procedere ex seipso et spiritu sancto vt notis patri. idest ex notitia quam habet pater de eis. immo hoc est necessarium propter illatam rationem: quin potius et ipse Scotus in primo distinctione sexta expresse teneat quod pater prius intelligit filium quam producat ipsum voluntarie reputatur hoc inconueniens.

Ex reptili crassoque scoticorum apicum intellectu non desistunt quidam inhonesta proloqui.

¶ Tertia autem obiectio responsione non est digna: quoniam verbum non distinguitur realiter ab his a quibus p

cedit vt cognitis: sed a quo procedit vt dicente. vt de se
patet. hec ille.

Dicta Thome Gate. improbat.

Ad istum expositorem. Dico ꝙ male in
telligit Scotū. cū imponat sibi ꝙ ideo pr̄ nō ꝑducit
filiū de creaturis cognitis: quia in secundo instanti ⁊
post productionem filij producit eas in esse cognito.
Hec. n. nō est rō fundamentalis Scoti. vt pꝫ ab ipso
Scoto in secūdo. dist. j. q. j. vbi sic ait. Non igr̄ ver/
bū prima productione ꝑducit̄ de lapide vt est in me/
moria patris. q: vel lapis non est in memoria patris
vt memoria est principiū ꝑductiuum verbi: vel si hꝫ
esse in memoria: non tn̄ prius naturalr̄ ꝙ̄ ipsa intelli
gat̄ in tribus. hec ille. Et magis fundamētū Scoti est
ꝙ lapis nullo mō est in memoria patris vt memoria
est principiū producendi: quia tunc oporteret lapidē
esse rationē formalem producendi filiū. Posito ergo
ꝙ ante ꝑductionem filij lapis esset vere intellectus a
patre: adhuc pater nō ꝑduceret filium de lapide vt de
memoria: vel parte memorie vt ꝓprie memoria est.
Nam ideo ponit̄ vt memoria inquantū est principiū
productiuum. vt pꝫ a Doc. in isto primo dist. secunda
pte secūda. q. 3. distin. v. q. 2. dist. vj. q. vnica. distin.
vij. q. vnica. distin. xiij. distin. xxvij. ⁊ in secundo dist.
prima. q. prima in quol. ⁊ alibi sepe. Si. n. lapis pos
set pertinere ad memoriam ex natura rei: vt memoria
est: ipse lapis posset mouere intellectū diuinum: qđ
est impossibile. ꝙ autem posset sic mouere. pꝫ ex mul
tis dictis Sco. in primo dist. secūda. dist. 3. q. vij. q.
viij. q. ix. ⁊ alibi. Et vltra. posset esse principium for/
male producendi filium ⁊ cōicandi ei essentiā diuinā:
que omnia sunt absurda. Et ideo pꝫ quomodo pr̄ nō
produceret filium de lapide vt pertinente ad memoriā
patris vt memoria est. Et sic hec est principalis ratio
fundamētalis ⁊ nō illa quā ponit ille expositor nō per
piens nec mentem nec verba Scoti. ¶ Ad responsio/
nes ipsius. Ad primam cum primo dicit ꝙ par est
ratio de spiritu sancto ⁊ de verbo. Dicit verum: ⁊ ideo
vtrunqꝫ inconueniens: sed manifestius inconueniēs
est de spiritu sancto. quia tunc certe pater vellet neces
sario ipsas creaturas. Sicut enim sequitur pater pro
ducit filium de essentia sua. ergo necessario intelligit
illam: cū intellectio necessario presupponat̄ gnātioni
filij. vt supra patuit distin. secunda parte secūda. q. 3.
⁊ distin. vj. ⁊ vij. sic si produceret spiritum sanctum
de lapide cognito ipse lapis necessario esset prius dile
ctus a patre ⁊ filio: cum talis dilectio necessario ꝑsup/
ponatur productioni spiritus sancti. vt patet a Doc.
distin. secūda vbi supra. ¶ Ad secundam eius respon/
sionem patet ꝙ non intelligit Sco. Loquitur. n. (vt
dixi) de productione filij simpliciter. Si ergo posset
ipsum producere de filio ⁊ spiritu sancto vt pertinen/
tibus ad memoriam patris: vt memoria est principiū
producendi: sequeretur necessario alterum duorū. Vł
ꝙ filius ⁊ spiritus sanctus intelligerentur prius ha/
bere esse in memoria patris ꝙ̄ producerentur: ⁊ sic
idem eēt ratio producendi seipsum. vel saltem filius
bis produceretur: ⁊ similiter spiritus sanctus: que om
nia sunt absurda. Et quod dicit iste ꝙ etiam Scotus
concedit distinctione sexta primi. ꝙ pater prius intelli
git filium ꝙ̄ producat eum. Hoc concesso ⁊ similiter
ꝙ prius pater ⁊ filius intelligant spiritum sanctum.
vt patet a Sco. in primo distinctione. x. non tamen ex
hoc sequitur ꝙ producat de ipso filio vt pertinente ad
ad memoriam: quia filiatio nullo modo pertinet ad
memoriam: cum quicquid pertinet ad memoriam pa
tris vt memoria est sit perfectio simpliciter. vt patet a
Sco. filiatio. n. nullā perfectionem dicit. vt supra pa/
tuit: ideo non ponitur pertinere ad memoriam patris
vt memoria est. Bene enim concedit Doctor in secun
do distinctione prima questione prima. ꝙ filius pro/
ducat seipsum de seipso: loquendo tantum de produ/
ctione secundum quid. vide ibi ⁊ expositionem quam
feci: sed ꝙ possit producere de seipso secundum eē sim
pliciter est omnino impossibile. Bene etiam pater
prius intelligit paternitatem ꝙ̄ producat filium: ⁊ ta/
men non conceditur ꝙ producat filium in esse simpli
citer: licet forte secundum quid. vt puta in esse cogni/
to. Doleo ꝙ iste nouus expositor tantum laboret in/
uacuum ⁊ circa ea que non percipit. ¶ Ad tertiam
cum dicit ꝙ ratio Scoti non est digna responsione.
Uerum dicit: quia non potest solui. Tum etiam quia
non est digna responsione talis Noui expositoris et
male interpretantis. Recurrere enim ad iniurias est
declinare argumenta ⁊ non soluere ea. quod proprium
est parum nec sane intelligentium. Stat enim ratio
Doctoris solida ⁊ firmata. s. du issimā veritatis pe
tram. Sicut enim in nobis dicimus ꝙ verbum no/
strū realiter distinguitur ab eo cuius est verbum: ⁊
per consequens habet relationem realem ad illud ob/
iectum (quis enim dubitat ꝙ intellectio distincta la
pidis ⁊ intuitiua necessario includat relationem rea/
lem ad ipsum lapidē vt partem memorie: ⁊ hoc ideo
quia talis intellectio distinguitur realiter a lapide)
Sic si filius realiter distingueretur ab essentia habe/
ret necessario relationem realem ad ipsam. cum ipsa
essentia sit principium formale productiuum. Cum
ergo verbum in diuinis sit omnino aliud a creaturis:
sequitur ꝙ necessario diceret relationem realem ad
ipsas: qđ est impossibile. vt probatū est supra distin
ctione trigesima. Et cum dicit ꝙ non distinguitur rea
liter ⁊c. Posito ꝙ non distinguatur realiter: quia res
vt ibi non habent esse realis existentie: si tamen habe
rent tale esse sequeretur intentum. Et vltra. Cer/
tum est ꝙ verbum est simpliciter aliud ab illis: cum
in quocunqꝫ esse creature ponant̄ sit semper aliud ab il/
lis. ¶ Et quando dicit de esse cognito creaturarū ꝙ
si in tali esse essent producte ab intellectu diuino: tūc
deus non esset gloriosius absqꝫ illis. O mirabilis ra/
tio. Nec etiam pater est btūs in paternitate nec in fi/
liatione nec in equalitate ⁊ huiusmodi: que tamen ne
cessario cognoscunt̄. Est enim beatus in obiecto frui/
bili siue in obiecto vere beatificatiuo: quod est sola eēn
tia diuina ⁊ perfectiones simpliciter. principaliter ta/
men essentia diuina est origo ⁊ fundamentum om/
nis perfectionis. vt patet a Scoto in primo distinctio
ne prima. in quarto distinctione. xlix. Oportet ergo
inuenire alias rationes meliores. Et cum dicit pone/
re huiusmodi in esse cognito ridiculum est philoso/
phis. Uerum est non intelligentibus philosophum.
vt supra patuit distinctione secunda questione pri/
ma. ⁊ distinctione trigesimasexta ⁊ trigesimaquinta.
Et ꝙ est scandalum in fide. Uerum est deuiantibus
a vera fide catholica: ⁊ parū intelligentibus ea que
sunt fidei. Fides enim non docet sic calumniose loqui
contra verum Doctorem: ab omnibus sane men/
tis comendatum: cuius nec minimum eius dictum
constat ab vniuersali studio Parisiensi esse reproba/
tum. Nec mirum ꝙ iste Nouus expositor talia dicat:
quia in hoc ostendit se vere esse Nouum expositorem:
quia recedit a vestigijs patrum antiquorum. ¶ Ex his
patet improbatio huius expositoris.

Ad aliam questionem de spiritu sancto procedendum est eodem modo quo in precedenti q. processum est. ¶ Dicit ergo primo q amor in nobis productus habet ad voluntatem vt producentem relationem secundi modi: et illa forte est mutua. habet etiam aliam relationem ad obiectum pertinentem ad tertiũ modum relatiuorum: et illa non est mutua: quia sicut scientia refertur ad scibile: et non econuerso: ita amor ad amabile et non econuerso. Et sicut habet amor formaliter habitudinem aliquam ad obiectum: ita illud quod producit amorem posset denominari ab illa habitudine si esset verbum impositum hoc significans actiue. Ita in diuinis spiritus sanctus ex vi productionis sue non quidem proprie sed appropriate est amor omnis amati necessario: et ideo habet aliquam relationem rationis formaliter ad sic amatum. Producens autem ipsum potest denominari ab eadem habitudine quasi principiatiue: et ista habitudo vt principiatiue denominans importatur per hoc verbum diligere: quando dicuntur pater et filius diligere se spiritu sancto. hoc quippe est patrem et filium producere amorẽ qui est patris et filij: sicut patrem dicere se verbo est producere ipsum verbum quod est declarans ipsum patrem &c.

Ad argumenta principalia dicta sunt. ¶ Nota tamen pro responsione ad tertium argumentum cum dicitur. ergo pater diligit se spiritu sancto. ly se potest construi transitiue vt sit sensus. pater diligit filium et filius patrem: vel reciproce vt sit sensus. pater diligit se et filius diligit se: et vtroque modo propositio est vera. ¶ Ad improbationẽ respondet Doc. q prius origine pater diligit se formaliter dilectione essentiali: sed spiritu sancto diligit se principiatiue eo modo quo supra expositum est. licet Henri. velit q propositio sit concedenda capiendo ly se trãsitiue: quia si pater et filius voluntate inquantum concors est spirent. Sed hoc improbatum est supra distinctione xij. ¶ Ibi. Ad vltimum dico q non oportet. Cum vltimo arguitur sic. eodem diligunt pater et filius se et creaturam sed non diligunt creaturam spiritu sancto. ergo nec se. Respondet Doctor in sententia q maior est falsa proprie loquendo: et minor vera: quia dilectio essentialis non est communicata creature sicut spiritui sancto: nec spiritus sanctus necessario vel ex vi productionis est amor creature: quia ipsa contingenter amatur a deo. Completa enim productione personarum est pure contingentia ad amandum creaturam. vt clare patebit in secundo distin. prima qõne prima. Et sic finis huius distin.

¶ Distin. 33. et distin. 34.

Hic tria queruntur. Primo an proprietas sit idem cum persona? Pz q non in dist. xxvj. ꝫ Prepositiuũ: et patuit improbando opinionẽ Gre. qui dicit q in persona nõ erat proprietas inclusa. vt supra patuit. d. z. parte secũda. q. j. ¶ Secũdo an proprietas sit idem cum essentia? Pz q distinguunt. vt. ꝫ. patuit. di. z. vbi. ꝫ. et. d. 8. q. pe. ¶ Tertio an persona sit idẽ cũ essentia? Pz q distinguunt ex hiis. ꝫ. di. secũda loco preallegato. d. 8. q. penul. d. xiij. d. xxiij. d. xxv. d. xxvj. et alibi. Et ideo non oportet modo istas questiones aliter pertractare &c.

¶ Distin. xxxv. q. vnica.

An in deo sint relationes eterne ad omnia scibilia &c.



Circa istam questiões Notandum est q ad intellectionem alicuius tria requiruntur. Primo obiectum cognoscibile: quod maxime requiritur in ratione termini: et q actiue concurrat ad intellectionem hoc non est principaliter ex ratione obiecti: sed quasi accidit sibi. Secundo requiritur intellectus vt recipiens talem intellectionem qua formaliter intelligit. vt patet supra distinctione tertia questione septima. Et q intellectus vt intelligens concurrat actiue ad intellectionem: hoc non est ex ratione intellectus: patet quia si deus infunderet intellectionem lapidis in intellectu: intellectus tunc diceretur intelligere et tamen non concurreret actiue. Tertio requiritur ratio cognoscendi. Et hec ratio dupliciter intelligi potest. Aut q sit simpliciter ratio representãdi obiectum in ratione intelligibilis. sicut species intelligibilis in cognitione abstractiua. vt patet supra distin. tertia q̃stione. vj. et penultima. Aut sit ratio representandi in cognitione intuitiua: et sic quiditas actu existens potest esse ratio representandi se in ratione intelligibilis intuitiue: quod tunc dicitur perfecte presens quando est in potentia perfecta ad causandum partialiter cognitionem intuitiuam. et hoc dupliciter. quia aut est ratio representandi se sub ratione proprie essentie: et sub propria presentialitate: aut sit ratio representãdi non tantum se: sed etiam aliud eminenter contentum in illo. Primo modo quelibet creatura actu existens in propria existẽtia: et maxime loquendo de creatura absoluta poterit esse ratio representandi se cuilibet intellectui creato. Secũdo mõ essentia diuina est ratio representãdi se perfectissime: et quodlibz aliud distinctũ ab ipsa. vt pz a Doc. ꝫ. q. penul. prolo. di. secũda et. viij. et infra. xxxix. et alibi. Nam aliud ab essentia diuina ex sua rõne non fit presens intellectui diuino. vt pz a Doc. Secundo principaliter ratio intelligẽdi potest intelligi requiri aut vt ratio mouendi. i. producendi partialiter ipsam intellectionem: et hoc modo in cognitione abstractiua species intelligibilis dicitur ratio cognoscendi obiectum: quia ipsa est causa partialis intellectionis abstractiue. vt patet. ꝫ. di. 3. q. vj. et vij. et penultima. et dist. xvij. Et hoc loquendo de cognitiõe naturaliter acquisita: quia deus posset infundere cognitionem abstractiuam alicuius obiecti. vt pz a Doc. in secũdo dist. 3. aut in cognitione intuitiua requiritur ratio cognoscendi in ratione motiui: et sic quelibet creatura habens propriam existentiam distinctã ab alia (maxime si est absoluta) potest esse ratio cognoscendi in ratione motiui. idest q partialiter potest concurrere ad productionem intellectionis sui. Et hoc modo nulla creatura potest esse ratio cognoscendi se: respectu intellectus diuini. vt patz a Doctore supra questione penultima prolo. distin. prima et secunda. et hic infra. et. xxxix. et alibi. Potest etiam aliquid esse ratio cognoscendi aliqd in rõne motiui nõ tñ se sz et qdlibz eminenter contentũ in illo: et quodlibet idemptifica-

Quetquot regrant ad cuiusuis intellectionẽ de hoc tñ v de ct. ꝫ. d. 3

De rõne cognoscẽdi. vt de hic in sẽ notanda.

tum realiter illi: et sic essentia diuina est ratio cognoscendi se in ratione quasi motiui: et proprietates ypostaticas et relationes communes in ipsa. vt equalitas similitudo identitas: et omnem aliam creaturam. vt patet a Doctore sparsim in diuersis locis: maxime in prolo. q. prima et penul. distinctione tertia. et. xv. xxxix. xliij. questione quolibe. et alibi. Et hoc ultimo modo probabit Doc. quod essentia diuina est ratio cognoscendi respectu intellectus diuini omne aliud ab ipsa non tantum in ratione motiui vel quasi motiui: sed etiam in ratione representatiui. nam ipsa sola sufficit ad habendam cognitionem cuiuscunque. ¶ Si dicatur: nonne intellectus diuinus concurrit ad huiusmodi cognitionem respectu aliorum? ¶ Dico quod sic. tamen obiectum dicitur concurrere respectu cognitionis sui et omnium contentorum in illo: quia talis cognitio principaliter specificatur ab obiecto: ideo magis appropriate dicitur essentiam esse rationem cognoscendi se: et omnia alia a se: et sic patet titulus huius questionis: quomodo debeat intelligi. ¶ Ibi. Ponuntur igitur relationes esse eternas. ¶ Dicit Tho. quod essentia diuina non est ratio cognoscendi omnia alia ab ipsa. Sed tot relationes rationis requiruntur in ipsa quot sunt obiecta cognoscibilia inter se distincta alia ab ipsa: ita quod essentia sub relatione rationis representatiua lapidis est ratio cognoscendi ipsum lapidem. Et similiter sub alia relatione rationis representatiua hominis: est ratio cognoscendi hominem. Et sic de aliis.

Essentia diuina est ratio cognoscendi et representandi omnia et cetera.

S. Tho. j. pte. q. xv. ar. z. et gos.

Aliter ponitur.

Henri. vult quod essentia nude sumpta non sit ratio cognoscendi alia obiecta a se. Sed essentia sub ista relatione rationis qua comparatur ad creaturam in ratione imitabilis: et sic illa relatio erit ratio cognoscendi omnem creaturam. et hec opinio differt a prima in hoc: quod hec vult quod ipsa essentia diuina vt cognita sub ista relatione rationis sit simpliciter ratio cognoscendi alia. Alia dicit quod ipsa essentia sub distinctis relationibus rationis est ratio cognoscendi alia: ita quod quodlibet obiectum cognoscibile requirit in essentia diuina propriam relationem rationis que sit propria ratio cognoscendi illud. Et sic patent iste due opiniones.

He. quoli. v. q. 3. et quoli. . q. j. z. 8. et quoli. 9. q. z. et hoc vide et Tho. vbi .

Contra conclusionem

in qua concordant iste opi. Concordant in hoc. quod essentia diuina non est ratio cognoscendi distincta obiecta: sed ratio cognoscendi inquantum habet relationem rationis ad ipsa. Contra hoc arguit Doc. Cuius ratio stat in hoc: Quia cum ille rationes cognoscendi sint distincta obiecta inter se: sunt ita cognoscibiles ab intellectu diuino sicut obiecta distincta representata per illas. ergo si essentia diuina non potest esse ratio cognoscendi distincta obiecta nisi sub alia et alia ratione. Si est ratio cognoscendi per illas rationes distincta obiecta: sequitur quod erit ratio cognoscendi sub alia et alia ratione representante illas alias rationes. Et sic in infinitum. ergo si essentia vt nude accepta est ratio cognoscendi illas distinctas rationes cum sint distincta obiecta cognoscibilia: erit etiam ratio cognoscendi vt nude accepta obiecta representata per illas rationes et cetera.

Et cum dicitur quod essentia sit ratio cognoscendi vel vt obiectum cognitum vel vt ratio cognoscendi. Sic intelligitur quod cognitio essentie est ratio cognoscendi alia obiecta: et hoc est quod dicit velud obiectum cognitum: vel ipsa sit ratio cognoscendi in representando vel in mouendo. vt dixi supra. Et similiter secundum illos qui ponunt rationem communis et cetera. vel illa ratio communis est ratio cognoscendi vt obiectum. idest quod cognitio illius rationis sit ratio cognoscendi obiectum representatum: vel quod ipsa sit ratio representandi vel mouendi. Et sic patet ista ratio. ¶ Ibi. Sed dices quod iste rationes et cetera. Hoc patet. ¶ Ibi. Preterea. Secundo cuiuscunque obiecti ratio. ¶ Tota ista ratio stat in hoc. Si enim aliquod obiectum puta. a. sit ratio cognoscendi se perfecte. idest quod ipsum. a. sub ratione sua absoluta: et vt nude acceptum est ratio limitata: puta cognoscendi se tantum. Sed si aliquod obiectum sit ratio illimitata cognoscendi se et alia: sequitur quod sicut nude acceptum est ratio cognoscendi se: ita vt nude acceptum est ratio cognoscendi alia. Nam illa alia secundum suam entitatem absolutam eminenter continet: et patet quod sub ratione absoluta est ratio cognoscendi alia: quia illimitatio obiecti non aufert ab aliquo aliquam perfectionem: immo magis addit vt patet. Nam si igni sub ratione absoluta ignis est ratio limitata producendi ignem in alia materia: sol qui est illimitatus ad producendum plura specie distincta: etiam sub ratione sua absoluta et essentiali erit ratio producendi illa absoluta. Cum enim essentia diuina sit simpliciter ratio limitata respectu omnium cognoscibilium: et respectu cognitionis sue est ratio vt nude accepta: ergo vt nude accepta erit ratio cognoscendi omnia alia et cetera. ¶ Et tangit Doctor hic vnum de determinato ad plura positiua: et de indeterminato ad plura contradictoria: hoc vide supra distinctione vigesima octaua questione vltima. Hic in proposito essentia diuina sub ratione sua absoluta est indeterminata ad omnia obiecta cognoscibilia tanquam ad plura positiua: quia ipsa est ratio cognoscendi omnia. non est autem indeterminata contradictorie: ita quod sit indeterminata ratio cognoscendi. a. vel non cognoscendi. a. immo est determinata ratio sic simpliciter cognoscendi. a. quod contradictorium huius simpliciter repugnat sibi. scilicet esse rationem non cognoscendi. a.

¶ Ibi. Preterea tertio. Hic nota aliqua. Primum. quod vna operatio maxime intellectiua et perfecta debet habere vnum principium per se quod sit ratio formalis principiandi illam operationem: et vnum per se obiectum ad quod terminetur illa operatio per se: vt patet. Secundum. essentia diuina et relatio rationis sunt vnum per accidens. vt patet hic et supra distinctione octaua questione penultima. Cum ergo intellectio puta lapidis in intellectu diuino sit vna per se operatio: et lapis sit vnum obiectum per se respectu huius operationis: oportet assignare aliquod principium quod per se vnum: illud non potest esse constitutum ex essentia diuina et illa relatione: cum sit vnum per accidens: ergo vel ista relatio erit principium per se? aut essentia sola? Non primum: patet: quia relatio rationis non potest esse ratio cognoscendi lapidem: nec vt obiectum cognitum nec vt ratio cognoscendi: quia cognitio lapidis in deo est perfectio simpliciter. Hec potest dici quod sit ratio recipiendi cognitionem lapidis in intellectu diuino: sicut dicimus quod rationale est ratio recipiendi risibile in homine. Nam si sic esset ratio: tunc ens rationis esset ratio recipiendi perfectionem simpliciter: et sic ens rationis preexigeretur de necessitate ad entitatem perfectionis simpliciter: quod est falsum: et est improbatum est d. 8. q. penul. Relinquitur ergo quod ipsa essentia diuina: vel vt primum obiectum cognitum: vel vt ratio cognoscendi: sit ratio cognoscendi lapidem et omnia alia.

¶ Sed

Dubitatio: et re[spon]sio.

Sed oritur difficultas. primo quia dicit quod essentia cum tali relatione non potest esse principium etc. Nam ·s· d·3·q·penulti·d·17· Intellectus et species intelligibilis faciunt unum per accidens: et tamen sunt unum principium quo cognoscendi. ergo similiter erit hic. ¶ Dico quod ·s· dixit Doc· quod accidit intellectui quod informetur tali specie· Immo intellectus ut intellectus est causa partialis: et similiter species intelligibilis ut huiusmodi· Hic autem non est sic: quia isti ponunt illam relationem rationis esse totalem rationem cognoscendi: vel ipsam essentiam sub tali relatione· quod est falsum· ¶ Si dicatur quod sicut species intelligibilis concurrit partialiter ita et hec relatio· ¶ Dico quod non sequitur: quia ibi species intelligibilis est unum ens reale habens propriam existentiam· ut ·s· patuit·d·3·q·6·7·et·8·d·17·et in·2·d·3·et alibi· Hec autem relatio est ens rationis· cognitio autem lapidis est ens absolutum et perfectio simpliciter·

Responsio · Obiectio· Solu·

Alia dubitatio·

Secundo dubitatur· Ibi quando dicit quod cognitio lapidis est perfectio simpliciter· Aut intelligit quod ipsa cognitio absolute sumpta est perfectio simpliciter: aut ut est lapidis tanquam termini cogniti? Primo modo verum dicit sed nihil ad rem· Secundo modo talis respectus non est perfectio simpliciter· ut patet a doc·q·j·quoli· ¶ Dico quod ipsa intellectio potest tripliciter intelligi perfectio simpliciter· Primo in se et absolute sumpta· Secundo ut est ratio proxima producendi omnia entia in esse cognito· ut patet·s·d·3·q·4· et·d·36· Tertio modo ut terminatur ad esse cognitum· primo et secundo modo est simpliciter perfectio simpliciter·tertio modo licet in se formaliter ut dicit talem respectum non sit perfectio simpliciter: est tamen talis perfectio quod de necessitate preexigit perfectionem simpliciter· Aliquam enim intellectionem terminari ad omnia obiecta perfectissime preexigit ipsam esse formaliter infinitam: ut ex intentione doc· patere potest ·s·d·2·et in quoli·q·j· Potest etiam dici quod intellectio lapidis in deo est perfectio simpliciter complective: hoc scilicet modo quod licet in se sit formaliter infinita· ut patet·s·d·8·q·penul·tamen quodammodo dicitur compleri ex hoc quod terminatur ad omnia cognoscibilia: non quod talis terminatio addat sibi aliquam novam perfectionem: quia si per impossibile talis intellectio non terminaretur ad aliquod obiectum extra adhuc esset formaliter infinita: sed quo ad hoc quod illa intellectio non videtur ita manifesta sapientia nisi terminetur ad omne cognoscibile: et hoc patet·s·respondendo ad Aug.

Solu·

Dubium·

Tertio est dubium in hoc quod dicit doc. in principio· quod intellectionis per se debet esse unum obiectum et unum principium quo· Nam ipse expresse vult quod principium formale quo productivum est obiectum et intellectus· ut patet·s·d·2·et·d·3·q·7·8·et·9·et·d·7· q·5·quoli·et alibi· Quomodo ergo si obiectum sit principium quo: sit etiam obiectum requisitum ut terminus? ¶ Dico quod tenendo quod essentia divina et intellectus divinus sit principium quo respectu cognitionis lapidis: clara est responsio: quia obiectum puta lapis tantum requiritur in ratione termini et nullo modo ut principium quo: ut patet a doc· in pluribus locis: et sic est de quolibet obiecto quod virtualiter continet aliud vel essentialiter: illud obiectum si est causa cognitionis alterius contenti essentialiter vel virtualiter erit principium quo: et illud aliud contentum erit obiectum tantum terminativum· ut patet·s·a doc·d·3· ¶ Sed est difficultas de obiecto quod est principium sue cognitionis: quomodo requiratur et ut quo et ut terminativum· ¶ Dico quod obiectum ut est perfecte presens intellectui in ratione obiecti est simpliciter principium quo producendi cognitionem sui: et quia talis cognitio erit alicuius termini: ut patet.·s·a doc·d·3·q·ulti·in responsione ultimi argumenti: illa cognitio non poterit esse alterius termini nisi obiecti cogniti: et sic idem potest esse principium quo producendi cognitionem et obiectum terminans· Nam terminare cognitionem non dicit relationem realem in ipso termino· ut patet·j·d·36·

Responsio· Alia difficultas·

Responsio

Ultimo dubitatur· Quia dicit doctor quod cognitio lapidis in deo est una operatio per se· Hoc videtur contra ipsum: quia ipse vult expresse quod ens absolutum et ens rationis dicantur tantum unum per accidens· ut patet hic et·s·d·8·q·penul·et·d·27·q·ulti·et vult quod omnis respectus ad extra sit tantum ens rationis· ut patet ab ipso·d·27·q·3·d·18·in reportationibus·d·j·q·j·et·q· j·quoli·d·j·tertij·d·30·primi·et alibi· Cum ergo cognitio lapidis dicat respectum ad ipsum lapidem· ut patet: quia ipse dixit·s·d·2·et·j·d·39·quod talis intellectio in se non diversificatur sed tantum secundum diversos respectus rationis· ergo cognitio lapidis ut lapidis includit aliquem respectum rationis· ergo talis cognitio lapidis non erit una operatio per se· ¶ Dico breviter quod ipsa cognitio divina est una operatio per se: et quod terminetur ad lapidem· Dico quod terminari ad lapidem non dicit aliquem respectum rationis: ut patet·j·d·36· et patet·s·d·30· Immo prior est intellectio lapidis quam sit respectus rationis· ut patet·j·ista distin· Et cum dicitur quod ipsa diversificatur non in se sed secundum diversos respectus prout terminatur ad aliud et aliud obiectum· Dico quod hoc non debet intelligi quod diversificetur quo ad respectus diversos formaliter existentes: sed tantum secundum diversas terminationes que attenduntur penes diversos terminos: Dicitur ergo diversificari propter diversos terminos: hoc est quod terminatur ad alium et ad alium terminum: et talis diversitas in illa est ibi secundum denominationem extrinsecam terminorum· Sicut etiam dicitur quod volitio divina diversificatur secundum diversa producta vel creata· non quod sit ibi alia et alia relatio ad creaturas: sed denominatione extrinseca: quia alia et alia creatura secundum aliam et aliam relationem terminatur ad ipsam· ut patet·s·d·30·et hic et·j·d·36·et alibi· ¶ Ibi· Et ex hoc ultra ostenditur· ¶ Quia dicit ista opinio· quod essentia sub ista relatione est ita formaliter infinita et illimitata sicut in se: et per consequens si potest esse sub ista relatione: ita et sub alia et alia et sub quacunque ponatur semper erit illimitata respectu omnis cognoscibilis· ergo falsum est dicere quod talis relatio terminet illam etc·

Alia dubitatio·

Solu·

Contra opi·primam· Hic Doctor reducit Tho· ad hoc inconveniens· quod si in essentia divina requirit relatio rationis respectu lapidis: et alia respectu hominis erunt ibi reales· quod probat: quia relatio rationis est fabricata per intellectionem negociativam· ista relatio rationis non erit causata per intellectionem lapidis ut lapidis· patet quia ratio cognoscendi lapidem precedit cognitionem lapidis ut lapis est: nec erit causata per intellectionem terminatam ad deum· Et hoc ipsi concedunt· ergo si ponuntur huiusmodi relationes: erunt ibi reales· quod falsum est· Et quod dicit ibi quod conceditur ab eis ubi minus videtur· Nam ipsi conce-

dunt q persone diuine siue proprietates relatiue non sunt ibi causate per intellectionem dei: nec principia producendi illas proprietates sunt ibi per huiusmodi cognitionem. Si ille non sunt ibi per cognitionem dei multominus nec iste relationes rationis·¶ Ibi· Preterea· Secundum aliquos istorum· Hec est opinio Hen. que patet· Si ergo relatio rationis lapidis et relatio rationis albedinis inquiruntur de necessitate cum sint ille tantum distincte ratione et dicuntur sic erunt sufficientes ad distinctionem realem ipsius: puta·a·et·b· Nam ideata producuntur ad extra secundum rationes ideales·et hoc videtur inconueniens·¶ Ibi· Preterea· res extra· Hic supponitur vnum q quicquid deus intelligit est intra se.i· q talis intellectio terminatur ad obiectum vt relucet in deo et non in se. Cum ergo isti maxime Hen· velit q omnis distinctio que ponitur intra: precedat intellectionem· ergo nihil intra terminat intellectionem quam obiectum secundarium·

Contra secundam positionem· Hic doc·reducit Hen· ad hoc inconueniens·q essentia diuina sub tali relatione sibi necessario requiritur: ita esset ratio cognoscendi lapidem si in se non existeret supple essentia: sicut si in se existeret: qd est valde inconueniens· Et hec ratio est satis clara: hic et·ii·d·8·q·penul·¶ Alie due rationes sequentes sunt clare· Quarum prima stat in hoc: q: essentia est prius imitabilis a creatura quam comparetur ad creaturam vt imitabilis: aliter non posset vere comparari sub tali ratione·ergo ante istam comparationem est in essentia imitabilitas: sed secundum aliquos istius vie relatio aptitudinalis est eadem cum actuali propter quam idemptitatem in deo dicunt non esse aliam relationem nouam et antiquam: nec etiam aliam creatiui et creantis· ergo iste relationes in essentia ut in obiecto comparato non erunt primo ad extra: sed erunt alie priores et reales: vt videtur·Secunda stat in hoc· Posito q essentia vt cognita sit ratio deueniendi in notitiam lapidis: tamen videtur postea q intellectus diuinus possit cognoscere lapidem in se et non precise per hoc q comparat essentiam suam ad lapidem: q: sic sine tali comparatione alterius ad ipsum possumus nos intelligere lapidem· In ista intellectione lapidis quero in quo est relatio ad lapidem: non in essentia vt in obiecto comparato: q: in isto obiecto: vt sic non est intelligere vt obiectum comparatum· ergo oportet intelligere eam in intellectione vel in ratione intelligendi: et redibit ad aliquam illarum opinionum.

Apparens contradictio doctoris·

Sed in hoc qd dicit Doc· q intellectus diuinus poterit postea cognoscere lapidem in se videtur sibi contradicere: q: in quoli· q·i·arti·vlti·sic dicit ad litteram· Illud qd cognoscitur per aliud bene potest imediate cognosci: sed non sic illud qd precise cognoscitur in illo: sicut intellectus diuinus precise cognoscit creaturam in essentia diuina et non per illam creaturam vt obiectum imediatum: q: tunc intellectio eius vilesceret·hec ibi·¶ Respondeo· Primo·q posito q intellectus diuinus non cognoscat lapidem nisi precise in essentia sua: adhuc non contradicit sibi: q: hic accipit lapidem posse in se cognosci vt precise distinguitur contra hoc qd est cognosci precise per essentiam vt actu comparatam ad ipsum lapidem: q: tali comparatio sit ratio cognoscendi ipsum lapidem· In quoli· vero q ipse lapis cognoscitur absolute in essentia cognita: et non precise in essentia inquantum comparatur ad ipsum lapidem·¶ Dico secundo q lapidem cognosci in se potest dupliciter intelligi·

Concordantia notanda:

Uno modo vt in se presens intellectui diuino· Alio modo vt tantum presens in essentia diuina· Primo modo non potest in se cognosci: q: tunc intellectus diuinus vilesceret: q: tunc ex natura sua non haberet vnde posset habere presentiam cuiuscunque obiecti: et per consequens non haberet a se vnde posset quodcunque intelligibile intelligere· Secundo modo potest intelligere lapidem in se·vt supra patuit·d·2·q·i·mo do in quoli· vult q creatura non cognoscatur in se·primo modo licet bene secundo modo· Forte etiam potest intelligi q non cognoscit lapidem in se· idest per motionem ipsius lapidis et c·

Potest dici ad·q· Nunc Doc·respondendo ad·q· ponit plura dicta·¶ Primum q relatio precipue realis terminatur ad absolutum vt absolutum·vt·3· patuit·d·30·et ibi improbate sunt multe opiniones· Et si diceretur q aliqua relatio terminatur etiam ad aliquod relatiuum·vt patet in relationibus quarum vna fundatur in alia·vt patet de proportionalitate et proportione de quibus supra patuit· Dico primo q relatio realis vltimate terminatur ad absolutum· Dico secundo q quamuis aliqua relatio terminetur ad relatiuum: aliquod: non tamen terminatur ad illud sub ratione relatiua sed magis sub ratione absoluti· idest q non terminatur vt ad correlatiuum: licet enim relatiuum terminet non tamen sub ratione qua sit correlatiuum· Secundum dictum· q obiectum intellectionis nostre terminat relationem ipsius inquantum mere absolutum: et sic ipsa intellectio est mensurata per ipsum· Hoc debet sane intelligi de ista mensura: q: forte non quodcunque obiectum terminatiuum est mensura intellectionis: q: intellectio aliquando terminatur ad ens rationis et forte ens rationis non erit mensura eius absoluti cuiusmodi est intellectio ipsius· Et ideo de huiusmodi mensura vide Doc·in quoli·q·13· Tertium dictum est·q intellectio diuina est mensura omnium aliorum a se intelligibilium: et sic sequitur q omnia alia precise referuntur ad intellectionem diuinam: et ipsa terminabit relationem istam sub ratione mere absoluti.

Doc·sibi videtur contradicere·

Hic videtur aliqualis contradictio· Tum q: Doc·vult in·4·d·3·q·5·q non requiratur presentia obiecti propter terminationem intellectionis licet requiratur propter causationem: et sic licet creatura etiam ab eterno nullum esse habeat: tamen poterit terminare actum intellectus diuini: et per consequens obiectum tale non terminatur ad ipsum actum· Tum q: alibi Doc·vult q de ratione obiecti sit terminare actum intellectus et non mouere ipsum intellectum. ergo respectu intellectus diuini obiectum terminabit actum intelligendi diuinum· Tum q: ipse·i·d·39·vult q idem actus intellectus diuini possit diuersificari secundum diuersos respectus inquantum·scilicet terminatur ad aliud et aliud obiectum· Tum q: hic presenti distinctione dicit q obiectum q: terminat intellectionem est mensura ipsius· ergo vt hic terminat habebit rationem mensure et non ipsa intellectio diuina·¶ Dico q intellectio diuina ideo dicitur mensura omnis obiecti alterius a seipsa quia omnia tali actu intelligendi producuntur in esse cognito. Tum q: huiusmodi obiecta non sunt in memoria diuina ex natura rei: sed tantum per actum intellectus diuini·vt patet a Doctore in·2·d·i·q·i·et in quoli·q·15· Tum q: totum eorum esse possibile est ab actu intellectus diuini vt·i·patebit·d·36·et·d·43· Et sic dicimus q

Solu·

mus quod huiusmodi obiecta terminantur ad actum intellectus diuini· Et per consequens est mensura omnium illorum· Non negamus tamen quin intellectus diuinus cognoscat illa: et per consequens quin talis intellectio terminetur ad huiusmodi obiecta vt habentia esse per actum intellectus diuini: sed non terminatur ad illa vt habentia esse ex natura rei·idest vt inquantum sunt in memoria diuina ex natura rei: quia tunc intellectus diuinus vilesceret· Ex his patet ad obiectiones· Quartum dictum· Prima intellectio diuina que beatifica est: est essentie vt essentia sine omni respectu rei vel rationis: et hoc propter identitatem realem perfectam intellectus ad essentiam absolutam· De hoc clarius vide in quol·q·13·vbi Doc·vult quod non est necesse intellectionem includere relationem ad obiectum etiam vt actu existens: et patet de intellectione diuina· vide ibi·Et quod non sit relatio realis inter primam intellectionem beatificam et essentiam diuinam·patet: quia relatio realis est inter extrema realiter distincta·Et si etiam extrema non sunt realiter distincta: et sit relatio realis: cuiusmodi est relatio mouentis et mobilis in eadem re puta voluntate: tamen talis relatio non erit realis nisi ipsa voluntas vt mouens et vt mota compararetur ad aliquid realiter distinctum cuius ipse sit principium productiuum et eiusdem principium receptiuum: puta quando comparatur ad velle productum· De hoc vide in·2·d·25·expositionem quam ibi feci· In proposito autem intellectus diuinus et essentia diuina nec realiter distinguuntur nec comparantur ad aliquod tertium sic quod possit realiter recipi vt distinctum realiter·Sic ergo patet quomodo ibi non est relatio realis: nec etiam rationis: quia relatio rationis per actum comparatiuum intellectus: et talis actus presupponit actum rectum·Et ideo dixit Doctor quod intellectio diuina omnino prima non includit etc·Quintum dictum quod est conclusio principalis illata ex aliis dictis est·quod non oportet propter intellectionem alicuius obiecti precise querere relationem nec in vtroque extremo·scilicet intellectione et obiecto: nec in altero· ergo oportet aliquid aliud addere propter quod sit relatio in vtroque extremorum vel in altero·Illud autem non videtur esse nisi vel mutua coexigentia si est relatio mutua: vel dependentia in altero extremo si non est mutua. Hic autem quando deus intelligit aliquid aliud a se non potest poni mutua coexigentia in vtroque extremo· ergo precise sufficit ponere relationem in altero extremo vbi est dependentia: illud est obiectum vt cognitum·Aduerte tamen quod obiecti cogniti ad actum cognoscendi diuinum non est dependentia aliqua realis nec essentialis: quia talis proprie fundatur in aliquo reali actu existente: et patebit·4·d·36·et etiam patuit·d·3·q·4· Sed eo modo quo obiectum cognitum habet esse eodem modo dicitur dependere: et quia habet esse tantum secundum quid: ideo est ibi dependentia tantum secundum quid·¶ Ibi·Preterea voluntas fruens fine non producit aliud ab ipso fine in esse volito. sed tantum producit ipsum finem in esse tali·puta volito vel amato: et hoc comparando ipsum finem ad aliud·idest quod quando voluntas amat finem vltimum comparando ipsum puta ad Joannem: nihil producit in ipso fine preter ipsum esse volitum siue amatum· idest quod nullum respectum vltra respectum quod est esse amatum producit in ipso fine: sed magis econtra · scilicet amando·a·propter finem comparando ipsum·a·producit in ipso·a·respectum aliquem rationis·ergo a simili in intellectu cognoscente primum obiectum et ex illius cognitione cognoscente obiectum secundarium nulla relatio videtur produci in ipso primo obiecto ad secundum obiectum sed econtra · Aduerte tamen quod non negat Doc·quin possit causari aliqua relatio rationis in ipso fine: quia intellectus potest ipsum comparare in ratione amabilis etc·Sed vult quod voluntas ex hoc solo quod diligit vltimum finem: puta vt summum bonum mihi non causat in ipso summo bono aliquem respectum preter hoc quod est esse amatum vt summum bonum· Sed si tamen per huiusmodi cognitionem debet causari aliquis respectus: magis erit amando aliquid propter finem·et hoc est quod dicit·¶ Ibi·Concedi potest etc· Hic declarat intentum principale de huiusmodi relationibus eternis·Dicit ergo quod potest concedi quod in deo sunt relationes eterne ad obiecta cognita sed non priores naturaliter ipsis cognitis in ratione obiectorum· Et declarat per exemplum· Deus in primo instanti intelligit essentiam suam sub ratione mere absoluta · In secundo instanti producit lapidem in esse intelligibili et intelligit lapidem: ita quod est ibi relatio in lapide intellecto ad intellectionem diuinam sed nulla adhuc in intellectione diuina ad lapidem: sed intellectio diuina terminat relationem lapidis intellecti ad ipsam· In tertio instanti forte intellectus diuinus potest comparare suam intellectionem ad quodcunque intelligibile ad quod nos possumus comparare: et tunc comparando se ad lapidem intellectum potest causare in se relationem rationis·Et in quarto instanti potest quasi reflecti super ipsam relationem causatam in tertio instanti : et tunc illa relatio rationis cognita erit·¶ Aduerte tamen quod quando doc·dicit quod in primo instanti cognoscit essentiam sub ratione absoluta: accipitur illud instans pro instanti vt complectitur omnia instantia que respiciunt omnia illa que sunt ad intra . Sunt enim ibi plura instantia quam vnum·vt patet a Doc·in·d·2·d·1·d·26· et alibi sepe: et sic antequam comparetur ad extra prius intelligit omnia que sunt ad intra·scilicet essentiam: attributa: proprietates personales: personas: relationes communes·Et post comparatur ad extra: et sic debet intelligi illud secundum instans in quo scilicet intellectus diuinus comparatur ad extra· ¶ Item nota quod dicit quod in illo secundo instanti producit omnia in esse intelligibili debet sic intelligi·quod antequam actus intellectus diuini comparetur ad extra: creature nullum esse habent nec etiam secundum quid : sed actu suo facit illa in esse obiectali·idest quod producit illa in esse cognito : sic quod ante illud esse cognitum nullum penitus esse habent: sed hoc magis patet·4·d·36·et·d·43·et in·2·d·1· q·1·Deinde cum dicit quod forte intellectus diuinus etc· quomodo talis relatio rationis dicatur cognosci ab intellectu diuino cum sit primum ens rationis: et per consequens non sit ibi ex natura rei et propterea non continеatur nec virtualiter nec eminenter in deo: nec intellectus diuinus possit aliquo modo cognoscere abstractiue sed tantum intuitiue· Unde prolixam expositionem quam prius feci vbi singularia dubia sunt soluta etc· Patet ergo ex his quod si relationes eterne ponantur in essentia diuina ad omnes creaturas: quod tales relationes non sunt priores ipsis obiectis cognitis: quia fiunt in tertio instanti · Et sic patet quomodo relatio rationis non est necessaria ad intelligendum lapidem tanquam prior lapide vt obiectum· Immo ipsa vt causata est posterior: quia in tertio instanti: et adhuc erit posterior: vt cognita quia in quarto instanti · Ultimum dictum est·quod ista via videtur tenere istam propositionem que videtur probabilis·quod relatio non naturaliter co-

Notabilis declaratio·

De istis in stantibus vide sepe·3·in hoc primo·

gnoscitur nisi cognito termino·ut magis supra patuit in prolo·q·j·et patet diffuse i quoli·q·14· Et quomodo cognitio relationis dependeat a termino exposui supra·d·3·q·3·

Apparēs contradictio·

Sed hic occurrit dubium: quia dicit quod relatio nō potest cognosci nisi termino precognito et expresse dicit in prolo·q·penul·quod cognitio relationis dependet a cognitione terminorum: et idē in isto·j·q·2·d·octaue· Hoc idem in quoli·q·14·ergo ex his sequitur quod cognitio relationis quam cognoscit intellectus diuinus et quo terminatur ad creaturam nō poterit cognosci sine creatura: et sic dependebit a creatura·quod est falsum et contra ipsum in prolo·q·penul·et in quoli·q·15·¶ Respondeo quod licet relationis cognitio dependeat a fundamento et termino sicut in esse ita et in cognoscibilitate: tamen cognitio poterit causari ab aliquo virtualiter cōtinente terminum et fundamentum secundum totam suam entitatem: ipsa tamen cognitio non poterit haberi nisi precognitis fundamēto et termino: quamuis·n· intellectus diuinus possit vere causare cognitionem paternitatis: non tamen poterit cognoscere distincte paternitatem nisi precognoscat terminum et fundamentum: quia cognoscere paternitatem in se et non cognoscere esse ad aliquid est non cognoscere paternitatem· Sic dico in proposito·quamuis cognitio illius relationis sit tantum a deo: ipsam non potest distincte cognoscere nisi precognita ipsa creatura ad quam terminatur: continet enim virtualiter secundum totam entitatem omnem creaturam in quocunque esse siue reali siue secundum quid: et sic patet quomodo Doc·nō cōtradicit sibi in aliquo·

Unio dictorum Sco·

Contra istud arguitur· Hic doctor arguit probando quod idee sint relationes: et quod sint in deo antequam intelligātur obiecta secundaria· Et probat primo per Aug·83·q·et·q·46· Si quid est in ideis tantavis constituitur vt nisi eis intellectis sapiens esse nemo possit: secundum autem istam positionem sapientia perfecta dei ad creaturas erit in secundo instanti: et precedit naturaliter tamen esse idearum quam cognitionem earum· ergo talia obiecta non sequuntur intellectionem dei· Item ibidem quod istarum cognitiōe sit anima beatissima: quod non esset verum de visione prima que est in creatore nec de visione que est in creaturis· ¶ Item que sunt diuisa in inferioribus·idest simpliciter alterius rationis non reducuntur ad aliquid vnum in superiori: ad vnum dico formaliter et eiusdem rationis· vt patet de intellectu et voluntate in nobis et in deo·ergo sicut intellectus in nobis secundum suam formalē rationem est passiuus: ita erit in deo: et per consequēs oportet sibi dare aliquam formam antequam operet actu·et sic vt habeat distinctam operationem oportet sibi dare distinctam formam: non autem potest dari si idee ponuntur consequi creaturarum intellectionem· Si propter illimitationem essentie diuine ponatur ipsa essentia vt omnino absoluta esse ratio cognoscendi omnes creaturas: cum ita sit illimitata inquantū intellecta sicut inquantum ratio: sequitur quod ipsa sola cognoscetur sub ratione obiecti· Aut si ponatur pluralitas ex parte obiectorum non obstante infinitate vnius obiecti: pari ratione videtur posse poni ex parte rationis intelligendi·

Ad ista. sententia· Augu·etc· Hic doctor exponit mentē propriā quid sit idea ipsam declarando per dicta Augu· Idea est ratio eterna in mente diuina secundum quam aliquid est formabile extra vt secundum propriam rationem eius: et exponit omnes particulas· Probatio prime particule·scilicet quod idea sit ratio eterna in mente diuina: et probat sic· Deus omnia potest causare rationabiliter·idest intelligēdo et videndo: vt·ū·patuit·d·2·q·j·quia est impossibile deum aliquid causare ad extra nisi preintelligat illud et voluntas velit vt·j·etiam patebit·d·39·et·45·igitur habet rationem secundum quam format·idest si deus causat·a·intelligēdo illud et volendo oportet quod prius habeat obiectum creabile presens non in se nec in memoria ex natura rei sed tantum in esse cognito: et illud esse cognitum vocat rationem secundum quam format·vt patet in·2·d·j·q·j·Sequitur· Non autem eandem·scilicet rationem omnium supple causabilium: sed singula causabilia proprijs rationibus format·idest quod omne causabile a voluntate diuina habet prius esse cognitum: et tale esse cognitum (vt dixi) vocatur ratio: et quia non potest distincta causabilia causare nisi precognoscat illa: ideo singulum causabile a voluntate diuina est prius cognitū ab intellectu diuino·ergo quodlibet causabile habet in mente diuina propriam rationem·idest proprium esse cognitum·Sequitur· Non autem rationibus extra se: quia nō eget in efficiendo aliquo alio a se·idest quod iste rationes sic necessarie ad causandum non sunt extra intellectum diuinum supple in esse reali: quia tunc in causando dependeret ab aliquo ente reali extra se: quod est impossibile: sed sunt in intellectu diuino tantum in esse obiectiuo et non ex natura rei: quia tunc intellectus diuinus vilesceret: sed tantum sunt ibi per actum intellectus diuini necessario causantis talia causabilia in esse cognito·vt·ū·patuit: et sic huiusmodi esse cognita dicuntur rationes in mente diuina: non quod sint idem realiter cum illa sint tantum ibi sicut cognitum in cognoscente obiectiue·Sequitur· Nihil autem est in mente diuina nisi incommutabile·idest quod tale esse cognitum vt est in mente diuina est incommutabile· Hec prolixe expositum est·ū·d·3·q·4·de sinceris veritatibus· Sequitur·ergo omne formabile·idest omne causabile potest formare·idest causare secundum rationem propriam·idest secundum proprium esse cognitū eternum in mente diuina· Nam omnia obiecta secundaria prius omni actu voluntatis ad extra producuntur ab intellectu diuino de necessitate nature·vt·ū·patuit·d·3·quōe de sinceris veritatibus: et sic patet· ¶ Ibi· Istud videtur consonare cum dicto platonis a quo accepit Augu·nomen idee· Ipse enim posuit ideas quiditates rerum per se quidem existentes secundū Aristo·et male·secundum Augu·in mente diuina et bene· Unde aliquando loquitur de mūdo intelligibili secūdum eum· Sicut igitur ponerentur idee secundum illam impositionem Aristo·quiditates rerum ita ponuntur secundum Pla· vt videtur quiditates habentes esse cognitum in intellectum diuino·

Idea quid sit

Sed in ista littera occurrunt alique difficultates· Prima· In hoc quod dicit quod esse cognitum lapidis vt causabilis est ratio eterna in mente diuina·idest quod tale esse cognitum necessario precedit quid sit illud esse cognitum an sit esse quiditatiuum rei: et tunc tale esse erit vnum per accidens: et sic de illo nihil per se potest predicari·vt patet a Doc·ū·d·2·q·2·et in·3·d·7·et sic omnes propositiones de quiditatibus erunt per accidēs et nulle erūt in primo modo dicendi per se: aut huiusmodi quiditates dicunt esse possibile rei precedens

Prima difficultas·

esse


esse cognitum? Et h. non vt infra patebit. d. 36. et. 43.
2. dubitatio. ¶ Secundo dubitatur in hoc quod dicit: quod respectu om-
nis causabilis precedit ratio secundum quam illud est
causabile: et talis ratio dicitur idea. ergo videtur sibi
contradicere: quia vult expresse: vt patebit. j. d. 39. con-
tra Bona. quod idea est tantum respectu necessariorum
et non respectu contingentium. modo causabile est con-
tingens cum illud sit producibile in actuali existentia.
ergo lapis vt existens habet ideam in mente diuina.
¶ Tum etiam videtur sibi contradicere in hoc quod di-
cit: quod tale causabile habet rationem in mente diuina
secundum quam voluntas diuina potest illud causa-
re: et sic tale esse cognitum necessario precedit hoc quod
est esse causabile a voluntate diuina. Et contradicit
his que. s. dixit in. q. vlti. prolo. vbi vult quod voluntas
diuina prius determinet aliquid fore quam intellectus di-
uinus intelligat illud fore. Hoc idem patet. j. d. 39.
Tertia. Et sic videtur sibi contradicere. ¶ Item dubitatur. quia
ponit ipsum esse cognitum siue ideas esse in mente di-
uina: et quod vt ibi habet relationem dependentie ad ac-
tum intellectus diuini: vt. s. patuit. Tunc quero quam
relationem habet. Si rationis? ergo et lapis vt sic fun-
dans huiusmodi relationem erit tantum ens rationis:
patet quia talis relatio non poneretur distingui ab ipso
lapide cognito: sicut nec dependentia creature in esse
reali ponitur distingui realiter ab ipsa: vt patet a Do
ctore in. 2. d. j. Tum etiam quia talis relatio esset causa
ta ab aliquo: et h. tantum ab intellectu diuino. ergo per
actum tantum collatiuum. ergo prius creatura ha-
bet esse cognitum quam comparetur: et in tali esse cogni-
to vere dependet ab actu intellectus diuini. ergo. Si po
nitur relatio realis? ergo creatura fundans illam ab
eterno habet esse reale: et sic existit ab eterno: quod est im-
possibile: non enim ens reale potest fundari in ente non
reali. vt patet. Tum etiam quia essentia et existentia sunt
idem realiter: vt patet a Doc. in. 2. d. j. ergo nec ha-
buit esse realis essentie: et tunc quero. esse cognitum
quod esse habet? si esse tantum rationis? ergo non fun-
dat relationem realem. si esse reale precedens existen
tiam? et hoc non: vt patebit. j. a Doc. d. 36. Tum etiam
quia si tale esse cognitum habet tantum esse secundum
quid et non esse reale: sequitur quod non erit differentia
inter lapidem cognitum et intentionem secundam. Et
multa alia possent adduci que transeo pro nunc.

Ad difficultatem. Respondeo ad primum dubium. vt ex-
posui in secundo Doc.
d. prima quomodo esse et essentia distinguuntur: vide
ibi. Dico secundo quod tale esse quod dicitur ab eterno es-
se quiditatiuum est esse possibile: quod esse possibile fun
datur in esse cognito: vt. j. patebit. d. 36. Intellectus enim
diuinus prius producit rem in esse cognito et post in
esse possibili. Unde Doc. j. d. 43. probat quod possibili
Ad secundum dubium. tas rerum est primo ab actu intellectus diuini. ¶ Ad
secundum dubium dico premittendo aliqua. Primum.
quod idea proprie respicit terminos: ita quod termini in es-
se cognito dicuntur idee: et non sunt proprie respectu
propositionum nisi forte necessariarum. vt. j. patebit
d. 39. Secundum. quod esse existentie puta lapidis habet
ideam: ita quod in mente diuina non tantum fuit ab eter
no esse cognitum lapidis inquantum lapidis: sed etiam
ab eterno fuit esse cognitum esse existentie aptitudina-
lis: et ab eterno ante omnem actum voluntatis diuine
ista fuit cognita. lapis est aptus natus existere. Sed quod
lapis actu existat tantum fuit cognitum post determi
nationem diuine voluntatis que determinauit produ
cere lapidem in esse actualis existentie. Et sic preces-
sit tantum cognito terminorum. Et similiter ab eter
no ante omnem actum voluntatis diuine ad extra in-
tellectus diuinus cognouit Joannem et etiam distin-
cte cognouit albedinem: et isti termini dicuntur proprie
ideati. Sed quod Joannes erit albus in tali vel tali tem-
pore cognouit post determinationem diuine volunta
tis. Uoluntas enim diuina necessario presupponit co-
gnitionem terminorum propositionis contingentis:
sed non presupponit cognitionem propositionis contin-
gentis: illa enim sequitur determinationem volunta-
tis diuine. vt patebit. j. d. 38. et. 39. Et Doc. loquitur de
causabili etc. Et hoc modo intelligendus est Sco. in
. q. vlti. prolo. Ex his patet responsio ad aliud dubi-
um videlicet quomodo idea dicatur prior determina-
tione voluntatis diuine: quia respectu contingentium tan
tum esse cognitum terminorum vocatur proprie idea:
et tale esse precedit simpliciter actum voluntatis diui- Ad aliud dubium.
ne vt comparatur ad extra. ¶ Ad aliud dubium de re
latione Dico quod relatio rationis potest multipliciter in-
telligi. Uno modo quod tantum fiat ex comparatione duo
rum obiectorum cognitorum vt communiter fiunt se-
cunde intentiones. Aliquando non fit ex tali compara
tione: sed quia sic denominatur tale quia aliud terminatur
ad ipsum: sicut dicimus quod lapis est visus. Aliquando
etiam dicitur relatio realis: quia actu est inter extre-
ma realia et realiter distincta et h. ex natura rei. Aliquan
do quia est inter extrema non actu existentia sed apta na
ta existere. Aliquando quia est inter duo extrema quorum
vnum actu existit quod est tantum terminus talis rela
tionis: et aliud est tantum aptum natum existere vt in
proposito. relatio lapidis eternaliter cogniti termina-
ta ad actum intellectus diuini. Et hoc vltimo modo po
nitur relatio inter ideam et actum intellectus diuini: et
sic partim potest dici realis. Tum quia terminatur ad
actum intellectus diuini et hoc sub ratione absoluta.
Tum quia fundatur in aliquo quod licet non sit actu existens
tamen est aptum natum existere: et hoc etiam quia oritur
ex natura extremorum. Tamen non dicitur proprie
realis: quia ex natura rei non consequitur fundamentum
reale actu existens. Et sic quia magis recedit ab esse exi
stentie fundamenti et accedit ad non esse existentie: ideo
quo ad hoc potest dici rationis per illud argumentum
quod facit Doc. s. in prolo. q. vlti. de scientia vere pra-
ctica: quando sicut aliquid recedit ab vno extremo et ap
propinquat ad aliud etc. ¶ Ad vltimum Dico quod est ma
gna differentia inter lapidem cognitum et secundam in
tentionem: quia lapidi cognito non repugnat esse realis
existentie: immo per diffinitionem lapidis potest demon
strari de lapide quod non repugnat lapidi actualis existen
tia vt patet a Doc. in secundo. d. j. q. 3. Sed secunde in-
tentioni repugnat sibi realiter posse existere. Nam ra-
tio formalis secunde intentionis est rationaliter repu
gnans actuali existentie ipsius. Et sic patet differen-
tia lapidis cogniti vt cogniti et secunde intentionis vt
alias exposui. Et sic patet responsio ad ista dubia.
¶ Ibi. Hoc posito non oportet laborare esse relatio-
nes aliquas formaliter etc. ¶ Nunc Doc. respondet ad
argumenta prius facta. Et primo ad Augu. Respon-
sio stat in h. quod nemo est plene sapiens nisi etiam cogno
scat ideas: licet enim principalis sapientia sit in essen
tia: non tamen potest dici plena nisi etiam idee cogno
scantur. Et addit quod ponitur deus perfecte sapiens in
primo instanti. videlicet in quo cognoscit essentiam di
uinam et omnia intrinseca: et si per possibile vel impos
sibile nihil aliud cognosceret: adhuc diceretur perfe-
ctissime sapiens: non tamen diceretur plene sapiens et

hoc extensiue nisi etiam cognosceret in secundo instā·ti (in quo comparatur ad extra) omnes ideas:si tamen non cognosceret eas nihil minus intensiue esset perfecti! Tunc sapien.z:qz tota perfectio intēsiua cognitionis dei est ab essentia diuina ⁊ nullo modo a creaturis vt patet· ¶ Ibi similiter alia auctoritas·scilicet harum visione anima fit beatissima· Si idee ponunt esse quiditates vt cognite tunc exponenda est de beatitudine que potest haberi in creaturis vt in obiectis: qz certum est q non est perfectissima beatitudo i creatura absolute secundū ipsuz quinto cōfe· Beatus est qui te ⁊ illa nouit nec ꝓpter illa beatior:sed intelligendum est beatissime h̄ est totali beatitudine possibili beato:non quidem in eis formaliter sed in obiecto cuius cognitio presupponitur istis: ⁊ quasi concomitanter in istis in quibus aliqua beatitudo est non prima· ¶ Ibi· Et si aliquādo Aug·loquitur q idee sint rationes cognoscendi:cum tamen hic non dicat nisi esse rationez secundum quas formantur que formantur potest exponi ⁊c· Vult·dicere q ⁊ si nominet ideas eē rationes cognoscendi:non debet intelligi q maneant in intellectu diuino sic q moueant intellectum diuinū· Vel q sint cause intellectionis earum: sed q tantum sint obiecta que intelliguntur ⁊ non mouent: sed diuina essentia mouet ad notitiaz earuz: vt exposui supra: ⁊ sic dicuntur tantum obiecta secundaria non mouentia intellectum diuinum ad earum cognitionez: sed q tantum sint terminantia cognitionem diuinaz· ¶ Ad secundum de intellectu passiuo: quomodo dicat passiuus in nobis aliqualiter dictum est supra in·q·prima prolo·⁊·d·3·q·7· Et prolixius vide in quoli·q·15· Est enim vere passiuus quantum ad hoc qz receptiu9 speciei intelligibilis ⁊ etiam intellectionis·vt·s̄·patuit·d·3·q·6·⁊·7· De intellectu autem diuino patet q nō dicitur proprie passiuus· Nullus eniz est receptiu9: qz recipere proprie est respectu recepti realiter distincti ⁊ hoc non contingit in intellectu diuino: vt patet: potest tamen improprijssime dici quasi passiuus· idest quasi receptiuus intellectionis Declaro tamen litteram sequentem· Cum dicit q essentia diuina est quasi forma qua intellectus diuinus operatur:qz ipsa est ratio cognoscendi non tantum ipsammet:sed etiaz est ratio cognoscendi omne aliud sub quacunqz ratione cognoscibili ⁊ hoc isto modo intelligendo·

¶ Distin·36·questio vnica·

Utrum creatura inquantū fundamētuz relationis eterne ad deum vt cognoscentem habeat vere esse essentie ex hoc q est sub tali respectu? ¶ Quidam titulum·q·sic exponunt:qz creatura vt cognita habet relationez ad deum vt cognoscentem:illa relatio dicitur cognosci:⁊ illa similitudo creature cognite dicitur fundamentum illius relationis ⁊ non ipsa creatura: qz nulla creatura fuit ab eterno· Mens ergo·q·est vtrum illa similitudo cuiuslibet rei quam deus apud se habet:sit vera essentia illius cui9 est silitudo? ¶ Sed iudicio meo titulus huius·q·non debet sic intelligi·vt patet ex dictis infra a Doc· Unde premitto aliqua pro notitia hui9 tituli·q· Primo premitto qd dicit Doc·s̄·d·35· q in primo instanti intellectus est in actu per essentiā sub ratione mere absoluta:⁊ h̄ in actu primo sufficiēti ad producendum qd licet in actu intelligibili· In secundo instanti producit lapidem in esse intellecto: ita q terminus iste est:habet respectum ad diuinam intellectionem:nullus autem est respectus ecōuerso in intellectu diuino· Ex hoc apparet q lapis habeat prius esse cognitum qz fundat relatiōem ad deum vt cognoscentem: vt etiā patet ex littera superiore·d.35. Secundo premitto qd dicit Doc·in presenti·d·de Cesare si esset ambulatus ⁊c.vide exemplum· ¶ Titulus ergo q·potest intelligi q fundamentum talis relationis ē tantum esse vel cognituz vel possibile sic intelligēdo· q lapis habet prius esse cognitum quam fundet relationem ad deum vt cognoscentem:⁊ tale esse cognitum non dicitur proprie similitudo creature·puta lapis vt habens esse cognitum ab intellectu diuino: nō dicitur similitudo lapidis vt existentis· Et tunc queritur an tale esse cognitum qd lapis habuit ab eterno fuerit verum esse essentie reale ipsius lapidis? Vel si exponatur de fundamento talis relationis q sit esse possibile ipsius lapidis qd esse possibile fundatur in esse cognito:an tale esse possibile fuerit verū esse essentie? Et sic (vt credo) debet siue potest intelligi titulus q.licet Sco·magis videatur declinare ad primū modum·scilicet q fundamentuz talis relationis vt ad deum cognoscentem sit ipsum esse cognitum·vt satis patet in littera eius·



Hic quidā dicunt q sic· Hic Doctor recitat opinionem Henri· qui vult q creatura fuerit ab eterno secunduz esse essentie: ita q fundamentuz ipsius relationis vt ad deuz cognoscentē fuit verū esse eētie. Et hanc opi·probat multis medijs:que post adducentur soluendo illa media· Prius ergo doc·improbat subtiliter hanc opinionē· Deinde soluet ⁊c· Hē·i sum·ar·z·q·z3·⁊·xxiij·⁊ quoli·viij·q·ix·⁊ quoli·ix·q·i·⁊ quoli·xi·q·iij·

Contra hanc positionem arguit Doctor· Prio sic· Si lapis habuit verum esse reale·ergo non creatur· ¶ Hic doc·supponit q illud dicitur vere creari cuius nihil reale pertinens ad esse precessit:qz creari est de nihilo sui aliqd fieri:ita q non esse aliquod ipsius precedat: licet eniz precedat esse cognituz ipsius: illud tamen non dicit ens reale ⁊ realiter dans esse·ergo si lapis fuit ab eterno secundum aliquod esse reale: lapis non dr creari de nouo:qz eius esse vere precessit· ¶ Secundo arguit ex dictis Henri·qui dicit q aliquid ex hoc dicit de nouo creari non q accipiat esse post non esse:qz suuz esse reale precessit:sed qz accipit nouum respectuz ad efficiens:ita q creatio lapidis non dicitur terminari ad esse absolutum in lapide:sed tantum ad ipsum lapidem vt sub nouo respectu ad primum efficiens terminato· Ex hoc arguit Doc· Creatio est productio ad esse simpliciter: presertim quando est creatio substantie·sed lapis vt sub tali respectu nō habet esse simpliciter:sicut nec homo vt sub albedine dicit habere esse simpliciter secundum q consideratur sub illa·albedine·⁊ si sit esse simpliciter in se:non tamen erit esse simpliciter hominis· ¶ Tertio arguit ex dictis Hen·probando q si lapis diceretur creari secundum respectū actualē ad deum:tunc lapis diceretur creari:⁊ tamen nihil de nouo acciperet:qd est impossibile:qz omnis productio est de nō esse ad esse·q autem in lapide secundum talem respectuz de nouo nihil acquireretur: patet secūdum ipsuz Hen·q vult q relatio aptitudinalis in

lis in deo qua est aptus creare: vel qua dicitur creatiuus nullo modo differat a relatione actuali qua dicitur actu creans. ergo simpliciter hoc erit in creabili: quia relatio qua lapis dicitur creabilis ⁊ relatio qua dicitur actu creari nullo modo differunt. ergo si lapis dicitur creari secūdum hanc relationē actualem: tunc lapis nihil accipit de nouo quod nō habuerit ab eterno: ⁊ sic nullo modo creatur. ¶ Quarto ex eodem fundamēto arguit ⁊ probat ꝙ est impossibile ipsum lapidem creari secundum nouum respectum: ita ꝙ talis respectus est impossibile ꝙ sit nouus. ¶ Hoc patet. quia non pōt esse relatio noua nisi propter nouitatem vel fundamēti vel termini: quia aliter in ad aliquid posset esse motus ⁊ mutatio: qđ est contra Aristo. 5. phi. text. com. x. ⁊ patet ibi per Com. ⁊ subtiliter est expositum in tertio Doc. d. prima. q. j. Et sic sequitur ꝙ nulla facta mutatione nec in termino nec in fundamento nulla relatio poterit esse noua. Cum ergo esse essentie per Hē. sit fundamentum talis relationis: ⁊ illud fuit ab eterno ⁊ nullo modo mutatur nec variatur: ⁊ talis relatio terminetur ad deum vt ad primum efficiens qui omnino est imutabilis. ergo talis respectus non poterit esse nouus: ⁊ sic lapis non poterit creari. ¶ Quinto ex eodem fundamento arguitur. Hic doc. intendit deducere ad hoc inconueniens. scilicet ꝙ lapis dicatur creari ab eterno: ⁊ per consequens non erit creatus quia increatione non esse semper precedit duratione ipsum esse. vt supra patuit. d. 2. q. j. ⁊ d. 8. q. vlti. ⁊ in. 2. d. j. q. 2. Tunc arguo sic. Productio de non esse absolute ad esse dicitur creatio. vt patet. sed per te eē lapidis fuit productum ab eterno. ergo lapis fuit creatus ab eterno: qđ est implicatio contradictionis. scilicet ꝙ sit creatus ab eterno: cum creatio necessario importet nouitatem: ⁊ tamen ipse Hen. nititur ostendere ꝙ creatio fuerit ab eterno. ¶ Nec vz hec responsio Francisci de Mayronis in suo conflatu: vbi nititur sustentare ꝙ esse essentie fuit ab eterno: sed tale esse non fuit productum nec non productum sed abstrahit. Nec enim est manifesta implicatio contradictionis. scilicet ꝙ tale esse sit verum esse reale etiam distinctum ab existētia: Quis hoc sit impossibile vltra ē ipossibile nō sit productū. cum omne aliud a deo eo modo quo est aliud ē etiam productū ꝙ si habet esse secundum quid est productum secundum quid: imo si habet esse tantum possibile secundum illud esse est productum. vt. j. patebit a doc. d. 43. a fortiori quando habet esse essentie qđ ē esse simpliciter, erit productum: ⁊ sic non oportet fugere ꝙ tale esse non erit productum nec improductum. ¶ Sexto ex eadem via de anihilatione: statim sequitur ꝙ nihil potest anihilari. Tum qz anihilatio est ab esse in non esse simpliciter: sed per te tale esse fuit ab eterno. ergo anihilatio potest fuisse ab eterno: qđ est impossibile. Tum etiam qz tale esse per te est necessarium. Tum etiam si ponatur creari secundum illuz respectum: ⁊ per consequens anihilari secundum talem respectum: contra hoc possunt fieri argumenta prius facta: ⁊ precipue illud vz. ꝙ talis relatio non poterit nō esse: qz sicut in ad aliquid non est generatio: ita nec corruptio. vt patet vbi. s. modo fundamento manente imutabili ⁊ similiter termino relatio inter illa non poterit destrui. ¶ Preterea secundo principaliter cōtra hanc opinionem possunt fieri rationes facte contra Aui. ꝙ nihil aliud a deo sit formaliter necessarium. vide. d. 8. q. vlti. ¶ Itez tertio principaliter arguit ex dictis Hen. ⁊ intendit reducere ad hoc inconueniens: ꝙ aliquid in deo per actum intellectus diuini existens poterit mutari: cuius oppositum probatum est. d. 30. Adducendo hoc argumentum expono illud. Cum dicit. Res secundum esse essentie aut est terminus relationis idee quam ipsi ponunt in deo: aut non: (Supra d. 35. patuit quomodo Hen. ponit ideaz esse quandā relationem in mente diuina que est ratio cognoscendi rem) sed secundum aliud esse cognitum. idest ꝙ ipsa res non est terminus talis relationis secundum suuz esse essentie: sed tantum secundū esse cognitū. Si sic: tunc sequitur ꝙ ipse res secunduz esse essentie frustra ponuntur: qz secundum eos non videntur aliter poni nisi inquantum sunt termini relationum idealium: q̄ eternaliter sunt in deo. Si primo modo: scilicet ꝙ terminant secundum esse essentie. ergo aliquid est i deo per actum intellectus diuini secundum qđ deus potest aliter se habere: patet qz per Henri. omne aliud a deo non est formaliter necessarium ex se. ponatur igitur (licet per impossibile) istud ens quiditatiue aliter se habere: sequitur ꝙ illa entitas in deo siue rei siue rationis. idest illa relatio que vocatur idea que habet istud esse pro termino aliter se habebit: ⁊ sic ex positione alicuius circa aliud a deo mutari poterit aliqđ qđ est in deo per actum intellectus sui: qđ est impossibile. Ponunt enim isti ꝙ iste relationes que dicuntur idee: sunt in ipso deo per actuz intellectus diuini: ⁊ sic illud tale poterit non esse per non esse talium rerum in esse quiditatiuo.

Hic tamen oritur difficultas contra Doc. qz ipse ponit ꝙ intellectus diuinus per actum suum potest causare relationem rationis comparando se vt intelligentē ad rem vt intellectam. vt patuit. s. d. 30. ⁊. 35. ⁊ alibi. sz talis relatio rationis necessario est ad aliquem terminum puta ad esse cognitum creature. ergo ex quo tale esse cognitum non sit ex se necessarium si ponatur (licet per impossibile) ipsuz non esse: sequitur ꝙ aliquid qđ est in deo per actum intellectus diuini poterit non esse: ⁊ sic aliter se habere. Si ergo contra Hen. est impossibile de illis ideis: non minus hoc erit impossibile apud Doc. ¶ Item ipse expresse ponit ꝙ intellectus diuinus ab eterno non tantum potest comparare voluntatem diuinam vt potentem creare: sed etiam potest comparare vt actu volentem creare ad ipsam creaturam: vt sic volitam: ⁊ ex tali comparatione causat in voluntate diuina vt sic comparata aliquam relationem rationis: que necessario terminatur ad creaturaz ad quam comparatur voluntas diuina vt volens creare. ergo posito (licet per impossibile) ꝙ talis creatura in tali esse non sit: sequitur ꝙ talis relatio causata per actum intellectus diuini poterit non esse: qđ est impossibile. Si ergo argumentū Scoti concludit contra Hē. non minus ista videntur concludere contra Scotum. ¶ Respondeo primo ꝙ non est simile: qz Hen. posuit illud esse non esse ex se necesse esse formaliter: posuit enim illud posse non esse: ⁊ per consequens sequitur qđ Sco. arguit contra ipsum. Sed esse cognitum qđ doctor posuit: licet non dicatur necessarium simpliciter qz tantum habet esse diminutum: est tamen sic necessarium qđ est simpliciter impossibile ipsum nō esse: cum producatur ab actu intellectus diuini ante omnem actum voluntatis ad extra comparatum. Per idez Dico ꝙ intellectus diuinus, necessario cognoscit voluntatem diuinam ab eterno vt volentem creare .p. a. ⁊ similiter cognoscit creaturam ad quam vt cognitam sit comparatio: ⁊ sic stat talis relatio rationis licet voluntas diuina contingenter determinet creare

Confutatio franci. de Mayro.

Ingeniosa difficltas.

Solo.

pro·a·tamen facta determinatione ab eterno intellectus diuinus cognoscit illam: et sic potest comparare·

Obiectio·

Circa istam distinctionẽ queruntur quinqz ¶ Primo. Utrum deus habeat notitiam determinatam omnium quantum ad omnes conditiones existentie? ¶ Secundo. Utrum habeat certam noticiam et infallibilem omnium quantum ad omnes conditiones existentie? Et hec questio differt a prima in hoc quod addit infallibilem. idest quamvis habeat certam notitiam omnium an possit decipi? ¶ Tertio. An habeat immutabilem notitiam de omnibus quantum ad omnem conditionem existentie? Et hec similiter differt a secunda et prima. Stat enim aliquem habere certam et infallibilem notitiam huius antichristus erit: sed non sequitur ex hoc quod talis notitia sit immutabilis. ¶ Quarto. An necessario sciat omnem conditionem existentie respectu omnium? et hec questio addit necessitatem. ¶ Quinto. Utrum cum determinatione et certitudine scientie sue possint stare aliqua contingentia ex parte rerum in existentia?

S. Bo. sa pbi. car. in j. d. 35. et d. 39. q. fi. arti. 2.



Circa istas. q. ponitur a Bo. in. j. d. 35. certitudo divine scientie respectu omnium quantum ad omnes conditiones existentie propter ideas que ponuntur in intellectu divino: quia representant illa quorum sunt non solum secundum se totum: sed etiam secundum conditionem et habitudinem extremorum.

Contra hoc arguit Doc. primo quia rationes cognoscendi terminos non causant notitiã complexionis eorum nisi illa nata sit cognosci ex terminis. ut patuit. s. d. 2. parte. j. q. 2. sed complexio contingens non est nata cognosci per cognitionem terminorum. ut. s. expositum est in. q. j. prolo. ergo idee que per te ponuntur rationes cognoscendi terminos: non possunt causare cognitionem complexionis contingentis: et si causarent talis complexio esset necessaria. ut patet ex dictis. s. d. 3. q. 4. et in quolibet. q. 14. ¶ Item idee mere naturaliter representant illud quod representant et sub ratione sub qua aliquid representant: quia idee sunt in intellectu divino ante omnem actum voluntatis ad extra comparatum: et sic necessario representant: ut. s. patuit. d. 3. q. 4. 35. et. 36. et in quolibet. Tunc accipio duas ideas puta hominis et albi. aut representant compositionem extremorum? aut divisionem? aut utrumqz? si primo: ergo naturaliter cognoscit illam. ergo necessario necessitate absoluta. ergo nullo modo potest cognoscere divisionem. Eodem modo arguatur si tantum representant divisionem. Si utrumqz: ergo per istas deus nihil novit: quia scire contradictoria esse vel esse vera nihil est scire. ¶ Tertio. eodem modo sunt idee possibilium non futurorum sicut futurorum: quia differentia ista possibilium futurorum et non futurorum est tantum per actum divine voluntatis. ergo idea futuri possibilis non magis representat ipsum futurum esse quam idea possibilis non futuri. ergo vel nulla representat futuram existentiam vel utraqz: et sic semper una false representat. ¶ Quarto. Non magis representabit idea futuri ipsum ponendum in hoc nunc quam in alio: et per consequens non representat certum nunc in quo existet. Et sic patet improbatio huius opinionis de certitudine notitie dei.

S. Tho. s j. pte su. q. 14. arti. 9. et 13. et alibi. s. d. pnti et. j. contra gentiles. c. 66. et De.

Aliter ponitur. Hec ponitur opi. Tho. qui dicit quod Deus habet certam notitiam de futuris contingentibus: per hoc quod totus fluxus temporis presens est eternitati et omnia que sunt in tempore. Et probat primo: quia sicut deus propter immensitatem suam est simul necessario presens omni loco: sic propter eternitatem simul est omni tempori et existenti in tempore. sicut si baculus figatur in fluvio et successive totus fluvius ipsum pretereat: tunc baculus non est immensus respectu fluvij eo quod non est simul toti fluvio. ¶ Secundo. nunc eternitatis ut est cum nunc temporis non equatur ei sed est simul cum alio nunc. Esset etiam bonum exemplum de centro circuli cuius circumferentia ponatur totum tempus et centrum eternitas: tunc totum tempus esset semper presens eternitati sicut tota circumferentia centro. Et sic patet positio Tho. in sententia.

Contra hunc modum ponendi arguit Doc. Primo reducendo contra eos quod ibi adducunt de immensitate. Et supponit unum. quod coexistentia dicit relationem realem: sed relatio non est realis cuius fundamentum non est reale. Et nota quod est tantum realis ex uno extremo. scilicet creature existentis et non in alio: quoniam illud aliud est deus: quia non potest referri relatione reali ad creaturam. Tunc sic. pono quod locus continue crescat in infinitum: ita quod hodie non sit pars futura cras: tunc immensitas non erit ratio coexistendi loco futuro: cum talis locus non sit presens in se: et per consequens non potest fundare relationem realem coexistendi deo immenso. Eodem modo arguitur de eternitate: quia non erit ratio coexistendi tempori futuro. ¶ Secundo arguit sic. Si effectus habet esse in seipso respectu cause prime simpliciter est in se: quia respectu nullius habet verius esse. Si ergo aliquod futurum sit in actu respectu dei. ergo simpliciter est in actu. ergo impossibile est postea ipsum poni in actu nisi bis ponatur. quod est impossibile. ¶ Tertio arguit. Si sessio mea pro crastina die non tantum habet esse cognoscibile sed etiam esse existentie in quantum est presens eternitati. ergo sessio mea nunc existit: et sic idem productum adhuc producetur. ¶ Quarto. ista positio Thome non iuvat ad illud propter quod ponitur. scilicet ad habendam certam notitiam futurorum: quia antichristus secundum quod est presens eternitati secundum quod est in aliqua parte temporis: ipse tamen est futurus in se: et secundum hoc quod est futurus est adeo producendus. quero utrum habeat certam notitiam eius? igitur hoc non est per hoc quod nunc est existens sed secundum quod est futurus: et istam certitudinem oportet ponere per aliquid aliud quam per eternitatem coexistentem etc. ¶ Item isti ponunt quod evum angeli est omnino simplex coexistens toti tempori. ergo angelus qui est in evo presens est toti fluxui temporis et omnibus eius partibus. ergo videtur secundum illam rationem eorum quod angelus possit naturaliter cognoscere futura contingentia. quod est falsum.

Ad argumenta pro secūda opi. Ad primum argumentum p opinione. Sancti Tho. concedit Doc. q3 imensitas ē presens omni loco sed non omni loco potentiali sed tantum actuali: et sic dicit de eternitate. Et per hoc p3 ad exemplum de baculo ī fluuio: q2 enim non habet vnde possit esse presens omni parti fluuij ideo nō est imensus respectu illarū. Modo eternitas habet ex parte sua q3 esset presens omnibus partibus temporis si essent. ❡ Per hoc ad aliud de nunc eternitatis vt coexistit non coequatur nunc temporis. Verum est quia nunc eternitatis est formaliter infinitum: ideo excedit formaliter nunc temporis: non tamen coexistendo alteri nunc. ❡ Per idem ad aliud. patet q3 si totū tempus esset simul eternitas complecteretur illud: et ita cōcedo q3 eternitas quātum ex se est: habet infinitatē sufficientem ad complectendum totum tempus si totum simul esset. ❡ Ad aliud exemplū de centro et circumferentia simpliciter est ad oppositum: q2 si imaginamur lineam rectam habentem duo puncta terminantia .a. et .b. sit .a. punctus imobilis et .b. circūducatur. sicut est d̃ pede circini vno imobili alio immobili .b. circūductum causat circūferrentiam. h̃ posito si nihil remaneat de circūferrentia per fluxum ipsius .b. sed tantum in circūferrentia sit punctus, ita q3 quandocunq3 punctus iste desinet esse alicubi: tunc nihil circūferrentie erit ibi tunc nunq̄3 circūferrentia esset presens simul centro: sed tantum aliquis punctus in circūferrentia: si tamen tota circūferrentia esset simul tota presens esset centro. Ita hic cum tēpus non sit circūferrentia stans sed fluens cuius circūferrentie nihil est nisi instans actu nihil etiam eius erit presens eternitati qd̃ est quasi centrum: nisi illud instans qd̃ est quasi presens. Ex his patet solutio ad argumēta opinionis.

Thomas d̃ vio. Caie. q̃ris studet q3 nonnullas veras ipugnatões Sco. soluere.

Ad has tamen obiectiones quas facit Doc. contra Tho. de eternitate respondet quidam nouus expositor Sancti Tho. in .1. parte .q. 14. arti. 13. Et premittit q3 res temporalis esse presens eternitati potest dupliciter intelligi. Vno modo sic q3 in quolibet nūc temporis sint presentes eternitati: ita q3 coexistētia cuiuslibet rei ad eternitatem mensuratur quolib3 istanti temporis: et hunc sensum acceperunt: quoniam videtur mihi aduersarii ex verbis. S. Tho. Sed errauere: h̃ enim nunq̄3 sonniauit Tho. imo manifeste implicat contradictionem: quoniam coexistentia rei ad eternitatem equatur in duratione mensure eiusdē existentie: cum non coexistat nisi secundum suā actualem existentiam: 3 existentia instantis in quo cras sol orietur non mensuratur instanti aliquo precedente aut sequēte. ergo nec quolib3. Alio modo pt̃ intelligi q3 in quolib3 nūc eternitatis sint presentes eternitati: ita q3 coexistentia cuiuslibet rei ad eternitatē saluetur in quolib3 nūc eternitatis. Et hic sensus est verus et intētus a. S. Tho. Verus quidem: q2 cum eternitas nō habeat nisi vnū nunc qd̃ equatur ipsi eternitati: et excedit omne tēpus: necesse est q3 omne instans nostri temporis et quicqd in illo est aut fit: saluetur in nunc eternitatis non vt a mensura adequata sed excessiua. Tunc ad obiectiões. Cum dicitur sessio mea crastina vt futura aut scit̃ certe aut non? Respondetur distinguendo q3 q2 ista sessio futura vt futura non habet esse nisi in suis causis. Ad causas autem suas potest dupliciter comparari. Vno modo vt indeterminatas ad producendam crastinam sessionem meam vel eius negationem. Alio modo vt determinatas ad illius productionem magis q̄3 oppositi vel cum exclusione oppositi. Futura primo modo non sumuntur vt futura sed vt futura penitus contingentia. Futura autem secundo modo sumantur quidem vt futura sed declinant a contingentia secundum q3 determinatio causarum ad alteram partē magis vel minus vel totaliter exigit. Futura igitur cōtingentia vt futura ex causis indeterminatis non sunt scibilia: vt in littera dicitur nec a deo nec a quocunq3: q2 non sunt entia nec in actu nec in potētia magis ipsa q̄3 opposita. Ex causis autē determinatis sunt cognoscibilia iuxta determinationem causarum. Et cū dicitur. ergo de9 aliter nouit facta q̄3 fienda. Simpliciter negatur consequentia: q2 ly aliter in auctoritate Augustini dicit modum cognoscendi ex parte cognoscentis: qui in deo non variatur. Ad probationem autem superfluum est respondere adeo puerilis videt̃. Dicit enī. Cognoscit autem sessionem certitudinaliter deus cum illa fuerit actu: q3 enim ignorat deo nullam accedere cognitionem? Vnde debet dicere et tamē cognoscit illam certitudinaliter secundum eius actualem existentiam. Sed hoc non probat consequentiā. Aliud est enim q3 aliter se habeant res vt facte q̄3 vt fiende ad dei cognitionem: et aliud q3 aliter deus nouit facta q̄3 fienda. Illud enim est verum in materia contingenti loquendo: hoc autem est falsū. Illud significat q3 res aliam dispositionem habet vt facta et aliam vt fienda: q2 vt facta induit necessitatem quandam et vt fienda nō. Et sic facta est scibilis certe vt fienda nō. Et rursus vt facta potest certum intuitum dei terminare vt fienda non. ❡ Ad secundam dicitur q3 aliud est scientiam dei capere certitudinē ex sessione sortis: et aliud est sessionem sortis non esse capacem vt sit terminus certe dei notitie nisi secundum q3 est in se certa. Primum enim inconuenit. Secundum autem est necessarium. primum non habet̃ ex littera sed secundū: quare conceditur tota ratio vtpote nihil 3 nos dicēs sed supponens falsū. s. q3 ex hac positione habeat̃ q3 scia dei capiat certitudinem ab alio obiecto q̄3 substātia deberet suppōere q3 exigit certitudinē et in alio obiecto seu termino scie sue non solum in substantia sua h̃. n. hinc h3 et non q3 capit certitudinē ab alio. ❡ Ad tertiā d̃r q3 dupliciter deficit. Primo q2 cognitio angeli q̄ cognoscit tp̄alia non mēsurat̃ eis: et iō ratio nihil infert. Scd̃o q2 representatio singulariū temporalium p principiū cognitionis angelice. s. spēi intelligibilis nō mensurat̃ eis sed de nouo aduenit. Et ideo ī possibile est q3 futura cōtingentia nāliter sciant angeli. Et sic p3 rn̄sio ad obiectiones factas 3 applicationē &c. ❡ Ad alias de coexistētia rn̄det sic dicens. Ad has obiectiones rn̄dendo premitto q3 iste locus ab aduersantio9 iudicat̃ plenus 3dictionis et erroris: a sequētibus āt doctrinā. S. Tho. reputat̃ adeo obscurus, vt neminē hactenus viderī3 siue scripto siue verbo assertiue tenere in h̃ dictū: et me tā annis forte .15. fateor latuisse. Sed nudius tertius dū sup cōmentatōe hmōi articuli mediatarer illuxit (vt arbitror) diui Tho. opē veritas plana et in manifeste posita: et iō paucissimis verbis pertransita. ❡ Sciendū est igit̃ primo ad euidētiā terminor3 q3 esse p̄ns seu existere eternitati formaliter loquēdo: abstrahit a presentia cogniti ad cognoscentem: qm̄ si eternitas esset res nō cognoscitiua et sa pis quandoq3 esset: esset ibi vera presentia siue existētia absq3 cognitiōe aliqua. Patet ergo ex hoc et ex littera quod sermo est de esse rerum que fiunt in tempore nō obiectiuo nec potentiali &c. Sed de esse in actu in

ta in rerum natura secundum seipsas extra causas su
as:ita q sermo presens est de coexistentia reali conti
gentium in actu ad eternitatem · Sensus est · omnia
secundum esse in actu in rerum natura sunt presentia
·i·coexistunt eternitati· Et sic patet responsio ad istas
obiectiones Scoti·

Ad illas obiectiones Doc·Tho· respōdet·

Deinde hic nouus expositor respō
det ad rationes
factas contra primam opinionem que imponit Bo-
nauenture:⁊ huius opinionis etiam est·S·Tho·qui
vult q idee representent etiam complexionem contin-
gentem· Et premittit aliqua que transeo· Et post di-
cit· Ex his prelibatis dicitur q cum apud Sanctum
Thomam idee sint ipsa essentia dei vt est obiectiua
rerum ratio:optime dictum est q quia rationes seu
ideas rerum presentes apud se habet deus : ideo no-
uit omnia futura contingentia certe· Unde ad primaz
obiectionem simpliciter negandum est assumptum·
Potest tamen pro claritate doctrine distingui q idea
alicuius quiditatis potest dici dupliciter perfecta·
Uno modo vt perfectio dicit modum intrinsecum rei
cuius est:⁊ sic verum est assumptum:quia quantum
cunqz perfecte representetur homo secundum omnē
scilicet sue intrinsece entitatis modum:nūqz represen
taretur coniunctio eius cum sessione seu fortuita inuē
tione thesauri· Alio modo vt perfectio dicit totalitatē
omnimodam rei:⁊ sic falsum est assumptum:quoniā
si homo representatur secundum omne esse suum·
Hoc enim est totaliter representari:quia secundū om
nia sua esse necesse est q representetur secundum esse
quod habet in tali ⁊ tali coniunctione contingenti·
Sic autem perfecte representant idee diuine res : ⁊
ideo assumptum in proposito est falsum· ¶ Ad secun
dum autem ⁊ reliqua negatur antecedens quod est ra
dix omnium·s·q idee mere naturaliter representent
quicquid representant· Dicimus nanqz q aliquid re
presentant mere naturaliter:puta quiditates rerum:
⁊ aliquid non mere naturaliter sed naturaliter ex sup
positione libera·s·existentias rerum ⁊ coniunctiones
contingentes· Illa enim representant ante omnez ac-
tum voluntatis diuine· Ista autem supposita libera
determinatione diuine voluntatis ad alteram partez
contradictionis·vt ipsemet Sco·acceptat de represen
tatione horum in essentia vt ratione intelligendi· Et
sic patet cetera ruere: quoniam non eodem modo se
habent ad futura ⁊ non futura:⁊ ad hoc tempus ⁊ ali
ud· Sed determinate sunt supposita voluntate di-
uina· ¶ Et per hec patet responsio ad argumēta Gre
go·contra idem in·xxxviij·dist·primi·hec ille·

Cōtra Tho· Gaie· ⁊ eius verba:q re-uera radicitus corru-unt·

Ad hec huius expositoris Noui· Dico
q nec soluit rōnes Scoti
nec soluere potest· Et primo ille rationes que sant de
presentialitate(que presentialitas dicit coexistētiam
creature eternitati:⁊ per consequens oportet creatu-
ram existere)nullo modo soluuntur ad intentionem
Thome· Cum enim dicit q sermo·S·Tho·est de eē
rerum que fiunt in tempore non obiectiuo nec poten-
tiali :sed de esse in actu in rerum natura secundum se
ipsas extra causas suas:ita q sermo presens est de co
existentia reali contingentium in actu ad eternitatez·
Et sic cum dicitur ·omnia sunt pñtia eternitati sensus
est:omnia secundum suum esse in actu in rerum natu
ra sunt pñtia·i·coexistunt eternitati·hec ille· Tunc
quero aut iste expositor intelligit q Thomas loquit
tantum de rebus actu existentibus ⁊ coexistentibus
eternitati? aut intelligit de rebus nō in se existentibus
sed vt tantum coexistunt eternitati? Si primo modo
vt videtur ipse tenere:tunc sequitur q intellectus di-
uinus tantum habeat cognitionem de existentibus
in se:⁊ sic nullam habebit cognitionem antixpi:quia
in se non existit:⁊ per consequens non est coexistens
eternitati·coexistere·n·alicui dicit existentiam vtriusqz extremi· Tum quia hec non est intentio Thome·
scilicet q tantū loquatur de rebus actu existentibus·
vt patet in littera· Ait enim sic in prima parte·q·xiiij·
articulo·xiij· Deus autem cognoscit omnia contingē-
tia non solum prout sunt in suis causis sȝ etiam prout
vnumquodqz eorum actu est in seipso· Et licet contin
gentia fiant in actu successiue:non tamen deus succes
siue cognoscit cōtingentia prout sunt in suo esse sicut
nos sed simul:quia sua cognitio mensuratur eternita
te sicut etiam suum esse· Eternitas autem tota simul
existens ambit totum tempus· Unde omnia que sūt
in tempore : sunt deo ab eterno pñtia non soluz ea ra-
tione qua habet rationes rerum apud se presentes(vt
quidam dicunt)sed quia eius intuitus fertur ab eter-
no supra omnia prout sunt in sua presentialitate· Un
de manifestum est q contingentia infallibiliter a deo
cognoscuntur inquantum subduntur diuino conspe-
ctui secundum suam presentialitatem : ⁊ tamen sunt
futura contingentia suis causis comparata· hec·S·
Tho· Iste textus ita clarus est q non indiget exposi-
tione· Et sic patet manifeste quomodo non huic no-
uo expositori diui Thome ope veritas ista plana ⁊ in
manifesto posita illuxit:quia expositio huius est aper
tissime contra litteram·S·Tho· Si vero intelligit se
cundo modo vt forte est intentio·S· Tho:? vt patet in
littera:qui non tantum loquitur de rebus vt actu pre
sentibus:sed etiam de rebus futuris ⁊ actu non existē
tibus vt patet in littera· Manifeste ēt pȝ q argumen-
ta Scoti contra hoc facta non sunt soluta:nec iudicio
peritorum virorum solui possunt:loquendo semp de
rigore sermonis:⁊ loquendo vt·S·Tho·loquitur q
eternitas sit ratio quare omnia temporalia sunt pre-
sentia ipsi intellectui diuino:⁊ per consequens oportz
huiusmodi temporalia coexistere eternitati ⁊ esse pre
sentia:que presentia(vt dixi)est relatio realis : ⁊ per
consequens inter extrema realia ⁊ realiter distincta·
¶ Ex his etiam patet quomodo ad intentionem·S·
Tho·non soluit argumenta Scoti facta contra appli
cationem de illa sessione futura· Concessis enim om-
nibus de causis indeterminatis ⁊ de causis determi-
natis:queritur quomodo antixps nunc cognoscitur
ab intellectu diuino:qui tamen est vere futurus ⁊ est
a causa determinata vt patet? Si per eternitatem cui
omnia sunt presentia? Contra·quia futuruȝ vt futurȝ
⁊ non existēs in se nulli est presens·ergo eternitas nō
est ratio presentialitatis·ergo oportet assignare aliaȝ
causam quare cognoscat futura vt futura· Si enim
non nouit certitudinaliter futura vt futura·ergo pro-
ducit futura non precognoscens illa:cognoscet autem
certitudinaliter cum fuerint producta·ergo nouit ali-
ter facta qȝ fienda:quod est contra Augu·v·sup gen·
Dicit tamen iste expositor q ista consequentia nō est
vera·ergo nouit aliter facta qȝ fienda:quia ly aliter tā
tum dicit modum cognoscendi ex parte cognoscētis·
Sed hoc nihil est:quia semper quero quomodo co-
gnoscit ab eterno antixpum? si per eternitatem p quā
antixpus est presens? stant argumenta Doc·supra in
soluta· Tum etiam quia eternitas per ipsum tantum
respicit presentia ⁊ non futura inquantum futura·
Si vero cognoscat antixpum ⁊ non per eternitatem?

ergo per alium modum qui non assignatur· ¶ Si dicatur (vt iste Nouus expositor dicit) Sicut inquit ad hoc vt aliquid sit presens visioni nostre corporali nihil aliud exigitur nisi quod illud visibile sit et adsit pro mensura durationis qua mensuratur et est ipsa visio· Ita ad hoc quod aliquid sit presens secundum se diuino conspectui exigitur quod sit et adsit secundum illam durationis mensuram qua mensuratur visio diuina· hec autem est eternitas· ergo sat est quod sint secundum eternitatem sumpta presentia: et non preterita aut futura quamuis secundum tempus sumpta sint futura· hec ille·

Rn'et visio Tho·Gai·

Sed hec responsio parum valet et minime soluit argumentum· Cum quod quasi dicit quod sunt et adsunt eternitati si ponis quod sunt in se· ergo fuerunt in se ab eterno· Si intelligis quod sunt· quero secundum quod esse? aut obiectiuum aut potentiale? hoc est contra te· Et vltra. vt sic non sunt presentia vt loquimur· aut intelligis quod ideo sunt quia eternitas est que mensurat diuinam visionem? ergo in se nihil erunt· ergo non presentes eternitati· Item quod dicit de visibili vt comparatur visioni· Oportet enim quod non tantum adsit sed quod vere in se sit: et secundum verum esse reale vt patet· Et cum dicitur quod eternitati sunt presentia· vt vero comparantur tempori sunt futura et preterita· Hoc nihil est ad propositum: quia posito quod antichristus vt tempori comparatur sit futurus: quia natus mensurari tempore futuro: tamen quando antichristus erit presens in se tempori .i. cum mensurabitur tempore presenti et fuerit vere presens: nonne antichristus erit in se existens? Certe sic· Sic in proposito· Si antichristus est vere presens eternitati? ergo antichristus erit in se existens· Si ergo nunc est vere presens· ergo nunc vere existit· Numquam enim eternitas est presens nisi existenti· Et cum dicimus quod coexistit tempori presenti preterito et futuro: non intelligitur quod sit presens tempori quod nihil est in se: sed dato quocunque tempore existente semper est presens: ita quod tempori preterito quando illud fuit in se perfecte sibi coexistebat· Similiter quamuis nunc non sit presens tempori quod erit mensura antichristi: tamen cum primum fuerit tempus illud· Et similiter antichristus tunc eternitati perfecte coexistet et erit sibi presens· quantum ergo est ex parte eternitatis: quia tota simul et perfecta possessio et indiuisibilis assistit cuicunque parti temporis et cuicunque temporali pro quacunque duratione ponitur illud habere esse actuale et existens· Et patet quomodo responsio istius nihil sit ad propositum· ¶ Et cum addit dicens· Ad probationem autem superfluum est respondere adeo puerilis videtur· Miror quod vir tanti ingenij vtatur his verbis contra tam solennem Doctorem cuius non est dignus nominari discipulus· nec mirum· Si enim male exponit Sanctum Thomam cuius doctrinam tanto tempore imitatus est: multo minus intelligit Scotum cuius superficiem forte non vidit· Dico ergo quod probatio Scoti contra Tho· concludit· vt patet ex supradictis· Dicit enim iste quod ly aliter vt se tenet ex parte creature: aliter se habet res vt facte et aliter vt fiende· Res enim aliam dispositionem habet vt facta et aliam vt fienda: quia vt facta habuit necessitatem quandam: vt fienda non· Et sic vt facta est scibilis certe vt vero fienda non· rursus vt facta potest certum intuitum dei terminare: vt fienda non. hec ille· Videtur ergo expresse sibi contradicere: quia prius exposuit Augu· quod ly aliter dicit modum cognoscendi ex parte cognoscentis qui in deo non variatur. et ex alia parte dicit quod rem vt facta cognoscit certe sed vt fienda non cognoscit· ergo sequitur quod deus aliter se habet ad rem vt factam: et aliter ad rem vt fiendam· patet quia vt factam cognoscit certe et vt fiendam non cognoscit· Cum etiam queritur quomodo cognoscit futurum vt futurum quomodocunque comparetur siue ad causas indeterminatas siue ad causas determinatas? Si per eternitatem? improbatum est supra· Si per alium modum? ergo non inquantum est presens eternitati· Nec est dicendum quod omnia futura non cognouerit ab eterno· Nec valet dicere quod omnia fuerint presentia eternitati etc· quia improbatum est supra· ¶ Ad aliam responsionem de Angelo. cum dicit quod cognitio angeli non mensuratur euo: et ideo ratio nulla· ¶ Dico quod hec responsio aut nihil aut parum valet· Posito enim quod cognitio angeli non mensuretur euo: adhuc stat ratio Sco· quia si existentia angeli mensuratur euo et euum est omnino simplex coexistens toti tempori: et per consequens cuicunque temporali· sicut ergo totum tempus est presens eternitati: et per consequens omne temporale. sic econuerso eternitas est presens toti tempori: et mensuratum ab eternitate erit similiter presens toti tempori et omni temporali· ergo similiter patet de euo· ergo angelus vt existens in euo habebit presens omne tempus et omne existens in tempore: et sic poterit cognoscere futurum· Similiter secunda responsio non est ad propositum et procedit ex eodem medio: quia principium cognitionis etc· non mensuratur euo· hoc parum refert: quia si per eternitatem habetur presentia rerum: quia coexistit toti tempori· sic similiter erit de euo vt coexistente toti tempori· Ex his patet quomodo rationes non soluuntur·

Ad alia de ideis· Cum primo dicit quod idee sunt ipsa essentia diuina vt est obiectiua rerum ratio· Hoc forte non sic intelligit· S· Tho· qui in prima parte· q· xv· ar· secundo· vult expresse quod sint plures idee: et allegat Augu· pro hac opinione: et tandem concludendo sic ait· Potest inquit cognosci essentia diuina ab intellectu diuino non solum secundum quod in se est: sed etiam quod est participabilis secundum aliquem modum similitudinis a creaturis· vnaqueque autem creatura habet propriam speciem secundum quod aliquo modo participat diuine essentie similitudinem· Sic igitur inquantum deus cognoscit suam essentiam vt sic imitabilem a tali creatura: cognoscit eam vt propriam rationem et ideam huius creature: et similiter de alijs· et sic patet quod deus intelligit plures rationes proprias plurium rerum que sunt plures idee. hec· S· Tho· Ex ista littera patet quod non sic absolute intelligit ideam esse essentiam diuinam vt iste exponit· Sed quicquid sit· an ista opinio Thome sit vera an falsa· supra patuit distin· xxxv· ¶ Et quod dicit quod prima ratio non concludit etc· Quero cum diuina essentia dicatur idea inquantum cognita vt imitabilis a creatura: quid tunc representat? certum est quod non complexionem contingentem: vt patet· Cum etiam quia essentia vt sic cognita est simpliciter necesse esse et deus necessario sic cognoscit· Si sic? ergo non representabit complexionem contingentem: quia tunc illam necessario cognosceret: quia ante omnem actum voluntatis: et sic non esset contingens· vt patet ex dictis Doc· subtilis in quolibet· q· xiiij· vbi vult quod essentia diuina non moueat intellectum diuinum ad distinctam notitiam veritatis alicuius complexionis contingentis· vide ibi· Et quod dicit quod idea potest dupliciter intelligi perfecta· scilicet vt perfectio dicit modum intrinsecum rei: vel vt

Cōtra Tho·Gai· cuius oīa dicta diluunt·

rei: vel vt perfectio dicit totalitatem omnimodam rei. primo modo idea terminorum non est rō cognoscendi complexionem contingentem sed bene secundo modo. Hoc est manifeste falsum. s. q sit idea hominis in mente diuina representans ideatum secundum omnimodam perfectionem siue intrinsecam siue extrinsecam. Nec. S. Tho. hoc diceret. qui vult q essentia diuina dicatur idea hominis inquantum est cognita vt participabilis ab ipso homine: & sic loquitur de homine participante perfectionem diuinam vt tantum dicit perfectionem intrinsecam & entitatiuam ipsius hominis. vt patet intuenti litteram. S. Tho. Et multa hic possent adduci contra istum: que breuitatis causa omitto. Sed vide que dixi supra di. xxxv. de ideis. ¶ Ad aliam responsionem quando negat antecedens. s. q idee mere naturaliter representent supra patuit q ex quo representant vt precedunt omnem actuz voluntatis diuine &c. Et cuz dicit q quedā representāt supposita libertate voluntatis diuine. Hoc non videt verum. Tum quia ante omnem actum voluntatis diuine: essentia diuina cognoscitur ab intellectu diuino vt imitabilis a diuersis creaturis & vt sic dicit idea. & hoc patet ex littera. S. Thome. Tum quia libertas voluntatis diuine non respicit terminos sed complexionem contingentem: ita q talis complexio subest imperio voluntatis diuine. ergo idee terminorum nō sunt rationes cognoscendi complexionem contingentem: quia si sic: cum idee terminorum precedant omnem actum voluntatis diuine: semper erunt rationes cognoscendi complexionem contingentem: & sic talis complexio erit necessario cognita a deo: quia talis cognitio necessario precedet actum voluntatis diuine. Tum etiam quia secundum Augu. lxxxiij. q. q. xlvj. idee sunt forme eterne & incommutabiles in mente diuina. Et eo modo quo ponuntur idee in mente diuia eo modo representant: & sic non possunt representare nisi tantum naturaliter. Et quod adducit de Sco. q ipse Scotus ponit essentiam diuinam esse rationem representandi contingentia. Uerum dicit. sed moduz positionis Sco. non dicit. & positio Scoti bene potest stare: quia non ponit essentiam esse ideam vt iste ponit: & ideo non potest sic saluare dicta sua sicut Scotus saluat. Modus tamen ponendi ipsius Scoti patebit in presenti distinctione. Et sic patet qd dicēduz.

Petrus Aureoli i primo di. xxxviij. q. prima.

Aduerte q Aureolus dicit q q̄uis opinio Sancti Bonauenture q contingentia cognoscuntur per ideas &c. sit falsa: tamen rationes quas Doc. facit contra nō sunt efficaces. Unde dicit q ad primaz rationem Scoti responderent q complexio terminoruz futura est aliquid aliud a terminis: propter quod habet propriam ideam in deo vltra ideas simplicium terminorum; & sic per huiusmodi ideam futura cōplexio certitudinaliter cognoscitur. ¶ Ad secundam dicerent q quia fienda futura sunt: ideo est in deo idea representans complexionem pro illo tunc quo fierēt. Et similiter dicerent ad tertium.

Grego. de Ari. arguit ꝯ Aureolū.

Contra hanc responsionez. Aureoli arguit Grego. de Arimino in primo distin. xxxviij. q. secunda. Dicit enim sic. Cū dicitur q complexio est aliud a terminis habens propriam ideam: si ad propositum debeat sumi cum non solum ipsorū terminorum vocalium vel mentalium aut aliorū que sunt signa rerum ponantur idee sed ipsarum rerum p huiusmodi terminos significatarum secunduz opinionem istaz. oportet q intelligatur q ista complexio terminorum sit aliquid in re extra significatum per copulam verbalem distinctum a rebus per terminos simplices propositionis significantis habens propriam ideam in deo. Sic autē intelligendo hoc dictuz est penitus falsum. quod patet. Tum per philosophuz primo Perihermenias. vbi ait q ipsum est si purum dixeris nihil est. i. nihil secūdū se significat sed est purū sincathegorema. Item. vj. metha. t. c. viij. dicit q ens qđ est in affirmatione & negatione est passio mētis & nullam naturam extra significat preter ens quod est qd aut quantum aut quale &c. quod tamen falsum esset: cum quodlibet quid aut quantum &c. significetur per terminos simplices predicamentales. Et ibi dicit ex quibus componitur affirmatio vel negatio. ¶ Item qua ratione complexio vnius propositionis significat huiusmodi entitatem eadem ratione & cuiuslibet: & sic complexio huius. deus est deus. significabit vnaz entitatem que non est deus. ¶ Item complexio huius deus nō est lapis: & huius chimera non est ens: & cuiuslibet alterius negatiue habebit suam talem aliquam entitatem. quod est nimis mirabile. ¶ Item si deus cognoscat q antichristus sedebit in templo p tpe. a. ex eo q habet ideas & terminoruz & complexionis huius enunciabilis: cum sit possibile q antichristus currat pro tempore. a. per vnicum instans & non sedebit tunc in templo: & per consequens hoc sit precognoscibile a deo: sequitur q si antichristus tunc curreret vel aliqua idea esset in deo que nunc non est in deo; quod est sacrilegium dicere. vel deus simul habet ideā vtriusq3 complexionis & terminorum eorundem: ac per hoc secundum istam viam simul cognoscit q ipse tūc curret & sedebit. quod est falsum. ¶ Et per idem patet q solutio ad secundam non potest stare: quia quodlibet possibile non futurum potest esse futurum. Nam quodlibet tale deus posset facere quādo sibi placeret: & per consequens quodlibet tale potest habere ideam representantem ipsum pro aliquo tempore futurum: & si sic: ergo habet eam. vel noua idea possibilis est in deo. & sic patet q tales solutiones non sufficiunt contra rationes istas. hec Grego. &c.

S. Tho. in j. pte. q. 14. ar. 3. in solō principali & argumento ruia.

Tertia positio dicit. Hic recitatur opi. Tho. q dicit q aliqua respectu sciētie diuine sunt necessaria: tamen non sequitur quin respectu causaruz proximarum possint esse contingentia. Et confirmatur per Boe. v. consolationum. capitulo vltimo siue prosa. vj. vbi dicit sic. Si dicas q euentuz qđ deus videt illud non euenire non possit; quod autez non potest nō euenire illud necessitate contingere neq3 ad hoc nomen necessitatis astringas; respondebo idem futuruz cum ad diuinam notitiam refertur est necessariū. cuz vero in sua natura perpenditur liberum prorsus est & a vinculis necessitatis absolutum. ¶ Item arguitur. quia defectus rei potest esse circa proxima licet non apud. vt patet de peccato &c. sic licet ex parte dei esset necessitas rerum tamen ex causis proximis earuz pōt esse contingentia in eis.

Contra istam positionem. Dicit Doctor q hec positio est falsa & improbata supra distin. secunda questione prima. & di. viij. questione vltima. Et breuiter hic etiā improbat. ¶ Primo. quia causa mouens inquantuz mota si necessario mouetur necessario mouet: & sic tota coordinatio causarum vsq3 ad vltimum effectum necessario pduceret. ¶ Secundo. quia causa prior prius natu-

raliter simpliciter respicit effectum suum q̃z causa posterior·ergo in illo priori si habet necessariam habitudinem ad ipsum dabit sibi esse necessarium·ergo secūda causa in secundo instanti nature vel nihil causabit vel idem bis produceretur· ¶ Item quicquid producitur a causis posterioribus potest immediate produci a prima·⁊ hanc habet concedere theologus quicquid philosophi dicant:⁊ tunc ille effectus haberet eandez entitatem quam modo habet:⁊ tunc esset contingens sicut ⁊ modo est contingens·habet ergo contingentiā suam etiam modo a prima ⁊ non tantum a causa proxima· ¶ Item deus immediate multa produxit ⁊ producit:sicut creauit mundum ⁊ nunc creat animas ⁊ tñ omnia contingenter·ergo ista positio est falsa·

Tho·Gai· de vio·

Has tamen rationes nititur soluere quidam Nouus expositor Sancti Tho· in prima parte·q·14· articulo·xiij·quas solutiones supra adduxi ostendendo nullo modo euacuare rationes istas Sco·vide·ṗ· distin·viij·q·vltima·Et quod hic dicit ad tertiam et quartam rationes ꝙ illi effectus essent contingentes propter efficaciam prime cause:⁊ propter supplementum supplens vicem cause contingentis in tertia obiectione:⁊ ipse deus est causa proxima in quarta obiectione non contingens formaliter sed contingens virtualiter·

Sed hec responsio· vt patet ex his que ibi dixi nulla est·nec(vt credo)est ad mentem Sancti Thome· vt patet intuenti litteram eius vbi supra·q·xiiij·articulo·xiij·Pono tamen positionez illius ⁊ soluo illā·

Tho·Gai· de vio·

Ad rationem illam de contingentia prime cause·Respondet Nouus expositor prime partis·S·Tho· q·xiiij·articulo·xiij·dicens sic·Respondet ex duplici capite·distinguitur enim primo ly inquantum mota ab alia·aut ostendit causam precisam! aut concausaz! si precisam! sic illa propositio implicat in adiecto·Si enim causa secunda est causa. ergo non precise mouet quia mota:sed etiam ex se aliquid confert· Et si precise mouet quia mota:nihil ex se confert:⁊ sic non est causa·Si vero concausam principalem! tunc negatur assumptum:quoniam stat ꝙ necessario moueatur ⁊ non necessario moueat aliud: quia motio cause prioris modificatur in causa secunda secundum modum ipsius cause secunde·Et sic lȝ a prima causa moueatur necessario secunda:recepta tamen motio in secunda:si secunda causa imaginetur contingens modificatur contingentia recipientis:⁊ quoniam prius natura modificatur q̃z impellat ad mouendum:motio illa iā modificata ad causam contingentem mouebit secundam ad mouendum non necessario sed contingenter· Et si causa secunda ponatur naturalis possibilis tamen deficere:motio illa iam modificata ad naturam cause secunde mouebit illam secundam ad mouendū non necessario:sed vt in pluribus iuxta modum proprii ipsius cause secunde ⁊ nō prime·Et sic pȝ totius Scotici edificij ruina ex vno capite·Rursus ly mota ab alia altera distinctione·s·aut motione preuia proprie actioni! sicut aqua calefacit calefacta ab igne·aut actione cooperante intrinsece ad propriam actionez! Primo modo dato ꝙ esset vera aut sustentabitur· Secundo tamen modo sustineri non potest predicta propositio:quoniam causa cooperans intrinsece cooperatur vnicuiqȝ secundum modum eius cui cooperatur·Talis est autez cooperatio prime cause de qua scriptum est ꝙ attingit a fine vsqȝ ad finem fortiter ⁊ disponit omnia suauiter iuxta·s·modum cuiuslibet cooperans vnicuiqȝ. ¶ Ad secundam obiectionem quaz specialiter facit Sco·in secundo distin·prima questione tertia. Dicitur ꝙ illa prioritas nō est vniuersaliter secundum aliquam quasi durationem nature·vt in vno instāti nature effectus attingatur a prima causa ⁊ in alio a secunda·vt arguens imaginatur:sed est secundum independentiam ⁊ immediationem virtutis: quia prior independentius ⁊ immediatius immediatione virtutis attingit effectum q̃z secunda· In eodez tamen instanti nature effectus ad vtraqȝ attingitur· Nec propterea sequitur ergo simul suscipit necessitatem ⁊ contingentiam:quia non attingitur a prima secundum se ⁊ seorsum sed modificata in secunda·Sed sequitur ergo suscipit contingentiaz a duabus causis simul necessaria ⁊ contingenti·hec ille·

Rñsiones Gaie·nihil valent·

Ad omnia istius noui expositoris elucidanda premitto aliqua· Primum·ꝙ inter causam secundam ⁊ primam est simpliciter ordo essentialis vt omnes tam philosophi q̃z theologi asserunt· Et tunc sequitur ꝙ secunda causa simpliciter agat in virtute prime:ita ꝙ in agendo dependeat a prima ⁊ est impossibile secundam aliquid agere prima non agente·Secundo suppono ꝙ vt causa simpliciter prima ⁊ causa secunda comparantur ad eundem effectum cōmunem eis:ꝙ vtraqȝ agat vt etiam ipsi habent concedere ⁊ concedunt:⁊ tunc queritur·aut enim comparātur vt due cause totales eiusdem effectus! aut vt partiales! Si primo modo! tunc prima erit totalis causa effectus ⁊ secunda similiter. Et forte nō esset inconueniens eūdē effectuz posse simul esse a duabus causis totalibus:maxime quando prima agit contingenter· Secus si vtraqȝ ageret de necessitate nature:q: tunc bene sequerētur inconuenientia Sco·ꝙ·s·idem effectus simul esset ⁊ non esset:hoc tamen nec n assero licz multi asserant·Si secūdo modo! quero aut comparātur ad eundem effectum vt due partiales cause eiusdē speciei sicut duo homines trahentes nauem:ita ꝙ virtus vnius cum sit diminuta non potest sed requiritur virtus alterius:si tamen virtus vnius posset augeri solus posset trahere nauem:⁊ hoc modo nō comparantur adinuicem causa prima ⁊ secunda·Tum quia si virtus cause secunde augeretur posset se sola causare·Tum quia causa prima cum sit infinita virtus:omnem effectum produceret nulla secunda causa concurrente. Tum quia vt sic non essent essentialiter ordinate:quia tunc vna non ageret in virtute alterius· Aut comparantur adinuicez vt due cause partiales! sic tamen ꝙ vtraqȝ agat virtute propria ⁊ vna illarum nec in essendo nec in agendo dependeret ab alia:nec econuerso·sicut ponimus de intellectu ⁊ obiecto·vt infra patebit a Doctore distin·tertia questione·vij·⁊·viij· ⁊ in secundo distin·xxv·⁊ in tertio distin·quarta·⁊ in quolibe·Et hoc modo causa prima ⁊ secunda adinuicem non comparantur:quia tunc non essent essentialiter ordinate·ponimus.n·tam secundū philosophos q̃z theologos secundam causam in agendo dependere a prima ⁊ agere in virtute prime· Aut sic comparantur ad effectum vt due cause partiales:sic tamē ꝙ prima sit principalior ⁊ in eius virtute agat secunda: ita ꝙ secunda ⁊ in agendo ⁊ in essendo dependeat a prima:⁊ sic impossibile secundam agere prima nō agente· ¶ Istis premissis patȝ ꝙ si prima agat simpliciter per modum nature ⁊ necessario:⁊ secunda agit tātuz

in virtute prime est simpliciter impossibile effectus communis non esse· erit enim necessarius· ergo a causa agente necessario· Et sic cum dicit secunda mouet quia mota a prima et concausa: ita ꝙ prima sit principalis· sequitur ꝙ effectus ille erit simpliciter necessarius· Et cum dicit ꝙ stat ꝙ necessario moueatur: ⁊ ꝙ tamen non necessario moueat aliud et aliud: q2 motio cause prime modificatur in causa secunda secundū modum ipsius cause secunde· Ista responsio implicat manifestam contradictionem· Quero a te quid est secundam causam moueri necessario a prima? aut est secundam causam tantum accipere esse a prima ⁊ hoc necessario? Et hoc implicat· s· ꝙ accipiat esse de necessitate ⁊ ꝙ secunda causa non sit simpliciter necesse esse· Et tūc vltra· si accipit ab alio esse ab ipso habet ⁊ operari· si ergo secunda causa habet necesse esse· ergo secūda causa necessario causabit· non enim videtur possibile ꝙ vna causa necessario agens ⁊ secundum vltimum potentie producat effectum potentem libere agere· Aut intelligis ꝙ secunda causa necessario mouetur a prima in agendo: ⁊ ꝙ tamen ipsa secunda agat contingenter? ⁊ hoc implicat ꝙ aliquid in agendo necessario moueatur ab alio: ⁊ ꝙ talis motio sit contingēs· vt patet intuenti· Deinde quero quid intelligis per hoc quod dicis ꝙ secunda causa necessario mouetur a prima recepta? tamen motio in secunda si secunda causa imaginetur contingens modificatur contingentia recipientis: ⁊ quoniam prius natura modificatur q̃ȝ impellat ad mouendum motio illa iam modificata·

Aut illa motio recepta in secūda causa? aut est aliqua forma absoluta? aut aliqua actio prime cause vt aliq̃ relatio si forma aliqua ⁊ illa modificat causam secundam: quero quid sit ipsam modificari· aut enim est ratio formalis agendi vel mouēdi ipsi cause scd̄e: ⁊ tunc sequunt̄ multa inconuenientia· Primū· ꝙ tunc causam secundam agere est ipsam tantum moueri a prima: ⁊ quia necessario mouetur necessario aget· Tum quia tunc causa secunda non poterit agere secundum formam propriam si talis motio recepta est ratio agēdi: ⁊ sic eo modo quo lignum calidum per accidens calefacit sic secunda causa tantuȝ per accidens causabit: ⁊ sic cause essentialiter ordinate non essent per se cause· Tum etiam sequeretur ꝙ causa secunda tantuȝ necessario ageret: patet quia illa motio que ponitur forma absoluta non erit potētia libera vt patet· ergo erit aliqua qualitas vel aliquid aliud a volūtate: ⁊ illa erit ratio necessario agendi: ⁊ sic causa secunda per illam diceretur agere necessario· Si talis motio necessario recepta ponatur actio vel relatio: patet ꝙ hoc nihil est dictu. Deinde cum dicis ꝙ prius natura causa contingens modificatur q̃ȝ impellat ad mouendum· Quid est in illo priori motionem illam modificari· aut enim modificatur per nihil receptum? ⁊ hoc nihil est: q2 nō diceretur nunc magis modificata q̃ȝ prius? aut modificatur per aliquid receptum a prima causa? quero de illo recepto: certum est ꝙ illud receptum a prima causa erit necessario productum a prima causa: cum illa ponatur necessario agere ⁊ tale receptum non poterit poni aliqua substantia vt patet· ergo quicquid aliud ponatur sequuntur inconuenientia contra ipsum· aut modificatur talis motio cause prioris per aliquid receptum a causa secunda? ⁊ hoc est impossibile: aut modificatur ex hoc ꝙ vnitur cause secunde? ⁊ sic causa secunda quodammodo determinaret primam· ¶ Deinde cum dicit ꝙ motio cause prioris modificata mouet causam secundam ad mouendum non necessario sed

Quid sit primā cāz agere·

contingenter· Certe iudicio meo iste nouus expositor (qui audet dicere ꝙ hec responsio sua sit ruina edificij Scotici) non intelligit seipsum· Utitur enim verbis quodammodo non intelligibilibus: quia ratio doctoris subtilis non potest solui: quicquid sit nō est curandum· Tu dicis ꝙ motio cause prime modificata mouet causam secundam ad causandum non necessario· Quid intelligis per motioneȝ istam? aut enim est actio aliqua prime cause qua attingit effectum cōmunem prime ⁊ secunde cause? ⁊ hoc non: quia talis motio preintelligitur causatione illa (vt ipse dicit) ꝙ motio ista prius modificatur q̃ȝ impellat ad causandum· aut intelligitur ista motio cause prime aliquis effect⁹ immediate ꝑductus a causa prima? ⁊ sit ille· a· aut· a· mouet secundā causam aut non? Si secundo? Contra te: quia dicis ꝙ motio ista prius modificata mouet secundam causam· Si primo? ergo prima causa mouet secundam tantum mediante suo effectu: ⁊ sic mediante secunda causa: ⁊ tunc quero quomodo· a· mouet· si mouet quia mouetur necessario a prima causa? ergo per te aliqua alia motio recipitur in· a· ⁊ sic processus in infinitū· si mouet ⁊ non mouetur a prima? ergo nō mouebit in virtute prime· Et vltra· aliqua secunda cā in agendo non dependebit a prima· Aut talis motio est tantum actio dei immediate ab ipso deo? ergo erit necessaria· Nec valet dicere ꝙ modificatur prius in causa secunda: quia tunc actio diuina dependeret a cā secunda ⁊ determinaretur ab ipsa: quod nullus sane mentis diceret· est enim contra naturam cause prime posse in agendo determinari siue modificari a causa secunda· ¶ Et preterea· Causa prima per te agit de necessitate nature ⁊ est causa perfectissima· ergo in quocunqȝ instanti ponatur agit de necessitate nature· ergo non potest dari aliquod instans prius in quo modificari: ⁊ aliquod posterius in quo intelligatur mouere secundam causam· Et multa alia inconuenientia sequuntur ex dictis huius expositoris que tamen prolixitatis causa euitande pretermitto. ¶ Ex his patet solidum edificium Scoti supra durissimam petram edificatum· ¶ Et quod addit de causa secunda naturali· scilicet ꝙ si causa secunda ponatur causa naturalis possibilis tamen deficere: motio illa iam modificata ad naturam cause secunde mouebit illam secundā ad mouendum non necessario sed vt in pluribus iuxta modum propriuȝ ipsius cause secunde· Iste certe nec vt theologus nec vt philosophus loquitur de ista motione· Similimodo vt prius potest improbari· Adduco tamen pro vtraqȝ causa tam naturali q̃ȝ contingenti vnam paruam rationem· Tu dicis ꝙ secunda causa necessario recipit motionem prime cause· aut secunda causa tantuȝ semel recipit? aut totiens recipit quotiens causat? Si primo? ergo poterit agere prima causa non concurrente secunda in concurrente effectu prime cause prius posito· Si secundo? ergo oportebit secundam causam totiens producere nouum effectum in secunda causa quotiens secunda agit: que omnia sunt absurda· ¶ Ad aliū de priori ⁊c· Dico ꝙ (parcat mihi reuerentia sua) quia argumentum Scoti nullo modo potest solui: quia si primum effectiuum ponitur infiniti vigoris ⁊ agere de necessitate nature: ⁊ secundum totam virtutem suam: ⁊ ipsum esse causam simpliciter primam: ⁊ omnem causam secundam tantum agere in virtute illius de necessitate prius natura attingit effectuȝ q̃ȝ secunda causa· vt infra exposui distin· xliij· Probatur quia entitas primi in agendo non dependet ab aliquo· secunda causa in agendo de-

pendet ab illo ⁊ etiam in essendo: ⁊ per consequens non supponit ipsum primum· Cum ergo in illo priori agat de necessitate nature ⁊ est perfectissimum agens·ergo in illo priori producit immediate effectum quem potest producere: quia da oppositum· sequitur ꝙ nõ erit perfectissimum agens: ⁊ ꝙ non erit infiniti vigoris vt supponimus· Si enim oporteret ipsum expectare secundam causam: tunc videretur dependere a secunda causa non esse perfectissimum actiuum· Immo ex quo est prius secundum entitatem omni causa secunda: erit etiã prius secundum causalitatem omni causa secunda: presertim si ponatur ipsum agere de necessitate· Et ideo videtur implicatio contradictionis concedere primum agere independenter ⁊ secundam causam agere tantum dependenter ⁊ ipsum agere de necessitate nature: ⁊ concedere similiter ꝙ secunda causa mouetur a prima: ⁊ per prius qꝫ ipsa causet: ⁊ ꝙ intelligatur primum effectiuum non agere prius ad effectum qꝫ causa secunda· Sed nullum horum inconueniencium sequitur ponendo ipsum agere contingenter·vt exposui dist·xlij·primi·

Circa solutionem istarum questionum·

Diuidit hic articulus in duos articulos principales· Primus est de contingentia· Secundus est quomodo cum contingentia stet certitudo ⁊ infallibilitas diuine scientie·

Quantum ad primum·

Notanda sunt plura dicta quorum· ¶ Primum est de passionibus disiunctis: passiones disiuncte circumloquunt aliquã passionem conuertibilem cum ente vt necessarium vel possibile: non tamen sic intelligendo ꝙ totum disiunctum possit esse vnum incomplexum nec vnum tantum incomplexum includens omnino necessario plura incomplexa includi: sed dicitur circumloqui qr habet loco vnius incomplexi· Et in syllogismo demonstratiuo potest demonstrari ac si esset vnum incomplexũ sic arguendo· Omne ens est necessarium vel possibile sed lapis est ens·ergo lapis est necessarius vel possibilis· Sed loquendo de passionibus entis incomplexis ille secundum se sunt conuertibiles cum ente· vt vnum verum bonum ⁊ huiusmodi: passio vero disiuncta tantum conuertitur ratione totius disiuncti ⁊ non ratione alicuius partis tantum vt patet: quia hec est vera· omne ens est necessarium vel possibile: ⁊ hec falsa· omne ens est necessarium· ⁊ similiter ista· omne ens est possibile· Est etiam forte alia differentia inter passionem incomplexam ⁊ passionem disiunctã: quia passio incomplexa conuertitur cum ente vt est indifferens ad omnia inferiora: non addendo signum distributiuum· vt ens est vnum verum bonum: tamẽ hec non est vera absolute· ens vt ens est necessarium vel possibile· Abstrahit enim ab vtroqꝫ· licet enĩ omne ens sit necessarium vel possibile: non tamen ens vt ens· sicut etiam hec est vera· omne animal est rationale vel irrationale: non tamen hec est vera· animal vt animal est rationale vel irrationale· ¶ Secundum dictum est ibi· Passiones autem entis conuertibiles immediate dicuntur de ente·i·ꝙ vnum qđ est passio entis conuertibilis inest enti immediate ⁊ non per aliqđ medium qđ sit inter ens ⁊ vnum: loquendo de medio quidditatiuo quod est diffinitio: quia nec ens vt ens est diffinibile nec aliqua passio entis: cũ sint conceptus simpliciter simplices· Nec obstat quod supradictum est de subiecto theologie·ꝙ passio entis est demõstrabilis de ipso per rationem entis: quia accipitur ibi ratio entis pro entitate simpliciter simplici ipsius entis que est causa immediata passionis: ⁊ sic ipsa entitas est principium demonstrandi· ¶ Tertium dictum est ibi· Si etiam sit aliqua passio entis non prima ⁊c· ¶ Hic Doctor dubitatiue loquitur: an·s·sit ordo inter passiones entis ordo·s·prioris ⁊ posterioris: licet aliqui imitatores Scoti velint inter eas ponere ordinẽ: sed difficile esset eis hoc probare· Posito tamen ꝙ inter eas sit ordo: non est tamen verisimile vnam passionem demonstrari de ente per aliam passionem: quia esset difficile videre que esset prima passio que esset medium demonstrandi alias posteriores· Dato etiam ꝙ sciretur que prima ⁊ que secunda: adhuc premisse non essent multum euidentiores conclusione· Posito·n· ꝙ vnitas sit prima passio entis ⁊ bonitas secunda: ⁊ arguatur sic· Omne vnum est bonum· ens est vnum· ergo ens est bonum. Patet ꝙ premisse non sunt euidentiores conclusione· ¶ Quartum dictum est·lꝫ totum disiunctum sit conuertibile cum ente ⁊ demonstrabile de eo: non tamen aliquod membrum illius disiuncti: sed quando membrum ignobilius demõstrat de aliquo ente concluditur membrum nobilius de aliquo alio ente· vt si aliquod ens est finitum· ergo aliquod est infinitum: quia imperfectius non posset inesse alicui nisi perfectius inesset alicui a quo imperfectius inest alteri: sed ecõuerso· perfectius inest alicui· ergo imperfectius inest alicui nisi essent correlatiua· Non credo tamen ꝙ absolute teneat hec consequentia· aliquod ens est finitum· ergo aliquod est infinitũ: quia statĩ posset demonstratiue ostendi infinitas intensiua: cuius oppositum dictum est supra distin·z· parte prima questione prĩa· Nec Doctor (vt ibi dixi) demonstrat hoc per rationes vere demonstratiuas: sed per quasdam persuasiones vt ibi patet· Presupponit ergo hic Doctor ꝙ infinitas non repugnet enti: ⁊ tunc sequitur aliquod ens est finitum· ergo aliqđ ẽ infinitum· ¶ Si dicitur· ꝙ ens finitum necessario dependet ab infinito· vt videtur innuere in littera· ¶ Dico ꝙ non sequitur: sed bene sequitur ꝙ accepto ente finito pro ente imperfecto. ꝙ si est ens imperfectum· ergo erit ens perfectum: ⁊ illud perfectum non oportet esse formaliter infinitum· Posito ꝙ infinitas intensiua repugnet enti: sed sufficit ꝙ ens perfectissimũ sit inter omnia entia· ¶ Quintum dictũ est ibi· Nec etiam ista pars disiuncti quod est contingens posset demonstrari de aliquo supposito necessario: ⁊ ideo videtur ista aliquod ens est contingens esse vera primo ⁊ non demonstrabilis propter quid· Ideo philosophus arguens contra necessitatem futurorum non deducit ad aliquid impossibilius ypotesi·i· ꝙ quando philosophus in libro Perhyer· arguit ꝙ futura non de necessitate fiunt: arguit ex ypotesi·i· supposito ꝙ futura sint necessaria siue ꝙ necessario eueniant: ⁊ infert ex illo supposito inconueniens illud·s· ꝙ nõ oporteret consiliari ⁊c· sed illud inconueniẽs non est ex natura rei maius qꝫ suppositum·s· quo ad nos· Deducit ergo ad hoc inconueniens·s· ꝙ non oporteret negociari ⁊c· quod· scilicet ẽ impossibile nobis manifestius· Et ideo negantes talia manifesta indigent pena vel sensu· quia secundum Aui· primo metha· ca· primo· Negantes primum principium sunt vapulandi vel exponendi igni quousqꝫ concedant ꝙ non est idem comburi ⁊ non comburi: vapulare ⁊ non vapulare: ⁊ ita etiam isti qui negant aliquod ens contingens exponẽdi sunt tormentis: quousqꝫ concedant ꝙ possibile est eos non torqueri· Supposito ergo tamqꝫ manifesto

Dfia inter passiões disiunctas ⁊ incoplexas·

Quod non possit vna passio dimõstrari de alia· ꝯ aliquos Scotistas·

vero ꝙ

vero q aliquod ens est cõtingens: ingrediendũ est quomodo possit saluari contingentia in entibus. Dico ꝓpter rationes factas supra distin. secunda. ⁊ distin. 8. q prima contingentia est querenda in voluntate diuina. ¶ Sextum dictum. Prima ratio contingẽtis est in diuina voluntate contingenter causante: quia nisi illa contingenter causaret nihil contingenter causaretur. vt supra patuit locis preallegatis. Nec contingẽtia potest esse in diuino intellectu: quia ille necessario operatur quicquid operatur. vt supra patuit disti. 3. questione. 4. Et dicit Doc. q ad videndum contingẽtiam in diuina voluntate primo videndum est de voluntate nostra. Et declarat tria. Primum ad quid sit libertas voluntatis nostre. Secundum qualiter istaȝ libertatem sequatur contingentia. Tertium de logica distinctione propositionum quomodo exprimitur cõtingentia ad opposita.

De contingentia volũtatis nr̃e.

Quantum ad primum dicit Doctor sic. q voluntas inquantuȝ est actus primus libera est ad oppositos actus. i. q voluntas vt consideratur vt principium operatiuum libera est ad oppositos actus. scȝ positiuos. vȝ. ad velle ⁊ nolle: siue ad diligere ⁊ odire que important idem. vt patet a Doctore in secundo distinctione. vj. questione secunda. ⁊ in tertio distinctione. xxx. Sequitur. Libera etiam est mediantibus illis actibus oppositis ad opposita obiecta in que tendit. puta diligere vnum obiectum ⁊ aliud odire: ita q vnũ habeat rationem dilecti ⁊ aliud rationem oditi. Sequitur. Et vlterius ad oppositos effectus quos producit ⁊ hoc mediantibus potentijs exterioribus quibus potest imperare. vt facere aliqđ corporale quod diligit vel vult esse in rerum natura. Et destruere aliquod corporale quod odit esse in rerum natura. Sequitur. Prima libertas habet necessario imperfectionem annexam. s. potentialitatem passiuam voluntatis ⁊ mutabilitatem. patet quia si potest in oppositos actus q recipiuntur in ea ⁊ non simul sed successiue: ideo quia recipiuntur proprie notatur ibi potentialitas: quia vero successiue recipiuntur notatur mutabilitas: ⁊ etiaȝ notatur mutabilitas quia transijt a priuatione vnius actus ad illum recipiendum. Sequitur. Tertia libertas non est prima: quia ⁊ si per impossibile nihil efficeret extra: adhuc inquantum voluntas posset libere tendere in obiecta: ⁊ sic habere velle ⁊ nolle absqȝ hoc q nihil efficeret extra. Sequitur. Media autem ratio libertatis ipsa est sine imperfectiõe immo necessaria ad perfectionem: quia omnis potentia perfecta potest tendere in omne illud quod est natum esse obiectum talis potentie. ergo voluntas perfecta potest tendere in omne illud quod natum est esse volibile. Voluntas igitur prima sine imperfectione inquantuȝ libertas est ad opposita obiecta in que tẽdit: cui vt sic accidit vt oppositos effectus producat.

De secundo. s. qualiter istam libertateȝ sequatur contingentia. Dicit Doctor q loquendo de libertate secundo modo in nobis que est ad opposita obiecta in que tendit: concomitatur vna potentia ad opposita manifesta. licet enim in ea non sit potentia ad simul velle ⁊ non velle: quia hoc nihil est: quũ qđ includit incompossibilia siue cõtradictoria nihil sit simpliciter. Unde Sco. in quolibe. questione tertia. dicit q illud quod implicat contradictionem est verissime nihil: ⁊ nõ soluȝ illud: sȝ etiam quia illud excludit oẽ esse extra intellectum ⁊ in intellectu. quod enim est sic includens contradictionem sicut non potest esse extra animam: ita non potest esse aliquod intelligibile vel ens aliquod in anima: quia nunqȝ contradictoriũ cuȝ contradictorio constituit vnum intelligibile: nec sicut obiectum cum obiecto: neqȝ sicut modus cuȝ obiecto. Sic tamen intelligendo q implicans contradictioneȝ non intelligitur certitudinaliter ⁊ cum assensu tanqȝ obiectum vnum. vt dicit Doctor vbi supra: ⁊ vt sic nõ est vnum intelligibile. licet forte posset intelligi indeterminate ⁊ sine assensu ⁊ vt repugnans in se: ⁊ per cõsequens sequitur q tale repugnans si non potest esse vnum intelligibile cum assensu: q multo minus nec erit volibile: ⁊ sic in voluntate non est potentia ad simul velle ⁊ non velle. Sequitur. In ea tamen est potentia ad velle post non velle: siue ad successionem actuum oppositorum: ⁊ ista potentia est manifesta in oĩbus mutabilibus ad successionem oppositoruȝ ĩ eis. Tamen est ⁊ alia non ita manifesta absqȝ omni successione. Ponendo enim voluntatem creatam tantũ habere esse in vno instanti: ⁊ q ipsa in illo instãti habeat hanc volitionem non necessario haberet eam. Probatio. Si enim in illo instanti haberet eam necessario: cum non sit causa nisi in illo instanti quando causaret eam. ergo voluntas simpliciter quando causaret eam necessario causaret. Non enim modo est cõtingens causa quia preexistebat ante illud instans in quo causat: ⁊ tunc vt preexistens potuit causare vel nõ causare: quia sicut hoc ens quando est necessariũ vel contingens: ita causa quando causat: causat necessario vel contingenter: ex quo in isto instanti causat hoc velle ⁊ non necessario: ideo contingenter. Est ergo potentia huius cause ad oppositum eius quod causat sine successione. i. q in eodem instanti quo ꝓducit hoc posset producere oppositum: quia anteqȝ determinauit se ad producendum illud potuit se determinare ad producendum oppositum illius. Licet nunc legã Scotum: si tamen noluissem nunc non legerem. Est tamẽ impossibile q ego simul legam vobis Scotum ⁊ non legam: quia hoc nihil est: vt dixi parum supra. Sequitur. Et ista potentia realis est potentia prioris naturaliter vt actus primi ad opposita: que sunt posteriora naturaliter vt actus secundi. Actus enim primus consideratus in illo instanti in quo est prior naturaliter actu secundo: ita ponit illum in esse tanqȝ effectũ suum contingentem q vt prior naturaliter posset eqȝ ponere aliud oppositum in esse. De hoc tamen vide diffuse in secundo distin. v. in qua queritur an voluntas potuit peccare in primo instãti in quo habuit esse. ⁊ in distin. xxv. ⁊ in quolibe. aliqualiter. q. xvj. Deinde infert Doc. q hanc potentiam realem actiuaȝ priorem naturaliter ipso quod producitur: concomitatur potentia logica que est non repugnantia terminoruȝ. Voluntati enim vt est actus primus etiam quando ꝓducit hoc velle: non repugnat oppositum velle. i. q voluntas pro quocunqȝ instanti: sicut potest producere velle sic potest producere oppositum: non intelligẽdo q simul possit producere vtrunqȝ: sed q in illo instanti: puta. a. sicut habet in potestate sua posse producere velle: ita habet in potestate sua producere posse oppositum. sicut eniȝ in instanti. a. potuit producere velle: ita potuit producere oppositum illius. Et quando dicit q quando producit velle q tunc non repugnat sibi producere oppositum. Hoc ideo verum est: quia vt ꝓducit semper est prior natura producto. vt patet a Doctore in secũdo. ⁊ ideo sibi in tali priori non repugnat oppositum. Tum etiam quia contingentia volunta-

tis nunq̃ attenditur ante productionem: sed tantum quando producit· dicitur enim contingenter se habere quando actu producit effectum· vt patet a Doctore in secundo: et ideo quando producit velle tūc potest producere oppositum: non tamen simul producit vtrū qz ꝛc· Sequitur· Libertatem igitur voluntatis nostre inquantum est ad oppositos actus concomitatur potentia tam ad opposita successiue (ita ꝙ pro instanti ·a· potest producere velle ꝛ pro alio instāti oppositū) q̃z ad opposita pro eodem instanti· vt supra patuit· Semper ·n· voluntas est naturaliter prior actu etiam in eodem tempore quo actus elicitur: ꝛ inquantum sic prior est sufficienter causa libera ꝛ contingens· ꝛ eō· oppositum posset ponere in actu: licet illa duo opposita sint simul incompossibilia·

De tertio principali· scilicet de distinctione logica ꝛc· Hic ponit duas conclusiones· Prima est de voluntate pro alio ꝛ alio instanti ꝛ est ista voluntas volens ·a· potest non velle ·a· est vera in sensu diuisionis vt possibilitas significatur ad opposita successiue: quia voluntas volens pro ·a· potest non velle pro ·b· Secunda est de voluntate pro codē instanti: ꝛ est ista voluntas non volens pro ·a· potest velle pro ·a· est vera in sensu diuisionis· Et infra declarat Doc· quomodo sint vere in sensu diuiso: non autem in sensu composito· Nam cum dico voluntas volens ·a· potest nō velle ·a· in sensu diuiso notatur ꝙ pro quocunq̃z instāti inest voluntati velle ·a· potest sibi inesse nō velle ·a· ꝛ tunc non sequitur ꝙ possit simul velle ·a· ꝛ non velle ·a· Cum enim dicimus voluntas volēs ·a· potest nō velle ·a· in sensu diuiso: non intelligitur ꝙ simul velit ·a· ꝛ non velit ·a· quia hoc est simpliciter impossibile: sed sic intelligitur· ꝙ si velle ·a· non inesset in codē instanti posset non velle ·a· inesse voluntati· In sensu tamen composito esset falsa: quia esset sensus ꝙ voluntas in instanti ·b· simul vellet ·a· ꝛ non vellet ·a· ꝛ sic esset vna cathegorica cuius subiectum est voluntas volens ·a· ꝛ predicatum non volens ·a· ꝛ tunc attribuit hoc predicatum possibiliter· Hoc est cum modo possibilitatis subiecto cui omnino hoc predicatum repugnat ·s· nolens ·a· ꝛ per consequens impossibiliter sibi conuenit quod notatur possibiliter cōuenire· Hoc ·n· predicatum nolens ·a· notatur posse simul conuenire huic subiecto voluntas volens ·a· quod tamen predicatum omnino sibi repugnat stante tali subiecto: sic hic album potest esse nigrum in sensu cōposito: hoc predicatum esse nigrum denotatur simul posse inesse huic subiecto album: ꝛ sic duo contraria simul posse verificari de eodem· Sed in sensu diuiso sunt due cathegorice enunciātes de voluntate duo predicata· in vna propositione de inesse enunciatur de voluntate hoc predicatum velle ·a· que cathegorica intelligitur per compositionē implicitam ꝛ in alia cathegorica de possibili enunciatur possibiliter non velle ·a· Et est sensus· voluntas vult ·a· ꝛ voluntas potest non velle ·a· preexposito modo· vna enim istarum propositionum non repugnat alteri pro eodem instanti· Nam voluntati isti in eodem instanti conuenit velle ·a· cū possibilitate ad oppositum pro eodem instanti sicut significat ista de possibili· Exemplum huius distinctionis est in ista· omnis homo qui est albus currit: que posito isto casu ꝙ omnes homines albi currant ꝛ nō nigri nec medij: vera est in sensu compositionis ꝛ falsa in sensu diuisionis· in sensu compositionis est vna propositio habens vnum subiectum determinatum per hoc qui est albus· in sensu diuisionis sunt due propositiones enunciantes duo predicata de eodem subiecto: ꝛ sensus est: ꝙ omnis homo est albus ꝛ omnis homo currit· Similiter patet exemplum sequens· omnis homo qui est albus necessario est animal: que in sensu compositionis est falsa: quia predicatum nō necessario conuenit toti subiecto· In sensu vero diuisionis vera ꝛc·

Sed cōtra istā distinctionem arguitur tripliciter· ꝙ ipsa non sit logica nec ꝙ potentia aliqua sit pro aliquo instanti ad oppositum eius quod inest pro illo instanti· Primo arguitur per philosophum primo Peryher· capitulo vltimo· Omne quod est quando est necesse est esse· sz nunq̃z aliquid est nisi quando est· igitur semper necesse est esse: ꝛ sic in rebus nihil est contingenter: ꝛ sic voluntas nihil potest contingenter producere· ¶ Respōdet Doctor: dicēs ꝙ illa propositio philosophi potest esse cathegorica vel ypotetica· sicut ꝛ ista animal currere si homo currit est necessarium· hec quidē secundum ꝙ conditionalis est: est distinguenda secundum ꝙ necessarium potest dicere necessitatem consequentie vel consequentis· primo modo est vera: secūdo modo falsa· Primo mō sensus est· ꝙ si homo currit necessario sequitur ꝙ animal currit· vł sensus est ꝙ ista consequentia est necessaria· homo currit ergo animal currit· Secundo modo sensus est· si homo currit hoc consequens est necessarium ·s· animal currit: ꝛ hic sensus est falsus: quia animal currere semp est cōtingēs· stat enim aliquam consequentiam esse necessariam: cuius tam antecedens q̃z consequens sunt contingentia vt patet· Sequitur· Secundum autem ꝙ est cathegorica sensus est· hoc totum currere si homo currit: predicatur de animali cum modo necessitatis: ꝛ est vera: quia predicatum sic determinatū necessario inest subiecto licet non predicatum absolute· Uult dicere Doc· ꝙ hoc totum ·s· currere si homo currit · predicatur de animali cum modo necessitatis· Nam hoc predicatum ·s· currere absolute sumptum non necessario inest animali: tamen vt sumptum cum ista determinatione ·s· si homo currit tunc necessario inest animali: ꝛ significat vt est cathegorica ꝙ animali necessario inest currere si homo currit: ꝛ ista est vera de necessario: non tamen sequitur· ergo animal currere est necessarium: quia arguitur a secundū quid ad simpliciter vt patet· Sequitur· Ita dico hic ꝙ ista propositio· Nunc Doctor applicat supradicta ad propositū dicens· ꝙ si ista propositio philosophi accipiatur vt est ypotetica temporalis: tunc necessitas aut notat necessitatem concomitantie vel concomitantis· primo modo est vera secundo modo falsa· Et accipitur necessitas concomitantie pro necessitate consequētie: ꝛ concomitantis pro necessitate consequentis· primo modo est sensus· omne quod est quando est necessario sequitur ipsum esse: ꝛ tunc propositio est vera· secundo modo est sensus· omne quod est quando est necessario est: ꝛ tunc est falsa· Patet quia aliquid quod est contingens est: ꝛ tamen non est necessario: immo in quocunq̃z instanti est contingenter est· deus enim pro quocunq̃z instanti posset ambulare· Sequitur· Si autem accipiatur vt est cathegorica: tunc hoc q̃d est quando est non determinat compositionem implicitam in hoc quod est: sed compositionem principalem significatam per hoc quod est esse: ꝛ tunc predicatum hoc esse quando est denotatur dici de subiecto quod est cum modo necessitatis: ꝛ sic est propositio vera·

Uult dicere

Vult dicere quod quando hoc predicatum esse determinatum per ly quando est dicitur de subiecto cum modo necessitatis: tunc est sensus. omne quod est quando est necesse est esse: ita quod hoc totum quando est necesse est esse: dicitur necessario de eo quod est: et talis necessitas est necessitas secundum quid: et sic non sequitur ex hoc. ergo omne quod est necesse est esse: sed est fallacia secundum quid ad simpliciter: quia iste terminus esse simpliciter sumptus predicatur de subiecto cum modo necessitatis: et sic propositio isto modo est falsa. Sequitur. Nullus igitur sensus verus huius propositionis denotat quod esse aliquid in instanti in quo est sit simpliciter necessarium: sed tantum quod sit necessarium secundum quid. scilicet quando est: et cum hoc stat quod in illo instanti in quo est sit simpliciter contingens: et per consequens quod in illo instanti posset oppositum illius inesse.

¶ Secundo principaliter arguit Doctor per unam regulam artis obligatorie. scilicet posito falso contingenti de presenti est negandum ipsum esse: sed nullum possibile est negandum. ergo falsum contingens pro instanti in quo est necessario est: et probatur illa regula per hoc quod illud positum sustinendum est tamquam verum: non autem est verum possibile pro illo instanti pro quo est positum: quia si esset possibile pro illo instanti. ergo posset esse verum: et tunc esset vel per motum aut per mutationem: non per motum: quia non fit in instanti: nec per mutationem: quia mutatio non est in aliquo instanti ad oppositum eius quod tunc inest. ¶ Respondet Doctor dicens quod illa regula est falsa: et probatio non valet: quia licet positum debeat sustinere sicut verum potest sustinere pro illo instanti non negando illud instans pro quo falsum: quia non sequitur est falsum pro illo instanti. ergo est impossibile. sicut innuit illa probatio. patuit enim supra quomodo voluntas volens .a. potest non velle .a. ideo non sequitur. voluntas in illo instanti .a. vult .b. ergo est simpliciter impossibile velle oppositum? non sequitur ut patuit. Et cum dicit illa positio de illa regula. Si potest esse verum pro illo instanti quo est falsum: aut potest verificari pro illo instanti etc. Dicit Doctor quod nec sic nec sic: quia ista possibilitas ad veritatem eius non est possibilitas aliqua cum successione ut alterum post alterum in sit: sed est potentia ad oppositum huius quod inest alicui inquantum est prior naturaliter illo actu. ut supra expositum est. ¶ Tertio principaliter arguit sic. Si pro aliquo instanti sit potentia ad aliquid cuius oppositum inest: aut ista est potentia cum actu aut ante actum? Non cum actu patet. Nec ante actum: quia tunc esset ad actum pro alio instanti quam pro quo inest illa potentia.

¶ Respondet Doctor quod est potentia ante actum accipiendo ly ante tantum ordine nature: et hoc satis supra expositum est: quia illud quod precedit naturaliter istum actum ut precedit actum naturaliter posset esse cum opposito illius actus. ¶ Quarto obiicit contra illud. quia si potest velle .a. pro hoc instanti: et non vult .a. pro hoc instanti. ergo potest non velle .a. pro hoc instanti: quia ad illam de inesse sequitur illa de possibili: et tunc videtur sequi quod possit velle .a. et non velle .a. simul pro eodem instanti. ¶ Respondet secundum philosophum nono methaphisice textu co. decimi et decimiseptimi. quod habens potentiam ad opposita si faciat ut faciendi habet potentiam: non autem ut potentiam habet faciendi. idest si aliquis simul habet potentiam faciendi opposita: tunc exeundo in opus debet exire. sicut faciendi habet potentiam. idest sicut factibilia patiuntur: quia non simul possunt esse et non debet in opus exire sicut potentiam habet faciendi. idest simul utrumque facere: sicut simul habet potentiam faciendi utrumque: quia simul habeo potentiam sed non ad opposita simul: quia referendo illum modum simul ad potentiam tunc est vera: sed referendo illum modum ad opposita tunc est falsa. Non sequitur. ergo potest velle .a. pro hoc instanti et potest nolle .a. pro hoc instanti. ergo potest nolle et velle simul in hoc instanti: habet tamen simul potentiam ad utrumque divisim. idest quod illorum voluerit sed non ambo simul. Et exemplum de permanentibus positum in littera est multum ad propositum: quia hoc corpus potest esse in hoc loco in .a. instanti: et aliud corpus potest esse in eodem loco in .a. instanti. igitur ista duo corpora possunt simul esse in eodem loco in .a. instanti. non sequitur? ita enim hoc corpus potest esse ibi quod potest illud corpus non esse ibi. et econverso. Et ideo non sequitur. si potentia est ad utrumque pro eodem sive instanti sive in loco. ergo ad ambo simul? sed fallit quandocumque utrumlibet illorum duorum excludit alterum: ita etiam non sequitur etc.

Iuxta predicta de voluntate

nostra videnda sunt quedam de voluntate divina: et ponuntur alique conclusiones. ¶ Prima conclusio. Voluntas divina non est libera ad diversos actus: quia voluntas divina habet tantum unum actum et non plures. ut satis patuit supra distinctione secunda questione prima. eodem enim modo probatur unitas numeralis actus voluntatis divine quo probatur unitas numeralis actus intelligendi intellectus divini. Si enim esset libera ad actus oppositos: puta ad velle et nolle: tunc esset imperfectio sicut etiam patuit de voluntate nostra. Voluntas enim nostra non posset esse libera ad diversa obiecta nisi esset libera ad diversos actus: quia quilibet actus voluntatis est limitatus respectu sui obiecti. Sed actus voluntatis divine cum sit formaliter infinitus: est simpliciter illimitatus: et sic idem actus numero poterit esse ad diversa obiecta: immo eodem actu potest velle infinita obiecta. Et sic eodem actu omnes creat: omnes conservat: omnes predestinat quos vult: omnes reprobat quos vult: et simpliciter eodem actu numero omnino eodem ex natura rei (licet forte diverso propter diversos respectus) facit quicquid facit. Ipsa etiam voluntas divina est libera ad diversos effectus: sed hec non est prima libertas sicut nec in nobis. ut supra patuit. Remanet ergo libertas illa que est per se perfectionis. scilicet ad obiecta opposita: ita quod sicut voluntas nostra potest diversis volitionibus tendere in diversa volibilia: ita voluntas divina potest unica volitione simplici illimitata tendere in quecumque volibilia: ita quod si volitio illa esset tantum unius volibilis et non posset esse oppositi: quod tamen est de se volibile: hoc esset imperfectionis in voluntate: sicut deductum est prius de voluntate nostra. — Prima conclusio.

¶ Secunda conclusio. Voluntas nostra consideratur tripliciter. Primo ut receptiva actuum. Secundo ut productiva sive ut elicitiva actuum. Tertio ut operativa. idest inquantum per actus attingit obie- — Secunda conclusio.

cta volibilia: ⁊ hoc tertio modo dicitur voluntas vt qua habens formaliter operatur: sicut etiam primo modo dicitur voluntas vt qua habens ipsam producit actus: ⁊ secundo modo dicitur voluntas vt qua habens recipit actus· ipsa enim est ratio formalis supposito habenti eam producendi actus: ⁊ recipiendi: ⁊ similiter operandi· Tamen hoc tertio modo attenditur magis proprie libertas voluntatis: quia hoc modo est qua habens operatur formaliter circa obiecta volibilia. Est enim ipsa qua suppositum formaliter vult obiecta volibilia· Et hoc modo ponitur libertas in voluntate diuina per se ⁊ primo supple inquantum est operatiua: licet ipsa non sit productiua operationis sue: quia tunc realiter distingueretur· Nec similiter sit receptiua quia hoc est imperfectionis: quia diceret potentialitatem· Addit etiam ꝙ non est necesse si voluntas diuina vult res ꝙ ex hoc res actu existant: quia in eternitate voluit quicquid vult· vt infra patebit distinctione quadragesimaquinta· ⁊ tamen res non fuerunt ab eterno: tamen bene sequitur ꝙ si vult aliquid extra se: ꝙ illud producat saltem secundum quid· scilicet in esse volito: ⁊ sic ab eterno produxit quecunque voluit in esse tantum volito que dicitur productio secundum quid· ¶ Tertia conclusio· Voluntas diuina nihil necessario vult nisi essentiam diuinam ⁊ omnia intrinseca illi essentie: alia autem que sunt extra essentiam suam vult tantum contingenter· Prima pars huius conclusionis scilicet ꝙ velit necessario essentiam ⁊c· supra patuit distinctione decima questione prima· quomodo cum necessitate stet libertas voluntatis: ⁊ magis patebit in quolibe· questione sextadecima· Secunda pars ꝙ omnia alia tantum contingenter velit satis ostensum est supra distinctione secunda questiõe prima· distinctione octaua questione vltima· ⁊ aliqualiter distinctione decima· ⁊ patet etiam in secundo distinctione prima questione prima· ⁊ distinctione trigesimaseptima ⁊ in quolibe· questione sextadecima· Et hic simpliciter patet quomodo contingẽter se habet ad quodlibet aliud a se: ita ꝙ etiam posset esse oppositi modo preexposito· vt scilicet considerando ipsam vt est prior naturaliter tendentia in illud obiectum: nec solum ipsa in volitione prior est naturaliter suo actu: sed etiã inquantum est volens: quia in eodem instanti quo vult: puta ·a· posset oppositum velle potentia logica que est non repugnantia terminorum ⁊ reali potentia· scilicet ex naturali prioritate ad suum actum· Ipsa enim voluntas diuina existens actu sub volitione qua primo vult essentiam diuinã est prior naturaliter tali tendentia: quia ipsa volitio in se est naturaliter prior omni tendẽtia qua tendit in alia a se· tendentia enim ipsa est simpliciter posterior: ⁊ ideo in eodem instanti quo tendit in obiectum aliquod volendo ipsum posset non tendere vt patuit·

Tertia conclusio·

Uiso de contingentia reruz

quantum ad existentiam ⁊ hoc considerando respectu volitionis diuine restat videre secundum principale: qualiter cum hoc stet certitudo scientie eius· Hoc potest poni dupliciter· Uno modo per hoc ꝙ intellectus diuinus videt determinationem voluntatis diuine· videlicet illud fore pro ·a· quia voluntas diuina determinauit illud fore pro ·a· scit enim illam voluntatem esse immutabilem ⁊ non impedibilem· Secundo modo potest dici aliter quia ista via videtur ponere quendam discursum in intellectu diuino quasi ex intuitione determinationis voluntatis ⁊ immutabilitatis eius concludat hoc fore· Non tamen Doctor improbat hunc modum dicendi: nec reputo inconueniens ponere in deo huiusmodi discursum· vt satis supra exposui in questione illa: an Theologia sit scientia· vide in prologo· Ponit tamen alium modum· scilicet ꝙ intellectus diuinus aut offert simplicia quorum vnio est contingens in re: aut si offert complexionem offert eam vt neutram: ⁊ voluntas eligẽs vnam partem· scilicet coniunctionem istorum pro aliquo nunc in re facit illud determinate esse verum: hoc erit pro ·a· hoc autem existente determinate vero: essentia est ratio intellectui diuino intelligẽdi istud verum: ⁊ hoc naturaliter quantum est ex parte essentie: ita ꝙ sicut naturaliter intelligit omnia principia necessaria quasi ante actum voluntatis diuine: quia eorum veritas non dependet ab illo actu voluntatis diuine· vt supra patuit distinctione tertia questione quarta· ⁊ distinctione trigesimaquinta· Ita essentia diuina est ratio cognoscendi ea in illo priori instãti nature: quia tunc sunt vera non ꝙ illa vera moueant intellectum diuinum: nec etiam termini eorũ: quia tunc vilesceret· Sed sicut essentia diuina est ratio cognoscendi simplicia: ita ⁊ complexa talia· tunc autem scilicet in illo priori instanti nature non sunt vera contingentia: quia nihil est tunc per quod habeant determinatam veritatem· Posita autem determinatione voluntatis diuine iam sunt vera· scilicet pro illo secundo instanti: ⁊ hoc idem erit ratio intellectui diuino intelligendi ista quod erat in primo: et si ista contingentia fuissent vera in illo primo instanti: tunc fuissent cognita ⁊ essentia diuina fuisset ratio cognoscendi· ergo in isto secundo instanti in quo sunt vera essentia diuina est ratio cognoscendi ipsi intellectui diuino· Exemplum clarum est in littera·

Contra hanc positionem

Gul· Och· in ·j· distin· 38· q· j· arguit contra·

arguit Ocham· Et primo contra hoc quod dicit ꝙ secundum libertatem voluntatis consequitur vna potentia ad opposita non manifesta que est ad opposita obiecta sine successione· Hoc enim non videtur verum: cuius ratio est· quia illa potentia que per nullam potentiam etiam infinitam potest reduci ad actũ non est potentia: sed per nullam potentiam potest ista potentia non manifesta reduci ad actum: quia si reducatur· ergo voluntas vult aliquid pro ·a· ⁊ non vult pro ·a· ⁊ ita manifesta contradictoria sunt vera· ¶ Si dicatur· ꝙ si reducitur ad actum iam non est hec vera· voluntas non vult hoc pro ·a· nec etiam ista voluntas vult hoc pro ·a· quia eo ipso ꝙ voluntas non vult hoc pro ·a· sequitur ꝙ hec non est vera voluntas vult hoc pro ·a· ¶ Contra· hoc est communiter concessum a Philosophis ⁊ Theologis ꝙ deus non potest facere de preterito non preteritum quin sit post verum dicere ꝙ fuit preteritum· ergo cum per positum hec sit determinate vera· voluntas vult hoc pro ·a· ⁊ per consequens hec semper erit postea vera ⁊ nunquam hec fuit vera· voluntas non vult hoc pro ·a· ergo postea hec semper fuit impossibilis· voluntas non voluit hoc pro ·a· Et vltra· ergo modo postea est verum ꝙ hec nunquam potuit esse vera in illo instanti in quo sua opposita fuit vera: quia propositio vera fuit impossibilis frequenter·

¶ Si dicat

¶ Si dicatur · q illa potentia potest reduci ad actum: quia potest cessare hoc pro ·a· ¶ Respondeo hoc nõ valet: quia ista potentia ad opposita est manifesta et cum successione· Nam in vno instanti hec est vera· volũtas vult hoc pro ·a· ⁊ in alio instanti hec est vera· voluntas non vult hoc pro ·a· sed q in eodem instanti sint ambe vere per quamcunq potentiam est omnino impossibile· sicut impossibile est q hec sit primo vera· voluntas creata vult hoc pro ·a· ⁊ q postea sit hec vera· voluntas nunquam voluit hoc pro ·a· ⁊ ita in creaturis est vniuersaliter verum q nunquam est potentia ad opposita obiecta sine successione non magis quam ad oppositos actus: immo per idem argumentum probari potest potentia ad oppositos actus voluntatis create sine successione ⁊ ad opposita obiecta· Nec ratio sua concludit: quia concedendum est q voluntas quando causat contingenter causat· Sed ista potest habere duas causas veritatis: vel quia possibile est q in eodem instanti sit verum dicere q non causat: ⁊ hoc est impossibile: quia posito q in aliquo instanti sit causans impossibile est q in eodem instanti sit non causans· Uel dicitur causare contingenter quia libere sine omni variatione adueniente sibi vel alteri: ⁊ non per cessationem alterius cause potest cessare ab actu in alio instanti: ita q in alio instanti sit non causans: ⁊ isto modo voluntas causat contingenter· Non sic autem est causa naturalis: quia causa naturaliter agens semper agit nisi ipsa mutetur vel aliqua nouitas fiat circa ipsam: vel quia aliqua causa cessat causare vel per aliquem alium modum sine quo omni potest voluntas sola sua libertate cessare ab actu· ¶ Ad formam ergo argumenti dico q in illo instanti in quo causat contingenter causat: nec tunc necessario causat: sed ex hoc non sequitur q hec potentia cause ad oppositum sit ad non causare ⁊ ad eius oppositum sine successione: quia impossibile est q per quamcunq potentiam reducatur ad actum sine successione: sed est potentia ad eius oppositum que potentia potest reduci ad actum per successionem: non tamen illo modo quo precise potentia cause naturalis ad non causandum potest reduci ad actum· Nam accipio calorem calefacientem lignum: iste calor potest non calefacere: ⁊ hec potentia potest reduci ad actum vel per destructionem caloris agentis: vel per ammotionem passi: vel per impedimentum interpositum: vel per subtractionem cause coagentis: puta q deus non vult sibi coagere: vel per perfectionem termini producti: quia scilicet ita perfectius calor est productus q ab isto calore non potest produci perfectior: preter istos modos adhuc est vnus quo potest voluntas creata cessare ab actu causandi· scilicet se sola: quantumcunq nullum predictorum desit sed omnia sint posita: ⁊ hoc est ⁊ non aliud voluntatem contingenter causare· Ex isto patet q non est conuenienter dictum q voluntas diuina vt prior naturaliter: ita ponit suum effectum in esse in ·a· q potest eum non ponere in esse in eodem instanti: quia non sunt talia instantia nature sicut iste imaginatur: nec est in primo instanti nature talis indifferentia ad ponendum: sed si in aliquo instanti ponit effectum suum in esse: impossibile est per quacunq potentiam q sit illud instans ⁊ q in illo non sit· Sicut est impossibile q per quãcunq potentiam contradictoria sint simul vera· ¶ Ideo dico q vniuersaliter nunquam est potentia illa q opposita verificẽtur sine successione: immo impossibile est q deus respiceret obiectum ⁊ non respiceret illud nisi esset aliqua successio saltem in actu: vel coexisteret: ⁊ tunc foret in alio quocunq mutatio· ¶ Item arguit contra illud de determinatione voluntatis diuine: ⁊ primo arguit q conclusio principalis non sit vera· quia quando aliquid determinatur contingenter: ita q possibile est q nunquam fuisset determinatum per talem determinationem non potest haberi euidentia certa ⁊ infallibilis· Sed voluntas diuina ita determinatur q adhuc possibile est eam nunquam fuisse determinatam · ergo euidentia certa ⁊ infallibilis nõ potest haberi per talem determinationem · ex quo simpliciter potest nunquam fuisse: ⁊ ita videtur q determinatio voluntatis diuine si esset parum faceret· ¶ Preterea· quantumcunq posset saluari certitudo scientie per determinationẽ voluntatis respectu omnium effectuum productorum a voluntate: ⁊ etiam respectu omnium effectuum causarum naturalium quibus voluntas diuina coagit: ⁊ tamen non videtur q certitudo actuum futurorum ipsius voluntatis create possit per predictam determinationem saluari: quia si respectu omnium est voluntas diuina determinata· quero aut illam determinationem sequitur necessario determinatio vel productio voluntatis create vel non? Si sic? ergo ita naturaliter agit voluntas creata sicut quecunq causa naturalis: quia sicut voluntate diuina existente determinata ad vnum oppositorum non est in potestate cause naturalis cuiuscunq non coagere: ⁊ etiam ipsa non determinata non coagit causa naturalis: ita voluntate diuina existente determinata voluntas creata coageret: nec haberet in potestate sua non coagere: ⁊ per consequens nullus actus voluntatis create esset sibi imputandus· Si autem determinationem voluntatis diuine non necessario sequitur determinatio voluntatis create? ergo ad sciendum verum effectus poneretur vel non poneretur non sufficit determinatio voluntatis diuine· ¶ Preterea· quantumcunq voluntas creata sit determinata ad alteram partem: ⁊ quantumcunq intellectus videat illam determinationem: quia tamen voluntas nostra potest ab illa determinatione cessare ⁊ non determinari intellectus non habet certam notitiam de illa parte· ergo visio determinationis voluntatis que voluntas potest non determinari ad illam partem: non sufficit ad notitiam certam illius partis· ¶ Preterea· quod dicit q in primo instanti intellectus diuinus offert simplicia: ⁊ post voluntas diuina eligit vnam partem: ⁊ post hoc intellectus euidenter cognoscit illam partem: non videtur esse verum: quia non est talis processus nec proprietas talis in deo: q intellectus diuinus pro aliquo instanti non cognoscat futura contingentia euidenter ⁊ pro aliquo cognoscat· Hoc enim esset imperfectionis ponere q intellectus diuinus quancunq perfectionem reciperet ab alio· ¶ Ideo dico q indubitanter est tenendum q deus certitudinaliter ⁊ euidenter scit omnia futura contingentia· Sed hoc euidenter declarare ⁊ modum quo scit omnia futura contingentia exprimere est impossibile omni intellectui pro statu isto· hec Ocham·

Nota q Gregorius de Ari·

in primo distinctione trigesima octaua questione prima· Rñdet ad ratiões Ochã quas facit ꝯ cõtingẽtiã· Et primo premittit q aliquid quod est in aliquo instanti possit non esse in illo instanti: sic q propositio

Grego· de Ari · soluit rationes Ocham·

enuncians illud non esse possit esse vera in illo instanti potest intelligi tripliciter· Primo ꝙ hoc sit possibile in sensu composito: sic ꝙ in illo instanti ista res simul cum hoc ꝙ ipsa est non sit in illo instanti: et ꝙ tam propositio enuncians ipsam esse quam propositio enuncians ipsam non esse coniunctim ⁊ simul in illo instanti sint vere: ⁊ iste sensus est vere impossibilis propter implicationem contradictionis· Secundo potest concipi vel intelligi hoc esse possibile in sensu diuiso: ⁊ hoc dupliciter· Uno modo ꝙ aliqua res que est in aliquo instanti dato: possit iam posita incē desinere esse: ⁊ de esse transmutari in non esse in eodē dato instanti: ⁊ ꝙ propositio enuncians ipsaȝ esse desinat esse vera: ⁊ de vera fiat falsa: sic ꝙ in illo instanti ipsa sit falsa: ⁊ econuerso sua opposita desinat eē falsa ⁊ fiat vera: ⁊ ille sensus est impossibilis: quoniam talis transmutatio ⁊ successio non est possibilis in instāti· Alio modo ꝙ absolute ⁊ simpliciter possibile ē istaȝ rem non tunc esse ⁊ non poni per suam causam incē: ⁊ propositionem enunciantem istā non esse in illo instanti veram: ⁊ ille sensus verus est ⁊ nihil inconuenientis includit· ¶ Tunc ad rationem illam de preterito vt preterito ⁊c· Dicit Grego· ꝙ concessa pro nūc ista suppositione (scilicet ꝙ per nullā potentiā etiam diuinam: potest fieri de preterito non preterito quin semp sit post verum dicere ꝙ fuit preteritum) quamuis oppositum aliqui ⁊ magni doctores tenuerūt etiaȝ Theolo· Dico ꝙ si voluntas vult aliquid in instanti ·b· postea semper erit hec vera· voluntas voluit hoc in instanti ·b· ita ꝙ ista consequentia nunc est necessaria· voluntas vult hoc in ·b· ergo post ·b· semper hec erit vera si formetur· voluntas voluit hoc in ·b· Sed dico ꝙ añs est contingens ⁊ potest non esse verum etiam in instāti ·b· ⁊ si ponatur ipsum non esse verum in ·b· sicut est possibile iuxta tertium sensum premissum: ista voluntas voluit hoc in ·b· non erit vera post ·b· ⁊ per consequens nec necessaria nec eius opposita impossibilis· Si tamen ponatur antecedens verum in ·b· quia nō est possibile ꝙ cum hac suppositione eius oppositum sit verum in ·b· nec in primo nec in secundo sensu: ideo nec post ·b· ista erit possibilis voluntas nō voluit hoc in ·b· Et vt dicit arguens per nullam potentiam poterit vnꝗ̄ fieri ꝙ ista sit falsa in ·b· volūtas vult hoc in ·b· sic enim sequeretur ꝙ ipsa fuisset vera in ·b· ⁊ adhuc fuisset falsa in ·b· ⁊ per consequens eius opposita etiam fuisset vera in ·b· quod est impossibile: ⁊ ita patet ꝙ hec ratio procedit contra primum sensum ⁊ secundum non autem contra tertium· Et reuera si dictus arguens velit loqui consequenter hoc ipsum habet tenere· Nam in secundo quolibe· questione sexta tenet ꝙ angelus potuit mereri ⁊ demereri in primo instanti· Et ad hoc probandum in quadam ratione assumit ꝙ angelus potuit in primo instanti se libere conformare recte rationi ⁊ non conformare· Et infra in soluendo quandam obiectionem que est: ꝙ actus non est imputabilis ad meritum vel demeritum nisi fiat scienter ⁊ contingenter: ⁊ ita ꝙ possit oppositum elicere concedit vtranqȝ conditionalem esse necessariam ad actum meritorium· Et dicit ꝙ vtraqȝ potest esse in instanti· Ex quibus euidenter patet ꝙ in illa questione vult expresse ꝙ angelus in illo instāti quo se conformauit recte rationi ⁊ habuit actū meritorium: potuit se non conformare tunc ⁊ habere tunc actum demeritorium ⁊ non habere demeritorium·

¶ Item ibi dicit ꝙ deliberatio vel perfecta cognitio: aut syllogismus practicus requisitus ad actum meritorium potest esse non solum in tempore ⁊ respectu actus futuri: sed etiaȝ in instanti ⁊ respectu actus qui elicitur in illo instanti· hec Grego·

Hec enim solutio est ad viā Scoti: ⁊ ideo admittenda est· Non enim est difficultas soluere si principia Doctoris recte intelligantur· ¶ Ad alias rationes· Ad primam concedo illam maiorem· scilicet ꝙ nulla potentia que p nullā potentiaȝ potest reduci ad actum est potentia· Sed minor· scilicet ꝙ ista potentia non possit reduci ad actum potest dupliciter intelligi· Primo ꝙ potentia sit simul potētia ad opposita: ita ꝙ possit reduci ad actum respectu vtriusqȝ oppositi: ⁊ sic est impossibile· vt supra patuit exponendo philosophum nono methaphysice· Secūdo ꝙ ipsa potentia in illo instanti quo vult ·b· possit non velle ·b· ⁊ sic conceditur: quia talis potentia sicut in illo instanti vult ·b· ita posset non velle ·b· reducta tamen ad actum in instanti illo: puta ꝙ velit ·b· tunc non potest simul reduci ad actum vt non velit ·b· quia tunc contradictoria simul verificarentur· Et ideo nō sequitur sicut ipse infert· ergo voluntas vult aliquid pro ·b· ⁊ non vult illud pro ·b· sed debet sic inferre· voluntas vult aliquid pro instanti ·b· ⁊ potest non velle pro instanti ·b· quia ipsa etiam pro illo instanti est prior natura· vt patuit supra· Imaginatur enim iste ꝙ voluntas simul possit pro instanti ·b· velle ⁊ nō velle· Nos enim ponimus prioritatem naturalem ipsius voluntatis respectu vtriusqȝ oppositi: ita ꝙ pro instanti ·b· ipsa est prior ipso velle ⁊ similiter ipso nō velle: ⁊ ideo sicut pro instanti ·b· potest velle ·a· ita pro eodem instanti potest non velle ·a· non ꝙ simul possit velle ·a· ⁊ non velle ·a· sed ꝙ quando vult ·a· potest non velle ·a· ⁊ similiter quando non vult ·a· pro instanti ·b· potest velle ·a· pro eodem instanti· Et sic patet falsa imaginatio eius· ¶ Et quando dicit ꝙ ratio Doctoris non concludit: quia quando voluntas causat contingenter potest habere duas causas veritatis· Dico ꝙ non assignat veram causaȝ causandi contingenter· Causa enim est quia ipsa vt prior natura sicut potest in vnum oppositum ita potest in aliud: quia semper vtriusqȝ oppositi consideratur vt prior natura: ⁊ vt habens potestatem causandi siue eliciendi quod voluerit· ¶ Et cum dicit ꝯ formam argumenti Docto· ꝙ in illo instanti in quo causat contingenter causat: ⁊ ꝙ ex hoc non sequitur ꝙ hec potentia possit esse ad oppositum sine successione: quia impossibile est ꝙ per quancunqȝ potentiam reducatur ad actum sine successione· Dico ꝙ iudicio meo non bene percipit nec mentem nec verba Scoti· Non enim vult Scotus ꝙ quando causat pro instanti ·a· ꝙ possit tunc reduci ad actum oppositum· puta in instanti ·a· vult ·b· ⁊ in eodem instanti potest non velle ·b· reducatur talis potentia ad actum· patet ꝙ secundum Doctorem stante volitione qua vult ·b· nō potest reduci ad actum quo non vult ·b· Sed sic Doctor intelligit ⁊ bene: ꝙ ideo volens ·a· pro ·b· potest non velle ·a· pro eodem instanti: quia sicut pro instanti ·b· vult ·a· sic pro eodem instanti potuit non velle ·a· ⁊ hoc modo nullum sequitur impossibile· Et quod dixit de calore calefaciente lignum· Patet ex dictis supra ꝙ non est ad propositum· Et quod addit ꝙ in voluntate diuina non sunt talia instantia nature· hoc patebit infra distinctione ·xl· vbi respondetur ad Grego· ⁊ Ocham. ⁊ Alfon· de istis instantibus in diuinis· ¶ Ad aliud de notitia euidenti negatur

Destruunt oēs impugnationes Ocham ꝯ Scotum·

ti: negatur illa maior·scilicet quando aliquid determinatur contingenter: ita q possibile est q nunq̄ fuisset determinatum per talem determinationē nō potest haberi notitia certa ⁊ infallibilis: quia aliud est loqui de notitia alicuius certa ⁊ infallibili cum necessitate absoluta: ita q pro quocunq̄ instanti nature necessario cognoscatur: ⁊ aliud de cognitione certa ⁊ infallibili non cum necessitate absoluta pro quocunq̄ instanti nature: sed pro aliquo instanti quo intelligitur esse tale· Primo modo tantum terminii incomplexi ⁊ propositiones simpliciter necessarie cognoscuntur: quia talis cognitio precedit omnem determinationem voluntatis diuine·vt supra patuit: ⁊ sic intellectus diuinus nullam cognitionem neq̄ certam neq̄ infallibilem pro illo instanti habuit de contingentibus: quia talia nullum esse nec simpliciter nec diminutum: puta nec cognitum: nec volitum: nec representatum habuere: cum in illo instanti fuerint simpliciter nihil· Secundo modo habuit certam ⁊ infallibilem notitiam de eis: quia in illo instanti quo habuerūt esse volitum ex determinatione diuine voluntatis intellectus diuinus cognouit certitudinaliter illam determinationem: ⁊ per consequens ipsum determinatum quia cognoscendo certitudinaliter aliquod antecedens potest certitudinaliter cognoscere consequēs: quia bene sequitur· Uoluntas diuina determinauit antichristum fore pro·a·ergo antichristus erit pro·a· ⁊ sic cognoscens voluntatem diuinam sic determinasse cognoscit ⁊ determinatum· Cum dicitur potuit non determinari·Concedo q in illo instanti quo determinauit voluntas diuina antichristum fore q potuit determinare ipsum non fore·vt supra patuit·ergo euidenter non cognoscit antichristum fore· Negatur consequentia: quia ⁊ si in illo instanti: puta·a·potuit determinasse oppositum propter prioritatem naturalem: tamen ex quo determinauit ipsum fore stante tali determinatione cognoscit illam euidenter ⁊ certitudinaliter ⁊ etiam immutabiliter siue infallibiliter. quia intellectus diuinus non tantum cognoscit illam determinationem sed cognoscit immutabilitatem talis determinationis·scit enim esse impossibile voluntatem diuinam posse mutari ab vna determinatione in aliam sibi oppositam: non tantum pro eodem instanti sed nec pro alio ⁊ alio instanti· ¶ Ad aliud cū dicit·Aut illam determinationē necessario sequitur determinatio voluntatis create siue productio· Dico q sicut voluntas diuina determinat contingenter: ita voluntas creata vult illud determinatum contingenter·Exemplum·Uoluntas diuina ab eterno determinauit me velle operari virtuose pro tempore·b·in tali tempore sicut voluntas diuina concurrit ad opus virtuosum libere ⁊ contingenter, ita voluntas mea libere ⁊ contingenter ⁊ nullo modo necessario·Ita enī voluntas creata in suo ordine (licet vt dependens a prima causa in agendo) contingenter agit sicut ⁊ voluntas diuina ⁊ ignis in suo ordine (licet in agendo dependeat essentialiter a prima causa agente libere) agit necessario: quia principium actionis in igne est principium tantum per modum nature ⁊ determinatum et se tantum ad vnum· Ista tamen requirunt prolixiorem tractatum ⁊ alias declaratum est in secūdo·Doc·dist.37.vide ibi expositionem quam feci·

Alr' ẽt soluũtur ratiões Ocham·

Dici etiam potest ad primū ⁊ redit in idem q maior est falsa: quia licet determinatio diuine voluntatis ⁊ ad alteram partem contradictionis possit non fieri: ⁊ sic consequenter deus posset non scire tale vel tale futurum· Ex hoc tamen non sequitur q talis notitia de futuro determinato nō sit infallibilis: quia non dicitur infallibilis pro eo q non potest esse aliter q̄n sic fiat·Sed pro eo q est impossibile talem determinationem esse ⁊ intellectum diuinum non scire talem determinationem·sicut impossibile est aliquod futurum esse ⁊ intellectum diuinum non cognoscere illud·¶ Nec valet dicere q eq̄ bene cognosceremus certitudinaliter effectus futuros qui sunt a voluntate nostra·Dico q non est simile: quia voluntas diuina (vt dixi) determinat infallibiliter: q2 licet voluntati diuine in eo instanti quo determinat contingens ad alterum oppositorum (considerando ipsam vt est prior naturaliter actu determinationis que non solum ipsa volitione prior est naturaliter: sed etiam inquantum est volens·vt supra exposui) possit inesse alterum oppositum infallibiliter: tamen determinat futurum contingens: quia est simpliciter inobliquabilis: cum sit simpliciter prima regula omnium·vt patuit supra: ⁊ sic non est simile de intellectu diuino ⁊ intellectu creato· Ex duobus enim prouenit infallibilitas scientie dei respectu futurorum· Primo quia quicquid diuina voluntas determinat intellectus diuinus determinate apprehendit· Secundo quia scit intellectus diuinus voluntatem diuinam esse immutabilem ⁊ omnino nō impedibilem·primum concurrit in voluntate nostra non secundum· ¶ Ad secūdum argumentum ipsius Ocham quod etiam argumentū facit Grego·de Arimino in primo distin·xxxviij·questione secunda·Dico q voluntas diuina est determinata respectu omnium· Et cum dicitur talem determinationem aut sequitur necessario determinatio diuine voluntatis create aut non: Dico q sequitur necessario necessitate consequentie non autē consequētis: quia ista consequentia est necessaria· Deus vult me producere·a·pro instanti·b·ergo ego producā·a·pro instanti·b· Et cū dicit q tunc ageret mere naturaliter· Negatur·quia ista determinatio diuine volūtatis non est necessaria: ⁊ ideo nec determinatio volūtatis create· Quando·n·agit ex suppositiōe alicuius principij simpliciter liberi contingenter agentis est simpliciter liberum ⁊ contingenter agens· Unde si p impossibile voluntas diuina nō ageret ⁊ voluntas creata ageret libere ⁊ contingenter ageret·ergo sicut in casu volūtas creata esset libera sic nūc vbi ei cooperat voluntas diuina erit libera ⁊ contingenter agens· ¶ Posset etiā instari vnico medio probando q nō cognoscat intellectus diuinus certitudinaliter ⁊ infallibiliter omne contingens futurum: quia non cognoscit infallibiliter antichristū peccaturū: p3 ex superius dictis: q2 ideo cognoscit aliquod futurū certitudinaliter: q2 illud est determinatum infallibiliter a diuina voluntate·Sed antichristū fore peccaturū nō est sic determinatū ergo· ¶ Rñdeo primo vt exposui infra di·xlj· ¶ Dico ẽt q diuina volūtas nō h3 actū volendi respectu alicuius peccati: q2 peccatū velle nō pōt sed bene h3 actum permissionis respectu ipsius: ⁊ q̄ permissio nō est aliquis actus positiuus volūtatis diuine·vt·j·patebit·d·47·s3 solū negatiuus·s·nō velle prohibere actū peccati: ⁊ tunc deus habet certitudinem de peccato futuro: q2 scit se cooperaturū volūtati create ad substratū peccati si volūtas create ita operabit̄ ad ipsum: ⁊ hoc si fuerit peccatum commissionis·vel deus scit se non cooperaturū ad tale substratum si fuerit peccatum omissionis· hec vide infra a Doc·di·xlj·⁊ vide q̄ ibi dubitaui·Sed de ista

Ex quibus prouenit infallibilitas scientie dei·

materia· An deus concurrat ad peccatū? vide Doc. in secūdo distin. xxxvij· ⁊ ea q̄ ibi per longum exposui· ¶ Ad aliud de intellectu creato ⁊ voluntate creata· Dico q non est simile: quia voluntas creata est libera ad oppositos actus· nec determinat sic immutabiliter quin semper quantum est ex se: non possit oppositum pro quecunqꝫ instanti sequenti determinare· Et ideo licet cognoscat talem determinationem non tamen infallibiliter siue immutabiliter cognoscit: quia determinatio voluntatis create non est ex se immutabilis: tamen est simile quo ad hoc: quia facta aliqua determinatione cognoscit illam: ⁊ per consequens cognoscit determinatum fore pro·a·si talis determinauit pro·a· ⁊ hoc efficaciter ⁊ non possit impediri: ⁊ sic certus erit q tale determinatum erit pro ·a· non tamen est certus simpliciter infallibiliter ⁊ immutabiliter: quia nec volūtas creata est immutabilis simpliciter· ¶ Ad vltimum cum dicit de illis instantibus· Dico q non oportet hic multū immorari: quia ipse negat huiusmodi instantia: ⁊ de ista materia diffuse expositum est infra distinctione·xlj· vide ibi· Et quod dicit q nullus intellectus potest huiusmodi cognoscere· hoc habet probare ⁊c·

Eliduntur rōnes Gre· d' Arimino·

Et ex his patet responsio ad grego· de Arimino

in primo distinctiōe trigesima octaua questione secunda· qui videtur improbare hunc modum certitudinis contingentium quem ponit Sco· Dicit enim q talis modus deficit· Primo quia ponit aliquid esse rationem cognoscendi intellectui diuino· Secundo quia talia instantia non sunt ponenda vt ipse probat in primo distinctiōe·ix· Tertio quia impossibile est q pro aliquo instanti talis complexio de futuro sit neutra· ¶ Dico ad primam instantiam q est simpliciter necesse aliquid ponere rationem intelligendi ipsi intellectui diuino· vt supra patuit in prologo in questione de subiecto theologie· ⁊ iii·q· an theologia sit de omnibus· ⁊ in questiōe an theologia sit scientia· ⁊ in distinctione tertia ⁊·xxxix· ⁊ alibi patet· ¶ Ad secundum pꝫ distinctione·xlj· primi· vbi responsum est ad Ocham: ⁊ magis patet supra distinctione·vj· vbi responsum est ad Grego· ¶ Ad vltimum patet ex dictis quomodo in illo primo instanti nāe ante determinationem diuine voluntatis futurum contingens: licet tamen pro tunc nullum sit futurum: est tantum propositio neutra· potest enim intellectus offerre voluntati diuine petrum ⁊ gloriam: ita q tunc non est certus an petrus habebit gloriam: nec similiter est certus an non habebit sed est simpliciter neuter·

Opio· S· Bonauen· Car·i·j·di· 38· ar·2·q· 2· ⁊ alibi·

Quantum ad quartam questionem

in q̄ querebat̄: an intellectus diuinus necessario sciat omnem conditionem existentium omnium? ¶ Hic ponitur primo opinio· S· Bonauen· in primo qui distinguit istam· Deus necessario scit·a· secundum compositionem ⁊ diuisionem: vt in sensu compositionis notetur necessitas scientie vt transit super istud obiectum· in sensu diuisionis notetur necessitas scientie absolute que tamen transit super hoc obiectum· primo modo est falsa: secūdo modo vera: quia primo modo non tantum notatur necessitas scientie in se: sꝫ q etiam necessario transit super hoc obiectum· scilicet antichristus erit pro·a· sic q necessario sciat antichristum fore pro·a· secundo modo tantum notatur q scientia dei est in se simpliciter necessaria: patet quia idē quod deus· non tamen necessario simpliciter transit super hoc quod est antichristum fore pro·a· ⁊ sic non est necessario talis obiecti· Tamen talis distinctio non videtur logica: quia quando actus transit super obiectum non videtur de illo distinguendum absolute vel vt transeunte supra obiectum· puta si dico video fortem· q distinguatur vel de visiōe absoluta (que tamen est fortis) vel de visiōe prout transit in fortem· Et ita videtur ista simpliciter neganda· deus necessario scit·a· pro eo q hoc predicatum sic determinatum non necessario conuenit subiecto· scilicet hoc quod dico scire creaturam: licet predicatum non determinatū conueniat· scilicet ipsum scire absolute: ita q hec est vera· Deus necessario scit· ⁊ hec falsa· deus necessario scit creaturam· ¶ Contra hoc obijcitur· quia actus rationalis cuiusmodi est scire intelligere ⁊ huiusmodi· non distrahitur per materiam super quam trāsit: ⁊ sic scire non distrahitur per hoc q additur obiectum cuius est· vt cum dico scit antichristum ⁊ si non sit notitia diuina non necessaria eo q transit super antichristum non necessarium siue contingenter·

¶ Respondetur a Doctore concedendo antecedens q scilicet non distrahitur vt stet secundum quid· Patet enim q scire non dicitur stare secundum quid ex hoc q transit super obiectum scibile quodcumqꝫ sit illud· Tamen scientia dei licet in se sit simpliciter necessaria non tamen vt transit super creaturam: quia licet deus necessario intelligat q talis intellectio est ipse deus realiter: tamen talis intellectio non est necessario cuiuscumqꝫ obiecti intelligibilis· Sicut etiam patet de velle diuino qd quāuis sit in se necesse esse q2 realiter ⁊ essentialiter deus: non necessario transit super creaturam: quia tunc creatura necessario esset· Addit Doctor q hoc est verum maxime si sit actus potens respicere diuersa obiecta: ⁊ hoc contingenter· sicut si haberem actum loquendi eundem realiter virtuti motiue: ⁊ ille actus posset transire super diuersa obiecta contingenter: licet necessario haberem actum sicut ⁊ potentiam: non tamen necessario haberem actum vt transeuntem contingenter super tale obiectū: ⁊ ideo non sequeretur· necessario dico· ergo necessario dico istud: quia posset esse necessitas dictionis in se cum contingentia respectu huius obiecti: ⁊ tamen dictio huius obiecti esset simpliciter necessaria dictio: ita q non dictio secundum quid· Sic in proposito de scientia dei respectu creature·

Ad argumenta prime ·q·

Ubi primo arguitur probando q deus non habeat notitiam determinatam omnium quantum ad omnes conditiones existentie: ⁊ sic arguitur· Quia in futuris contingentibus non est determinata veritas· vt patet primo Perhyer· capitulo vltimo· ergo nec determinata scibilitas· ¶ Secundo quia tunc potentia dei esset imperfecta si esset determinata ad vnam partē: quia si deus ita posset hoc q non posset eius oppositum: esset potentie limitate ⁊ non omnipotentie· ergo eodem modo si ita sciat vnam partem q non aliam esset limitatus secundum scientiam: ⁊ sic non esset omnisciens· ¶ Respondet Doctor ad primum· Primo faciens differentiam inter veritates presentes preteritas ⁊ futuras· q2 p̄terite ⁊ p̄ntes sic sunt determinate· ⁊ posito q amplius nō est in potestate agentis vt ponantur nisi idem bis poni posset: qd nō est intelligibile· mō talis determinatio nō ē ex pte veritatis future: quia licet alicui intellectui sit vna pars vera determinata: ⁊ etiā vna pars sit in se vera determinata

licet

(licet eam nullus intellectus apprehenderet) nõ tamẽ ita quin in potestate cause sit pro illo instãti ponere oppositum: et ista indeterminatio sufficit ad negociãdum et cõsiliandũ. si autẽ neutra pars esset futura: nõ oporteret negociari vel consiliari. ergo q aliqua pars sit futura: dummõ reliqua possit euenire: nõ prohibet negociationem nec consiliationẽ. Et sic vult Doc. q intellectus diuinus sit certus de veritate vel falsitate cuiuscunq; ppositionis de futuro: et q quelibet talis est in se determinata. Nam ab eterno voluntas diuina determinauit alterũ oppositorũ. s. q antichristus erit pro instanti. a. vel q non erit pro instanti. a. omne. n. futurum ab eterno est a voluntate diuina determinatum fore futurum pro tali instanti determinato. vt infra patebit a Doctore disti. xl v. Posito ergo per possibile vel impossibile q nullus intellectus etiam diuinus cognosceret antichristum fore vel non fore: adhuc veritas de antichristo futuro vel non futuro ab eterno fuit in se determinata: quia a voluntate diuina determinante vnam partem. Impossibile est enim contradictoria simul esse falsa vel simul esse vera. Et ideo contradictorijs de futuro positis necesse est vnum illorum esse verum et aliud esse falsum: non tamen necessario nec vnum nec aliud est verum vel falsum: sed in potestate cause est vnam partem vel aliam verificare. certum tamen est q vnam verificabit: et intellectus diuinus nouit certitudinaliter quam verificabit: quia nouit certitudinaliter determinationem diuine volũtatis. Et talis indeterminatio cause. scilicet quia non est necessitas ad vnam partem contradictionis sufficit ad hoc q sit consilium: quia sepe oportet consilium habere que pars verificatur. ❡ Ad secundum. Dicit Doctor multa. Primum. q scientiam esse vnius partis et non posse esse alterius est imperfectionis. puta q intellectus sic determinate sciat antichristum fore pro. a. vt non possit scire oppositum esset imperfectionis. scilicet si per possibile oppositum euenire posset: non posset scire illud. Non est tamen imperfectionis si actu cognoscat antichristum fore pro. a. quia sic est determinatum: et q actu nesciat ipsum non fore pro. a. quia ipsum non fore pro. a. nihil est. patet quia respectu illius nulla est determinatio a voluntate diuina: et solum illud dicitur fore vel non fore quod est determinatum fore vel non fore. Si enim antichristum non fore esset aliquod obiectum scibile: et intellectus diuinus siue actus intelligendi diuinus nõ eẽt respectu illius: esset imperfectio tam ex parte intellectus q̃ ex parte actus intelligendi. Secundum dictum. ponere voluntatem esse vnius oppositi et non posse esse alterius est imperfectionis. Exempli gratia. Ponere voluntatem diuinam velle antichristum pro. a. et non posse non velle pro. a. est imperfectionis vt patet. q tamen voluntas actu velit antichristum pro. a. et actu non velit oppositum nulla est imperfectio in voluntate. Hoc idem dicit de potentia. Tertiũ dictum. Dissimile est de potentia voluntate et scientia et hoc secundum aliquos: quia multi dicunt q deus potest velle vel cognoscere omnia sub omni modo: tamen non potest causare. Si tamen equaliter accipiatur vtrobiq; est simile. tunc enim erit equalis determinatio ex vtraq; parte: quia quodlibet istorum est actu vnius oppositi non amborum quodlibet etiam istorum potest esse vtriusq;. quia actu tam actus intelligendi q̃ actus volendi et potentia causandi sunt solius vnius partis. possunt tamen esse alterius. patet: quia voluntas diuina potuisset oppositum determinare. ❡ Nota tamẽ q semper deus cognoscit vtrãq; partem actu: sed non semper actu causat vtranq; partem: nec semper efficaciter vult vtranq; partem. Cognoscit actu q petrus est glorificandus: et cognoscit actu oppositum eius q est non glorificari. non sic intelligendo q cognoscat q petrus glorificabitur: et q cognoscat q petrus non glorificabitur: quia hoc est simpliciter impossibile: sed cognoscat actu quid importatur per hoc quod dicitur petrum glorificari: et quid importatur per hoc q est petrum non glorificari: vel sic actu cognoscit possibile esse petrum glorificari et actu cognoscit oppositum. scilicet possibile est petrum non glorificari: et tamen non sequitur q voluntas determinate velit petrum glorificare vel efficaciter velit non glorificare. Et sic patet quomodo aliqualiter est dissimile. Nec hoc repugnat superius dicto q intellectus diuinus actu cognoscit vnum et actu non cognoscit oppositum: quia ibi patet q si actu cognoscit antichristum fore actu non cognoscit ipsum non fore.

Ad argumenta secunde q.

que talis fuit. Utrum intellectus diuinus habeat certam et infallibilem notitiã oĩum quantum ad oẽs conditiones existentie: et arguit q non. ❡ Primo. Deus nouit me sessurum cras et non sedebo cras. ergo decipitur. ergo a simili sequitur. Deus nouit me sessurum cras et possum non sedere cras. ergo deus potest decipi. prima illatio est manifesta: quia credens illud quod non est in re decipitur. probo ex hoc q ex secunda consequentia teneat: quia sicut ad duas de inesse sequitur conclusio de inesse: ita ex vna de inesse et altera de possibili: sequitur conclusio de possibili. ❡ Secundo si deus scit me sessurum cras et possibile est me non sedere cras. ponatur in esse: non sedebo cras. sequitur q deus decipitur. sed ex positione possibilis in esse non sequitur impossibile. igitur deum decipi non erit impossibile. ❡ Respondet Doctor ad primũ in qua responsione plura ponuntur. Primo q ad duas de inesse sequitur conclusio de inesse: non quidem syllogistice: quia est oratio nõ syllogistica reducibilis in syllogismos plurimos. ❡ Hic aduerte q non dicit Doctor absolute q ad duas de inesse non sequatur conclusio syllogistice de inesse. idest q non sequatur cõclusio immediate ex duabus de inesse: quia hoc esset contra philosophum primo priorum: qui docet formare syllogismos ex propositionibus de inesse vt patet ibi. Sed intelligit sic. q ad istas duas de inesse (scilicet deus nouit me sessurum cras: et non sedebo cras. ergo deus decipitur) non sequitur syllogistice. idest immediate ista. ergo deus decipitur. Ista enim conclusio non deducitur immediate ex illis: sed tantum mediate reducendo hunc syllogismum in multos syllogismos. Secundo dicit q ex vna de inesse et altera de possibili nec syllogistice nec necessario sequitur conclusio de possibili. Hic non loquitur absolute: quia bene sequitur. Possibile est omne animal esse album. omnis homo est animal. ergo possibile est omnem hominem esse album. Sed loquitur in proposito. scilicet q ex his. Deum nouit me sessurum cras. et possum non sedere cras: non sequitur syllogistice. idest immediate. ergo deus potest decipi. Rationem assignat: quia falli est rem opinari aliter esse quam sit pro tunc pro quando creditur esse. Istud autẽ includit in illis duabus pmissis de inesse quarum altera significat istũ credere hoc et reliq negat hoc esse: et hoc

Defensio Scoti.

Notãda explanatio.

pro eodem instanti·ideo sequitur conclusio de falsi· Et ideo bene sequitur· Deus nouit siue credit me sessurum cras ⁊ non sedebo cras·ergo deus decipitur:⁊ hoc quia totum est pro eodem instanti·scilicet deus nouit me sedere pro instanti·a·⁊ non sedebo pro instanti·a·ergo decipitur·Sed non sequitur·Deus nouit me sessurum pro instanti·a·⁊ possum non sedere pro instanti·a·ergo deus potest decipi: quia maior asserit me sedere pro instanti·a·⁊ minor asserit potentiam ad oppositum non pro eodem instanti·a·ita ꝙ simul possit sedere ⁊ non sedere sed diuisim·idest potest vnam partem eligere quam vult:quia non potest in re coniungi non sedere cum sedere quod creditur: nec est possibile non sedere cum hoc ꝙ deus sciat me sessurum pro instanti·a·ideo non sequitur possibilitas deceptionis que includit istam coniunctionem· Addit Doc·ꝙ similis est ratio in mixtione de contingenti ⁊ inesse quare illa non teneat nisi sit etiam minor de inesse simpliciter·non autem de inesse vt nūc· vt patet primo priorum·Nisi forte quando subiectū maioris de contingenti restringatur ad esse vt nunc:si tamen subiectum contingentis maioris stat simpliciter:oportet ⁊ minorem de inesse esse de inesse simpliciter·non autem de inesse vt nunc· Similiter etiam ex maiori de inesse ⁊ minori de contingenti maior debet accipi de inesse simpliciter · vt patet primo priorum·Sequitur·Ista etiam ratio(scilicet arguendo in proposito ex maiori de inesse ⁊ minori de possibili·nō sequitur conclusio de possibili)patet quia si ex opposito conclusionis arguatur cum illa de possibili non infertur oppositū nisi alicuius de necessario:⁊ ita oporteret maiorem esse eandem cum illa de necessario ad hoc vt inferat conclusionem·Arguatur sic· Deus scit petrum sessurum·sed petrus potest non sedere ·ergo deus potest decipi·oppositum conclusionis est hoc· Deus non potest decipi:⁊ ponatur pro maiori ad inferendum oppositum maioris primi syllogismi·Addatur minor de possibili·scilicet ista·Petrus potest non sedere·ergo deus non scit petrum sessurum:patet ꝙ hoc non sequitur:sed sequitur tantum cum modo necessitatis·s.ergo deus non scit necessario petrū sessurum:⁊ hoc est quod dicit·Et ꝙ non sciat necessario ostendit dicens:quia si intellectus meus semper sequeretur mutationem in re:ita ꝙ te sedente opinarer te sedere:⁊ te surgente opinarer te surgere non possē decipi·Et tamen ex istis tu sedes pro·a·⁊ non possū decipi:non sequitur nisi non necessario scio te sedere pro·a·Ita in proposito·Licet intellectus diuinus nō sequatur res sicut effectus causam : tamen concomitantia est ibi ꝙ sicut res potest non esse:ita intellectus diuinus potest non scire:⁊ ideo non sequitur ꝙ intellectus diuinus cognoscat aliter rem q̄ʒ est· Et ideo nunq̄ʒ possunt simul stare illa que requiruntur ad deceptionem·Sed sicut res scita potest esse ita deus potest eam scire:⁊ sicut res scita potest non esse:ita deus potest eam non scire:⁊ si non erit non sciet· ¶ Ad secundum de illa positione possibilis in esse·dico ꝙ ex tali positione in se nunq̄ʒ sequitur aliquod impossibile:tamen illa de inesse in qua ponitur illa de possibili potest repugnare alicui cui non repugnat illa de possibili posita inesse:quia antecedens potest repugnare alicui cui non repugnat consequens:⁊ tunc ex antecedente ⁊ suo repugnante potest consequi aliquod incompossibile:quod non sequitur ex consequente simpliciter ⁊ eodem:quia non est sibi incompossibile·
¶ Uult dicere ꝙ quando ponitur possibile inesse:puta possibile est me non sedere·supponatur ꝙ non sedeam ex hoc solo nullum sequitur impossibile : sed si ponatur cum aliquo alio poterit sequi incompossibile·puta si cum hoc quod est non sedebo cras:ponat̄ hoc·Deus scit certitudinaliter me sessurum cras·ista enim sunt incompossibilia·scilicet ꝙ possum non sedere cras ⁊ proponatur in esse:⁊ ꝙ deus simul sciat ꝙ sedebo cras·Ex isto ergo antecedente incompossibili ⁊ totali potest sequi hoc impossibile·ergo deus decipitur quod tamen consequens non sequeretur ex hoc solo possum non sedere cras:quia si ponatur inesse ꝙ non sedeam cras:sequitur ꝙ deus sciet me non sedere cras:⁊ sic non deciperetur sed cum totali antecedēte·scilicet possum non sedere cras:⁊ deus scit me non sessurum cras:statim sequitur hoc impossibile· ergo deus decipitur·sicut etiam patet secundo priorum in syllogismo ex oppositis vbi sequitur conclusio impossibilis:que tamen ex vna premissarum non sequeretur:sed quia vna premissa est incompossibilis alteri: ideo ex illis duabus sequitur conclusio impossibilis· vt ibi patet·Et hoc est quod dicit Doc·vt patet in littera sequenti cum dicit·Dico tunc ꝙ posita ista inesse idest supposito ꝙ non sedeam cras : ex ista sola nihil impossibile sequitur:sed ex ista ⁊ alia deus scit me sessurum:sequitur impossibile deum falli:⁊ illud impossibile non sequitur ex impossibilitate aliqua que est absolute in ea:sed ex ipsa ⁊ quodam alio simul quod est incompossibile·Nec hoc est inconueniens ꝙ illud quod est impossibile sequatur ex aliqua de inesse in qua ponitur alia de possibili ⁊ aliqua de inesse : quia cum ista·ego sedeo·stat ista·possibile est me stare·illa tamen de inesse in qua ponitur illa de possibili repugnat illi alteri de inesse·scilicet huic ego sto : quia possibili posito inesse cum dicitur possibile est me stare·posito isto inesse·sequitur ego sto·Et ex illis duabus de inesse sequitur istud impossibile·scilicet stans ⁊ sedens·nec tamen sequitur · ergo illa que ponebatur de possibili inesse fuit falsa:sed vel illa fuit falsa: vel alia cum qua de sua de inesse accipitur est incompossibilis sue de inesse:⁊ sic patet responsio ad rationes secunde·q·

Ad argumenta tertie ·q·

que talis fuit·An deus habeat immutabilem notitiam de omnibus quantum ad omnem conditionem existentie! Et arguit primo ꝙ non:⁊ probat ꝙ posset habere mutabilem notitiam. Et prima ratio stat in hoc:ꝙ est impossibile transire de contradictorio in contradictorium sine aliqua mutatione:patet ista·q2 si·a·transijt ab albo in non album·vel econtra necessario mutatur:quia si non mutaretur non diceretur ·a·per talem transitum:aliter se haberet nunc q̄ʒ prius·modo mutatio est qua aliquid aliter se habet nūc q̄ʒ prius·vt patet per philosophum sexto phisicorum t·c·trigesimisecundi·⁊·lxxiij· ¶ Nota tamen pro intellectione huius propositionis que sepe est in vsu apud Docto·ꝙ transire de contradictorio in contradictorium potest multipliciter contingere·Primo ꝙ deus transeat a non creante ad creans:quia ab eterno non creauit animam : ⁊ nunc creat · ergo aliter se habet nunc q̄ʒ prius se habuerit : ⁊ tamen non conceditur ipsum mutari · Similiter ab eterno non fuit dominus ⁊ ex tempore dicitur dominus·vt dicit Augustinus ⁊ Magister in distinctiōe·30·primi· nec tamen dicitur mutari·Dico ꝙ ideo non dicit̄ mutari q2 non se habet aliter secundum aliquid receptū

Trāsire de ꝯdictorio i ꝯdictoriū quō multiplicem habet sensus·

quod

qđ prius non habuerit· Si enim dicitur creator nūc
et prius non dicitur creator: ex hoc dicitur creator nūc
et referri ad creaturam non per nouam relationem re
ceptam in se: sed quia creatura habet nouam relationē
que terminatur vt nunc ad ipsum deum que prius nō
terminabatur: quia non erat vt supra exposui. d· 30· vbi
improbaui Gre· et Ocham· De Domino patet ꝙ dici
tur dominus ex tempore: non autem per aliquid de
Obiectio· nouo in ipso receptum· vt patet vbi· s· ❡ Si dicatur·
potest habere de nouo relationem rationis quam pri
us non habuit· vt patet a Doc· vbi· s· d. 30 · et sic reci
pit nouum respectum rationis quem prius nō habu
it: et sic transit de contradictorio in contradictorium et
Solu· tamen non mutatur· ❡ Dico primo ꝙ per nullum re
spectum rationis sibi de nouo aduenientem et causa
tum a creatura dicitur mutari: quia aliter se habere nūc
quam prius secundum tantum respectum rationis nulla
Mutari ꝓ ex hoc sequitur mutatio· Mutari enim proprie est ali
prie qđ sit· ter se habere nunc realiter quam prius se habuerit sic in
telligendo· Uel qđ transeat a priuatione alicuius enti
tatis realis siue absolute siue respectiue ad ipsam reci
piendam· Uel ꝙ transeat ab entitate positiua siue ab
soluta siue respectiua ad priuationem eiusdem: et hoc
modo proprie contingit aliquid mutari· ❡ Dico secū
do ꝙ si transiret a priuatione respectus ad ipsum res
pectum ex tempore causatum in ipso: et hoc ab actu i
tellectus diuini de nouo causantis talem respectum: de
necessitate mutaretur non per receptionem illius res
pectus qui ex se nullam mutationem facit: sed quia talis
respectus non posset causari ab intellectu diuino nisi
per nouum actum intellectus diuini comparantem ip
sum deum ad creaturam: et sic mutaretur: quia haberet
nouum actum intelligendi quem prius non habuerit
Obiectio· vt supra patuit a doc· d· 30· ❡ Si iterum dicatur· intel
lectus diuinus in primo instanti nature in quo tantū
cognouit necessaria tunc non cognouit contingentia·
Patet per doc· presenti· d· quia cognouit illa i secūdo i
stanti nature· ergo transit de contradictorio in contra
dictorium: et tamen non conceditur secundum hoc mu
Concordantia· tari· ❡ Dico ad hoc et ad omnia similia ꝙ mutari pro
prie est aliter se habere nunc quam prius sic intelligēdo·
ꝙ oppositum infuerit pro aliqua duratione: sicut cum
dicimus ꝙ materia ligni nūc est priuata forma ignis:
ita ꝙ talis priuatio duratione precedit in ipsa mate
ria: et post puta in vltimo instanti illius durationis sit
sub forma ignis: tūc proprie mutatur: et similiter quā
do in aliquo priori secundum durationem est sub ali
qua forma et in vltimo instanti illius duratiōis sit sub
priuatione talis forme: tunc proprie mutatur: et sic trā
situs a contradictorio in cōtradictorium qui facit mu
tationem sic intelligēdo ꝙ vnum contradictorium pri
us duratione infuerit· Et patet hoc in multis locis a
Doc· precipue in isto· j· d· 2· parte· 2· q· 3· vbi dicit ꝙ
essentia diuina non mutatur puta a non relatione in
relationem: licet enim prius natura sit essentia diuia
quam intelligatur esse actu fundamentum filiationis: ta
men non mutatur quia in aliqua duratione priori non
fuit sub opposito: quia nūquam fuit priuata illa· Priuatio
enim proprie non respicit huiusmodi instantia puta
originis vel nature. Nam cum dicitur aliquid esse pri
uatum aliquo: talis priuatio inest in aliqua duratio
ne priori · Unde doc· in· 4· d. 43· q· 5· sic ait · Nunquam
autem est mutatio nisi quando susceptiuum termini
ad quem alicuius inductionis precedit duratione ip
Instantia sum terminum ad quem: et tunc est sub priuatiōe ter
notāda· mini· hec ille· ❡ Si dicatur ꝙ doc· in· 3· d· 3· q· j· quasi uir

go Maria in aliquo instanti nature fuit non sub gra
tia ꝙ tunc diceretur priuari gratia: et ꝙ si realiter i ali
quo priori nature fuisset sine gratia etiam in aliqua du
ratione fuisset sine gratia. ❡ Respōdeo vt ibi exposui Respōsio·
Aliud est enim aliquid esse prius natura alio (loquē
do de priori natura positiue) in essendo et existendo: et
aliud est esse prius natura ex hoc ꝙ ly vnū non inclu
dit aliud et quantum est ex parte sua non repugnat si
bi formaliter esse sine alio: licet propter aliquid conse
quens non possit esse: sicut homo est prior natura risi
bilitate non tamen in essendo et existendo: cum sit im
possibile hominem existere sine risibilitate: immo di
cunt eandem existentiam: dicitur tamen prius natura
in intelligendo: quia homo potest perfecte intelligi non
intellecta risibilitate· Nec etiam repugnat homini quid
ditatiue sumpto esse sine risibilitate: licet sibi repugnet
concomitanter· videlicet propter realem identitatē
cum risibilitate· Sic dico de diuina essentia respectu
filiationis: non enim est prior natura positiue ipsa fi
liatione· scilicet ꝙ in essendo et existendo sit in aliquo in
stanti priori nature in quo non sint omnia intrinseca
diuinis: quia tunc esset etiam prior vel posset esse prior
duratione · Sed dicitur prior natura quiditatiue· scilicet
quia ipsa potest distincte intelligi non intellecta aliqua pro
prietate· Modo transire a contradictorio in contradi
ctorium proprie loquendo non verificatur isto modo:
quia non sequitur: essentia diuina est prior natura filia
tione et sit in secundo instanti nature modo preexposi
to sub filiatione· ergo transit a contradictorio in cōtra
dictorium: non sequitur: quia tunc sequeretur ipsam pri
us duratione fuisse non sub filiatiōe· Ex his patet pro
positio· Doc· ergo per istam propositionē probat mu
tabilitatem diuine notitie· ergo si deus scit nunc· a· so
re pro instanti. b· et potest nescire· a· pro instanti· b· er
go potest transire a contradictorio in contradictorium·
scilicet a scire ad non scire· ergo talis scientia mutatur
siue intellectus diuinus potest mutari: quia potest tran
sire a scientia· a· ad non scientiam ipsius· a· et talis mu
tatio non erit in ipso. a· scito: quia ipsum· a· habet tantū
esse in scientia dei: et per consequens in ipso nulla mu
tatio potest fieri· Si ergo est mutatio in tali transitu a
contradictorio et cetera· erit tantum in scientia dei· ❡ Se
cundo arguit· Quicquid non est· a· et potest esse· a· po
test incipere esse· a· patet si paries non est albus et po
test esse albus· ergo potest incipere esse albus: quia non
videtur esse intelligibile ꝙ affirmatio negationis que
non inest possit inesse nisi incipiat esse: affirmare· n·
albedinem de aliquo prius negatam non potest esse
sine inceptione albedinis in illo · ergo si Deus nō scit
a· et potest scire· a· potest incipere scire· a · ergo potest
mutari ad scire· a· ❡ Tertio arguit sic· Si deus non
sciat· a· et potest scire· a· quero que est ista potētia: aut
ē passiua siue receptiua: et tunc est ad formam et sequi
tur mutatio: quia nunc recipit aliquam scientiam quā
prius non habuit· aut est actiua: et patet ꝙ naturalis:
quia intellectus vt intellectus non est liber sed naturali
ter agens: talis autem potentia nō potest agere postquam
non egerit nisi mutetur· igitur vt prius sequitur muta
tio· ❡ Respondet Doc· ad primum concedendo maio
rem. s· ꝙ non est transitus et cetera· qđ debet intelligi mo
do preexposito· et negat minorem: quia in diuina scientia
talis transitus est simpliciter impossibilis: quia talis
transitus non potest esse sine successione: ita ꝙ oppo
situm succedat opposito: sicut enim nō possunt simul
stare scire et non scire: ita non potest stare ꝙ aliquādo
sciat et aliquando nesciat: quia tunc esset in eo successio:

⁊ tunc etiam de nouo posset acquirere actum scientie: ⁊ per consequens scire dei non esset idem quod deus vt s·patuit·d·2·q·j·in illis preambulis· ¶ Et si queras saltem si potest nō scire·b·quod scit aliquid aliter se habebit: quero quid est illud: ¶ Dico q·b·in esse cognito non tamen aliter q̄z prius se habuit: sed aliter q̄z nunc se habet: ita q illud aliter esset non alicuius succedentis oppositi ad oppositum: sed est alterius oppositorum quod in eodem instanti posset inesse in quo suum oppositum inest: ⁊ h non sufficit ad mutationem: q2 in esse cognito possibile est predicari·a·sedebit pro instanti·b·⁊ pro eodem instanti·a·potest non sedere similiter.a·sedet pro instanti·b·⁊ potest non sedere vt prius expositum est: sed illa non est mutatio: q2 semp vna pars est de possibili quod nihil reale est vt patet· Sed mutatio semper requirit successionem realez·vt s·exposui: ⁊ sic patet responsio ad primum argumentum· ¶ Ad secundum respondetur a Doc·q ista consequentia non valet non sciens·a·potest scire·a·ergo potest incipere scire.a·⁊ hoc quando est potentia prius esse alicuius prioris naturaliter ad oppositum posterioris pro eodem instanti pro quo habet hoc posterius contingenter esse sicut est in proposito· ¶ Vult dicere q illud posse ad oppositum (·scilicet posse scire a·quod prius nesciuit quod posse scire est oppositum ei q est nescire) non est posse reale cum suo opposito quod non scire·a·idest q non scire.a·non precedit duratione ipsum posse scire·a·ita q posse scire·a·realiter possit succedere ipsi non scire·a·Sed talis successio (si tamen potest nominari successio) solum consistit i prioritate nature cause ad suum effectum siue principii cognitiui ad obiectum secundarium·ideo consequentia non valet·Si enim i primo instanti nature Deus non scit·a.fore pro instanti·b·⁊ potest scire in secundo instanti nature adhuc non sequitur.ergo potest incipere scire: quia ly incipere scire: dicit successionem realem oppositi ad oppositum: ita q in aliqua duratione vnum oppositum·scilicet non scire·a·precedat aliud oppositum·scilicet scire·a·ponendo posse scire i esse sicut ⁊ quodlibet possibile debet poni in esse·Sic ergo in primo instanti nature quo tantum scit necessaria nescit·a·q2 adhuc·a·nihil est: potest tamen scire ⁊ ponatur in esse in secundo instanti nature in quo ipm a·habet esse contingenter: ⁊ sic in illo secundo instanti scit.a·⁊ vt sic nulla apparet successio realis oppositi ad oppositum·Addit Doc·q gratia materie tenet in creaturis vbi est possibilitas ad opposita successiue q2 bene tenet consequentia· Petrus non cognoscit nunc sortem ⁊ potest cognoscere·ergo potest incipere cognoscere·certum est enim q de facto ipsum nescire precedit duratione ipsum scire: ⁊ sic ibi est successio realis oppositi ad oppositum quando ipsum posse scire ponitur in esse: ⁊ potest esse successio realis oppositi ad oppositum: q2 oppositum potest poni in esse·Addit etiam dicens·Sed licet illa non esset·scilicet possibilitas ad opposita successiue: adhuc tamen esset possibilitas ad vtrunqz illorum pro vno instanti·in contingentibus enim etiam respectu creature est possibilitas ad vtrūqz illorum oppositorum simul pro eodē instanti temporis·vt·s·patuit· ¶ Ad tertium respondet Doc·q ista potentia ad opposita est potentia actiua·scilicet qua potest scire·a·⁊ non scire.a·non q sit potentia actiua physica que producit aliud inquantū aliud·scilicet realiter ⁊ essentialiter distinctum·vt patet·5·metha·t·c·17·⁊·6·t·c·2·sed accipitur magis potentia actiua methaphysica de qua supra dixi in prologo·q·de subiecto theologie·⁊ hec potentia actiua i diuino intellectu respectu intellectionis non est ad intellectionem realiter distinctam·licet ergo non sit vere productiuus sue intellectionis: q2 illa realiter distingueretur·vt·s·patuit·d·2·parte·2·habet tamen eaz ac si eam realiter produxisset· Et cum comparatur intellectus diuinus ad obiecta secundaria: potest dici potentia actiua non tamen physica: q2 producit ante eius reale in esse realis existentie·hec autem producit tantum in esse secundum quid·vt·s·patuit·d·3·q·4·d·35·36·⁊ in·2·d·j.q.j·⁊ hoc est quod dicit·Intellectus diuinus inquantum est actu per essentiam ⁊ per actualem intellectionem infinita: est potentia actiua respectu quorumcunqz obiectorum que producit in esse intellecto·Sequitur·Et cuz dicit igitur ipsa·scilicet potentia actiua non potest agere circa aliquid circa quod prius non egit nisi prius mutetur·Dico q consequētia non valet quando agens requirit obiectum circa quod agat sicut in agentibus creatis nō oportet q agēs mutetur si de nouo agat·scilicet si de nouo appropinquetur sibi passum in quod agit· Et vult dicere q nouiter agere post non agere pōt dupliciter intelligi·Vno modo per nouam actionem in causa: ⁊ sic tale agens vere mutatur: q2 habet nouam actionem quam prius non habuit·Alio modo per nouam approximationem obiecti vel passi: sicut si igni semper approximētur noua combustibilia ipse ignis semper calefacit: ⁊ tamen nec productio caliditatis nec alia mutantur in suo esse vel in suo proprio supposito· Sic in proposito voluntas diuina determinans aliquid fore ostensum ab intellectu facit complexionem talem esse veram.⁊ ideo intelligibilem ⁊ ex hoc istud·scilicet verum est presens intellectui in ratione obiecti intelligibilis: non q tale obiectum possit mouere intellectum diuinum ad sui cognitionem: q2 tātum a sola essentia mouetur ad cognitionem cuiuscunqz·vt·s.patuit· Nec etiaz q sit presens ex natura rei.vt·s·patuit·d.3·q·3·⁊ in quolib.patet·q·14·fit enim presens per essentiam diuinam ipsum verum contingens representantem: ⁊ vt sic presens intelligit ipsum eadem simpliciter intellectione qua intelligit etiam essentiam suam· Sequitur·Et sicut voluntas potest facere istud volitum ⁊ non facere ita posset esse verū ⁊ non verum: ⁊ ita potest cognosci ⁊ non cognosci ab isto intellectu diuino: q2 posito ipso vero intelligit: non posito non intelligit: ⁊ hoc quod est intelligere ⁊ non intelligere non est propter aliquam contingentiam in ipso intellectu diuino: quasi intellectus diuinus contingēter possit intelligere ⁊ non intelligere: q2 intellectus necessario intelligit quando obiectum est sibi presens in ratione obiecti intelligibilis· Sed q possit intelligere·a·fore pro instanti·b·⁊ possit non intelligere est ex sola contingentia voluntatis diuine ponentis contingenter siue determinantis.a·fore pro instanti·b·vel non fore pro instanti·b·si determinat ipsum fore pro instanti·b·intellectus diuinus necessario intelligit·a·fore pro instanti·b·si vero determinat·a·non fore pro instanti b·intelligit necessario·a.non fore pro instanti·b· ¶ Deinde obicit dicens·q adhuc non potest esse sine mutatione saltem in obiecto intellecto: sicut nec illa approximatio passi naturalis ad agens naturale potest esse sine mutatione passi: ⁊ forte ipsius agentis approximantis· ¶ Respondet q non mutatur obiectum istud in isto esse: q2 non potest esse successiue sub oppositis cōtingenter tamen est in isto esse: non enim tale obiectū in intellectu diuino potest esse sub oppositis·puta q in aliqua

Agere de nouo capi pōt vel per nouaz actionem: vel per nouā approximationem·

in aliquo priori duratione fuit non cognitum.a.fore pro instanti.b.⁊ in aliquo instanti imediato post illã durationem fit cognitum ab intellectu diuino ipsum fore pro instanti.b.q: talis successio ē simpliciter impossibilis vt obiectum comparatur intellectui diuino vt.s.patuit. Similiter tale obiectum in esse volito nõ põt esse sub oppositis successiue: sic ꝙ in aliquo priori duratione.a.non sit volitum a voluntate diuina ꝓ instanti.b.⁊ ꝙ in aliquo instanti posteriori imediate sequente durationem illam sit volitum a voluntate diuina pro instanti.b.hoc est enim impossibile: q: voluntas diuina quicquid voluit ab eterno uoluit: licet.n. in eodem instanti quo vult.a.possit non velle.a.tamẽ si vult.a.esse ipsum vult ab eterno. Et hoc est qđ doctor hic intendit in ista littera. Et sic patet ad argumenta.q.

Ad argumenta. q.4.que talis fuit. An intellectus diuin⁹ necessario sciat omnem conditionem existentium omnium: ⁊ arguit ꝙ sic. Primo. Deus scit imutabiliter antichristum fore ⁊ dicatur.a.ergo necessario scit ipsũ.a.fore. Probatio consequentie. Primo q: nõ ponitur in deo nisi necessitas imutabilitatis. Secundo q: omne imutabile videtur esse necessarium formaliter sicut omne possibile qđ repugnat necessario videtur eẽ mutabile. ¶ Secundo arguit. q: quicquid potest esse in deo est necesse esse patet: sed scire.a.potest esse i deo. ergo scire.a.ē necesse esse. ¶ Tertio arguit sic. omnis perfectio absoluta simpliciter đ necessitate inest deo. scire autem.a.est perfectio simpliciter: q: aliter non esset deus perfectus si nesciret.a.formaliter: q: non est imperfectus nisi propter carentiam perfectionis simpliciter. ergo necessario scit.a. ¶ Ad primum argumentum respondet doc. negando consequentiam. Ad probationem primam premittit primo ꝙ quart⁹ modus necessitatis positus ab Aristo.5.me.t.c.6.est nõ contingere aliter se habere. Unde sic ait Aristo. Amplius qđ non contingit aliter se habere necessariũ dicim⁹ sic se habere. hec ille. Et hic quartus modus distinguitur a tribus precedentibus. q: quartus modus est absolutus: sed duo primi sunt ad aliquid bonũ intrinsecum vel extrinsecum acquirendum: uel malum possibile euitandum. vt patet de primo modo. scilicet cibus ⁊ respirare sunt necessaria animali vt medicina est necessaria ad euitandum infirmitatem. tertius modus dicitur per operationem ad agens extrinsecũ violentans. Unde ait. Amplius vim faciens ⁊ vis. idest violentia ⁊ vim faciens. idest violentiam faciens. hoc autem est qđ preter impetum ⁊ preuoluntatem. idest ꝙ violentia est aliquid impediens ⁊ prohibens ꝑter impetum ⁊ preuoluntatem. idest contra appetitũ naturalem ⁊ rationalem. Seqtur in textu violẽtum.n. necessarium dicitur. Sed quartus modus accipitur absolute ⁊ in se ⁊ si alij tres modi requirunt imperfectionem in se: licet ergo in deo sit ista necessitas imutabilitatis que est quartus modus necessitatis: nõ tamen est ibi illa sola: sic ꝙ imutabilitas ex se sit necessitas: q: imutabilitas ex se non priuat nisi possibilẽ successionem oppositi ad oppositum. Necessitas autem simpliciter absolute priuat possibilitatem huius oppositi ⁊ non successionem huius oppositi sicut hic: ⁊ ideo non sequitur: oppositum non potest succederẽ opposito. ergo oppositum non potest inesse. Unde licet voluntas diuina possit velle ⁊ non velle.a.nõ tamen cum successione: vt.s.exposui respondẽdo ad argumenta alterius.q. Sed quando est necessariũ simpliciter nunqȝ oppositum potest inesse: sicut dicimus ꝙ intellectus necessario simpliciter intelligit essentiã diuinam: ⁊ sic necessario intelligit qđ est sibi simpliciter impossibile non intelligere. Et similiter voluntas sic necessario vult essentiam diuinam ꝙ est ei simpliciter impossibile ipsam non velle: non sic est cum comparatur ad creaturam: licet enim ipsam diligat necessitate imutabilitatis: non tamen necessitate simpliciter. ¶ Ad secundam probationem dicit doc. primo ꝙ omne ens possibile in esse existentie est mutabile. patet q: tale ens non includit formaliter necessitatẽ nec imutabilitatem: est enĩ mutabile vel mutabilitate versionis de qua Doc.s.d.8.⁊ in.4.d.11.vel aliqua alia mutabilitate: ⁊ hoc satis patuit in.1.d.8. Addit Doc. ꝙ tale ens possibile est mutabile ponendo etiam tale ens creari secundum mentem. Aui. qui voluit aliquid posse causari ab eterno. vt expositum est.s.d.2.d.8.q.vlti.⁊ in.2.d.1.q.2.⁊.3. ita ꝙ non esse tantum precedat ipsum esse in aliquo priori nature: non tamẽ accipiendo prius natura positiue sed tantum negatiue: q: scilicet non esse quantum est ex se inesset nisi ipsũ esse preueniretur a causa superiori producente tale esse in illo instanti nature in quo non esse ex se inesset: vt expositum est.s.d.8.q.vlti.⁊ in.2.d.1.q.2.⁊ in simili in.3.d.3.q.1. Si tamen acciperetur ipsum eẽ creari ab eterno de necessitate nature sicut secunda intelligentia (forte secundum ipsum ⁊ Aristo. vt.s.patuit. d.8.q.vlti.) est necesse esse ⁊ de necessitate nature ꝓducta ab eterno tunc talis esset imutabilis: q: etiã scḋm philosophum omne sempiternum est necessarium: ⁊ tale est imutabile in suo esse. Dico ergo ꝙ si effectus produceretur ab eterno ⁊ esset vere possibile ⁊ contingens ꝙ tale est mutabile etiam in suo esse. Secundo vult doc. ꝙ nullum ens possibile consideratum tantũ in esse cognito vel in esse volito sit mutabile: q: mutari proprie est realiter aliter se haberẽ. vt expo in.s. sed esse cognitum ab intellectu diuino siue esse volitum a voluntate diuina habet tantum esse secundum quid ⁊ nullum esse reale: vt.s.patuit.d.3.q.4.d.35.36.⁊ ꝑ consequens vt sic est omnino imutabile: licet dicatur ens possibile pro eo ꝙ sibi non repugnat pro aliquando realiter existere. Et tale esse cognitum ab intellectu diuino vt precedit actum voluntatis diuine dicitur necessarium: q: de necessitate nature ab actu intellectus diuini productum. vt.s.patuit.d.3.q.4.35.36.39. dicitur tamen necessarium secundum quid: q: ⁊ esse tale est esse secundum quid. esse tamen cognitum respectu contingentis est tantum necessariũ necessitate cõsequentie ⁊ non consequentis: q: sequitur determinationem voluntatis diuine que mere cõtingenter se habet respectu omnis contingentis. sicut ergo esse volitum est tñ necessarium in tali esse necessitate consequentie nullo etiam modo in tali esse est mutabile: q: nullum esse reale dicit. imo etiam vt sic est omnino imutabile: q: ibi non potest esse transitus a contradictorio in contradictorium: ita ꝙ vnum oppositum succedat alteri: q: in aliquo priori duratione non dicitur non habere esse volitum ⁊ post habere esse volitum: sed si fuit volitum necessario fuit volitum ab eterno. vt.s.exposui. Deinde addit doc. ꝙ istud esse cognitũ vel volitum reducitur ad aliquod esse reale simpliciter necessarium: q: esse cognitum lapidis reducitur ad actum intelligendi intellectus diuini qui actus est simpliciter necesse esse. vt.s.patuit.d.36.⁊ esse volitũ lapidis reducitur ad velle diuinum qđ est verũ ens reale ⁊ simpliciter necessarium. Sequitur. Propter cu-

sius alterius necessitatem non potest esse hec mutabi
litas: et tamen illius alterius necessitas ex se non conti
net huic formaliter: ideo istud non est ex se formaliter
necessarium: illud enim esse cogitum lapidis nõ est
formaliter intellectio diuina qua intellectus diuinus
intelligit lapidem: nec similiter esse volitum ipsius est
formaliter volitio diuina qua volũtas diuina vult ip
sum. Istud autem esse volitum cum tantũ sit esse se
cundum quid et non reale non est ex se formaliter ne
cessarium: q: non habet esse extremi qd respicit reali
ter · idest q esse volitum non habet esse formaliter ex
tremi · scilicet volitionis diuine quam respicit realiter
idest quam respicit vt extremum vere reale · nec tamẽ
illud esse volitum est mutabile: q: secundum illud es
se diminutũ respicit extremum imutabile · scilicet vo
litionem diuinam: ex quo enim habet tantum esse vo
litum volitione diuina statim sequitur q si volitio di
uina sit omnino imutabilis q etiam obiectum a tali
volitione volitum erit omnino imutabile: q: mutatio
in aliquo inquantum respicit aliud non potest esse si
ne mutatione in illo · idest ex quo esse volitũ lapidis
vt comparatur ad volitionem diuinam dicitur tantũ
sibi competere inquantum sibi comparatur: non po
test esse mutatio in tali esse volito nisi sit mutatio i vo
litione diuina per cuius comparationem dicitur ha
bere tale esse. ¶ Ad secundum argumentum Respon
det doc · dicens q aliquid potest in esse deo dupliciter
scilicet formaliter vel predicatiue: sicut logice predica
tum quodcunq dicitur inesse subiecto. idest q ali
quid inest deo realiter et formaliter siue intrinsece · vt
omnis perfectio diuina et omnia intrinseca realiter et
tale est realiter deus aliquid etiam inest tantum pre
dicatiue et nullomõ itrinsece: sicut dicim⁹ q paries est
visus: visio inest parieti tantum predicatiue et de no
minatione extrinseca: sicut etiam dicitur deus domi
nus ex tempore non propter nouam relationem for
maliter inexistentem ipsi: sed tantum predicatiue et de
nominatione extrinseca. Sic in proposito. Deum sci
re · a · est idem q deus: verum est accipiendo ipsũ sci
re absolute q: illud est realiter deus: sed accipiẽdo sci
re pro obiecto scito: non inest deo realiter sed tantum
obiectiue vel predicatiue et denominatione extrinseca.
Scire enim · b · inest deo: q: hoc scitum habet respe
ctum ad scientiam diuinam et per hoc aliqua appella
tio relatiua inest deo sicut predicatum subiecto: et
hoc magis patuit. ꝰ · d · 35 · de Ideis et aliqualiter. d · 36 ·
¶ Ad tertium et vltimum dicit doc · q nulla perfectio
simpliciter in deo dependet a creatura nec etiam sim
pliciter coexigit creaturam necessario in quocunq es
se: et loquitur hic de perfectione simpliciter formaliter
et non precxigitiue: q: aliqua talis coexigit necessario
creaturam in aliquo esse · vt patet ab ipso in quoli · q ·
j · sed non perfectio formaliter simpliciter vt intellect⁹
voluntas volitio intellectio et huiusmodi: et q non re
quirant respectum aliquem ad extra siue ad creaturas
subtiliter probat doc · in · q · j · quoli · Et ideo deum sci
re · b · prout intelligit non tantum pro scire absolute:
sed etiam prout transit super ipsum · b · non est perfe
ctio simpliciter · patet q: nulla talis (vt dixi) includit
respectum ad extra · potest tamen dici perfectio sim
pliciter non formaliter: sed cum hoc addito q · scilicet
scire · b · necessario concomitatur perfectionem simpli
citer: q: si intellectio diuina sit formaliter infinita sta
tim concomitatur q sit omnis obiecti intelligibilis et
sit necessario omnis obiecti intelligibilis non necessi
tate consequentis respectu obiecti contingentis: sed tã

Et cognitũ siue eẽ volitũ i intellu et volũtate diuina.

tum necessitate consequentie · vt. ꝰ · patuit · Et breui
ter posito quocunq obiecto necessario est illius: et sic
posito contingenti et de terminatione diuine volunta
tis necessario talis scientia terminatur ad illud: et sic
scire · a · concomitatur perfectionem simpliciter · scilicet
ipsam scientiam dei formaliter infinitam · Et sic res
pondendo formaliter ad argumentum · dicit q maior
argumenti est vera de perfectione illius scientie abso
lute sumpte: q: talis scientia absolute sumpta iest ne
cessario ipsi deo · sic autẽ minor est falsa · scilicet q sci
re · a · sit hoc modo perfectio simpliciter absolute sum
pta · Et probatio eius non probat nisi q ad perfectio
nem simpliciter consequitur necessario q sit talis ob
iecti: q: consequitur necessario q habeat aliquem ta
lem respectum ad talem perfectionem simpliciter: cũ
tamen nec ex tali respectu alterius ad ipsũ nec ex ap
pellatione relatiua eius est perfectio simplr i deo &c.

Ad argumenta · q · quite que talis fu it · An cum deter

minatione et certitudine scientie sue possint stare ali
qua contingentia ex parte rerum in existentia? Argu
it primo q non: q: sequitur. Deus scit · a · ergo necessa
rio erit · Probatur consequentia: q: actus rationalis
cuiusmodi est scire non distrahitur propter materiã
super quam transijt · idest q talis actus non destrui
tur in sua ratione quiditatiua nec implicat contradi
ctionem propter obiectũ additum dicendo. De⁹ scit
a · fore pro instanti · b · ergo si scire sit in se necessarium
propter hoc qd additur · a. fore pro · b. scitur non sit non
necessarium · Cum ergo scire dei sit simpliciter neces
sarium non distrahitur ab hac necessitate per hoc q
transit super contingens · ¶ Secundo arguit sic · Om
ne scitum a deo fore necessario erit · a · est scitum a deo
fore · ergo · Maior est vera prout est de necessario: q:
predicatum · scilicet scire de necessitate inest sub ·
iecto · scilicet deo · Et minor est de inesse simpliciter:
q: pro eternitate est vera · non enim minor est de ines
se vt nunc. Sed ex maiori de necessario et minori de i
esse simpliciter sequitur conclusio de necessario · vt pa
tet primo priorum · Sequitur. Necesse est omne ani
mal esse substantiam · Sed omnis homo est substan
tia · ergo necesse est omnem hominem esse substanti
am · sic in proposito · ¶ Respondet doc · ad primum ·
q antecedens est falsum: q: scit · a · fore pro · b · tantũ
contingenter: q: talis scientia sequitur contingenter de
terminationem diuine voluntatis · Et cum probatur
q actus non distrahitur &c · Responsũ est supra ad
illam propositionem in articulo tacto contra solutio
nem huius · q · vide ibi · ¶ Ad secundum. Dicit doc · q
in mixtione de necessario et de inesse &c · oportet q il
la de inesse non tantum sit de inesse simpliciter: ita q
sit vera pro omni tempore sed q etiam sit necessario
vera · Unde non sequitur · Necesse est omne albũ es
se coloratum · Sed omnis homo est coloratus: posito
q pro omni tempore sit coloratus · ergo necesse ẽ om
nem hominem esse coloratum? non sequitur cum om
nis homo sit contingenter coloratus · Et addit Doc ·
q etiam vltra hoc requiritur forte q significet sum
ptum sub per se contineri sub medio · Ad propositũ
tamen sufficit q sit necessario vera · Modo in propo
sito minor non est necessario vera ·


Ad argumenta pro tertia opinione · Ad primum dicit Doc · q

Doc · exponit se statim ibidem: distinguit enim post
de necessitate consequentis et consequentie: et per hoc
concedo q contingentia relata ad diuinam scientiam
sunt

sunt necessaria necessitate consequentie · hoc est ista consequentia est necessaria·Si deus scit illa esse futura illa esse:non tamen sunt necessaria necessitate absoluta siue consequentis · ❡Ad aliud pro ista tertia opinione dicit ꝙ contingentia non est tantum priuatio vel defectus entitatis sicut est deformitas in actu secundo qui est peccatum: talis enim deformitas est tantum priuatio siue defectus rectitudinis que deberet inesse actui que tamen non inest: ⁊ sic talis deformitas nihil est·De hoc vide doc·in·2·d·30·34·37·in 4·d·14·⁊ alibi sepe·Sed contingentia est modus positiuus entitatis ⁊ forte gradus intrinsecus secundum aliquos·sicut ⁊ necessitas est alius modus positiuus entitatis cuius est ⁊ gradus intrinsecus·Et esse positiuum qd est in effectu principalius est a causa priore: ⁊ ideo nō sicut deformitas est ipsius actus a causa secunda ⁊ non a causa prima ita est contingentia· imo contingentia per prius est a causa prima q̄ȝ a causa secunda: propter qd nullum causatum esset contingens formaliter nisi a causa prima cōtingenter causaretur· sicut ostensum est·Et qd dicit ꝙ positiuum prius est a causa prima q̄ȝ a causa secunda deformitas prius a causa secunda·Uide que exposui·1·d·41·⁊ in·2·d·37·Et sic finis huius distinctionis·39·

❡Distin·40·q·1·

Utrum predestinatus possit damnari?



AD istam·q· dico ꝙ predestinatio proprie sumpta dicit actum voluntatis diuine·sȝ·ordinem electionis per voluntatem diuinam:alicuius creature intellectualis vel rationalis:ad gratiam ⁊ gloriam: licet posset accipi pro actu intellectus concomitante istam electionem · ❡Pro intelligentia huius littere premitto aliqua·Primo ꝙ tantum est vnus actus voluntatis diuine omnino indistinctus ex parte rei· sicut etiā tantum est vnus actus intelligendi intellectus diuini omnino indistinctus ex parte rei·vt patuit · s̄·d.2·q·1·Ille tamen actus potest accipi multipliciter non in se sed secundum diuersas comparationes:siue terminationes:siue transitiones super diuersa obiecta: siue super idem obiectum diuersimode consideratum · Et sic voluntas diuina eodem simpliciter actu re omnino indistincta ⁊ diligit deum ⁊ creaturam · vt patet a Doc·in·3·d·32·⁊ creat:⁊ gubernat:⁊ predestinat:⁊ glorificat:ita ꝙ vt transit diuersimode super aliud ⁊ aliud obiectum diuersificatur secundum alium ⁊ alium respectum·Et nc quando transit super naturam intellectualem ordinando ipsam ad gratiam ⁊ gloriam dicitur predestinatio·proprie tamen dicitur predestinatio vt transit super creaturam rationalem ordinando ipsam ad gloriam tanq̄ȝ ad finem vltimum·predestinatio enim proprie respicit finem vltimum non autē ordinata ad illum finem·cuiusmodi est gratia ⁊ merita vt patebit in·q·imediate sequenti·Secundo premitto ꝙ electio potest dupliciter accipi·scilicet improprie ⁊ sic actus voluntatis respectu finis quo volūtas vult imediate finem in se dicitur electio·vt patet a Doc·s̄·

Unus est actus voluntatis diuine:⁊ diuersificatur nō in se:sȝ sm varias cōparationes·

q·vlti·prolo·aut electio accipitur proprie:vt est actus voluntatis respectu eorum que sunt ad finem quo voluntas vult aliquid propter finem·idest ordinando illud ad finem·Et h̄ contingit dupliciter·primo volendo aliquid propter finem precedente dictamine intellectus siue cognitione vere practica · Secundo nullo modo precedente aliqua cognitione vere practica sed sola apprehensione simplici terminorum·Primo modo in nobis est electio proprie: non autem in voluntate diuina·Secundo modo electio proprie est in voluntate diuina.vt patet a Doc.s̄.in·q·vlti·prolo. Predestinatio ergo est electio siue actus electiuus voluntatis diuine quo eligit creaturam rationalē ad vitā eternam·Tertio premitto ꝙ solus actus voluntatis diuine vt comparatur ad creaturas est formaliter contingens:ita ꝙ voluntas mediante illo potest in opposita contradictorie·vt·s̄·declaratum est·q·vlti · prolo·⁊·d·2·q·1·⁊·d·8·q·vlti·nullus autem alius actus in diuinis dicitur formaliter contingens: q: tota contingētia est a voluntate diuina mediante actu suo ad creaturam comparato·vt patet a Sco·vbi·s̄·vt autem actus voluntatis diuine comparatur ad essentiam diuinam:⁊ si sit formaliter liber vt probat Doc·s̄·d.x·q·1·⁊ prolixe in quoli·q·16·nullo tamē modo est formaliter contingens:q: quicquid est in deo ad intra ē simpliciter necesse esse·vt patet a Doc·in pluribus locis· Ex hoc infero ꝙ ex quo predestinatio respicit creaturam (non enim predestinatur aliqd increatum·vt patet a Doc·in.3·d·7.q·vlti·) sequitur ꝙ erit actus voluntatis diuine:cum ille solus possit eē formaliter cōtingens·Non potest ergo accipi pro actu intellectus diuini:q: ille non est nec formaliter liber nec formaliter contingens.vt patet a communiter theologis : licet possit dici liber vel contingens participatiue·vt patet a Doc·in simili·s̄·d.2·parte·2·⁊ in quoli·q.16·Et qn̄ dicit doc·ꝙ predestinatio potest accipi pro actu intellectus concomitante electionem istam·Debet sic sane intelligi ꝙ actus intellectus diuini quo cognoscit electionem voluntatis diuine qua eligit creaturam rationalem ad gloriam est predestinatio : q: est actus quo intellectus diuinus prescit predestinatum formaliter: tamen non potest dici predestinatio: sed tantum quia concomitans actum diuine voluntatis electiuum alicuius creature rationalis ad gloriam que proprie dicitur predestinatio:⁊ sic patet ista littera·Sequitur in littera doc·ibi·Ex hoc dico ⁊c·Super isto passu vide glosam quam feci super·d·2 · Doc· quam diligenter nota·❡Ibi·Consimiliter dico ad questionem in se· ❡Hic Doc·dicit absolute ꝙ ille qui est predestinat⁹ potest damnari:q: non est voluntas predestinati propter eius predestinationem confirmata·scilicet vt peccare non possit:⁊ ita potest peccare ⁊ in peccato permanere : ⁊ sicut potest damnari ita potest non predestinari·

Quid sit predestinatio·

Exceptū·

Act⁹ diuini intellis pt dici ꝯtigens pticipatiue lȝ n̄ p̄ eēntiam·

Sed queritur· posito ꝙ Jo·sit predestinatus· an voluntas diuina possit non predestinare? ita ꝙ heri fuerit predestinatus ⁊ hodie non sit predestinatus·Hoc requirit lōgum tractatum·Et est similis difficultas an volūtas diuina possit nunc saluare Judam ipsum actu glorificando:⁊ similiter an nunc possit damnare Petrum ⁊ actu priuare gloria eterna·Si voluntas diuina pōt ista facere · ❡Dico ꝙ similiter potest ⁊ primum facere·Si dicatur·ergo voluntas diuina mutaretur : ⁊ si dicatur ꝙ nulla accideret mutatio · Dic conformiter his que dicta sunt in illa expositione super secūdo: nō

Plura dubitatio·

Responsio·

determinando tamen me nec hic nec ibi: sed submittendo me semper iudicio peritioris & pedibus sancte Romane ecclesie. ¶ Ibi. Quantum ad logicam. Hic Doc. distinguit secundum sensum compositum & diuisum: in sensu composito propositio est falsa. scilicet predestinatus potest damnari: q2 sensus est predestiatus damnatur. Uel ista propositio est possibilis. predestinatus damnatur. Sicut ista album potest eẽ nigrum. in sensu composito valet ista3. Ista propositio est possibilis album est nigrum. Et secundu3 aliquos omnis propositio modalis in sensu composito est singularis cathegorica de ineẽ. sicut ista possibile est oẽ album esse nigrum. idest ista propositio est possibilis omne album est nigrum. Et sic patet q ista in sensu composito est falsa predestiatus potest damnari. In sensu vero diuiso est vera: q2 sunt due cathegorice: puta franciscus est predestinatus: & franciscus põt dãnari. Sicut etiam ista est vera in sensu diuiso. album potest esse nigrum. idest franciscus est albus: & franciscus potest esse niger non tamen pro eodem instanti quo est albus potest esse niger: q2 tunc possent verificari duo opposita de eodem pro eodem instanti: sed pro alio instanti. Sed in ista predestinatus potest dãnari. idest Joannes est predestinatus & Jo. potest dãnari: posse. n. damnari non potest verificari simul pro eodem instanti nature licet pro eodẽ instanti eternitatis. Sed dicuntur tamen vera simul inquantum diuina volitio consideratur vt prior naturaliter transitu ipsius super illud obiectum qđ est gloria: isti ĩ illo priori naturaliter non repugnat sibi eẽ oppositi obiecti: imo posset esse equaliter oppositi licet nõ simul amborum. Et ideo hoc qđ dico posse damnari: non potest succedere huic qđ est predestinatu3: ita q si Joannes sit actu predestinatus in aliqua duratione posteriori non potest esse damnatus. Et Ratio: q2 omnis determinatio voluntatis diuine semper est ab eterno: & nihil de nouo vult quin ab eterno preordinatu3 fuerit. vt patuit. ĩ. d. 39. & ĩ. patebit. d. 45. & sic patet littera Doctoris. Si tamen deus possit nunc aliter ordinare q̃3 ab eterno ordinauerit ipse nouit.

Ois ꝓpositio modalis in sensu cõposito ẽ singulis.

Ad primum argumentũ dico. Hic doc. respondet ad argumenta principalia. Quorum primum probat q semel predestinatus de necessitate saluabitur: q2 philosophus. 6. ethi. c. 3. Hoc solo priuatur deus ingenita facere que facta sunt. Sed predestinatio transit in preteritum: q2 predestinatio fuit ab eterno. ¶ Si dicatur. posito q predestinauerit ab eterno potest tamen nunc ipsum reprobare. Concedo. n. q si est predestinatus q non potest esse non predestinatus: q2 preteritum non potest non preterisse: q2 si preteritum posset fieri non preteritum: tunc esset mutatio de non ente in non ens qđ non est intelligibile. de h vide doc. in. 4. d. 1. q. 6. ¶ Dico q doc. in isto argumento supponit q omne volitum a voluntate diuina est simpliciter volitum ab eterno licet non pro eterno. si enim haberet nouam determinationem posset esse mutatio in voluntate diuina. vt patet. ĩ. d. 30. ĩ simili de actu intellectus & expresse. d. 39. presupponit ergo q si aliquid est predestinatum ab eterno pro nulla duratione sequenti oppositum euenire non potest. ergo si est predestinatum ab eterno non potest non ꝑdestinari. ergo necessario predestinatur. ¶ Respõdet doc. per quoddã exemplum satis clarum. Et responsio doc. stat in aliquibus dictis. Primo q in eternitate non est transitus in preteritum ne q3 in futurum

Obiectio.

Quañ ptm nõ põt fieri nõ pterisse

Solõ.

sed omnia sunt ibi presentia. Eternitas enim est mensura siue duratio omnino indiuisibilis. de h in. 2. d. 2. & sic ista ꝓpositio vt comparatur ad eternitatem. scilicet deus predestinauit Joannem est falsa de rigore sermonis. hec aute3 est vera. Deus predestinat ita q quicquid deus determinat semper vt in presenti determinat & omnia sunt sibi simpliciter presentia. Secundo q instans eternitatis potest coexistere cuicunq3 differentie temporis. scilicet preterite presenti & future: & sic predestiatio vt comparatur tempori nostro potest dici presens preterita & futura. ¶ Et nota q voluntas diuina semper predestinat quos predestinat: & sic omnes beatos semper predestinat. Sicut dicimus q semper creat: ita q pro tota duratione ipsius creature semper est verum dicere q semper ipsam creat: ita q vt comparatur ad eternitatem non dicimus q ipsam creauit vel creabit: sed tantum hoc est veru3 vt coexistit creatio tempori nostro. Et sic vt predestinatio comparatur siue vt coexistit tempori nostro iste sunt vere. Deus predestinauit Petrum: nunc predestinat: & cras predestinabit & post cras. Dico ergo ad argumentũ q sicut in instanti eternitatis contingenter predestinat ita potest oppositu3. vt. ĩ. patuit. d. 39. & sic predestinatio non est simpliciter necessaria. ¶ Secundo arguit. Si predestinatus posset damnari h esset tantum per actum suum. ergo per actum voluntatis create posset impediri actus voluntatis diuine: qđ est impossibile. Respondet q tunc impediretur si staret propositum voluntatis diuine & oppositum illius propositi eueniret per voluntate3 creatam. Sed h est impossibile: q2 sicut voluntas creata potest mereri damnationem: ita etiam potest concomitanter sequi q voluntas diuina non preordinauerit ipsum ad gloriam. vt dictum est distinctione precedente in solutione primi argumenti ad secundam questionem q deus non possit falli: q2 non potest stare intellectio eius respectu actus cum opposito illius: ita non potest impediri voluntas eius: q2 nõ potest stare ordinatio sui cu3 opposito eius qđ ordinauit. De h. ĩ. d. 39. vide ibi.

In eternitate oia sũt pñtia.

¶ Distin. 41. q. vnica.

Utrum sit aliquod meritum predestinationis vel reprobationis? Titulus questionis sic intelligitur. An merita nostra saltem vt preuisa sint causa predestinationis? siue an deus tantum predestinet propter merita nostra: ita q si non essent opera meritoria in preuisione diuina deus non predestiaret. Similiter an peccata sint causa reprobationis nostre? ita q si peccata prius non preuiderentur: nunq̃3 deus reprobaret aliquem. Et sic patet titulus. q.

Circa ista3. q. dicit Doc. q fuit opinio Augusti. qua3 post retractauit. scilicet q licet bona opera in ꝑscientia dei non sint ratio predestinationis: fides tamen in prescientia dei est ratio predestinandi. Sed h retractauit primo retrac. 22. inuens ꝯ se rationem q fides est donum dei: sicut & alia bona opera. qđ probatur ꝑ

Aposto.

Apo·prime ad Cor·vbi dicit·Illud nō dixissez si fidē inter dona spiritus sancti enumerare sciuissem·

Magister videtur sentire q̄ omnino nullū sit meritum predestinationis vel reprobationis: et videtur inniti auctoritati Augustini et Apostoli·vt patet in littera et c· Et Magister adducit auctoritatem Augustini li· 83·q·q·6· vbi videtur velle q̄ precedat aliquid in peccatoribus quo digni efficiantur iustificatiōe: et aliquid precedit in aliis peccatoribus quo digni sint obstinatione· ¶ Respondet Magister q̄ istam auctoritatem videtur retractasse in simili retractando illud qd̄ dicit super episto·ad Ro· Et h̄ confirmat per hoc q̄ quedam que subdiderat in eadem questione retractat: sicut apparet primo retrac·25· ¶ Sed contra responsionem Magistri de retractatiōe auctoritatis ad Ro·obiicit Henri·per h̄ q̄ Augu·lib: illum sup epi sto·ad Roma·edidit quando fuit presbyter: illum autem ·83·q·non compilauit anteq̄ esset episcopus· ¶ Sed istud non cogit: q: licet prius scripserit vnū librum q̄ alium: simul tamen facit librum retractationum: et tunc habuit illos et uos libros editos et c· vide literam. ¶ Sed aliter posset argui contra expositionē Magistri q̄ non inuenitur vbi Augu·illa verba retractet: q: sicut ipsemet confitetur et verum est post illa verba que adducit sequuntur alia verba que retractat de illa positione·68·primo Retr·c·25· et ista verba non retractat·videtur autem q̄ si intelligeret ea eē retractanda non inciperet a verbis sequentibus omittendo ista·

Hen·quo li·8·q·5·in fine·

Aliter dicitur· Hic ponitur opi·Sancti Thome qui dicit q̄ quicquid deus operatur circa creaturas: solo beneplacito sue voluntatis operatur· Et h̄ confirmat auctoritatib⁹ Pauli et Augustini que patent in littera· ¶ Ulterius addit Tho·q̄ licet assignare rationem in generali·scilicet quare aliquos damnet et q̄re aliquos saluet·vt q: bonitas eius vna et simplex multipliciter manifestetur in rebus diuersis: eo q̄ in vna re tota bonitas manifestari non potest: et sic mā̄festatur vno modo reprobos iuste puniendo: et alio modo iustos iuste premiando: et sic in generali assignatur aliqua ratio p̄destinationis et reprobationis· Sed quare hunc predestinet vel hunc reprobet nulla ratio potest assignari nisi sola voluntas dei sic determinantis· Unde Augu·super illud Jo· Nemo venit ad me nisi pater me⁹ traxerit eū· dicit: quare hunc trahat et illum non trahat noli velle diiudicare si non vis errare· Et patet in breuitate positio Sancti Thome·Contra quam arguit Hen·quoli·5·q·5·et quoli·8·q·5· Et ista littera in qua Hen·arguit contra Sanctum Thomā satis clara est·

S·Tho·j· pte su·q·2· et·23·art·5·

Bōitas in stitue·

Istc igitur improbans istas positiones dicit aliter·Hic ponitur opinio Hen·quoli·4·q·14· que stat in aliquibus dictis· Primo q̄ actus diuin⁹ si consideretur vt e e a deo agente nulla est ratio actionis diuine: neq̄ et finis nisi vt bonitas eius manifestetur: neq̄ vt efficiētis nisi vt voluntas sua manifestet· Secundo q̄ actus huc actio diuina si comparetur ad obiecta extra: oportet assignare aliquam rationem p̄ q̄ illud ens circa qd̄ est talis actio vt ens ad finem congruit fini. Et hoc probat triplici medio· Tū q: in reb⁹ omnino equalibus electio esse non potest· Tum q: in operibus diuinis concurrit iustitia·ergo aliqua congruentia ex parte illius circa qd̄ misericorditer operat̄ et c.

He· j·quo li·q·19·

Tertio dicit q̄ ratio ex parte electi est bonus vsus preuisus liberi arbi·et ex parte reprobati est malus vsus liberi arbitrij· Et hoc probat et probatio clara est· ¶ Et si obiiciatur contra istud q̄ bonus vsus liberi arbi·est per gratiā: ergo vsus liberi arbitrij pertinet ad effectum predestinationis et ita non est ratio eligendi· Respondet q̄ bonus vsus non includitur nec sub predestinatione nec sub effectu eius licet non sit sine ei⁹ effectu· Et sic secundum Hen·in cōmuni circa totum genus humanum potest assignari bonus vsus et malus vsus: et de quocunq̄ homine potest assignari ratio ex parte ipsius non propter quā sed sine qua nō· Tamen in speciali circa determinatum hominem nō est hominis illam rationem inuestigare q̄uis nō desit et vt possit sciri: cum in speciali secundum eā magna inopia reddende rationis Apo·laborauit cum dixit Ro·11·O altitudo et c·

Sed contra istud arguitur· Hic doctor improbat positionem Hen· Tum q: deus non preuidet istum bene vsurum libero arbitrio nisi q: preordinat istum bene vsurum: q: cognitio huius sequitur determinationem voluntatis diuine·vt·d·patuit·d·39·et in prolo·q·vlti·et alibi· Et sic si offerantur voluntati diuine ab intellectu diuino duo equales in naturalibus: nō apparet quare hunc preordinat bene vsurum libero arbitrio et illum non: nisi voluntas diuina sic vel sic ordinans. Et de hoc vide in prolo·q·vlti·et illa que exposui ibi et vide in quoli·q·14· ¶ Secundo · ista ratio nō est cōmunis omnibus predestinatis et reprobatis q: non paruulis in quibus non preuidet deus vsum bonum vel malum· Si dicatur q̄ saltem preuidet illum bene vsurum si vixisset . Sed h̄ ipse ita improbat: q: propter bonum vsum preuisum alicuius si superuixisset non acceptatur vel damnatur: nūc enim adultus secundum eos moriens in gratia nō premiaretur scdm merita que nunc non h̄et sed secundum illa que preuideretur habiturus si superuixisset· Similiter si loquimur de angelis predestinatis quem vsum liberi arbitrij preuidet deus in isto si offeratur gratia que3 non preuidet in illo propter quem predestinat istum et illū reprobat·

Potest aliter dici· Hec est opi·doctoris que stat in duab⁹ conclusionibus. Prima·predestinationis nulla est ratio aliquo modo prior nec ex parte predestinantis nec ex parte predestinati· Et probat singulari ratione: q: ordinate volens finem et ea que sunt ad finem prius vult finem·idest q̄ ordinate volens alicui puta Francisco finem·scilicet sanitatem et ea que sunt ad sanitatem ordinata prius vult illi sanitatem ·i· prius amat efficaciter sanitatē et post ordinata ad sanitatē: ita q̄ vult illi simpliciter sanitatem·idest q̄ non amat illi sanitatem propter potionem et huiusmodi: imo econtra ideo amat illi potionem amaram propter sanitatem prius illi amatam: ita q̄ in aliquo priori actus voluntatis ordinate volentis terminatur ad sanitatē et bonum Francisco: et in illo priori nullo modo terminat̄ ad necessaria ad sanitatem: et tamen si ordinata ad sanitatem essent ratio quare vult sanitatem Francisco prius haberet actum circa ordinata q̄ circa sanitatē: et sic patet ista propositio· Sed voluntas diuina ordinatissime vult beatitudinē et finem vltimū puta Petro: et ordinata ad illam puta merita siue opera meritoria et gratiam et huiusmodi: et q̄ ordinate velit patet a Sanctis et ab omnibus theo·voluntas eni3 diuina

est prima regula ordinatissima: imo tāte rectitudinis ꝙ non indiget rectificari etiam ab itellectu diuino: vt patet a Sco. in prolo. q. vlti. ⁊ alibi sepe. ergo vult p̄destinato prius beatitudinem: ita ꝙ actus diuine voluntatis prius terminatur ad beatitudinem volendo illam predestinato ⁊ post ille idem actus terminatur ad gratiam ⁊ ad opera meritoria volendo illa predestinato propter beatitudinem acquirendam. Et sic patet quomodo ex parte predestinati nō assignatur aliqua ratio prior.

Gul. ochā. i. j. d. 41. q. vnica istat ꝯ Scotū.

Contra istam rationem arguit Ochā

in. j. d. 41. q. vnica ⁊ probat ꝙ eadem ratione sequit̄ in predestinatione sicut ⁊ in reprobatione: q̄ sicut deus non est prius vltor q̄z aliquis sit peccator: ita De⁹ non est prius retributor q̄z aliquis sit primo iustificatus per gratiam. ergo sicut peccatum finale preuisum est ex parte obiecti ratione reprobationis: ita aliquando gratia vel meritum precedens siue preuisū erit ratio predestinationis. ¶ Secundo. Ratio non videtur concludere: q̄ non semper aliquis vult prius finē alicuius q̄z illud qd̄ est ad finem: ⁊ h̄ est quādo finis iste non datur nisi propter aliqd̄ precedens qd̄ est ad finē ⁊ sic videtur esse in proposito ꝙ beatitudo aliquando non datur alicui nisi propter merita. ergo tunc nō oꝫ deum prius velle finem qui est beatitudo istius q̄z velit illud qd̄ est ad finem. Similiter non videtur benedictum ꝙ deus velit prius finem q̄z illud qd̄ est ad finem: q̄ ibi non est talis prioritas actuum nec sūt ibi talia instantia qualia ponit. ¶ Ad rationem Sco. Respondet dicens ꝙ ordinate volens finem simpliciter ⁊ ea que sunt ad finem prius vult finem q̄z ordinata ad finem. Nunc autem beatitudo respectu cuius est predestinatio non est finis dei predestināntis sed est finis predestinati. Et ideo oportet ꝙ predestinatus volens finem ⁊ ea que sunt ad finem prius velit propriā beatitudinem q̄z aliquod qd̄ est ad illum finē. h̄ Ocham.

Idez rn̄det rōni Sco.

Destruunt̄ rōes ochā.

Respondeo primo ad rationes Ocham

ad primam. Et presuppono aliqua. Primo ꝙ voluntas diuina posset absolute reprobare aliquem non de merito precedente in preuisiōe diuina: q̄ libere se habet respectu cuiuscunq̄ ad extra: ⁊ nō potest determinari ab aliquo creato: q̄ h̄ est contra rationeꝫ prime cause agentis omnino independēter. Si ergo nō posset reprobare peccatum absolute sed si peccatū in Petro sit ratio necessaria reprobationis: sequeretur ꝙ in reprobando necessario dependeret a creatura: ⁊ posito ꝙ reprobaret nullo peccato preuiso: adhuc iustissime reprobaret: cum omnis determinatio voluntatis diuine sit iustissima ⁊ ex se rectitudo formaliter. vt patet ex dictis doc. sparsim in diuersis locis. vt in prolo. q. vlti. ⁊ in. j. d. 39. 41. 44. in. 2. d. 23. in quoli. De h̄ vide specialiter in. 4. d. 46. q. j. vbi etiam dicit ꝙ si iustum esset Petrum saluari si eum damnaret iuste damnaret. Secundo suppono ꝙ multa operatur deus vt in tali operatione appareat bonitas sua ēt quo ad nos: licet absolute appareat vltima bonitas in omni opere suo quomodocunq̄ fiat. Ideo quādo reprobat aliquem tantum propter peccatum preuisum in eo manifestatur precipua iustitia dei: ⁊ etiam apud quemcunq̄ euitatur omnis ratio iniustitie vel crudelitatis: licet vt dixi si reprobaret absolute iustissime reprobaret ⁊ nullam esset crudelitas. Tertio suppono ꝙ ⁊ si liberalitas dei appareat in omni opere positiuo comunicando bonum creature: ⁊ tanta ꝙ non expectat vnde retribuetur a creatura: tamē videtur maior ratio bonitatis ⁊ liberalitatis ordinando aliquem ad hereditatem eternam absolute: ⁊ nō propter aliquod opus vt preuisum exhiberi: merito prius predestinat quos vult anteq̄z habeat actum aliquem circa media ad illum finem. Et est maxima correspōdentia bonitatis diuine vt non reprobet nec malum inferat nisi pro quāto opera nostra mala h̄ demerentur: ⁊ ꝙ predestinet ad bonum supremū non respiciendo opa nostra: non enim est tanta excellentia liberalitatis diuine dicere. ꝙ ideo te predestinat propter opera tua: quasi si talia opera non essent preuisa non predestinaret q̄z si mere predestinaret non propter opera. Dico ergo ꝙ licet posset predestinare. idest determinare eligere Petrum ad gloriam tantum propter opera bona preuisa q̄ nulla est ibi implicatio contradictionis: tamen (vt dixi) q̄ est infinite liberalitatis absolute eligit prius ad gloriam. Et ex his patet responsio ad argumentum Ocham quam responsionem bene nota propter multa. ¶ Ad secundum ipsius Ochā. Dico ꝙ aliud est ordinare aliquem ad gloriam ⁊ aliud est illam actu conferre: licet ergo aliquis ordinet pri⁹ ad p̄mium: ita ꝙ in aliquo priori tantum habet actum circa premium conferendum ⁊ post circa merita: tamē determinat actu non conferre premium nisi actu habeat gratiam ⁊ opera bona. Sicut princeps prius eligeret aliquos ad curiam: ita ꝙ pro tunc non sit consideratio ad aliqua opera exhibenda: tamen actu nō facit illos de familia nisi prius habuerint tale signuꝫ vel aliquid aliud. ¶ Ad illud qd̄ dicit respondendo ad rationem Scoti. Dico ꝙ opporteret eum probare ꝙ intelligatur de fine ipsius volentis. Nam medicus si ordinat vult sanitatem egroto vt finem: ⁊ potionem vt ordinatam ad finem: prius habet actum circa sanitatem. idest ꝙ prius eligit hunc velle sanari q̄z eligat velle potionem amaram. h̄ idem dico de voluntate diuina. Et sic patet Responsio ad Ocham.

Dubitatio prima.

Dubitatur circa dicta Doc. primo quia

si voluntas diuina vt ordinate volens finem ⁊ ea que sunt ad finem si prius vult finem: aut vult efficaciter aut non: si sic: arguo sic. Volens. a. efficaciter. ergo si potest dare in illo instanti dabit: q̄ agens efficaciter si non impeditur statim operatur ⁊ sequitur effectus. vt patet in agentibus perfectis. ergo de⁹ ab eterno beatificat quem vult esse beatum: imo anteq̄z habeat actum circa media. ¶ Dico ꝙ h̄ nihil est: q̄ vult efficaciter ordinare ad gloriaꝫ. idest ꝙ efficaciter ipsum ordinat ad gloriam: quam tamen non confert in illo instanti sed in illo pro quo determinauit conferre: sicut ab eterno determinat creare animam non tamen creat nisi pro illo instanti pro quo determinauit ipsam creare. Et cum dicis ꝙ agens efficaciter stati agit si non impediretur. Dico ꝙ verum est de agenti naturali ⁊ per moduꝫ nature qd̄ agit de necessitate nature: sed non est verum de agente libero qd̄ ratiōe sue libertatis potest expectare quantum vult: maxime loquendo de primo agente: vt patet a Doc. ē. d. 2. q. j. d. 8. vlti. d. 39. imo potest agere in tempore ⁊ expectare nos. vt patet a Doc. in. 3. d. 5. q. j. Et vide expositionem quam feci in. d. 37. scdi. Doc.

Solū.

Dubitatio secunda.

Secundo dubitatur: q̄ si non vult re

probare aliquem nisi propter peccata ne videatur iniustus ⁊ crudelis: ⁊ vt appareat pfectio iustitie. vt patet a doc. presenti distinctione. ergo q̄ absolute nō cōfert

fert gloriam non expectando opera nostra vt appareat pfectio maioris liberalitatis diuine. ¶ Dico primo q liberalitas est pmiare vltra dignũ & vltra qđ opa merent: & h qñ huiõi opera elicita sunt pp vtilitatẽ n premiantis. Ubi vero pmians nõ indiget aliqb⁹ opib⁹ & tñ vult opa exhiberi pp vtilitatẽ & maiorẽ dignitatem illius q pmiat: tũc in pmiante maxima bõitas ostenditur. Et hinc est q noluit angelis prius conferre gloriã ante meritũ sed voluit eos prius mereri. Unde Doc. in. 2. d. 5. q. 2. rñdendo ad primũ argumẽtũ sic ait. Deus inqt potuisset angelis dedisse beatitudinez in instanti creationis si voluisset: sz gloriosius est eam hře ex merito & ita disposuit sua sapiẽtia. Et ideo hoc mõ conferrẽdo beatitudinẽ ut gloriosiores inueniamur i cõspectu ei⁹ ẽ signũ maxime bõitatis & liberalitatis. ¶ Si dicat. ergo gloriosius ẽ pdestinare pp opa meritoria: & sic merita erunt cã pdestinationis. ¶ Dico q i eligẽdo nos ad vltimũ finẽ nõ hñdo respectũ ad opa nra est singularissime liberalitatis & bõitatis. Sz postea cõferrẽdo illã vt gloriosiores inueniamur est signũ excellẽtissime liberalitatis: ita q in eligendo nõ pter merita & in cõferrẽdo eam pp merita: & h pp maiorem vtilitatẽ nram est signũ maxie bõitatis diuine. ¶ Secundo posset dici q ẽt si pdestinaret pp opa vt gloriosiores essemus in eius cõspectu nõ esset incõueniens: sic tñ q opa nostra nõ essent cã pp q̃ precise pdestinationis: quasi q nullo mõ nõ pdestinaret nisi prius haberet actũ ad opa nra: sz attenta maiori glã nra pp opera pdestinet. ¶ Scđa cõclusio est. q reprobationis assignãda est aliq cã ex parte nra. s. peccatũ finalr preuisum: & h pbatur p Aug. sup Gene. 41. Non est prius de⁹ vltor: q̃z aliqs sit peccator: vr. n. cẽ crudelitatis pũire aliquẽ nõ pcessisste culpa in eo: & sic nõ vult aliquem prius punire q̃z videat esse peccatorem.

Contra istud. Petrus & Judas equales in nalibus voliti a deo i esse existẽtie in illo instanti quo offerunt voluntati diuine in existẽtia nali & eqles: deus p te prio vult Petro beatitudinẽ quero tũc qd vult Jude: si dãnationẽ: ergo reprobat sine cã. si beatitudinẽ: ergo pdestinat Judam. ¶ Rñdet Doc. dicẽs q in prio signo volũtas diuina pdestiat Petr i tali signo nullũ actũ positiuũ hz circa Judã: & in scđo signo itellis diuin⁹ puidet ipos casuros &c. vide lrãm q̃ clara est vt patet intuenti.

Gul. ochã l. j. d. 9. q. 3

Quidam doc. Dicit q iste modus loqñdi de prioritate puta originis uel nature & huiusmodi in diuinis est simpliciter falsus & abusiuus. Ideo contra istam opinionem arguit. Primo. Quando dicitur q signa talia originis & nature sunt ibi: ita q in primo signo sit vnum & in alio aliud. quero quid sunt illa signa: aut sunt entia realia: aut entia rationis: nõ entia realia: quia nihil est reale in diuinis nisi absolutum vel relatio vel persona. ergo dicere q pater in primo signo uel instanti originis habeat essentialia: est dicere q pater in patre vel in essentia vel in relatione vel in aliquo absoluto habet essentialia: qđ nihil est ad propositum. Si autem illa instantia vel signa sunt entia rationis: Contra circumscripto omni ente rationis pater est prior origine filio. ergo circumscriptis omnibus talibus instantibus vel signis pater est prior filio. ergo illa instantia vel signa frustra ponuntur.

¶ Secundo quando dicitur quod essentialia sunt in primo instanti originis: aut ly signo supponit pro ente reali: aut pro ente rationis: si pro ente reali: aut pro ente creato: aut increato: non pro ente creato certum est: quia illa essentialia erant quando nullũ ens creatum erat. Si p ente increato: aut p absoluto. aut respectiuo: Si p absoluto: & in quolibz absoluto in quo est pr est filius. ergo sicut pr est i prio signo originis: ita fili⁹ erit in prio signo origis: qđ tñ nõ cõcedũt. Si p respectiuo: hoc ẽt dicere q ẽntialia ẽnt i aliquo respectu: & ita magis sequeret q respect⁹ esset prior ẽntialib⁹. q̃z ecõuerso. ¶ Tertio. Qñcũqz aliq ordinata quorũ vnũ est i vno signo vl' instãti ad aliud i alio: q̃zuis repugnet posteriori cẽ in prio instãti: tñ nõ repugnat priori cẽ simul cũ posteriori in scđo instãti pz de ordinatis in tpe. q̃zuis n. prius & posteri⁹ nõ sint simul in primo instanti durationis: tñ poterũt simul cẽ in secũdo instãti durationis. ergo q̃zuis pr & filius nõ possint esse sil' in primo signo originis: tñ poterũt esse simul in secũdo instãti originis. ergo pr & filius erunt simul origie: saltẽ in aliquo instãti: sz nihil est in scđo instãti originis nisi originatũ: q esse in scđo instanti originis est esse originatum: q esse ab alio. ergo essentialia vere originarentur. ¶ Quarto. Inter quecunqz est ordo originis aliquid illorum vere originatur. ergo si essentialia sint in primo signo originis & notionalia in secũdo: tunc pritas ẽt in scđo signo originis: & p cõns vel aliquod essentiale vere originaret vl pritas: quorũ vtrũqz est manifeste falsũ: q tunc pr haberet aliquid vere originatum. ¶ Si dicat. q q̃uis essentialia sint priora notionalibus non tamen sunt essentialia in primo signo originis & notionalia in secundo. Contra. Iste doctor alibi dicit sic. In primo signo originis pater intelligit formaliter: & tũc etiã põt habere actũ volẽdi formaliter. in secũdo signo originis gignit filium nõ tñ vult tũc istam gignitionẽ volitione sequẽte illam gignitionẽ sed volitiõe habita in primo signo originis. ergo pz manifeste q i prio signo originis est manifeste intellectio & volitio fm istum Doctorem. & in secundo signo est ipsa gignitio. Ideo dico aliter q in diuinis est prius productiuitate: quia pducens est prius producto: & hoc non est aliud dicere q̃z q a patre est filius: vel q pater producit filium: non tamen debet concedi q pater sit in aliquo signo priori nec nature nec durationis nec originis in quo non sit filius. Ut dicunt quidam q sicut sunt instantia temporis: ita sunt instantia nature vel originis. Addit etiam q ibi est prioritas cõmunitatis: ita q illud dicatur prius a quo non conuertitur subsistendi consequentia. vt patet de essentia & personis: quia bene sequit. a. est pater. ergo. a. est essentia non tamen econtra: & sic de alijs.

Dico ad primũ q sustinẽdo q huiõi instãtia siue signa sint aliqd positiuũ ex nã rei (vt exposui. 3. d. vj. 3 Gre. & Jo. Angli.) q sunt entitates absolute sicut & determinate opz dicere. Si vero teneat (vt exposui) q huiõi instãtia in re nihil sint distincta a diuinis. facilis est rñsio ad oẽs obiectiões Ochã: & dic cõformiter sicut rñdi ad argumẽta Gre. in isto. j. d. vj. q. vnica. Nec opz hic instare: q ibi plene ista exposui. ¶ Et sic pz qũo ista instãtia sunt ponenda. Ita q in primo instanti voluntas diuina vult gliam petro: & in secundo vult gratiam: & in istis duobus nullum actum habet circa Judam positiuũ. in secundo istãti vult pmittẽ Petrum cadere in peccatũ & similiter Judam: & in isto instanti vniformiter se hz circa Petrũ & Judã. Sed ex isto actu est verũ dicere. Judas erit finalr peccator positiuus il- Ad argumẽta Ocam.

lis negationibus q.s. nō vult sibi dare nec glām nec grām. In tertio instanti offertur Judas vt peccator finalr voluntati diuine: et tūc vult iuste punire et damnare Judam. Nec mirū q non ponitur similis processus predestinationis et reprobationis: qr bona oīa attribuuntur principalr deo: mala aūt nobis.

1. Dubiū. **Sed in ista** lr̄a accidūt aliq dubia: qr vr̄ q reprobet simplr Judā sine aliq cā. ¶ Primo qr agens hñs in pōte sua effm̄ et dispositionē ad illū volēs effm̄ qr vult dispositionē ad illū: nō vult illum effm̄ pp hoc tm̄ qr vult dispositionē ad illū quā hz totalr in sua pōte. Cū ergo volūtas diuina possit simplr nolle Judā cadere si eū vult pmittere cadere vt pp h eū reprobet quē ēt absolute reprobare posset: nō q casus ille sit simplr cā reprobatōis. ¶ Scdo. Non vr̄ q aliqs iuste puniat aliquē pp illud qd non est in ptāte puniēdi pz. Sed si volūtas diuina i tertio signo vult efficaciter Judā pmittere cadere: et h intellectus diuinus certitudinalr cognoscit ab eterno. ergo nō erit in ptāte Jude nō cadere. si sic: ergo nō vr̄ eum iuste reprobare: si n. Judas pōt non peccare. ergo intellectus diuinus poterit decipi vel voluntas diuina mutari oppositum determinando.

2. Dubiū. **Secūdo dubitatur.** Posito q in prio signo volūtas diuina habeat actū negatiuū circa Judā respectu glie: et in scdo signo similr habeat actū negatiuū respectu grē. an in tertio signo possit ipm pdestinare. Si sic: qre (cū sint ex psupposito eqles in nalibus et vt sic pñtes volūtati diuine) in prio instāti pdestinat Petrū non Judā: cū ipsum postea in tertio signo pdestinare velit: et sic vr̄ acceptatio psonaz. Si nō: ergo voluntas diuina nō erit libera circa aliqd obm nullo actu positiuo circa ipm prius elicito: qr in prio et scdo signis nullū actū positiuū habuit circa Judā vt dicit doc.

3. Dubiū. **Tertio dubitatur.** An volūtas diuina i qrto signo in quo eū reprobat possit ipm pdestinare. Si sic: g peccatorē pdestiat: qr i qrto signo offert ei vt finalis peccator: et sic sequitur q dignū reprobari pdestinat. Si nō: Cū in illo instāti quarto quo ei offert vt finaliter peccator nullum actum habeat circa Judam nisi pmissiuum qr ipsum non possit predestinare.

4. Dubiū. **Quarto dubitatur.** Posito q in prio signo nō habeat actū positiuū circa Judā respectu glie: nec i scdo respectu grē et i tertio vult pmittere Petrū et Judā cadere in petm̄. Et in qrto offert Judas vt finalr peccator et Petrus n̄ vt finalr peccator: cū tamen i Petro qz i Juda puideat petm̄: qre magis vult Petrū resurgere a petō qz Judā: cū vterqz offerrat vt peccator. Et qre peccatū Petri nō ē ita cā reprobatiōis Petri sicut et petm̄ Jude. Si dicat q qr Judas offert vt finalr peccator: Petrus vero nō. Hoc nō vr̄: qr simplr est i ptāte dei Judā esse finalr peccatorē: posset. n. si vellet facere Judā nō fuisse finalr peccatorē: et ex alia pte potuisset facere Petrū finalr peccatorē. qre ergo magis vnū qz aliū: cum hec oīa sint simplr in ptāte diuina. Possent adduci multa alia dubia q breuitatis cā omitto.

Rñsio ad 1. Dubium. **Respōdeo ad** dubia. Sz prius pmitto aliq prio aliqd eē i ptāte alicuius pt duplr intelligi. prio q ita sit in ptāte eius q tm̄ sit ab illo. scdo q nō tm̄ sit ab illo prio lz pcomitāter. Exēplū. Uēdere Xpm iudeis. ista venditio sit tm̄ a deo et nullo mō a Juda: et p pñs nō ē in ptāte Jude dare rectitudinē actui: qr nec actus est i ptāte eius: vel sit ista venditio principlr a deo vt a cā prīa oīs positiui et minus principalr a Juda. Sed rectitudo ēt sit principlr a deo et minus principalr a Juda: defectus tm̄ dandi rectitudinē sit prio a deo: q ideo nō dat qr Judas nō dat: vt pz a doc. in. 2. d. 37. Et vide ibi expositionē singularē. Scdo pmitto q volūtas diuina ab eterno determinauit relinqre hominē in ptāte sui liberi arbitrij. et iō lz posset de facto dare semp rectitudinē actibus nr̄is: et sic coagere volūtati nr̄e vt nō posset declinare ab hmōi rectitudine: nō tm̄ h facit pp multas rōnes a doc. assignatas in. 2. d. 23. ¶ Ex his dico q volūtas diuia et si habeat in ptāte sua vt possit n̄ dare rectitudinē actibus nr̄is: nō tm̄ facit imo volūtate añte dat actibus nr̄is rectitudinē: et pñter siue volūtate pñte siue efficaciter semper daret nisi eēt defectus ex pte nr̄a. vt pbat doc. i. 2. vbi. s. Et ab eterno determinauit semp efficaciter rectitudinē opibus Jude nisi ipse Judas ponat obicem: qd contingit qn̄ defectus incipit prius ab ipso Juda. ¶ Dico vltra q si Judas voluisset a petō resurgere p penitētiā cāndo in se actū attritōis semp volūtas diuina cōcurrisset vt pricipalis cā tā actus attritōis qz ēt rectitudinis i tali actu: nisi ponat obex a Juda. Immo dedisset statim grām p actū illū attritōis delentē oēm culpā et h ab eterno determiauit. Dico g q petm̄ finale ē cā reprobatōis: qr lz volūtas diuia determinauerit nunqz negare rectitudinē actibus nr̄is quantum est ex parte sua: tm̄ ab eterno determiauit nunqz dare rectitudinē si nos incipimus nō dare. Et ex his pz solutio ad rōnes pro primo dubio.

Ad secundū dubiū dico. Posito q i prio signo et i scdo nullū actū habuerit circa Judā q pt ipm pdestiare. Et cū dicis qre n̄ in prio cū sint pñtes vt eqles. Dico prio q ostdit n̄ velle pdestiare pp pfectionē nāe. vt notat doc. i. 3. d. 7. q. vlti. Dico scdo q in his nulla ē qrenda cā cū velle diuinum sit ex se simplr pfectissimū et a nullo regulatū: et sic patet quid dicendum ad scdm dubium. Ad scdm.

Ad tertiū dubiū dico q si Judas pñtat voluntati diuine vt finalr peccator n̄ pt ipm pdestinare: et h stante determinatiōe volūtatis diuine q determiauit nō saluare finalr existentē i peccato. Et cū dr̄ q in illo quarto instāti quo sic pñtatur nullū actū positiuū hz circa ipm puta velle ipm reprobare. Dico q hoc nō refert: sufficit. n. q pcedat cā reprobationis q est petm̄. Sed an posset de potētia absoluta ipz pdestiare. Dico q nulla videō repugnātiā. Ad tertium.

Ad quartū dubiū pz rñsio ex supradictis et dicēdis: hic. n. nō est qrēda aliq cā qre velit Petz resurgere et nō Judā. sicut ēt pz p exēplū doc. positū i lr̄a. Judicio meo i his oibus tutius ē se committere volūtati diuie tanqz rectissime regle oium actuū humanoz: nec altiora supra nos qrere. qrimus toto corde et totis viribus pmittere maiestati sue: et forte maiorē curā hēbit de salute nr̄a qz nos credamus. siue saluet siue dānet: semp creature sue cōputati sumus apud eū. Ipse. n. scit quid vult de nobis facere. Ad quartū.

Sed adhuc ꝯ istō istat et c. Hic doc. arguit. pbādo q deus nesciat certitudinalr Judā eē malū. qr si i tertio signo volūtas diuia vult pmittere Judā cadere in petm̄: nō vr̄ q ex tali pmissiōe puideat certitudinalr Judā fore finalr malū. Nā sola certitudo alicuius actus et certitudo de permissione nō facit certitudinē de illo actu: qr oporteret habere aliquā cāz efficientē: igit ex h solo q deus pscit se velle Judam permittere peccare: non erit certus de Juda peccaturo. Item Quid est illud velle permittere luciferum

re luciferum peccare? si est aliquis actus positiuus voluntatis respectu peccati? igitur videtur q vult eum peccare: si non est actus positiuus respectu actus peccati sed respectu actus permissionis? tunc erit actus reflexus: et tunc erit querere de ista permissione quis actus sit. Si actus positiuus voluntatis? ergo videtur adhuc q deus habeat actum positiuum respectu peccati qd permittit.

¶ Primum istorum soluitur per h q deus prescit se cooperaturum ad substantiam illius actus qui erit peccatum. h autem pscit qz vult coopari illi si est peccatum comissionis. vel prescit se non coopaturum ad actu aliquē si nō vult ipsum: et h si iste actus primus ē petm̄ ommissionis puta non diligere deum tempore determinato: vel non subuenire proximo et hmōi et sciendo se coopaturū ad talē substantiam actus cū non circūstātijs debitis vel n̄ coopaturū ei ad actū necessariū: et p cōns quē omittet scit illū pecatuz: ita q scit hūc peccaturum non solū q scit se pmissurū: sed ēt qz scit se coopaturum huic ad substantiā actus nō circumstantionati: et per cōns iste comittet: vel nō cooperaturum ei ad actū necessariū: et per cōns iste ommittet. h doc. Exemplū. Judas pn̄tat voluntate diuine et similiter Petrus. In primo instanti nullū actū hz volūtas diuina circa Judā: nec simile in scdo instāti. vt. s. patuit. In tertio instanti voluntas diuia vult pmittere Judam cadere primo in peccatum comissionis puta vēdendi Xpm iudeis. Et in illo instanti voluntas diuina nō concurrere ad rectitudinem actus et h intellectus diuinus cognoscit: et per cōns cognoscit q iudas comittet tale peccatum.

Sed hoc videtur cōdicere dictis doctoris: qui expresse dicit in. 2. d. 30. et clarius in. 37. q voluntas diuina vult antecedenter dare rectitudinem actibus nr̄is et semp dat cōn̄ter si non sit defectus ex parte nr̄a. Si ergo determinat ab eterno nō dare talē rectitudinez vr̄ q negatio rectitudinis sit primo a voluntate diuina: et tūc ipsa erit prima rō peccandi. vt pz a doc. in. 2. d. 37.

¶ Respondeo supponendo. Primo q voluntas diuina pōt se determinare efficaciter concurrere cū volūtate Petri non tm̄ ad substantiā actus sed ēt ad oēm circūstantiam actus facientē illū bonū moraliter: et vt sic est simplr prima rōtaz respectu substātie actus qz respectu circūstantie: et tunc ipsa agente vt prima roe agendi sine vt prima cā voluntas Petri coaget illi: aliter voluntas diuina cōns siue efficax nō semp impleretur: qd est falsum et cō omnes doc. Talis ergo actus nunqz posset poni in esse nisi voluntas diuina efficaciter voluisset illū poni in esse. Scdo suppono q respectu alicuius actus eliciendi puta a Juda volūtas diuina actu non determinet dare rectitudinez actui nec determinet nō dare: et sic non dr̄ prima rō deficiendi: diceret. n. prima rō deficiēdi a rectitudine si prius actu determinasset non dare qd non facit: et sic tm̄ habz actum neutrum respectu rectitudinis non dande. vz. qz non determinat dare: nec determinat nō dare. Et stante tali actu neutro voluntatis diuine intellcs diuinus certus est q Judas non eliciet actum cū rectitudine: siue eliciet illum nō dando illi rectitudinē que deberet inesse. Scit. n. certitudinaliter nihil posse euenire nisi sit determinatū a voluntate diuina illud fore venturū. Scit ēt aliquid simplr non fore qd est determinatū a volūtate diuina non fore. Scit ēt esse impossibile rectitudinē aliquam in esse alicui actui stante actu voluntatis diuine neutro respectu talis rectitudinis. Tertio presuppono q volūtas diuina ab eterno pōt determinare velle aliquid cōn̄ter siue efficaciter qd prius voluit antecedenter siue nō efficaciter si voluntas creata non ponat obicem: siue non sit defectus ex parte voluntatis create. Exemplum. Voluntas diuina antecedenter vult Petrum amare deū. Et si Petrus vult coopari voluntati diuine ad talem amorem vult cōn̄ter Petrum amare. Si vero Petrus ponat obicem puta nolendo cooperari voluntati diuine ad amorem tunc vult efficaciter Petrum non amare: quia tunc talis amor nunqz eueniet. Primus ergo defectus est simpliciter ex parte Petri. Et licet posset absolute efficaciter nolle Petrum amare deum: et sic erit impossibile Petrum amare: tamen hoc nō facit propter suam libertatem et contingentiam in operando: sed vult q totus defectus imputetur Petro. Determinat ergo ab eterno q pro quocunqz instanti Petrus vult cooperari ad amorem statim vt principalis causa concurrere. Et sic intellectus diuinus sciet certitudinaliter Petruz pro tali tempore velle amare deum: quia scit certitudinaliter voluntatem diuinam velle efficaciter Petrum amare: et sic Petrus cooperabitur aliter non eueniret qd efficaciter determinatum est euenire. Similiter de certitudine q Judas non amabit et per consequens peccabit: patet per Exemplum. Voluntas diuina non determinat efficaciter Judam amare deum pro tali tempore: quia si determinasset Judas amaret deum. Secundo voluntate antecedente siue absoluta. idest quantum est ex parte sua vult Judam amare deum: et talis voluntas nō semper adimpletur. Tertio determinat velle efficaciter Judam amare deum si Judas non ponit obicem siue si non sit defectus ex parte Jude. id est q si Judas in instanti a vult deum amare in eodem instanti voluntas diuina vult efficaciter Judam amare. Sed qz voluntas diuina non vult absolute et efficaciter Judā amare: quia tunc amaret sed vult ipsum amare nisi sit defectus ex parte Jude Judas tunc non amabit: et quia non amabit voluntas diuina deficiet. Et sic intellectus diuinus scit hoc modo certitudinaliter Judam non amare: et per consequens scit certitudinaliter Judam peccaturum. De hoc tamen vide singularem expositionem quam feci distinctione trigesimaseptima secundi Doctoris et multa ibi videbis &c.

Ad primum argumentum

principale hic Doctor Respondet ad argumenta principalia posita i principio questionis quorum primuz fuit tale. Si aliquem predestinaret et aliquem non predestinaret nulla ratione precedente in predestinato non videretur summe bonus siue summe liberalis: quia si in primo signo vterqz presentatur in puris naturalibus et non apparet in uno ratio q vnus magis predestinetur qz alius. ergo si sola voluntate predestinat si vtrunqz non predestinat non videtur summe liberalis: quia liberalior est qui pluribus communicat qz qui tantum vni. ¶ Respondet doctor q summe liberalis potest aliquibus duobus apprehensis equalibus velle bonum non equaliter communicare: nec in hoc fit iniustitia aliqua. Tum quia nihil est debitum. Tum etiam quia bonitas creata non mouet voluntatem diuinam: vt supra patuit a doctore. ¶ Secundo principaliter arguitur: quia tunc in tali primo signo cum vterqz ex parte sua sit ordinabilis ad vltimum finem. ergo si voluntas diuina non ordinat vtrunqz videtur q sit acceptatrix personarum.

¶ Respondet doc. q. q si sunt aliqua duo eq3 volibilia & ordinabilia ad aliquem finem & ex parte sui hñt rationem illam propter quam sunt voléda ab aliqua voluntate. id est q bonitas in illis sit ratio pp quam voluntas debet sic vel sic eligere: tunc talis voluntas preacceptans vnum illorum alteri ad illum finez peccat fm acceptionem personarum: talis est autem omnis voluntas creata: q2 respectu vnius bonitas amabilis est ratio recte amandi. Et ratio. q2 nullus actus voluntatis create est ex se rectus. vt. ŝ. patuit. a. doc. d. j. q. j. & d. 17. & ĩ. patebit. d. 44. & in. 2. d. 5. 23. 34. & alibi sepe. Oportet enim actum voluntatis esse conformez rationi recte ad hoc vt sit rectus. & q2 ratio recta que mouetur ab obiectis iudicat tale obiectum sic vel sic esse diligendum: & hoc totum accipit a bonitate obiecti a qua mouetur. vt. ŝ. patuit. q. vlti. prolo. Sequitur. Non sic voluntas increata respectu alicuius boni alterius ab essentia sua. nullum enim aliud bonum q2 bonum ideo amatur ab illa voluntate: sed econuerso. Et ideo non potest acceptare personas q2 non est in eis bonitas que sit sibi ratio amandi. Unde sciendum est q voluntas diuina non amat aliqđ obiectum extra amore affectus sed tantum amore effectus qđ notat doc. in. 3. d. 32. & ideo tota dilectio voluntatis diuine atenditur penes effectum quem producit: si. n. producit effectum perfectiorem dicimus q illud magis amat q2 cõmunicatur maior bõitas. Apparet ergo q ĩ illa creatura est aliqua bonitas que sit ratio mouendi voluntatem diuinam: cum tota bonitas sit imediate a voluntate diuina: & totum bonũ rei create ideo dicitur bonum q2 sic dilectum siue productum actu voluntatis diuine. Et quomodo voluntas diuina non dicatur diligere bonum creature q2 bonũ &c. vide Doc. alibi precipue. ĩ. 42. d. & 44. & in. 2. d. 37. respondendo ad argumenta principalia: & in. 3. d. 18. & d. 19. & alibi sepe.

Ad primum in oppositum. Hic Doc. respondet ad argumenta facta ad oppositum in principio. q. que videtur concludere q nulla sit ratio in creatura etiam nec respectu reprobati. Et arguit sic. Ro. 9. Cum. n. nondũ nati fuissent aut aliquid boni egissent aut mali vt fm electionem propositum maneret non ex operibus sed ex voluntate. ¶ Preterea ibidem exemplificat de figulo qui de eadem massa potest formare vnum vas in honorem & aliud in contumeliam. ex quo videtur arguere ex simili de predestinatione huius & de reprobatione alterius. ¶ Respondet Doc. dicens q qui vult tenere opi. S. Tho. potest respondere q datur ratio in cõi licet non in particulari. Et in hoc apostolus redarguit presumptuosos inquirentes illa quorum nõ sunt capaces non ât pp inopiam reddende rõnis saltem in cõi: l3 in particulari nesciatur q2 malum preuideat deus in isto pp qđ reprobet eũ: & in istis specialibus peccatis preuisis est altitudo diuitiarũ & sunt iudicia in cõprehensibilia: cui uĩ concordare illud vocabulum iudicij: q2 iuditiũ est de particulari agibili. Et de hoc. ĩ. patebit. 44. d. & i. 2. d. 6. q. 2. qñ iuditiũ differat a lege. & ideo nõ obstante q sit principium practicum statutum per diuinam voluntatem q omnis preuisus finaliter malus damnetur: tamen de particularibus assumendis sub. puta iste preuidetur sic finaliter malus & ille sic quasi ex hoc iudicatur iste reprobatus propter hoc: & ille propter illud. ista iudicia sunt inscrutabilia: non. n. sit homo nec potest scire ĩ qđ peccatum deus vult permittere istu3 cadere respectu cuius sit non volitio conferendi gratiam: vt sic offeratur tanq3 finaliter peccator in illo peccato: & sic propter illud peccatum preuisum reprobetur. De bonis autem potest poni q nulla sit ratio & hoc sustinendo opi. doc. ¶ Et si contra h' arguas q saltem circa bonos non erunt iudicia inscrutabilia. facile enim est dicere de eis q q2 vult ideo saluat. Respondet Doc. dicens q de eis inquantum predestinat non est iudiciũ neq3 de facto in existentia neq3 quasi in prescientia diuina: iudiciũ enim est de aliquo facto vel preuiso. S3 de malis licet non sit iudicium de facto q2 non peccauerunt: potest tamen condemnatio dici iudicium de eis in prescientia dei vbi dicuntur mali. Et tunc inscrutabilitas iudiciorũ potest referri ad malos ex parte quorum ponitur aliqua ratio: licet ille rationes ex parte diuersorum propter quas quasi ex parte eorum feruntur iudicia sint inscrutabiles & per hoc iudicia inscrutabilia. hec Sco.

Alĩq notãda de h' vocabulo iudictum.

¶ Distin. xlij. q. vnica.

Utrum deum esse omnipotentem possit probari naturali ratione. Hec questio prolixius & clarius exponitur a doc. in quoli. q. 7. vide ibi &c.



Ic respõderi posset. Hic doc. distinguit q ex quo oĩpotentia respicit oẽ possibile. vt. ŝ. expositum est. d. 20. hoc põt dupliciter intelligi. i. sic vel q respiciat oẽ possibile mediate. i. q possit in oẽm effectu3 cuiuscunq3 cause secunde ipsa cã secunda concurrente. Et h' modo si nãli rõne probari põt esse aliqđ primũ effectiuũ sicut. ŝ. pbatũ est. d. 2. q. j. ẽt nãli ratione põt probari ipsum esse oĩpotens loquendo de oĩpotentia mediata. Alio mõ potest accipi oĩpotentia imediata: sic intelligendo q primũ effectiuum põt imediate in oẽm effectum & in oẽ possibile ẽt nulla secunda cã concurrẽte & hoc tñ est creditum. & hoc est qđ intendit doc. i ista lr̃a quã tñ aliqualiter declaro. Cũ dicit. Alio modo accipitur oĩpotens proprie theologice put oĩpotens dr̃ qui põt in oẽm effectum imediatu3 & in qđcunq3 possibile. Hoc est in qđcunq3 qđ non est ex se necessariũ nec includit in se 2tradictionem: ita inquam imediate q sine oĩ cooperatione cuiuscunq3 alterius cause agẽtis. & hoc modo omnipotentia videtur esse credita de primo efficiente & non demonstrato.

In ista littera nota qđ dicit Doctor. q omnipotentia non respicit aliqđ ex se necessarium: quia in hoc videtur sibi cõtra dicere: quia supra distinctione octaua questio vltima sustinendo opi. philosophorum probat quomodo primum effectiuum sit vere causa alicuius entis ex se necesse esse: & per consequens videtur q omnipotentia primi effectiui respicit illud. ¶ Respondeo primo q Doctor reputat omnino p impossibili & pro contradictoria includente q aliqđ ex se necesse eẽ sit ab alio causabile: est enim implicatio contradictionis dicere aliquam causam causare aliquid de necessitate: quia omne causabile est mere possibile. & de hoc vide supra distin. 8. q. vlti. & in. 2. distin. prima qõne tertia. Et ideo

Aduertas ne h' 2dictões incurras.

Et ideo dicit hic q̄ omnipotentia non respicit aliqd̄ ex se necesse esse: quia illud nullo modo est causabile. ¶ Dico secundo q̄ sustinendo viam ph̄i doc· haberet dicere q̄ ēt aliquid necesse esse qd̄ vere est causabile esset obiectuȝ omnipotentie: nisi velit dicere q̄ obiectū omnipotētie esset tm̄ ens possibile: ⁊ tūc oporteret dicere q̄ non oē ens aliud a primo effectiuo esset obtm̄ oipotentie primi effectiui: q2 ṗa intelligentia et celum q̄ sunt ex se necesse esse formaliter: non essent obiecta oipotētie· Sed quicquid sit: prima rn̄sio ē magis ad mē teȝ doc· q2 expsse tȝ q̄ est simplr̄ impossibile aliqd̄ necesse esse esse ab alio cāsabile· Seqtur· Q2 lȝ primū efficiens habeat in se potentiā effectuā eminētiorē potētia cuiuscunqȝ alteri⁹ cause effectiue ⁊c· Hic intendit pbare doc· q̄ talis oipotētia non p̄t nāli rōne demōstrari ⁊ excludit vnā obiectionē: q2 nō vr̄ seq q̄ posito q̄ primū effectiuū sit eminentius sm̄ cāsalitatē oi cause ṗe: ⁊ posito ēt q̄ hȝ i se eminēter potentiā effectuā cuiuscūqȝ alteri⁹ cause· vt· ō· deductū est· d· z· q· j· d· 8· q· vlt· Adhuc nō seqtur q̄ vt sic possit imediate i oēȝ effectū q2 nō in effectū impfectū· ⁊ ideo ṗe cause regrunt̄ non pp perfectionē addēdā prime cause cū cāsalitas prime cause sit pfectissima: sed magis regrunt̄ pp impfectionē addēdā: q2 effectus impfectus nō pōt eē imediate a cā pfectissima: cū illa agat sm̄ vltimū potentie sue sm̄ totā virtutē sustinendo opi· phoꝝ q̄ tm̄ agat de necessitate nature· Et exēplū positū de sole ē satis clarū: si tm̄ veꝝ sit q̄ sol eminēter cōtineat cāsalitatē bouis ⁊ asini: qd̄ est dubiū· vt pȝ ex dictis a doc· in· z· d· 18· Sed hoc nō est pn̄tis speculatiōis· ¶ Preterea· si phi nō potuerūt per rōnem nālem cōcludere deūȝ posse cōtingenter cāre: quanto magis nec posse imediate in quēcūqȝ effectū? Sequētia clara sunt·

Ad rationes principales· Ad illud qd̄ dicit Ricardus· s· ad oīa q̄ fide tenemus non solū habemus rationes nāles sȝ materias· ¶ Rn̄det doc· dicens q̄ etsi sunt necessarie rōnes ad oipotētiā pbandā non tm̄ sunt euidēter necessarie ⁊ vere: sicut illa rō que pbat trinitatē pp duplicē pductionē in diuinis: q2 lȝ sit ex necessarijs non tm̄ p̄misse sunt nimis euidētes: q2 nō sunt note ex terminis nobis notis: neqȝ ex imediatis nobis notis possibile est hoc iferre sicut dictū est· d· z· q· j· ¶ Scd̄o arguitur sic· nāli rōne probat̄ deū esse potentie infinite sicut pbat̄· 8· phisi· text· cōm· 78· ⁊· xii· meth· t· c· 41· Sȝ· potentia infinita nota ē eē oipotentia: q2 notū est potētia ifinita ñ posse maior cogitari: qcūqȝ aūt potētia que non est oipotentia pōt maior cogitari sine contradictiōe ⁊ illa erit potētia que est oipotētia· ¶ Si dicatur q̄ nō pōt nāliter pbari oipotentiā esse cogitabilem sine ꝯdictionē· Cōtra· oipotentiā esse i entib⁹ verum est. ergo ois rō probans ipossibilitatē oipotentie sophistica est: ois autē rō sophistica pōt p intelm̄ ex puris nālibus solui· ergo intelłs talis ex puris nālib⁹ pōt cognoscere nullū impossibile seq ex oipotentia: ⁊ scit q̄ illud est possibile ad qd̄ nullum seqtur ipossibile cognoscit ergo oipotentiā esse possibilē· Ex isto etiā pōt fieri rō p sc: q2 si nāliter pōt pbari oipotentiā esse possibilem q2 nō ipossibilem· ergo nāliter pōt pbari eam esse necessariā: q2 non pōt esse nisi possit esse necessaria: ⁊ qd̄ pōt eē necessariū est necessariū· ¶ Respōdet Doc· primo negando ꝯñtiam: q2 nō sunt idē infinita potētia ⁊ oipotentia pprie dicta: q2 nō vȝ· infinita potētia cōtinet eminenter cāsalitatē ois cause scd̄e· ergo imediate pōt in omnem effectum sine scd̄is causis· vt· ō· patuit de sole ⁊c· Scd̄o dicit· q̄ lȝ non possit cogitari maior potētia infinita intensiue: non tamē sequitur quin possit cogitari maior extensiue· i· ad plura cogitari qȝ ifinita potentia· Tertio· dato etiaȝ q̄ oipotentia esset maior infinita potentia: propter hoc tm̄ non oportet q̄ naturali rōne possit hoc sciri a nobis potentiā sic intellectā esse omnipotentiam· ¶ Et cum dr̄ notam esse omnipotentiā proprie sumptam· h̄ negatur· Et cū probat̄ q2 ois rō probans impossibile sequi ex ea est sophistica· ¶ Respōdet Egidius quoli· 5· q· 7· q̄ est sophistica tm̄ non pōt solui p rōnem nālem: q2 prout dr̄ sophistica ⁊ peccās in mā· i· hn̄s aliquam premissam falsam: ⁊ nō potest solui nisi per interemptionē illius p̄misse que tm̄ non potest cognosci interimenda per rationē naturalem. sicut non pōt cognosci vera per rationem naturalem· ¶ Sed contra h̄ arguit Sco· sic· Aut illa que apparent vera ⁊ nō apparent iterimenda ex rōne naturali: aut apparent esse vera ex terminis tanqȝ imediata: aut apparent eē conclusa ex imediatis. Si primo: ergo intellectus noster non pōt esse certus de ppositionibus imediatis que sit vera ⁊ q̄ non: q2 tunc apparerent alique ppositiones vere ⁊ imediate que tamen sunt simpliciter false: ⁊ ita nō erūt aliqua principia certa tanqȝ ianua in domo ꝯ Phm̄ ⁊ Com· z· me· t· com· primi circa que nō contingit errare· Si scd̄o: tunc arguo sic· de illo sillogismo sophistico sicut de isto: aut peccat in mā: aut in forma. Si in mā: tunc potest solui: q2 premissa falsa peccans in mā potest interimi· Si i forma: adhuc potest solui per artem logicam· ¶ Si autē dicatur q̄ peccat in forma ⁊ tm̄ non potest solui naturaliter. Hoc videtur absurdum: q2 sicut intelłs inclusus in nālibus tradidit oēm artem de syllogismo apparenti informi ⁊ defectuoso: sic posset soluere per illam artem omnes talem syllogismum applicando talem artem ad talem paralogismum· ¶ Doc· dat propriam responsionem dicens· q̄ ⁊ si quicunqȝ paralogismus deducens apparenter ad impossibile ex premissa significante deuȝ esse oipotentem (· i· in quo vna p̄missarum sit ista deus est oipotens: ⁊ ex illa apparēter deducat ad impossibile: q2 vere deducere ex illa ad impossibile est simpliciter impossibile) posset solui per intellectum ⁊ rationem nālem siue peccet in mā siue in forma: nō tamen posset solui ab oi intellectu sed tantum ab illo intellectu qui nouit inferens nō esse impossibile: vel illatum non esse impossibile· Sequitur in littera· Et intellectus posset scire quēcunqȝ talē paralogismū diuisim factum esse solubilem. i· si opposita sillogizent̄ ex eadem propositione siue premissa opposita inferant̄: intellectus bene nouit q̄ vnus sillogismus est sophisticus· Sed non sequitur q̄ naturaliter sciat quis illorum: quia potest dubitare q̄ illud quod pro impossibili infertur sit oppositum illi propositioni vel premisse ex qua videtur inferri· scilicet ex illa de⁹ est omnipotens: quia sepe sophiste in sillogysmo falsigrapho ad impossibile inferunt aliquod impossibile ex vna propositione ex qua nullo modo sequitur· Similiter potest dubitare ne aliud manifestius impossibile inferatur ex tali premissa· scilicet· Deus est omnipotens: quod illatum sit oppositum nunc illati: ⁊ q̄ in tali casu tale argumentum esset insolubile· Et stat totum in illo. possibile est intellectum soluere naturaliter omnem paralogismum peccantem in forma si materia est intellectui euidenter nota· Si autem intellectui materia non est euidenter nota: ipse non potest scire vtrum illud sequatur ex illo: cum non intelligat propositiones· Sequitur in littera·

Uel aliter potest responderi ad illud argumentuȝ q̄d potest fieri generaliter ad omne creditum ꝙ illud sit necessarium ad omne possibile ⁊ credibile. idest ꝙ argumentum illud secunduȝ potest applicari ad omne creditum: qꝛ in omni tali potest fieri paralogysmus: qui tamen non potest a nostro intellectu solui propter nō intellectū propositionum. licet ab intelligente materiam sit solubilis ⁊c.

Gul. ochā l. i. d. 42. q. vnica nitit̄ soluer̄ rōēs sco. Contra rationes quas facit Scotus (probando non posse naturali ratione demonstrari deum esse omnipotētez proprie loquendo de omnipotentia) instat Ochā. ¶ Et primo contra primam rationem instat dicens. ꝙ phi non posuere cām secundam concurrere ꝑꝑ imperfectionem effectus vt. s. aliqua imperfectio adderetur effectui a causa secunda: qꝛ secundum istum phs posuit deum esse causaȝ omniū. ergo est causa imediata ⁊ totalis alicuius effectus: aliter esset processus in infinitum. Sed s̄m istum effectus iste est imperfect⁹: ⁊ deus est in infinitum perfectior effectu illo. ergo s̄m opi. phorum est cā imediata ⁊ totalis alicuius effectus imperfecti. ergo ꝑꝑ imperfectionem effectus n̄ repugnat deum esse imediatam cām omnium s. d̄m opi. phorum. ¶ Si dicatur. ꝙ q̄uis effectus sit imperfectus respectu dei: est tamen perfectus respectu aliorum effectuum qui propter imperfectionem illaȝ nō possunt produci a solo deo. ¶ Hoc non videtur sufficere: qꝛ ex quo imperfectio in cōmuni in effectu non repugnat deo quin possit producere effectum imperfectum: oportet assignare rationem specialem quare plus repugnat deo producere istum effectum q̄ȝ aliū. ¶ Confirmatur. Deus potest esse causa totalis ⁊ immediata plurīū effectuum ordinatoꝝ s̄m perfectius ⁊ imperfectius. ergo nisi aliud obstet non vr̄ ratio quin possit esse cā imediata oiuȝ effectuum impfectorum. Añs patet s̄m illum: qꝛ per eum sola prima cā potest creare omnia creata ꝓpter q̄ a solo deo fiunt: sed talia sunt multa. ergo talia multa sunt a solo deo: ⁊ ita non est veruȝ q̄d assumit̄ ꝙ s̄m opi. phi causa secunda cōcurrat cum cā prima ne cā prima producat s̄ȝ vltimū potētie sue: ⁊ ne ꝓducat effectum ita perfectum sicut pōt. ¶ Confirmat̄ rō. qꝛ in causis n̄alibus videm⁹ ꝙ eadē cā producit plures effectus ꝑfectiores ⁊ imperfectiores sine oi alia cā cōcausante. sicut sol in eodē passo ꝓducit plures effectus ordinatos. ¶ Et instat ꝯ secundā rōnem q̄ talis erat. Si phi nō potuere ꝑ rōneȝ n̄alē ꝯcludere deū posse cōtingēter cāre: q̄nto magis nec posse imediate i quēcūq; effectū instat sic dicēs. Scd̄a ratio vr̄ concludere vel saltē est multū probabilis q̄uis iste alibi videat̄ dicer̄ oppositū. Nā alibi vr̄ velle se demōstrare ꝙ nulla cōtingentia pōt esse in rebus nisi prima cā contingenter causet: s̄ȝ hoc pōt esse notum rōne n̄ali ꝙ contingentia est in rebus: ⁊ ꝙ aliquid cōtingenter agit. ergo pōt esse notū rōne n̄ali ꝙ prima cā contingenter agat s̄m istuȝ. ¶ Contra tertiā istat q̄ talis est. Ipsi phi habuer̄t ꝓ principio ꝙ de nihilo nihil fit. g̃ saltē i istis gn̄abilib⁹ ⁊ corruptibilib⁹ n̄ vr̄ eos posuisse deū sic eē oipotētē ꝙ posset oēȝ effm̄ ꝓducere sine oi cā concausante. Et instat sic. Tertia rō etiaȝ vr̄ efficax: qꝛ q̄uis s̄m phos de nihilo fiat aliquid ab eterno: tñ vr̄ fuisse opi. phoꝝ ꝙ de nihilo nihil fiat de nouo: ⁊ ita posuer̄t ꝙ deus non causat omnia sine oi alia causa concausante. ¶ Contra quartam rationem instat que talis est. Philosophi posuer̄t deum necessario agentem. ergo si cum hoc posuer̄t ꝙ esset omnipotens illo modo haberent negare omneȝ cā-salitatem cuiuscunq; cause secunde: q̄d est maximum inconueniens eis. ꝯn̄tia patet. Naȝ causa necessario causans in quocunq; instanti comparetur effectui necessario in eodem instanti causat ⁊ agit. ergo cum prius comparetur causa superior ad effectum q̄ȝ causa inferior: ⁊ tunc est omnipotens illo modo. ergo in illo instanti in quo comparatur causa secunda non pōt causare. Contra hanc sic instat. Quarta ratio illo modo deducta non concludit. Nam probatio consequentie non vȝ: qꝛ si illa probatio esset bona: sequeretur ꝙ deus nullo mō posset coagere creature ad aliquem effectum producendum. probatio consequentie. nā si deus coagit creature (sicut ipse arguit) arguo ego. nam causa agens prima sine qua non potest effectus produci in quocunq; instanti comparatur effectui in illo instanti agit. ergo cum causa prima prius comparetur effectui q̄ȝ causa secunda: ⁊ tunc causatur. ergo in illo instanti totum producit effectum. ergo in secūdo instanti in quo comparatur causa secunda ad effectum nihil intelligitur tunc causandum. ergo causa secunda nihil causat. ¶ Si dicatur ꝙ argumentum de causa prima libere causante: non vȝ qꝛ illa potest causare q̄ñ placet sibi sed bñ vȝ d̄ causa necessario causante: qꝛ illa causa in quocunq; instanti comparatur ad effectum necessario causat. ¶ Istud non sufficit quia accipiendo causam primam sine causa secunda nō potest talem effectum producere. Et tunc quero aut causa prima prius comparatur ad illum effectum: aut n̄. si sic: ergo tunc causat effectum. ergo nihil remanet causandum. Si non prius sed in eodē instanti comparatur ad effectum in quo causa secunda comparatur ad effectum: ⁊ ita non plus repugnat duabus causis naturalibus operari in eodē instanti ad effectum q̄ȝ duabus causis quarum vna sit libera ⁊ alia naturalis: ergo non obstante primitate cause poterit deus cōcurrere ⁊ causare eundem effectum cum causa secunda etiā si deus esset causa naturalis. vnde videtur ꝙ eadē ratio concludat ꝙ nulla cā n̄alis prior pōt ꝯcurrere cuȝ cā s̄a ad ꝓducendū aliquē effectum. Nā accipio cām priorē quācunq; ⁊ cām s̄aȝ subordinatā: ⁊ quero aut illa cā prior prius cōparat̄ ad effectum q̄ȝ cā scd̄a aut nō: si sic: ergo in p̄io instanti cāt cā prior: ⁊ certū ē ꝙ nō cāt partē effectus: qꝛ nō est maior rō ꝙ causet vnā q̄ȝ aliā: ⁊ similr̄ frequēter effect⁹ est idiuisibilis n̄ hñs ptes. ergo in p̄io instāti cāt totū effectū. ergo in s̄o instanti nihil remanet cāndū: ⁊ ꝑ ꝯn̄s nunq̄ȝ cā s̄a agit cū cā p̄ia: ⁊ ita illa rō destruit ordinē eēntialē cāruȝ. Si āt illa cā p̄ia n̄ pri⁹ cōpat̄ ad effm̄ q̄ȝ cā s̄a: eadeȝ rōe nec cā p̄ia simplr̄ pri⁹ cōpat̄ ad effm̄ q̄ȝ cā s̄a: ⁊ ita ꝑꝑ talē prioritatē non oȝ deū negare eē causam immediatam omnium.

Respondeo ad oia dicta Ochā ꝯ Sco. Et p̄mitto aliq̄. p̄io ꝙ imꝑfectio effectus pōt multiplr̄ intelligi. s. vel quātū ad suū esse q̄ditatiuū ⁊ essentiale: ⁊ sic musca est perfectior celo: ⁊ h̄ sustinēdo celū nō eē formalr̄ aiatū. Uel quātū ad aliquā ꝯditionē ꝯsñtē esse eēntiale vel q̄ditatiuū vt necessitas ⁊ ꝑpetuitas: ⁊ h̄ mō celū est pfecti⁹ musca. Scd̄o p̄mitto ꝙ s̄m viā phi m̄ta sunt imediate cāta ⁊ p̄ia cā: ita ꝙ actio ipi⁹ imediate terminatur ad illa ⁊ illa tali actiōe simplr̄ accipiūt eē nullo alio ꝑsupposito (q̄d dico propter animam intellectiuam q̄ sit et sit de foris veniens. vt patet sextodecimo de animalibus: non tamen alia actione accipit esse immediate a causa: ita quod actio prime cause prius terminetur ad ipsam in se: diceret enim Philosophus nō esse

Impugnāt̄ rōnes Ocham.

non esse aliam productionem anime intellectiue ⁊ cō positi sicut nec in igne forma ignis: sed illam animationem corporis organici ponit esse productionem p accidens ipsius anime. Sed quomodo agens imutabile potest aliquid nouum producere scdm Aristo. vide Sco. in. 4. d. 43. q. 2. circa finē tertij articuli. Nos autem ponimus duas productiones. vnam de non esse anime ad esse eius ⁊ illa est creatio. aliam a non animatione corporis ad animationem eius: ⁊ illa est productio corporis animati per mutationem proprie dictaȝ. De hoc vide doc. in. 2. d. 17. ⁊ in. 4. d. 43. q. 2.) ⁊ talia sunt simpliciter eterna ⁊ necessaria vt sunt celū ⁊ intelligentie: ⁊ quomodo sint vere causata vide. ṡ. d. 8. q. vlti. Tertio premitto q secundum viam philosophi prima causa de necessitate nature agit etiam secū dum totam virtutem suam: ⁊ per consequens non tā tum producit effectum perfectuȝ quem potest: sed necessario producit ipsum ab eterno ⁊ perpetuat ipsum ⁊ dat illi simpliciter esse necessarium: ⁊ per consequēs omnis effectus imediate product⁹ a tali causa erit necesse esse: ⁊ perpetuus ⁊ eternus ⁊ nulla nouitas contingit esse in illo in suo esse. ¶ Ex his potest dici ad Ocham q secūda causa ponitur propter imperfectionem effectus: q2 si causa secunda non concurreret nullus effectus esset nouus: sed omnis esset sempitern⁹. nullus etiam effectus esset simpliciter possibilis: sed omnis necessarius cuius oppositum experimur. Sic sic loquendo de ista imperfectione effectus: patet secū dum pћos quomodo requirūtur secunde cause. Unde Comentator vult. 12. me. com. 41. q preter primuȝ mouens qđ est infinite virtutis requiritur mouēs cō iunctum potentie finite: ita q ex primo mouente sit infinitas motus ⁊ ex secundo sit successio: quasi aliter non posset esse successio nisi concurreret illud mouēs finitum: q2 si solum infinitum ageret ageret in non tēpore ⁊c. Ex his ergo apparet q instantie quas facit Ocham contra primam rationem doc. q cause secunde requiruntur propter imperfectionem effectus non concludunt. ¶ Secundo dico q etiam loquendo de p fectione ⁊ imperfectione essentiali q secunde cause requiruntur propter imperfectionem effectus. Et concedo q inter effectus imediate productos datur ordo: ita q vnus est perfectior essentialiter alio: q2 intelligētia est perfectior celo: non tñ sequitur q causa prima possit in effectum alium imperfectiorem sine secunda causa concurrente. vt etiam patet in alijs causis naturalibus: multe. n. sunt cause naturales que lȝ possint producere effectum perfectū vnius speciei: non tñ pñt producere effectum imperfectum alteri⁹ speciei. Ista enim propositio quando datur ordo inter perfectum ⁊ minus perfectum si potest in perfectum. ergo ⁊ in i perfectum vera est quando sunt eiusdem rationis aliter non. Et si prima causa potest imediate producere calorem vt. 8. a fortiori poterit producere vt. 6. Dicerent ergo pћi q sunt aliqui effectus ita pfecti q nullo modo possunt esse a secunda causa sed tantuȝ a prima: ⁊ aliqui effectus ita imperfecti q nullo modo pñt esse imediate a prima causa sed tantum a prima ꝯcurrente secunda: ita q tota imperfectio attribuatur secū de. Prima tamen responsio videtur probabilior q̄ȝ secunda. ¶ Ad secundam instantiam vbi primo dicit Ocham q secunda ratio doc. videtur concludere ⁊c. Et cū dicit q videtur alibi dicere oppositum: quia hic dicit q pћi non potuere per rationem naturalem concludere deum posse contingenter causare ⁊ alibi dicit oppositum. s. d. 2. q. j. ⁊. d. 8. q. vlti. primi. Dico q doctor sibi non contradicit si littera Doctoris sane intelligatur hic ⁊ ibi. Dicit enim ibi q philosophi non potuere saluare contingentiam in rebus si prima causa non agit contingenter: ⁊ si apud philosophos sit notū aliquid fieri contingenter a secunda causa: ita q quando fit illud oppositum tunc posset fieri: esset etiam notum eis primam causam contingenter agere. Sed nō erat notum eis aliquid sic contingenter fieri: q2 forte pћs posuit non propter contingenter deum velle contingentiaȝ in inferioribus: sed ex motu qui necessario causatur inquantum vniformis: sed difformitas sequitur in partibus eius ⁊ ita contingentia. Et doc. dicit d. 2. q. j. primi. q pћs non potest negare primuȝ esse ciuium agere contingenter saluando aliquid contingenter fieri per motum accipiendo contingenter causatum qđcunqȝ non necessarium vel sempiternum: sȝ cuius oppositum posset fieri quando illud fit. ideo dixit aliquod contingenter causatum ⁊ non aliquod cō tingens. Si ergo pћi posuere sic aliquid contingenter fieri: habuerīt concedere q prima causa contingenter agat. Et sic patet quomodo sibi non contradicit: q2 si pћi euidenter cognouissent aliquid contingenter fieri a causa secunda: euidenter conclusissent primā causam contingenter agere: ⁊ hoc sustinendo ordinem essentialem causarum sicut expositum est supra. d. 2. q. j. ¶ Tertiam rationem Doctoris concedit ipse Ochaȝ. vt supra patuit. ¶ Ad quartam instantiam. Dico q si est simile de causa naturali ⁊ libera: q2 libera pōt expectare vt exposui. d. 37. sꝫ. Doc. Et quādo dicit aut prius comparatur ad effectum aut nō? Dico q si loquamur de priori secundum perfectionem est prior. Si vero loquamur de priori natura. i. q in aliquo priori nā producat effectum. Dico q non. vt patet a Doc. in. 2. d. 37. sed simul natura causat cuȝ secunda causa. potest enim propter suam contingentiam in agendo expectare per quodcunqȝ tempus: ⁊ sic in eodem instanti nature incipere actionem cum creatura ⁊ ipsaȝ continuare per aliquod tempus. Et cum dicit q si in eodem instanti comparatur ad effectum in quo causa secunda comparatur ad effectuȝ: ⁊ ita non plus repugnat duabus causis naturalibus operari in eodem instanti ad effectum q̄ȝ duabus causis quarum vna sit libera ⁊ alia naturalis. Dico q hoc non sequitur de duabus naturalibus essentialiter ordinatis quarum vna agat in virtute alterius ⁊ in agendo dependeat ab alia: q2 tunc superior de necessitate nature prius comparatur ad effectum q̄ȝ secunda. Et cum addit q eadem ratio concluderet q nulla causa naturalis prior potest cōcurrere cum cā scđa ad ꝓducendū aliquē effectum ⁊c. Dico q si sunt essentialiter ordinate ⁊ cause totales q prior prius comparatur: ⁊ sic concedo q cā secunda nihil producet. Si vero sunt partiales cause vna nō pōt agere sine alia. vt patet de intellectu ⁊ obiecto respectu intellectionis: lȝ non sint proprie cause essentialiter ordinate nisi forte quantuȝ ad hoc q vna est perfectior alia. Et dico q omnes cause secūde quomodocunqȝ sint inter se essentialiter ordinate (quia i agendo dependent a prima causa contingenter agente) in agendo vna non agit prius alia ad eundem effectum: quia tantum in illo instanti incipiunt agere in quo primum effectuum incipit agere. Et sic patet solutio ad omnes obiectiones Gulielmi Ocham ⁊c.

Solō Obiectionis.

¶ Distin. 43. q. vnica.

Utrum prima ratio impossibilitatis rei fiende sit ex parte dei vel ex parte rei factibilis? Titulus. q. clarus est.



In presenti distinctione ponitur duplex opi. Hen. sibi contradicentis. pria ponitur quoli. 6. q. 3. secuda quoli. 8. q. 3. ¶ De prima opinione. Hen. ponit prio q triplex est predicatu3 de deo. prima predicata sunt pfectiones simpliciter que conueniunt deo absolute sine respectu ad creaturas. Sed sic distinguit q iste pfectiones possunt considerari vno modo secundum id cui nomen imponitur: & sic considerantur in se absolute. alio modo secundum rationem a qua imponuntur. idest secudum id cuius occasione nomē est impositum. vt bonitas primo modo est infinitas in deo: sed secundo modo respicit creaturas: qr ex h q deus cōmunicat creaturis suam bonitatem. idest ex h q sua infinita potentia aliquid circa creaturas operatur dicitur bonus: & secundū hanc consideratioē3 deus uel bonitas consideratur in ordine ad creaturas. Secunda predicata sunt que dicunt dignitatem non tamen perfectionem simpliciter vt esse dominus gubernator: & illa dicunt respectus ad creaturas. Tertia sunt priuatiua vel negatiua vt imortalis & incorruptibilis: & sic impossibile dicitur qd priuat potentiam. ¶ Ex his infert Hen. q omnipotētia non potest dici de deo tertio modo: qr non est priuatio uel negatio. ergo secundo uel primo modo dicitur de deo. ¶ Item notat q potentia actiua potest dupliciter considerari. primo comparando ad deum i quo est. secundo ad creaturam aliquam producendā. primo modo est perfectio simpliciter & absolute conuēit deo. secundo modo non: qr secundum Ans. nulla relatio ad creaturam est perfectio simpliciter. cum ergo potentia actiua sit perfectio simpliciter: ideo in creatura potentia passiua est absoluta. ¶ Item notat q potentiam actiuam in deo. idest omnipotentiam consequitur relatio potentie passiue in creatura ad potentiam actiuam dei: & illa relatio est realis & econuerso ē via relatio rationis in potentia dei actiua ad potentiam passiuam in creatura. Ex quo sequitur q ideo deus refertur ad creaturam qr creatura refertur ad ipsum & non econuerso. Ex quo infert principalem conclusionem qr. scilicet creatura est factibilis ideo deus potest eam facere & non econuerso: qr deus potest creaturam facere ideo potest fieri. ¶ De tertijs predicatis. scilicet negatiuis dicit q illa que negatiue dicunt de deo in ordine ad creaturam debent primo queri in creatura non in deo: ita q primo est negatio in creatura. secundo cōsequitur negatio relatiua creature ad deum. tertio consequitur relatio negatiua dei ad creaturam. Ex quo sequitur q primo creatura est impossibilis fieri. secundo impossibile eam a deo fieri. tertio impossibile est deum ipsam facere: ita q possibilitas & impossibilitas sunt primo ex parte creature & nō ex parte dei. ¶ Secunda opi. Hen. est illa q quando aliquid est simpliciter impossibile prima ratio impossibilitatis est qr non potest deus facere ideo nō potest creatura fieri & non econuerso. Similiter prima ratio possibilitatis est in deo. Res enim ideo est a deo factibilis qr eam deus potest facere & non econuerso. Ex quo patet q prima opinio directe contradicit secunde & econuerso. ¶ Contra hanc opinionem Doctor arguit multipliciter. Primo sic. nihil est simpliciter ipossibile nisi qr simpliciter repugnat sibi esse. cui autem repugnat esse repugnat ei ex se primo & nō propter respectum aliquem affirmatiuum vel negatiuum eius ad aliquid aliud: & loquitur hic Doc. de repugnantia formali que formaliter inest rei: sicut dicim9 q repugnat hominem esse asinum sic q repugnantia formaliter predicatur de homie: & sic patet q talis repugnātia non dicitur inesse homini per respectum ad aliqd extrinsecum: sed magis per rationem formalem & intrinsecam ipsius hominis. Et hoc est qd dicit infra. Repugnantia quorumcunq3 extremorum est ex ratione sua formali & per se essentiali circumscripto quocūq3 alio respectu vtriusq3 extrēi positiuo vel priuatiuo ad qdcumq3 aliud: sicut album & nigrum per se ex suis rationibus formalibus contrariantur. vt puta qr albedo est talis entitas in se ideo contrariatur nigro: qr talis entitas est in se ipsa nigredo. Na3 per impossibile circumscripto quocunq3 alio a ratiōe nigredinis & albedinis: adhuc qr tales entitates in se dicitur contrariari & includere formalem repugnantiam essendi simul in eodem subiecto. igitur illud est simpliciter impossibile cui per se primo repugnat esse etiam circumscripto quocunq3 alio respectu ad aliud: & sic dicimus q chimera est simpliciter impossibilis esse siue existere: qr ex ratione formali chimere repugnat sibi simpliciter posse existere & non per respectum ad deum affirmatiuum vel negatiuum: qr si per impossibile deus non esset adhuc existere sibi repugnaret. Et dicit respectus affirmatiuus qui aliquid ponit: & negatiu9 qui nihil ponit: causare enim est respectus affirmatiuus similiter posse aliquid: sed non posse vel impossibile esse est respectus negatiuus. Addit Doc. q prima scientia siue prima opi. Hen. sit probabilior secunda scientia siue secunda opi. Hen. ꝯ quam secundā scientiam ista ratio precipue concludit.

Sed contra istam primam sententiam.

Deinde Doc. arguit contra primam opi. Hen. & intendit probare q possibilitas lapidis siue q lapis sit possibilis non habet ab omnipotentia: & ad h probandum plura dicit i ista littera. Primo q potentia actiua qua deus dicitur omnipotens non est formaliter itellectus sed quasi presupponit actionem intellectus: & accipit hic potētiam actiuam fundamentaliter & nō pro respectu fundato: que distinctio patuit. ī. d. 7. q. vnica: & sic potentia actiua qua deus dicitur omnipotens est aliquod absolutu3 quo vt principio actiuo potest agere. Et talis potentia actiua non est intellectus &c. Uult Doc. q potentia vere actiua qua deus dicitur omnipotens respiciat aliquod productum in vero esse realis existētie. vt supra patuit. d. 20. & d. 36. & 42. & in quoli. q. 7. & in. 2. d. prima. q. prima: & talis potentia tantū est ipsa volūtas diuina qua deus libere agit. vt patet ab ipso. ī. d. 2. q. prima. & d. 8. q. vltima & clarius in. 2. d. 1. q. 1. & in quoli. q. 7. & 8. Intellectus. n. vt precedit actum voluntatis necessario operatur. vt patet a Doctore. ī. d. 3. q. 4. & in quoli. q. quartadecima. & alibi. ideo intellectus non est potentia actiua qua deus dicitur oīpotens sed sola voluntas vel act9 voluntatis.

Mēs pria Hē. ē q impossibilitas sit ex pte rei possibilitas vo ex pte di Scda ē q vtraq3 est ex pte dei.

Et qd

Et qđ dicit ꝙ potentia actiua presupponit actionem intellectus intelligitur de actione tantum secundum quid que terminatur ad productum habens esse tantum secundum quid qđ est esse cognitum rei · vt supra patuit · d · 3 · q · 4 · d · 35 · 36 · ⁊ clarius in · 2 · d · 1 · q · 1 · ⁊ in quoli · q · 8 · ⁊ sic lapis prius habet esse secundum qd siue esse cognitum q̄ꝫ omnipotentia dei respiciat illud Deinde addit ꝙ lapis habet esse possibile ex se formaliter q2 per rationem intrinsecam : q2 si queratur quo lapis potest vere existere? respondetur q2 est talis entitas cui non repugnat formaliter existere: ⁊ si diffinitio siue quiditas lapidis est ratio formalis . quare lapidi non repugnat formalis existentia ⁊ per ipsaꝫ diffinitionem vel q̄ditatē posset a priori demonstrari aptitudo existendi? vt patet a Sco · in · 2 · d · 1 · q · 3 · Deinde addit ꝙ reducendo quasi ad primuꝫ principium extrinsecuꝫ intellectus diuinus erit illud a quo est prima rō possibilitatis in lapide · i · ꝙ loquendo de ratione extrinseca siue originatiua siue ꝓductiua dante esse tale vel tale: intellectus diuinus siue actus intellectus diuini est ille qui producit lapidem in tali esse possibili · vt · s̄ · patuit · d · 3 · q · 4 · ⁊ · d · 35 · ⁊ · 36 · ⁊ sic illa potētia actiua a qua dr̄ deus omnipotens non est prima ratio possibilitatis in lapide · ¶ Cōfirmaṫ ista rō · Hic doc · confirmat rationem probando ꝙ creatura non dr̄ habere esse possibile per omnipotentiā · Et rō stat in h̄ · Quia potentia actiua que est oīpotentia si dat alicui esse dat producendo ⁊ hoc productione vere reali · i · q̄ terminatur ad productum reale: patet q2 omnipotentia aliquid fit extra suam cām : sed ante istam productionem realē que terminatur ad ꝓductum in esse reali est alia ꝓductio tm̄ s̄m quid que terminatur ad ꝓductum tantum s̄m quid · puta ad esse cognitū vel ad esse possibile.ergo esse possibile rei nō h3 esse per omnipotentiam · ¶ Iteꝫ in causis precisis si affirmatio ē causa affirmationis ⁊ negatio erit cā negationis · vt patet primo poste · t · c · 30 · ergo si potentia actiua que est oīpotentia in deo est precisa rō possibilitatis i creatura: negatio potentie actiue in deo esset cā negatiōis possibilitatis in creatura: qđ ipse negat ⁊ bene quantum ad hoc: q2 impossibilitas in creatura est ꝓꝓ formalem repugnantiā terminoꝝ siue partium. Si enīꝫ omnipotentia dei sit precisa cā quare homo possit eē in reruꝫ nā: ita ꝙ possibilitas cuiuscunqꝫ creature sit precise ab omnipotentia: ita ꝙ chimera non possit existere erit simpliciter a negatione omnipotentie: qđ ipse negat ·

Queꝛ i opiniōe Hen·

¶ Item talis respectus qui consequitur potentiam actiuam in deo in quarto instanti (ista instātia assignantur · s̄ · d · 3 . q · 5 · ⁊ · d · 30 · ⁊ · 36 · ita ꝙ in primo instanti est deus . in secundo instanti est lapis · in tertio instanti resultat respectus lapidis ad deum) Aut ē realis ⁊ ad extra? Aut est ratiōis? Si primo modo? improbatum est . s̄ · d . 30 · vbi probatum est ꝙ deus non pōt referri relatione reali ad creaturam · Si s̄o mō? ergo i tertio instanti terminaṫ possibilitas ad deū sub rōne absoluta · qđ non infero sicut in se inconueniens sed tanq̄ꝫ a pluribus concedendū ⁊ saltē non habendū ꝓ inconuenienti ab eis qui tenent opinionē illius Doc · et quo sequiṫ ad eā · ¶ Ibi similiter propter idē · Ista littera clara est ·

Aliter dico a prima sententia quantuꝫ ad illud qđ probant illa duo argumenta · ¶ Nunc Doc · declarat opinionem propriā que stat in aliquibus dictis. Primuꝫ ꝙ potentia dei accepta pro fundamento de qua . s̄ · d · 7 · est quid absolutum: ⁊ illud absolutum vel est voluntas diuina vel velle diuinum que potentia siue omnipotentia h̄ modo accepta est perfectio simpliciter : ⁊ est id quo deus dicitur formaliter potens: accipiendo formaliter fundamentaliter ⁊ conuenit deo in primo instanti nature idest in illo instanti in quo adhuc nō comparatur ad extra · secundum instans nature est in quo comparatur ad extra in illo tamen instanti nature primo plura possunt esse. vt patet . s̄ · d · x · q · vnica · Potest etiaꝫ accipi omnipotentia pro respectu fundato in absoluto illo · ⁊ dic pariformiter sicut supra dictuꝫ est de potentia actiua dist in · 7 . s · pro respectu fundato in absoluto: sicut potentia calefaciendi fundatur in calore: accipiendo potentiam calefaciendi pro respectu · Secundum dictum est · ꝙ omnipotētia que est potentia actiua non habet obiectuꝫ qđ sit primo possibile · i · ꝙ nō producat aliquid in esse possibili: sed tantum producit in vero esse existentie qđ esse existentie presupponit esse possibile · Et q̄uis doc · s̄ · d · 20 · dicat ꝙ obiectum omnipotentie est ens possibile : ⁊ h̄ idem in quoli · q · 7 · aliter tamen ⁊ aliter: q2 ibi dicit ꝙ non potest ꝓducere in esse nisi tantum illa entia que vere sunt possibilia causari: non ꝙ producat illa in esse possibili: immo presupponit esse possibile · Hic vero dr̄ ꝙ non habet possibile pro obiecto primo · s · in tali esse producibili · Sed per intellectum diuinum siue per actum intelligendi intellectus diuini omnia producuntur in esse intelligibili: ⁊ sic in esse possibili · vt · s̄ · patuit · d · 3 · q · 4 · ⁊ · d · 36 · ⁊ · 39 · Et talis intellectus non est formaliṫ potentia actiua qua deus dicitur omnipotens : patet q2 si sic? tunc producerentur ad extra omnes res possibiles in esse vero reali ⁊ hoc de necessitate nature : q2 talis ꝓductio necessario p̄cederet determinationē voluntatis. hoc patet · s̄ · d · 3 · q · 4 · ⁊ · d · 36 · ⁊ · 39 · Tertiuꝫ dictum est ꝙ res producta ab intellectu diuino in esse possibili siue intelligibili in primo instanti nature: h3 seipsa esse possibile in secundo instanti nature · Et h̄ sic intelligitur: q2 lapis in primo instanti nature ꝓducitur ab actu intellectus diuini in esse cognito: ⁊ in secundo instanti nature habet seipsa esse possibile: q2 illud vt . s̄ · exposui fundatur in esse cognito · Sic tn̄ intelligēdo ꝙ in p̄io instāti nāe lapis h3 esse cognitū seipso formaliṫ: s3 originatiue ab actu itell'is diuini · Similiṫ in s̄o istāti nāe lapis h3 eē possibile seipso formaliṫ: originatiue v̄o ab actu itell'is diuini · Quartū dictū · possibilitas i obō nullo mō ē prior oīpotētia i deo accipiendo oīpotētiā ꝓ absoluto: q2 oē absolutū in deo p̄cedit oē eē creaturaꝝ qđcunqꝫ sit illud eē · vt · s̄ · patuit · d · x · ⁊ singlr̄ p3 in · s̄o · d · 1 · q · 1 · Addit Doc · ꝙ si itelligaṫ res eē possibilis anteq̄ꝫ de9 ꝑ oīpotētiā ꝓducat cā: sic est veꝝ: supple ꝙ talis res p̄cedit oīpotētiā: s3 in illa possibilitate res talis nō est simplr̄ prior s3 ꝓducitur ab intellectu diuino · ¶ Hec lr̄a d3 sane intelligi · Nō · n · res i esse cognito siue possibili est prior volitione diuina absolute sumpta: cū ipsa vt sic sit prior oī ꝑsona: vt · s̄ · patuit · d · 1 · q · 2 · ⁊ · d · x · q · vnica · Et ꝑsone de necessitate sunt priores oī creatura in quocunqꝫ eē siue simplr̄ siue s̄m quid: vt · s̄ · exposui · d · x · ⁊ clarius ōndiṫ a doc · i · 2 · d · 1 · q · 1 · ergo talis res in esse possibili nullo mō est prior oīpotētia accepta ꝓ absoluto · s · ꝓ volitione diuina · Debet ergo sic intelligi lr̄a · ꝙ res in esse existētie nullo mō sunt priores oīpotentia accipiēdo oīpotētiā ꝓ velle diuino nedū vt terminato ad essentiā diuinaꝫ: sed nec vt terminato ad creaturam : tale enim velle vt sic necessario est prius creatura i esse existentie: patet q2 voluntas diuina velle suo voluit oīa quecūqꝫ voluit ab eterno s3 nō ꝓ eterno · vt · s̄ · patuit · d · 39 · ⁊ clari9 i

Oīpotētia i deo·

Quō res sūt priores ⁊ nō ipa oī oipotentia.

premittendo aliqua·Primo·ꝙ res potest compara-
ri aut ad intellectum diuinum aut ad intellectuȝ crea-
tum? Secũdo modo forte nullus intellectus creatus
potest aliquid producere secundum primum esse illi-
us.loquendo de primo esse simpliciter quod precedit
verum esse reale:⁊ hoc·ꝙ·patuit·d·36·non enim ali-
quis intellectus creatus potest producere lapidem se
cundum suum esse simpliciter ⁊ primum:qꝛ illud fuit
ab eterno·Sed posito ꝙ lapis nullum esse ab eterno
habuerit:an intellectus creatus posset illum produce
re in esse intelligibili:⁊ per consequens in esse possi-
bili? hoc pertractare non est presentis materie· Pri-
mo modo·s·comparando ad intellectum diuinum in
tellectus diuinus actu suo cum sit formaliter infinit⁹
potest producere omnes terminos in esse scd̃m quid
siue in eẽ itelligibili.Scd̃o p̃mitto ꝙ intell'is diuin⁹ si-
ue actus itellectus diuini in prĩo instãti est tm̃ ens ab
solutum ⁊ formaliter infinitum:⁊ in illo instanti nihil
producit·In secundo instanti producit lapidem in eẽ
intelligibili:ita ꝙ in illo instanti lapis habet esse in-
telligibile non ex natura rei sed per illum actum:vt su
pra exposui distinctione·xxxv·xxxvj·xliij·In tertio
instanti intellectus diuinus illo actu quo producit la-
pidem in tali esse actu intelligit illum non virtute in-
telligibilis sed virtute essentie diuine:que in illo instã
ti suo modo mouet intellectum suum ad intellectioneȝ
lapidis·vt potest patere ex dictis in secundo distinctiõ
ne prima questione prima·Tertio premitto ꝙ aliud
est dicere aliquid esse actu cognitum ⁊ aliud est dicere
esse cognoscibile siue esse obiectum cognoscibile:quia
primo modo esse cognitum est posterius non tantum
cognitione in se considerata sed etiaȝ cognitione vt ad
obiectum cognitum terminata·prius enim cognitio
terminatur ad obiectum ⁊ post obiectum dicitur ha-
bere esse cognitum:⁊ sic esse cognitum siue obiectum
denominatur cognitum denominatione extrinseca:
quia a cognitione non existente in obiecto cognito sȝ a
cognitione existente in potentia cognitiua:⁊ hoc patet
a Doctore in quarto distinctione prima questiõe pri-
ma·Sed secundo modo·s·esse cognoscibile non est po
sterius cognitione saltem quo ad terminationẽ eius·
Aliquando enim est prius cognitione in se vt in crea-
turis quando obiectum est partialis causa cognitio-
nis·tunc enim precedit obiectum in ratione intelligi-
bilis·vt supra patuit distinctione tertia questione ter
tia·⁊·q·vij·⁊ alibi sepe a Doctore·Aliquando etiam
precedit cognitione in se in ratione termini·vt cuȝ co-
gnitio noua causatur ab aliquo virtualiter continente
tale obiectum terminatiuum·de quo supra distin·3·
questione·tertia·⁊·vij·In proposito tamẽ dico duo·
Primum·ꝙ esse cognitum lapidis est simpliciter po
sterius actu cognoscendi intellectus diuini ⁊ in se con
siderato ⁊ vt terminato ad ipsum lapidem:⁊ sic lapis
denominatione tantum.extrinseca denominatur co-
Nota hunc passum· gnitus·Secundum·esse cognoscibile lapidis etsi sit
simpliciter posterius actu intellectus diuini in se con-
siderati:⁊ vt est ratio formalis producendi lapideȝ in
tali esse intelligibili:est tamen prius actu intelligendi
intellectus diuini vt terminato ad ipm̃ ⁊ vt est id quo
intellectus diuinus actu intelligit lapidem:⁊ sic esse
intelligibile lapidis non dicitur tale denominatione
extrinseca sed magis denominatione intrinseca·ante
enim illud esse intelligibile lapis nullum penitus esse
habebat:sed per actum intellectus diuini primo acci-
pit esse intelligibile:ita ꝙ tale eẽ competit formaliter
lapidi sed originatiue ab actu intellectus diuini· Ex
his patet responsio ad primum argumentuȝ·falso·n·
imaginatur ꝙ esse intelligibile lapidis sit tantum de-
nominatione extrinseca:⁊ per hoc solũ quia intelligi-
tur·Si etiam volumus tenere ꝙ lapis producitur in
esse intelligibili per hoc ꝙ actu intelligitur ab intelle-
ctu diuino:adhuc sequitur ꝙ esse intelligibile lapidis
non sit tantum denominatione extrinseca sed denomi
natione intrinseca:originatiue vero ab actu illo·Nec
est simile de actu intelligendi intellectus creati:qꝛ in-
tellectus creatus non producit per actuȝ suum esse in-
telligibile obiecti·vt supra patuit·¶ Ad secundum cũ
dicitur·Aut producitur in esse intelligibili precise qꝛ
intelligitur? aut quia prius nihil fuit? aut quia prius
non erat intelligibile? Dico ꝙ possunt concedi omnia
ista membra·Et cum arguit contra primum de essen
tia diuina·Dico ꝙ non est simile de essentia ⁊ creatu-
ra:quia essentia est simpliciter prior omni perfectione
etiam diuina habens verum esse existentie·vt osten-
dit Doctor in quolibe·questione prima·⁊ supra patu
it distin·viij·q·tertia·⁊ ideo precedit omnem intelle-
ctionem in ratione obiecti intelligibilis·Est enim ob
iectum intelligibile ex natura rei·vt supra patuit·Cre
atura autem quia ante actum intellectus diuini nullũ
penitus esse habet nec simpliciter nec secunduȝ quid:
ideo per actum intellectus diuini producitur in esse in
telligibili:⁊ potest concedi ꝙ producitur dum intelli-
gitur:quia ille actus est formaliter infinitus:⁊ ideo est
ratio formalis producendi in esse intelligibili dum ac
tu intelligit illud quod ex natura rei:nullo modo po-
test esse obiectum intellectus diuini:⁊ ꝙ nullo modo
precedit ipsum actum·Potest etiam concedi ꝙ illo
actu intelligendi prius creatura producitur in esse in-
telligibili ꝙȝ actus ille terminetur ad ipsam:ita ꝙ in
aliquo signo priori producitur in esse intelligibili ⁊ in
alio signo posteriori producitur in esse cognito:⁊ in il
lo signo actus intelligendi terminatur ad esse intelli-
gibile:vt supra exposui·Datur etiam secundum mem
brum·s·ꝙ dum intelligitur producitur in esse intelli-
gibili quia prius nihil fuit·Et potest dici primo ꝙ ac-
tu intellectus diuini prius producitur in esse intelli-
gibili ⁊ post intelligitur·potest dici secundo ꝙ tunc ꝓ
ducitur quando actu intelligitur ⁊ ante esse cognitum
nihil fuit·vt supra expositum est·Et cum dicit ꝙ tunc
intelligens deum produceret ipsum in esse intelligibi
li·patet responsio ꝙ non sequitur:quia deus vt prior
